

N^o Collegio de la Compañia de las Indias de Granada R-5748

Q. HORATIVVS FLACCVS.

EX FIDE, ATQVE AVCTORITATE COM-
PLVRIVM LIBRORVM MANV SCRIPTORVM,
OPERA DIONYSII LAMBINI MONETROLIENSIS
emendatus, & cum diuerfis exemplaribus antiquis comparatus, com-
mentariisque copiosissimis explicatus, & ab eodem auctore, quàm è
vita decederet, recognitus, atque mendis omnibus purgatus, dilu-
cidiùsque, quàm prima & secunda editione, commentarius auctis, atque
amplificatis, illustratus.

QVÆ HVIC TERTIÆ, AC POSTREMÆ
editioni sint addita, Epistola ad Lectorem, ordine tertia, fuffiffimè docebit.



Compta y unido por pagar
de 1640.
Hic liber correctus 2^a expurgat.
anni 1707.
Ex officina P. de S. Augusti.
Paulus de Cordova



LVTETIÆ,

Apud Ioannem Macæum, in Monte
D. Hilarij, sub scuto Britannia.

cl^o 1^o LXXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

2 400 40
Leiria
MADE IN SPAIN

N.º Collegio del acorpa de las de Granada R. 5748

Q. HORATIVVS FLACCVS.

EX FIDE, ATQVE AVCTORITATE COM-
PLVRIVM LIBRORVM MANV SCRIPTORVM,
OPERA DIONYSII LAMBINI MONETROLIENSIS
emendatus, & cum diuerfis exemplaribus antiquis comparatus, com-
mentariisque copiosissimis explicatus, & ab eodem antea quò, quàm è
vita decederet, recognitus, atque mendis omnibus perpurgatus, dilu-
cidiùsque, quàm prima & secunda editione, commentariis auctis, atque
amplificatis, illustratus.

QVÆ HVIC TERTIÆ, AC POSTREMÆ
editioni sint addita, Epistola ad Lectorem, ordine tertia, fuffiffimè docebit.



*Comydo unum ex puzer.
de 1640.
Hic liber correctus 2.º expurgat.
anni 1707.
Ex officio S.º Inquisit.º
Paulo de Cardenas*



LVTETIÆ,

Apud Ioannem Macæum, in Monte
D. Hilarij, sub scuto Britannia.

MDCLXXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

PRIVILEGE DV ROY.



HENRY par la grace de Dieu Roy de France & de Pologne A noz amez & feaux Conseillers tenans noz Cours de Parlement de Paris, Rouen, Tholouze, Bourdeaux, Dijon, Aix, Grenoble, Bretagne, Baillifs, Preosts, Senechaux, de plusieurs lieux Lyon, Poitiers, Orleans, Tours, Bourges, Angers, Champagne, & à tous noz autres iusticiers, Salut & dilection: Nostre bien-aymé Jean Macé l'ung des vingt quatre Libraires iurez, de nostre Vniuersité de Paris, nous a fait remonstrer que puis n'agueres il a recouueri à grands fraiz, labours & impenses, deux liures intituléz; l'un Q. Horatius Flaccus, ex fide, atque autoritate complurium librorum manuscriptorum opera Dionysij Lambini Montroliensis emendatus, & cum diuersis exemplaribus antiquis comparatus, commentariisque copiosissimis explicatus: & ab eodem pauld' antè quàm è viuis excederet, recognitus, ac mendis omnibus & vitiis perpur-gatus, & dilucidius quàm prima & secunda editionibus, commentariis iterum auctus illustratus: Additi sunt omnes ad calcem virorum doctorum, quotquot inueniri potuerunt, commentarij, qui ad Horatianam non parùm conferunt lectionem & explicationem. L'autre intitulé Dictionarium historicum & poetium, omnia gentium, hominum, deorum, oraculorum, seclarum, regionum, locorum, siderum, ventorum, marium, fontium, paludum, lacuum, insularum, ac montium antiqua, recentioraque ad sacras & profanas historias, Poetarumque fabulas intelligendas, necessaria, vocabula alphabetico ordine complectens: ingenti nominum copia simul, & eorumdem historiis breuiter comprehensis, vltra precedentes editiones nouissimè auctum, nitidiusque redditum. Le quels liures pour estre tresvtils & profitables à la Republique & augmentation des bonnes lettres ledit' exposant seroit volontiers imprimer, mais il doute que pour le fruiter de ses iustes labours, fraiz & impenses aucuns autres le voullissent semblablement imprimer, s'il n'auoit sur ce noz lettres de prouision & priuilege conuenables, humblement requerans icelles: **N O V S** à ces causes inclinans liberalement à la supplication dudit' Jean Macé, à iceluy auons donné, & octroyé & de nostre grace speciale par ces presentes donnons & octroyons priuilege, congé, licence & permission d'imprimer ou faire imprimer & exposer en vente lesdits liures usques au temps & terme de dix ans à compter du iour qu'ils seront paracheuez, d'imprimer pendant lequel temps auons inhibé & défendu, inhibons & défendons expressement à tous autres marchans Libraires, Imprimeurs & autres personnes qu'il appartiendra d'iceux imprimer ou exposer en vente sans le consentement dudit' exposant sur peine aux contruenans de confiscation desdits liures & d'amende arbitraire & de tous despens dommages & intersts enuers ledit' Macé, auquel en outre auons permis & permettons qu'en mettant ou faisant mettre au commencement ou à la fin desdits liures un sommaire ou extrait du contenu en ces presentes elles soient tenus pour suffisamment notifiés & venus à la notice & cognoissance de tous, sans qu'aucun en puisse pretendre cause d'ignorance. **S I V O V S M A N D O N S** & à chacun de vous endroit soy & siccome à luy appartiendra commettre & expressement enjoignons que de noz presents priuilege, congé, licence & permission de tout le contenu cy dessus vous faires, souffrez & laissez ledit' Jean Macé & ceux qui de luy auront droit iour & yer plainement & paisiblement tous troubles & empeschemens au contraire cessans à ce faire & souffrir, contraignez tous ceux qui seront à contraindre par toutes voyes & maniere deus & raisonnables, nonobstant oppositions ou appellations quelconques, & sans préiudice d'icelles: Pour lesquelles ne voullés estre differe: Car tel est nostre plaisir, nonobstant ce que dessus & quelconques lettres à ce contraires. Donné à Paris le vij. iour de May L'an de grace M. d. c. lxxv. le dix huit, & de nostre regne le quatriesme.

Par le Roy en son conseil Signé FIZES.

**I O. MALVDANVS
DEDIONYSII LAMBINI MONSTROLIENSIS
IN QV. HORATIVM FLACCVM
COMMENTARIIS.**

Lippus scire, suos oculos quæ fata manerent
Olim, cum cuperet, vatem ipse adiisse Sabellam
Fertur anum Flaccus, notam sibi: (haruspice saluus
Arboris hac casum, fulménque, lupique cruentum os,
Funestas pestis, euaserat, atque Philippos)
Talia respondit motâ vates anus vrnâ:

**DVRA PARENS GENVIT TE LIPPVM FLACCE: NOVERCA
DVRIOR AT VENIENS ÆTAS TIBI LVMEN VTRVMQVE
ERIPRET: TENEBRIS FIES ET TVRPIS OBORTIS.
NEC TE IPSVM AGNOSCES, NEQVE COGNOSKERIS AB VILLO
INTEGER: HAVD TAMEN HAC ÆTERNVM LVCE CAREBIS.
NAM TER QVINGENTAS, SEXAGINTAQVE VBI MESSEIS
PROTVLERIT TITAN: RAPTVM COLYRIA LVMEN
INLITA RESTITVENT. DISCVSSIS ERGO TENEBRIS
NEC LIPPVS, NEC CÆCVS ERIS: TIBI, ET OMNIBV' NOTVS
TVNC ERIS: ET PVLCRO SPLENDESCES INTEGER ORE.
MVLTOQVE EXSTABIS, QVÀM PRIMO INLVSTRIOR ÆVO.
Verum dixit anus. sunt hæ colyria chartæ.**

D. LAMBIVS

**CAROLO NONO, GALLO-
RVM REGI POTENTISSIMO, ET
CHRISTIANISSIMO,
S. P. D.**



SI quis umquam puer excelso loco natus, Carole Rex Christianissime, domesticis rerum fortiter iuste, præclarèque gerendarum exemplis abundauit: eorum profecto tanta tibi copia suppetit, ut siue Franciscum I. auum tuum, siue Erricum II. patrem spectes, fortissimos, potentissimosque Reges, ad quasumque illorum actiones propè diuinas, atque immortales mente, & cogitatione te conuerteris, maximi, latissimèque laudis, & gloriæ campi sese tibi aperire, atque explicare videantur. Nam tot res, & tantas domi, forsique gesserunt, tot populis iustum bellum intulerunt, tot supplicibus presidio, salutique fuerunt, tot vrbes expugnauerunt, tam longè, latèque regni Gallici sineis protulerunt, leges tam utiles, tamque salutares sanxerunt, ut si tu, cum atate procefferis, eorum vestigia persequi, aut etiam cum illis certare volueris, non sit metuendum, ne non, quanto illi superioribus Regibus præstiterunt, tanto tu illis facile antecellas. Atque arteis quidem, ac virtutes eorum bellicas cum atas nostra, patriumque nostrorum admirata est, tum omnium gentium, posteriorumque sæculorum litteræ celebrabunt. neque verò de ciuilibus, aut urbanis, quarum hereditas, atque imitatio æquè, atque illarum, ad te pertinet, posteritas umquam conticecet. sunt enim magno, excelsoque animo dignissima: sunt grauitatis, sapientia, pietatis, iustitia, liberalitatis, amoris in Gallorum ciuitates plenissima. sed, ut ex his, eas, quæ ad iuris æquabilis descriptionem, quæ ad iustitiam, quæ ad religiones, ac ceremonias pertinent, prætermittâ, vellem mihi tanta suppeteret orationis facultas, ut singularem Francisci, aui tui (cuius nomen vigebit memoria hominum sempiterna) in viros eruditos, beneuolentiam, ac liberalitatem meritis laudibus efferre possem. Quantis enim præmiis illos inuitauit? quot, & quantis muneribus cumulauit? Neque verò in Gallos tantum, hoc est in suos, ita animatus fuit, verum etiam externos, atque adeo multo impensius, omni beneficiorum genere auxit, atque ornauit. Ex quo factum est, ut ex omnibus terrarum oris, ac partibus viri Hebraicarum, Græcarum, Latinarum litterarum scientia clari, philosophi, iurisperiti, poeta, rhetores præmiis amplissimis excitati in Galliam tuam conuenirent. Muta tumerant ab illis litteris, à liquida & germana philosophia, à veterum, & probatorum auctorum vocibus, Lutetia gymnasia, vigeant in eis ineptæ verborum captationes, & concertationes: inanes, & spinosæ quasiuncula ponebantur: fallaces, & minutæ conclusunculæ contorquebantur: disputationibus anilibus, barbaris nominibus, ac vocibus, impolitissimorum librorum lectione omnium gymnasiorum parietes personabant. meræ nugæ, meræ ineptiæ, meræ barbaries docebatur. Ignoti erant Homerus, Pindarus, Æschylus, Sôphocles, Euripides: ignoti Plato, Xenophô, Aristoteles, Theophrastus, Plutarchus: ignoti Herodotus, Thucydides, Polybius, Diodorus, ceteri Græci scriptores omnes. lingua Latina elegantiam, & munditiem, incorruptum Latini sermonis usum nemo nouerat, nemo docebat. Hebraicæ,

Et Graecae linguae ne elementa quidem erant nota: omni elegantiore, et puriore doctrina, omnibus Graecorum, et Latinorum melioris notae scriptorum monumentis carebamus. Piget, pudetque referre quanta tum omnium bonarum artium ignorantio Galliam tuam obsessam teneret: quantis tenebris populus tuus circumfusus, ac pene dicam, sepultus esset. Exortus est Franciscus ille, auus tuus, humanarum litterarum, omniumque ingenuarum artium, ac disciplinarum verissimo cognomento parens appellatus: qui rus merum, qui sedam barbariem, qui graue virus, qui crassas tenebras e scholis, ex urbibus, e tota Gallia suo splendore depelleret, fugaret, dissiparet: sermonis Hebraici, Graeci, Latini, omnium artium honestarum, et reipublicae utilium studia in hominibus ingenio praestantibus commoueret, atque excitaret. Id autem hac ratione affectus est. Lutetiae duodecim doctores partim Gallos (in quibus erat illa Gallia tua ornamenta, Fr. Vatablus, P. Danesius, Jac. Tusanus, Dion. Coronaeus, Orontius Finaeus) partim aduenas (in quibus erant Bart. Latomus Germanus, Io. Poblatus Hispanus, Agathius Guidacerius, Paullus Paradisus, uterque item Hispanus, Io. Stracelius Flander, Vidus Vidius Florentinus) proposito, atque attributo eis honestissimo premio instituit: quorum alij mathematicas artes, alij Hebraicas litteras, alij Graecas, alij Latinas, alij philosophiam ex ipsis fontibus haustam, alij artem medendi, et maxime eius partem eam, quae chirurgice a Graecis appellatur, publice docerent. Franciscus successit Erricus, dignissimus patre filius, pater tuus, rerum domi, forisque gestarum gloria clarissimus: qui patrem cum ceteris rebus omnibus pene vestigijs ipsis persecutus est, tum eximio in litteratos, et eruditos homines amore, ac studio cum illo certauit: atque in eorum, qui vel excesserant e vita, vel alioqui sua sponte docendi munere defuncti fuerant, locum viros ingenio, doctrinaeque praestantibus substituit, P. Gallandium, Iac. Siluium, Iac. Gopylum, P. Ramum, Adr. Turnebum, Fr. Viconeratum, Jo. Auratum, Paschasium Hamelium, Io. Calignium, Nic. Penam, Io. Mercerum, Bertinum Comitem, Rod. Mainum Britannum, Jo. Quinquarborem. Ita utroque regnante artes, litterae, disciplinae omnes in Gallia floruerunt. Nam armorum quidem, rerumque bellicarum gloria iam pridem ceteris nationibus aut pares, aut etiam superiores eramus: litterarum autem, etque artium libero dignarum laudibus ante quam Franciscus auus tuus regnum obtineret, certe vincebamus. At nunc iidem Francisci aui tui, et Errici patris beneficio ita litteras amplexi sumus, ut non modo iam cum Germania (quae discitum, atque eruditorum multitudinem semper abundauit, neque minus umquam litterarum, quam armorum cupiditate, studioque flagrauit:) verum etiam cum Italia, (quae cum viros acumine ingeniorum, solertiisque iudicandi praestantibus gignere existimatur, tum Latinarum quidem litterarum hereditate quodam veluti gentilitatis iure sibi vendicauit: Graecarum autem possessione quasi vacuum, et caducam euersa, ac deleta Graecia celeriter occupauit,) vltro pedem conferre, atque in certamen descendere audeamus. Hunc igitur ingeniorum cultum, hanc humanitatem, hanc optimarum artium celebritatem, quam ab auo, et patre tuo consecuti sumus, tuae personae decorum est, Carole: tuis maioribus dignum: ei spei, quam de te habemus, consentaneum, te studiosè tueri, diligentèrque conseruare. Non enim credibile est, te ita dicturum, satis esse, si artis militaris, et bellicae gloriam tibi ab illis relictam retineas: de urbanis, et civilibus artibus non esse tibi magnopere laborandum. Nam primum, quarum artium exercitatio tuis maioribus tantopere fuerit probata, eas te artis improbare, amplitudinem, ac maiestatem tuam non decet: deinde ne te quidem praterit, ut pote, a praestantissimis doctoribus, ac magistris institutum, optimisque praeceptis imbutum, et, quod caput est, naturae bonitate valentem, scientiam infscientia, sapientiamque insipientia longe esse potiore, ac praestabiliorem:

neque

neque esse consentaneum, cuius Regis populus aureis habeat terereis, eruditas, et purgatas, ingeniumque doctrina expositum, eum Regem, litterarum, et scientiae suauitate neque auribus sentire velle, neque cogitatione comprehendere, ac percipere curare. Neque porro existimo, tibi id probatum iri, quod de Alexandro Magno Philippi Macedonum Regis filio scriptores locupletes memoria prodiderunt, illum ita animo fuisse affectum, ut, quoties Philippus aut urbem aliquam nobilem cepisset, aut praelium secundum fecisset, aut victoria aliqua denique potitus esse nuntiaretur, non admodum late ferret, suisque aequalibus diceret, patrem nihil magni, praclarique, quod gereret, sibi relicturum, existimas, quanto plures urbes Philippus expugnasset, quatenusque plurcis victorias peperisset, tanto se aut pauciores rerum a se gerendarum occasiones habiturum, aut sibi pauciora, quae subigeret, ac domaret, reliqua saturum. Quamuis enim esset hoc insigne, et luculentum eius animi magnitudinis, et gloriae cupiditatis argumentum: si fortitudinem tamen non corporis viribus, sed animi robore metimur: et si altitudinem animi non in fortuna temeritate, neque in militum lacertis, sed in animo inuicta positam esse arbitramur: et si solidam, veramque gloriam non in expugnandis urbibus, neque in propagandis imperij finibus, sed in cobibendis, et comprimendis animi motibus, rebisque secundis moderatè, sapienterque ferendis locatam esse existimamus: fuisse illud profecto multo certius magne ad virtutem futuram indolis Alexandri signum, primum secunda Philippi patris fortuna, victoribusque letari: deinde ratione intrare, quae admodum tot ciuitates, tot populos, tantum regnum sapienter, iusteque moderari posset, quam in incerto belli euentu, spem gloriae suae collocare. Nam, cum duae sint artes potissimum, in quarum studium reges incumbere, quas perdiscere, in quibus versari vel soleant, vel debeant, una militaris, et bellica, per quam hostilis, et externa iniuria propulsetur: altera civilis, et urbana, et quodammodo rogata, per quam ciuitates optimis legibus, institutisque temperatae, concordia, otio, opibus, virtute floreat: dubitari non debet, quin ea, per quam populus vita beata queritur, et cuius causa prior illa est comparata, longe illi sit anteposenda. Bella enim non nisi necessario suscipiuntur: neque quisquam est, nisi immani plane ingenio praeditus, qui non per disceptationem, ac rationem, sed per vim, et ferrum ius suum obtinere malit. Cum illud non licet, ad hoc decurritur, ut iniuria ferro repulsa, iure nostro armis recuperato, victoria bello parata, otio, paceque potiamur. Quem admodum autem nauis gubernator ad cursum secundum, medicus ad aegri salutem suas omnes curas, et cogitationes refert: sic bono principi, eorum, quibus praest, vita beata proposita debet esse, ut illi fortunae bonis sint locupletes, et copiosi: viribus corporis valentes, ac robusti: omnibus animi virtutibus instructi, atque ornati: gloria, fama, et praestantes, et clari: quae tum denique contingere solet cum Reges sedulo dant opera, ut sine ipsi bellicosi simul, et sapientes: cumque sapientia, iustitiae, pietatis aequae, atque artium bellicarum cupiditate, studioque ducuntur. Itaque antiquissimi illi poetae non aliam (opinor) ob causam Palladem armatam sinxerunt, quam, ut significarent, in Regibus, et rerum publicarum moderatoribus bellicam virtutem cum sapientia coniunctam, et copulatam esse oportere. Quam rationem secuti prisca illi heroes, in disciplinam hominum, eruditorum, longoque usum peritorum filios suos studiosè eradebant: et Reges ipsi doctos viros, et sapientes, in comitatum, amicitiamque sua cupidissime recipere solebant. Sic fortissimum illum Graecarum Achillem Pelei Thessalorum Regis filium a Chirone Centauro puerum eruditum esse litteris proditum est: et eidem inueni ad Troiam profecto Phoenice ait apud Homerum se comitem, et custodem iccirco a patre esse additum, ut illum efficeret oratorem, verborum, actorumque rerum. Summus ille Atheniensium concionator Pericles, qui annos quadraginta doctrina, consilio, eloquentia dicitur Athenis praefuisse, priusquam ad rempublicam accederet, ab Anaxagora

ā iij

Clazomenio fuerat institutus: Timotheū, Cononis praestantissimi imperatoris filiū, Ifoocrates: Epaminondam Lysis Pythagoreus: Alexandrū magnū Aristoteles erudierunt. Agesilaum Xenophon: Philolaum Archytas Tarentinus: Dionem Plato Atheniensis docuerūt. Sapientum autem consuetudinem, & amicitiam à Regibus esse appetitam, testimonio sunt Solon, & Anacharsis: quorum alterius sermone, & congressu magnopere Cræsus est delectatus, atque adiutus: alterum cum Darius litteris & promissis inuitasset, nihil profecit: testantur Plato, & Aristippus, qui cum Dionysio vixerunt: & Callisthenes, qui cum Alexandro: alij denique quam plurimi. Iam verò in iis, qui sapientia, doctrinaq; laudibus clarent, non postremum locum poëtae videntur obtinere. Quin si verum quarimus, vel iidem fuerunt olim poëtae, & philosophi: quem in numerum referre licet Orpheum, Amphionem, Musæum, Homerum, Hesiodum, Solonem, Phocylidem, Xenophanem, Parmenidem, Epimenidem, Empedoclem, Platonem: vel, si qui Philosophi à studio poëtico fuerunt remotiores, quales sunt posteriores, ij, nisi poëtarum auctoritate, ac testimonio sua decreta confirmarent, ac fulcirent, à periculo ruinae non procul abessent: ut omitam, quod plerique ex his ad vitam bene, & sapienter instituendam non multum adiumenti videntur attulisse: At ex poëtis (eos excipio, qui nihil præter voluptatem lectoris quarunt) vix vllum reperias, qui non aut à vitio quidem, turpitudinēq; animos auocet, ad virtutem autem, & honestatem excitet, atque acuat: aut mores corruptos emendet, & corrigat: aut res vel temperatè, moderatèque factas, vel magnificè, fortiterque gestas immortalibus laudibus efferat, atque ad sempiternam memoriam consecret: aut illustria virtutum exempla ex omni antiquitate repetita huius ætatis hominibus suppeditet: aut homines calamitosos, & grauibus fortuna casibus afflictos excitet, atque extollat. Quis philosophus unquam vel distinctius, quid sit virtus, quid vitium: quid turpe, quid honestum, disputauit: vel planius honesti pulchritudinem, inhonesti deformitatem: sapientia vim, & utilitatē, insipientia imbecillitatem, atque incommoda disputando demonstrauit, quam Homerus diuinis suis carminibus ante legentium oculos constituit? quis hominum mores, & motus: quis animantium naturas: quis sola terrarum: quis astus, & fluctus marinos: quis ventorū flatus: quis nauigandi pericula, tempestatesque aduersas: quis temporum varietates: quis preliorum imaginem: quis urbium oppugnationes: quis acies instructas: quis imperatorias virtutes: quis ratione moderandorum animorum: quis formam bene moratarum ciuitatum: quis denique omnium rerū, quæ hac vniuersitate continentur, varietatem illustriū unquam Homero depinxit? Quid ceteros poëtas, Epicos, Lyricos, Tragicos, Comicos persequar: quorum vel nomina commemorare longum sit? sed tamen quantum ex singulis generibus fructum, quantaque cum voluptate coniunctum percipiunt, qui in talium scriptorum lectione versantur? Quid, quod poëta principibus, & regibus, atque adeo diis immortalibus cari fuisse dicuntur? ut Castori, & Polluci Simonides: Apollini Pindarus: Polycrati Samio Anacreon: Æschylus, & Simonides Hieroni: Dionysio Siculo Polyxenus: Euripides Archelao: Scipionibus, & Catoni maiori Ennius: Scipioni Africano minori, & Læto Sapienti Lucilius: Memmio Lucretius: C. Cilnio Mæcenati, M. Vipsanio Agrippa, Cesari Augusto Virgilius, Varius, hic, quem tibi nunc donamus, Q. Horatius Flaccus. Pittacus Alce, à quo fuerat non solum versibus, & stilo violatus, verum etiā armis, & ferro appetitus, cum ille in potestate suam venisset, iniuriam acceptam remisit, atque ignouit: C. Julius Cæsar eadem lenitate, & clementia vsus C. Valerio Catullo, à quo fuerat perulantissimis, & conuulsiuissimis versibus laceratus, secum redeundi in gratiam potestatem fecit. Eundem Catullum Manlius Torquatus, Tibullū Valerius Messala, singulari beneuolentia

lentia cõplexi sunt. Sed quorsum tam multa de litteris, philosophis, ac poëtis: primum ut ostendam, clarissimorum, & sapientissimorum principum, regumque, atque imperatorum factum, & institutum, Francisci I. aui tui, & Errici II. patris, Regum maximorum, iudicio esse comprobatum: deinde ut te sponte tua currentem ad parem in litteras, & litteratos voluntatem, simileque studium excitem: postremo ut, quem poëtam C. Cilnius Mæcenas, eques Rom. nobilissimus: M. Vipsanius Agrippa, dux exercitus clarissimus: Cæsar Augustus, princeps fortunatissimus, plurimi fecerunt, vehementerque dilexerunt, cuiusque consuetudine, & ingenio, & moribus plurimum delectati sunt, eius scripta, multorum quidem saculorum auctoritate cõprobata, sed temporum, litteris inimicorum, culpa, valde deprauata: quæ nunc ad te defero quam plurimis locis non sine meo magno labore, ac sudore propemodum suæ nativæ integritati restituta, ac mendis fœdissimis perpurgata, iustisque commẽtariis à me explicata, atque illustrata, eo vultu accipias, eoque animo cõplectare, quo vultu, & quo animo Franciscus auius tuus, quo Erricus pater, sapientissimi Reges, genus hoc scriptorum accipere, atque amplexari solebat. Enimvero Carole non ego ad te poëtam aliquem unum de multis affero: sed poëtam omnibus suis numeris perfectum, atque absolutum: summum, atque adeo solum, in tota lingua Latina Lyricum: Satyrarum scriptorem præstantissimum, atque excellentissimum: multiplici, & varia rerum copia refertum: illustri verborum splendore illuminatum: sententiarum pondere grauiissimum: scribendi elegantia politissimum, ac purissimum: orationis figuris ornatissimum: in cudendis nouis vocabulis sine inuidia felicissimum, sine vituperatione audacissimum: in Græcorum loquendi generibus imitandis & cum prudentia, iudicioque liberrimum, ac solutissimum: & cum libertate, licentiâque cautissimum, ac prudentissimum. Nemo unquam Latinorū iustitiam, fidem, continentiam, parsimoniam, religionem, patientiam paupertatis, contemtionem rerum humanarum laudauit ornatius: nemo iniustitiam, perfidiam, libidinem, auaritiam, luxuriam vituperauit acerbius: nemo ad subeunda pro patria pericula, atque ad mortem pro libertate oppetendam inflammanit ardentius. Nemo neque ad virtutē acrius excitauit, neque à vitio grauius reuocauit: nemo bellorū civilium calamitatem miserabilius deplorauit: nemo neque amores cantauit mollius ac tenerius, neque tempestiuorū conuiuiorū hilaritatē descripsit floridius: nemo hominū suæ ætatis mores carpsit urbanius. dies me desiciat, si huius poëtae virtutes poëticas non modo persequi, & cõmemorare scribendo, aut distinguere partiendo, sed etiā recordari cogitādo, aut notare coner obseruādo. Quod si poëta omni laude cumulatus, omnibusque suis partibus absolutus, & perfectus ille est, qui voluptatē, & delectationē lectoris cum utilitate fructuque coniunxit: sine controuersia ceteris omnibus poëtis Græcis, ac Latinis (Homero excepto) Q. Horatius Flaccus merito est anteponendus: in quo sic dulcedo cū utilitate certat: ita suauitas grauitati par est, ut, si detracta voluptate, ac dulcedine, sola grauitas, utilitasque spectetur, hæc lectorē in legēdo retinere queat: contra si quis demta utilitate, solā versuum dulcedine, ac incunditate sequatur, hæc eū suā illecebra captum, ut in se continenter affixus inhaereat, pellicere possit. Ex his autem commentariis cum ipso Flacco coniunctis, cum duo corpora fecissem, quorum alterum ad Carminum: alterum ad Sermonum libros pertinet: eam potissimum partem tibi dicendam esse iudicauit, quæ propterea quod & ordine prior, & argumenti, rerumque amplitudine elatior atque grauior, & verborum splendore illustrior, atque ornatio, & concinnitate venustior, ac floridior, & varietate ipsa gratior, ac iucundior est, tuæ serari simul, & maiestati magis conuenire videbatur. Vale, & regna. Idib. April. anno cl. Io. LXI. Lugduni.

IDE M LECTORI S. D.



VM tibi poetam commendare non debeo, humanissime lector, vel cuius lectione omnes homines eruditi plurimum delectantur, vel qui suis ipsius virtutibus, atque ornamentis satis commendatur: quamobrem commemoratio in eum olim scripserim, nunc in lucem proferam, rationem tibi fortassis afferre debeo. Non te morabor pluribus. Ego hunc poetam partim mea sponte, partim doctorum virorum iudicium secutus; adolescens in primis artium, semperque libentissimè legimeque me ab eius lectione vel iuris civilis studia: vel potentiorum amicorum conuictus, & consuetudo: vel longinqua, ac diuturna peregrinatione vniquam abstrahere potuerunt. Sed, cum in hoc scriptore mihi pleraque partim aliquanto obliuiscuntur, neque satis ab iis, qui cum explanandum susceperant, declarata: partim iniuria temporis deprauata, quæ sine ope codicum manu scriptorum restitui non possent, esse viderentur: nihil mihi tum quidem dabatur aliud, quam, vt sperarem me talium librorum copiam aliquando habiturum: interea verò de philosophis, ac poetis Græcis, & Latinis: ex antiquitatis Romæ monumentis: ex Athenæo, Pausania, Strabone, ceteris, ea, quæ ad hunc poetam lucis aliquid afferre posse mihi viderentur, studiose colligere, ac notare non desinebam, vt iis vnà cum amicis vterer, non vt ea divulgarem. Profectus sum tandem in Italiam cum viro clarissimo, Franc. Turnonio Cardinali. Romæ cum eam, quam votis, omnibusque antea expectaueram, veterum librorum copiam nactus essem, nō putavi mihi oblatam de hominibus bene merendi occasionem, mea negligentia de manibus amittendam esse. Itaque vetera, quotquot potui, exemplaria vndique corrogata, alia eorum voluntate, quorum erant, in deuersorium meum transportanda curavi: alia, quia de suis locis auferre nefas erat, suis quæque in bibliothecis inspexi, & consului. In bibliotheca Pontificis Romæ Vaticana, quæ mihi beneficio Gulielmi Sirletii, & Hieronymi eius fratris, & Federici Brutii, quoties mihi commodum erat, patebat, quinque libros antiquissimos, manūque scriptos reperi. Donatus Iannocius Florentinus vnum, qui fuerat amplissimi, atque ornatissimi viri Rhodolphi Cardinalis. cōque mortuo cum aliquot aliis Græcis, ac Latinis ad ipsum testamento peruenerat, mihi commodaui. A Gabriele Faerno, homine candidissimis moribus, vnum item commodatō accēpi. Accesserant duo, quorum alter erat Rainutij Farnesij clarissimi Card. typis ille quidem excusus, sed cum antiquissimis, atque optimis codicibus comparatus, atque ex eorum fide, ac testimonio quamplurimis locis emendatus: alter Lodouico Vrsino Farnesiorum confobrinus, adolescenti pudenti, ac probo, ab Annibale Caro donatus. fuerat: in quo desiderabantur sermonum libri. Horum vtriusque mihi facta à dominis copia est, opera Fuluij Vrsini, hominis eruditissimi. Postremò mihi ex Italia reuerſo, commentariis meis iam absolutis, liber item calamo scriptus, verustissimus à Io. Tomæſio, typographeo Lugdunensi, nuper in speranti Lugduni oblatus est. Cum his igitur singulis libris cœpi Romæ attentissime, atque accuratimè vnum exemplum. Horatianum typis descriptum conferre: contuli: lectionis varietatem, librorumque diffusionem conferendo notauim. Non est huius temporis, aut loci, lector erudite, pluribus verbis tibi commemorare, quantum mihi à vulgatis reperti sint discrepare. suis quæque locis vel per te, mel me indicante cognosces. Hoc tantum in præfati fatetur, me, hac tanta dissensione, ac discrepantia animaduerti, spe, animoque multo maiore ad cominentarios meos informatos iam, seu potius inchoatos, quam primùm absolvendos me contulisse, vt, si doctorum virorum iudicio digni essent, qui in manus hominum peruenirent, vtilisque studiose iuuentuti futuri viderentur, in publicum prodirent: sin minus, Q. Horatius Flaccus saltem & antiquorum librorum auxilio, & mea opera restitutus quodam modo reuiuisceret, ac renascetur. Nunc de commentariis meis, quid te ab eis expectare velim, quidque in eis conficiendis secutus sim, pauca dicam. Primùm Horatianum ipsius auctoris sententia studioſissime inuestigata, & perquisita, similibusque locis inter se comparatis, explicari, ac declarari: Deinde, quæcumque mihi visus est à poetis, & philosophis Græcis, qui quidem exfret, sumfisse, aut mutatus esse, ea de fontibus petita, tuis oculis optima fide subieci: Tum, quæ ad Græcorum historias, fabulasque pertinent, etiam ea de Græcis ipsis, & poetarum Græcorum scholiastis, excerpta, tibi proposui, tibi que produxi: neque solum produxi, verum etiam Latine omnia ferè reddidi. Præterea Græca omnia loquendi genera, in quibus creber, & frequens est Horatius, diligenter obseruaui, notauim, indicauim vim, pondus, elegantiam verborum ostendi: Horatianam Latine loquendi rationem cum optimorum Latini sermonis auctorum Plauti, Terentij, Lucretij, Catulli, Ciceronis, Cæsaris, Sallustij, Virgilij, Tibulli, Propertij, T. Livij loquendi consuetudine congruere demonstraui. Præterea si qua verba lectiora, aut si qua loquendi genera concinniora sæpius, & pluribus locis ab eo esse usurpata animaduerti, ea diligenter collecta, sub vno quasi aspectu, quam aptissimo potui loco, vt adolescenteis querendi labore leuarem, collocaui. Postremò perquam multos auctores Græcorum, & Latinorum locos quasi aliud agens, occasione tam oblatâ & corruptos restitui, & obscuros declarari.

Rectam autem vocum scribendarum rationem, quam orthographiam Græci nominant, eam sum secutus, quæ plerisque doctissimis ætatis nostræ viris probatur, quæque in veteribus, & fide dignis marmoribus reperitur. exempli causa hæc nomina, sic typis describenda curavi, *Mæneas, Paullus, Néofala, Sulpicius, Mucius, Scæmilla, Hirtius, Cascellus, Patrus, Calpurnius, Tiberius, Etruscus, Brundisium, Aricia, &c.* Tum hæc hoc modo, *siue hiems, scæulum, maror, & mare, cælum, hadus, nuntius, conuictum, orium, auſtor, edera, heres, æneus, &c.* Tum hæc, quæ ab vno

ab vno veluti fonte manant, cum diphthongo æ, *fatus, fecus, facundus, famina, farum*: hæc autem, quæ de Græcâ voce *πρωτη* nata sunt, cum diphthongo æ, *pæna, pænitet*: illa autem *pæne, pænuria*, cum diphthongo æ, non quod alia eorum sit origo, sed quod talem scripturam cōfirmant antiqua monumenta, veteresque membranæ. In his porro *sumsi, contemsi, comsi, promsi, demsi, sumtus, contemtus, comtus, promotus, demtus*: & in his *emtus, ademtus, exemtus, interemtus, peremtus*, primùm antiquissimi Grammatici auctoritatem: deinde rationem, ac veritatem ipsam sum secutus. Marij igitur Victorini, qui Alij Donati fuit æqualis, hæc verba sunt in lib. de orthographia. *Nam hiems, & sumsi, & in sumsi, et demsi, sine dubio per m. s. scriberit: & quando in harum vocum mentionem incidimus, nec consumit, nec emtum, nec redemtum, nec temptat, nec attemptat, & similia istis, per p. s. scriberit vitiōse, sed, vt ego scripsi, iuxta m. s. ponetis.* Multum quidem apud nos valere debet tanti Grammatici sententia, atque auctoritas: sed, si quis huius scripturæ rationem apudque flagitabit, ea verò est in promptu posita, minimèque obscura. Sed priusquam progrediar longius, etiam atque etiam abs te peto, lector humanissime, vt tibi hoc persuadeas, me & officio adductum, & necessitate quadam coactum de his rebus, quæ Grammaticorum sunt, hoc loco disputare. Nam, præterquam quod consilium meum harum vocum ita scribendarum, tibi probatum esse volo, quidam amicus meus, vir cum primis doctus, cum mihi prorsus assentiretur, rogauit me, vt tibi huius consilij, factique mei rationem exponerem. Non debet igitur supinum à sui præteriti vel lege, vel natura discrepare, neque vllam omnino litteram, quæ in præfenti, aut in præterito non fuerit, assumere, præter eas, quæ supinorum sunt propriae, quales sunt s. & t. nam in duplici x potestate s. inest. Cum igitur hæc verba *emo, redimo, adimo, eximo, interimo, perimo* & in præfentibus, & in præteritis littera p. vacent: supina quoque, eadem vacare debent: itaque scribenda sunt, *emtum, redemtum, ademtum, &c.* De his autem, *sumo, promo, temo, como, demo*, & similibus, dico præter naturam liquida m. quæ est horum verborum littera quodammodo genialis, id est, à qua ceteri modi, ceteraque tempora oriuntur, ac gignuntur, quam Græci characteristicam appellant, & dico, inquam, præter illius litteræ naturam, p. in eorum præteritis, & supinis interponi. Nam liquida m. quæ fuit in præfenti, vel perit in præterito, vt *premo presti*, vel, si fortè seruetur, nullam præterea affumit consonantem: vt *emo emi, gemo genui*. Idemque de liquida n. sentiendum: vt *sino sinis, pono posui, sperno spreui*: in quibus perit: *cano, cecini, gigno, genui*: in quibus retinetur. P. autem in præteritis eorum verborum dumtaxat intercedit, quorum in præfenti vel b. inerat, vel hoc ipsum p. qualia sunt *forbeo, scribo, nubo, suscipio, carpo, rapio*. Nam b. & p. litteræ sunt inter se affines, & cognatæ: facilèque altera in alterius locum migrat. quod item de m. & p. dici non potest: quæ litteræ ita sunt inter se dissimiles, & dispares, vt altera cum altera numquam commutari possit. Iam verò, in quorum verborum præteritis p. inest, vt in his *forpsi, scripsi, nupsi, suscipi, carpsi, rapui*, & similibus, etiam in eorumdem supinis p. reperitur, vt *forpsimus, scripsimus, nupsimus, suscipimus, carpsimus, rapuimus*, & similibus. alioqui nullum eius in supino vestigium apparere debet. Neque me mouet alius quidam nobilis grammaticus, qui tradidit m. ante t. sine p. propter euphoniā, scribi non solere. Atqui cacophonia est potius, multo enim lenior, & facilior, & suauior pronuntiatio est harum vocum ita scriptarum sine p. *sumtum, contemtum, promotum, &c.* Eo autem tempore nata est hæc vitiosa scribendi consuetudo, quo tempore barbaries, ignorantiaque Latini sermonis non modò Galliam nostram, verum etiam Italiam, ceterasque orbis terrarum partes occuparunt: & quidem ex eorum inepta opinione nata, qui arbitrabantur, m. ante s. & t. sine p. neque scribi debere, neque pronuntiarī posse. Indidem horum vocabulorum fœditissima, & corruptissima scriptura manauit: que etiam in quibusdam libris manu scriptis, atque adeò in nonnullis veterum marmorum fragmentis reperitur, *hiemps, contempno, dampnatus, antempna, sollempnis, alumpnus, temptare, Pompina tribus*. quæ nōdum me puero è libris, qui tum typis excudebantur, penitus erat sublata: nunc autem ab omnibus viris litteratis repudiata, ab omnibus libris vulgatis funditus deleta est. Quod si huiusmodi scripturæ mendum, ac vitium in his vocibus, veritate expugnante, ac peruincente correctum est, cur non item in illis *sumpsi, prompsi, contempsi*, & similibus. in his, *emptum, interemptum*, & similibus, corrigeretur, cum eandem in vtriusque rationem valere videamus? Ego quidem hanc tam peuerſam scribendi consuetudinem, quæ vsque ad hoc tempus in talibus vocibus hæret, nunc tandem, ignorantia tenebris ex Italia, Gallia, Germaniaque fugatis, litterarumque luce ueteratum rudium seculorum errorem pertinaciter defendere, quàm vocem rationis audire: primùm me facti conscientia consolabor, quòd etiam in re leui, parique momenti meam sententiam hominibus simpliciter, seduloque aperui: deinde ab illis petam, vt, si sibi licere volunt, cum vulgo sine metu reprehensionis errare, mihi liceat cum paucis doctis sine culpa temeritatis & auctoritatem Victorini, & rationem sequi, sed nimis multa de nugis. Nunc igitur Horatianæ lyræ modos, ac numeros audiamus. Vale.

IDEM LECTORI SECUNDÆ
EDITIONIS.



V ID hac secunda editione ad primam accesserit, quantoque hæc illi præstat, paucis te, bone & erudite lector, admonendum esse puto. Non enim si sumus, quos pudeat fieri, nos multa quotidie audiendo, legendo, vivendo denique discere, quæ nobis antea fuerint incognita atque ignorata. Nam si plerique homines gloriosum sibi esse ducunt, rem à patre acceptam vel mercatura, vel negotiatione, vel parsimonia, vel alia aliqua honesta ratione amplificare: si Solonem illum, virum sua civitatis sapientissimum, & unum è septem, non puduit de se scribere ac prædicare, se quotidie senescere multa addiscentem: quid curæ est, quare mihi turpe esse existimem ingenue fieri, mihi non pauca hodie esse nota atque aperta, quæ antea fuerint obscura, atque ignota? Hoc igitur admonendum es, lector humanitate & doctrina excolite, hanc posteriorem editionem multis partibus esse priore meliorem ac perfectiorem. Cum enim hunc eruditissimū & acutissimum poetam, Q. Horatium Flaccum, olim in Italia cum decem libris manuscriptis contulisset, omnesque scripturæ varietates satis diligenter observasset, & ad oras unius exempli typis impressi ascripisset: atque ex illorum librorum auctoritate multos quidem locos in hoc scriptore corruptos sanavisset, sed multo plures partim religione quadam deterritus, partim receptæ lectionis consuetudine occupatus, partim vitæ genere vago, & instabili, minimeque tranquillo iactatus, partim curis maioribus suscipiendis, intractis atque incastigatis reliquisset: in patriam aliquando reversus, brevi que post tempore in collegium professorum Regiorum beneficio Regis Karoli noni, cui commentarios meos in quatuor carminum libros, & epodos inscripseram ac dicaneram, cooptatus, & Lutetiæ vitæ genus, præterquam quod bellum intestinum repente exortum, anno que ferè duos per omnem urbem Gallie grassatum, bonas literas, & honestas disciplinas, omnesque adeo virtutes pane dicam funditus in Gallia oppressit atque exstinxit, cetera quietum otiosum, ac tranquillum, & meis studiis ac moribus appositum & accommodatum, nactus, cepti multo liberius, quam umquam antea, nihil tamen de docendi munere mihi à rege imposto atque assignato detrahens, cum in omnibus scriptoribus Græcis ac Latinis dies, noctesque versari, tum verò ex Latinis quidem Lucretium, Ciceronem, Horatium: ex Græcis verò Homerum, Euripidem, Platonem, Demosthenem, & Aristotelem relegere ac retractare. Itaque secundo mei muneri, meaque professioni anno Lucretium sexcentis locis partim conjectura, partim ex fide membranarum antiquariorum emendatum, & prope alium factum, & brevibus commentariis explicatum divulgavi. Aliquo anno post totum M. Tullium partim à codicibus manuscriptis Memmianis, Huratinis, Clericis, Cuiatianis adutus, partim doctorum virorum, qui ante me in eo scriptore emendando elaborarant, vigiliis subleuatus, partim meis ipsius viribus, medique industria atque opera, nisi, locis innumerabilibus correctum, notisque, & scholiis brevissimis explanatum, edidi. Quo labore perfunctus cum Horatium de integro in manus sumissem: meminisse autem (quamvis meum in hoc poetâ emendando & explicando positum studium omnibus nationibus humanitate & doctrina politis gratum accidisse scirem) sed tamen meminisse, varias ac diversas (ut sine varia mortali ingenia) ab eis, qui meos commentarios legissent, querelas esse iactatas: aliosque existisse, qui libros veteres aut non satis diligenter à me esse inspectos, & consultos, aut non satis religiose expressos atque imitatores quererentur: alios, qui dicebant non omnes locos Horatii difficiles atque obscuros à me esse explicatos, & declaratos: alios, qui Latinam omnium testimoniorum & exemplorum Græcorum interpretationem requirerent: alios, qui multo pluribus exemplorum luminibus, testimoniorumque auctoritatibus tum Græcis, tum Latinis meos commentarios ornari potuisse prædicarent: alios, qui nonnullorum locorum explanationem improbant: his omnibus hac secunda editione satis facere conatus sum. Ac primum quidem is, qui arguebant, me libros veteres vel parum diligenter inspectos, vel parum religiose secutum esse, ita satis feci. Nam præterquam quod omnes scripturæ varietates ex decem libris veteribus, quibus Roma sum usus, & uno, quo Lugduni, exscriptas atque excerptas, & ad oras unius libri impressi ascriptas, diligentissimè recognovi ac relegi, sex præterea Lutetiæ item manu scriptos nactus sum, unum à N. Clerici hereditibus, duos ab humanis, viro Lod. Rescardo, iuris civilis apud Auaricum Bituricum interprete ac doctore, tres ab Io. Nicotio, prudentis, & ornatis, viro, non ita pridem legatione apud Lusitania regem functo: ad quos accessit sextus, mihi quatuor ab hinc annos ab Io. Colombino Mostroliensis donatus. Partim igitur undecim illorum codicum priorum auctoritatibus repetitis ac retractatis, iterumque atque iterum consideratis, partim sex libris posterioribus diligentissimè collatis, & attentissimè perpenis, quos locos in priore editione mendosos imprudens reliqueram, eos hac secunda in integrum restitui. Is, qui negabant totum Horatium esse à me explicatum, sic occurri, nullo prorsus loco, nulla sententia, nulla denique voce, quæ modo lectorem non tardissimum remorari posset, intacta relicta. Tertio hoc modo morem gessi, quod quicquid est in commentariis meis ex Græcis auctoribus prolatum, Latine à nobis redditum est, inconditè illud quidem interdum & impolitè, sed ita tamen, ut sententia Græcorum verborum homini Græcis litteris non satis erudito non obscura esse possit: quartis ita obsecutus sum, quod sexcentis exemplis ac testimoniis oratorum, poetarum, philosophorum, historicorum, tum Græcorum, tum Latinorum hi commentarii amplificati atque aucti sunt: Postremis in eo cumulatè satis feci, quod quorundam locorum explanationem, quia ea mihi commoda & recta, aut certè tolerabilis videbatur, argumentis & rationibus probabilibus confirmavi: in nonnullis sententiam mutavi. Meum illud institutum hic mordicus retinui, perpetuèque servavi, ut, si quis Horatii locus ab aliquo alio vel ingeniose emendatus, vel eruditè explicatus est, siquid à quopiam prolatum est ad aliquam Horatii sententiam declarandam, quod quidem sermone ac mentione dicendum iudicarem, id suo auctori bona fide reddiderim, neminemque sua laude spoliavim: contra si quid ab aliquo minus aptè, minusve probabiliter excogitatum & litteris mandatum est: id aut dissimulavim, aut sine acerbioris auctoris reprehensione coarctaverim: neminem, quantumvis longè à recta regione aberrantem, ne læcissimus quidem, nominatim contumeliosius appellavim. Vale.

IOAN.

IOAN. MACÆVS LECTORI
S. P. D.



V ANDIV inter mortales mihi huius lucis vsura frui cōcessum fuerit, Amice Lector, ego profectò nunquam, cum homines hominum causa sint generati, ut ipsi inter se alij aliis prodesse possint, neque sumptibus, neque labori parcam, ut tua studia promouere, atque prouehere, aliqua certè ratione iuuare possim. Huius verò mei erga te studij, atque voluntatis, locupletiores, certiorque testes edere nō possim, quàm illos Latinæ linguæ principes, qui superioribus annis ex officina nostra prodierunt. Anno Dom. cIo. Io. LXVIIII. Dionysius Lambinus Mostroliensis, Regius Græcarum literarū professor, vir doctissimus, cuius memoria omnibus bonis & doctis, propter summam eius virtutem, & eruditionem, sacrosancta esse debet, Q. Horatium Flaccum, suis commentariis antea explicatum, noua commentariorum accessione illustrat, ut tertia etiam parte amplificati viderentur. Nunc verò tibi, studiosè lector, eiusdem Lambini nouam etiam, quod fortasse mirere, commentariorum accessionem, quasi ipse ab inferis sit excitatus, ex officina nostra profero, quam eius vxori, foemina lætissimæ, acceptam ferre debes, quæ eam tibi, qua est humanitate, & in studiosos omnes beneuolentia, sclicitatè nō inuidit, neque verò inuidere voluerit, quæ optimè esset edocta, Lambinū suū, à virtutum, & literarū laude profectū esse. Ad Lambini verò labores, nos, ut perpetuò in vetere nostro iuuadorum studiorum tuorum instituto constaremus, Henrici Stephani, viri egregiè docti, & gratulati, vnde scelicem, & facilem obscuriorum locorum explicationem petere posses, adiecimus, eiusque potius, quàm vllius alterius argumeta, vbi nulla Lambini erant, ut Satyris & Epistolis, præfiximus, propterea quod mira breuitate, sermone puritate & elegantia, totius rei summam, cui præfigerentur, complecti, atque perstringere videbantur. Huc præterea accessit, versus cuiusque Epodi, & Odes ratio, & rerum memorabilium, scitūque dignarum Index locupletissimus, ut nihil in noua tanti operis editione desiderares, tuisque studiis nostra diligentia nō satis cōsultū esse, quererere. His itaque bonis omnibus, Amice Lector, fruere, & nostro labori, generosissime conatibus nostris, pro tuo Animi candore, faue, ut ad maiora posthac audenda, atque suscipienda, huius nostræ erga te voluntatis comprobatione, incitemur. Vale.

ADMONITIO AD LECTOREM.

Quæ ex Lambini vigiliis, recens superioribus eius & Lugduni, & Lutetiæ apud nos cussis Commentariis, addita sunt, ea duobus huiusmodi [] quasi simicirculis inclusa, notantur. Ad calcem verò vtriusque Horatiæ parisi, Annotationes omnium studiosis admodum vtilis, quas ex Henrici Stephani Horatio desumpsimus, sunt adiectæ. Quæ quò singula referantur, earum inscriptione cognosces.

IN Q. HORATIVM

Flaccum, iterum à D. Lambino editum, Germanus Valens Pimpuntius, in Curia Parisiensi Consiliarius Regius.

Lambinus Calabro in saltu mala gramina, et umbras, Scabritiem, dum horrorem: qua plurima silva Monstra ferunt, paulo antè noua compefcuit arte, Atque Venusias segetes, & sentibus arua Obducha, atque situ Dauni squallentia rura Erudiit, rastro, ferro, insectatus aratro: Montibus ut Calabris quondam pater Ennius hortos, Emeritus sic Lambinus sua premia palma. Nec satis hoc illi, nec brachia fessa remisit, Expertus generosa magis quo sunt sola, pluveis Cultura reuocare vices, impendia, curas. Acris ergo auido incumbens superata labore, Atque iterata nouo, vici, domuitque colendo, Proscidit, offregit terram, effregitque rebellem: Respondet votis totiesque exercita tellus. Saluete Ausonides nymphæ, saluete Camæna Dauniades: multum tu magna Venusia salue: Luce noua, tantoque alacres gaudete nitore: Lambinum circumfusa lestrate chorèis, Sacraque odorata circumdate tempora lauro, Lambinus mancis vestri arcesuunt alumni, Paonio Elysia cantu de valle reductos. Dimidia iam parte sui tabescit adempta, Conclamatque gregem umbrarum in communia damna Pindarus, & frustra se abeunti opponit amico. Hinc procul ô, queis nec nymphæ, nec carmina cordi: Ecce audita mihi referari ianua Ditis, Cantatæque domus Hecates sana ora dehiscunt: Auditorque inuita sonis renat are carina. Prosequitur clamor reuocantum, & sauit in auras. Me tellus tremefacta quatit, specubusque remugit Aduentante umbra, Flaccoque Acherunte remisso: Interpretis sum arcans, en ora resoluunt, Vina, obscura prius, pandens oracula voce. Non tamen hanc, Lambine, tibi laudem æquus Apollo Inuidet, insonem vel qua te reddidit, artem. Sic prius Hippolytum superas reuocarat ad antras: Sic Deus omnipotens, Bacchi matèrque, patèrque Bis nati fuerat, proprium mutarat eburno Sic humerumque Pelops: Attonque recoctus abeno Prodierrat magico, duplicis compendia magna Excipiunt ortus, & fortunata sequuntur Fata quidem tantis numquam contraria fatis.

IN EVNDEM IOAN. AVRA- tus Lemouix, poëta Regius, Græcus & Latinus.

Linguarum populis cum lris foret orta duarum: Hicque suos vates diceret, ille suos: Multos Græcia se lyricos iactabat habere, Flaccum vix unum cum sua Roma daret. Verba notat Nemesis, Græcòsque redegit ad unum, Effet ut hinc Flaccus, Pindarus inde super. Sed tamen & Flaccus longo corruptus ab auro, Fædatisque situ, iam periturus erat: Non tulit hoc Nemesis, formam sumensque virilem Lambini, ambrosio sparsit odore senem. Protinus excussa, serpentis more, senecta Splendet, in exoniis luxuriatque suis. Hoc tibi nunc debent Latia, Lambine, Camæna, Æmula quod Græcia stant sua pleetra lyra.

IN EVNDEM IO. PASSE- ratius, Treccensis.

Olim Philippo, busta gentis Martia, Tuo imbussis, doctè Horati, sanguine: Ni te per hostes nuntius celer debum Denso pauentem sustulisset aëre. Et nunc Camæna, pars tui præstantior, Caliginosa nocte premerentur, nisi Alter disertus ales, Atlantis nepos, Lambinus, atro vindicasset à situ.

IN EVNDEM ANTON. Valetus Iunianensis, Lemouix.

Quem nuper tersum edideras, Lambine, poëtam, Nunc fretus Genio vuidiore, iterum Pene recens placidas erumpere gestit in auras, Lucis & usura liberiore frui. Namque manu extrema, extremæque incude recusus, Et nactus lima munera cara tua, Nunc totus nitet, & vestus maioribus alis Enolat à mendis integer & maculis. Hunc ego, dum cerno tam pulcro exire decorum Cultu, sic tua me doctæ Minerua caput, Ut, nisi sint Flacci plana omnia, & integra, sanctè Iuravim hac Flaccum præripuisse tibi.

CARMINVM LIBER I.

AD MÆCENATEM Od. I.

ARGVMENTVM.

Alios aliis rebus duci: se lyricorum versuum studio teneri.



MÆCENAS atavis edite regibus, O & præsidium, & dulce decus meum: *Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat, metaque feruidis Euitata rotis, palmaque nobilis Terrarum dominos euehit ad Deos. Hunc, si mobilium turba Quiritium Certat tergeminis tollere honoribus: Illum, si proprio condidit horreo

Quicquid de Libycis verritur areis. Gaudentem patrios findere sarculo Agros, Attalicos condicionibus Numquam dimoneas, ut trabe Cypria Myrtoim pauidus nauta secet mare. Luçantem fcaris fluctibus Africum Mercator metuens, otium, & oppidi Laudat rura sui: mox reficit rateis Quassas, indocilis pauperiem pati. Est qui nec veteris pocula Mæsici, Nec partem solido demere de die Spernit, nunc viridi membra sub arbuto Stratus, nunc ad aqua lene caput sacra. Multos castra iuuant, & lituo tubæ Permissus sonitus, bellaque matribus Detestata, manet sub fove frigido *Venator, teneræ coniugis immemor, Seu visa est catulis cerua fidelibus, Seu rupit teretis Marsus aper plagas. Me doctarum edere premia frontium Diis miscent superis: me gelidum nemus, Nympharumque leues cū Satyris Chori, Secernunt populo, si neque tibias Euterpe cohibet, nec Polyhymnia Lesboum refugit tendere barbiton. Quod si me Lyricis vatibus inseres, Sublimi feriam sidera vertice.



MÆCENAS] In omnibus ferè manu scriptis codicibus, quibus vix sum, nomen Mæcenas scriptum reperi & in prima & in secunda syllaba sine diphthongo: quam scripturam tamen non probem omni ex parte, sequor in eo tamen, quod secunda per e, vocalem, non vt vulgò, per æ diphthongum scribitur. adiuuat me codex orationum M. Tullij Ciceronis calamo exaratus in Cluentiana: quo loco scriptum etiam est hoc nomen sine diphthongo in vtraque syllaba. Iam verò quod ad primam attinet, Græcorum historicorum auctoritate moueor, apud quos Μακκηνας per æ diphthongum scribi solet in ea syllaba, vt in secunda per η, quæ vocalis vertitur in e longum: & item apud Suidam, in iis vocibus, quarum syllaba prima est µ cum dipton. α. Quin Ælianus, qui cū Romanus esset, Græcè scripsit, lib. 12. Πονκλ. 1799. hanc scripturam retinet. Præterea apud P. Victorem lib. de regionibus vrbis, & Priscianum libro de accentibus in exempl. Aldinis sine vlla varietate perpetuò ita scriptum est hoc nomen. Vnius præterea marmoris antiqui testimonium producā, quod Romæ visitur in ædibus Fusconum, è regione ædium Farnesianarum: in quo hæc sunt incisa, LIBERTORVM ET LIBERTARVM C. MÆCENATIS L. F. POMPT. POSTERISQVE EORVM ET QVI AD ID TVENDVM CONTVLERVNT, CONTVLERINT. Fuerunt autem Mæcenate ordinis equestris, quemadmodum declarat M. Tull. in ea oratione, quam modò commemoravi, his verbis, Tunc C. Flavius Pusio, Cn.

quæstura, ædilitas maior, (nisi cum tribunatus interponeretur,) prætura, consulatus. quod & M. Tullius declarat in Lucullo, *In Asiam quæstor profectus sum, deinde absens adilio factus, continuo prætor. post in Africam, inde ad consulatum.* & T. Livius lib. 32. annalium. *Comitia per M. Fulvium, & M. Curium tribunos plebis impediebantur, quod T. Quintium Flamini consulatum ex quæstura petere non patiebantur. Iam ædilitatem, præturamque fastidiri, nec per honorum gradus documentum sui danteis nobilibus tendere ad consulatum, sed transcendendo medio summam imis continuare.* De censura & dictatura quid attingit dicere, cum dictatura quidem difficilibus tantum, & turbulentiis reipub. temporibus adhiberi solita sit: censoria autem notatio, neque impedimento cuiquam fuerit unquam, quo minus eius ratio haberetur in petendis honoribus, & nonnunquam de rep. sublata sit: censorios denique ipsi subscriptione censoria sibi standum esse nunquam existimant, ut ostendit M. Tull. in Cluëtiana? Adde quod ex censure nihil ad dignitatem hominis consularis accedere potest, cum scribat M. Tull. in Placiana, honorum populi finem esse consulatum. His igitur positus existimant ternarium numerum hoc loco, vel simpliciter & litteratè & propriè accipiendum: vel translataè & prouerbij loco. Si simpliciter & propriè placebit accipi, tergeminos honores intelligemus ædilitatem maiorem, præturam, consulatum. Quod si quis quærat quæ obrem quæsturam de numero trium honorum tollam, præsertim cum primus magistratus urbanus nominetur, & M. Tull. Verr. 7. honoris nomine afficiat his verbis, *ita sum quæstor factus, ut mihi hunc honorem non delatum, sed commissum arbitrer: respondebo, magistratum quidem fuisse, & honorem, sed non curulem, & minimæ auctoritatis, nulliusque ferè Imperij.* Itaque idem M. Tull. lib. 2. accusat. primum honoris gradum nominat, non honorem, deinde quæstorem dabatur prætoribus & consulibus tanquam adiutores, & administri quidam. Præterea quæstori prætor parentis erat loco, & quæstor prætori, liberorum, ut ex multis M. Tullij locis intelligere licet. Tum verò quæstorem prætor poterat coercere. quin etiã homini priuato licebat eum in ius vocare. Neque autem uocationem, neque prehensionem in urbe habebat: ergo neque licentorem, neque uiatorem, ut scribit A. Gell. ex Varrone: quod tamen uerum non est, nam fasces & lictores habuisse perspicuum est ex orat. pro Plancio. Postremò fortasse dici potest, quæstorem non habuisse sententiæ in senatu dicendæ potestatem: sed tantummodo pedibus in aliorum sententiã discedere solitum esse: quare tamen nihil affirmo. agere quidem cum populo, & cõtionem habere suo iure non poterat. neque est quod quisquã mihi dicat, ei, qui quæstor non fuisset, non licuisse maiores petere magistratus: ergo quæsturam suam in honoribus locum debere obtinere. ad hoc enim respondebo

tanto magis eã in enumerandis honoribus nobis prætermittere licere, propterea quod etiam si non numeretur, reliquos magistratus tam antecessisse intelligatur. De ædilitate maiore autem cum multa dici possint, quam obrem in honorum numero sit habenda, tum ea multum ualent. quæ scribit M. Tull. lib. 5. accusat. de sua ædilitate uerba faciens: *Ob earum rerum laborem & sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiã dicenda locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam, posteritatemque prodendam.* Nam ex illo loco perspicuum esse potest, quantum dignitatis atque amplitudinis afferat ædilitas. Præterea ædili cõtionem aduocare, & cum populo agere licebat, quod non nisi maiori magistratui licebat. Quamuis autem præturam & consulatum obtinere poterat, qui ædilitatè non gessisset: sæpe tamè accidebat, ut offenderetur populus, si quis ædilitatem non petuisset. Nam in suspectione illiberalitatis & auaritiæ ueniebat: quod declarat locus ille Ciceronis lib. de Offi. secundo his uerbis, *Præterea tamen est suspicio auaritiæ. Nam Mamercus, homini ditissimo, prætermisso ædilitatis consulatus repulsam attulit.* Ne illud quidem me mouet, quod multi ædilitatis repulsam passi, prætores & cõsules facti sunt. Id enim comitiõrum inconstantia, populique leuitati ascribendum est. Postremò M. Tull. ostendit lib. 3. de Legib. ædilitatem, primò ascensum fuisse ad amplioris honoris gradum. Iam uerò de prætura quin ea secundum locum suo quodammodo iure sibi uendicet, nemo, opinor, dubitabit. Prætores enim absentibus consulibus cõsulare munus obtinebant more maiorum, ut scribit M. Tull. epist. ad Plancum lib. 10. & T. Liv. lib. 7. tradit prætores dictos & habitos esse cõsulum collegas. Sequitur consularum, quem honorum populi finem fuisse paulo antè ex M. Tullio diximus. Ex superioribus igitur colligi potest per tergeminos honores ab Horatio significari ædilitatè, præturam, consulatum: uel, si quis ædilitatem prætermitti potuisse impune contendet, quæsturam, præturam, consulatum. Tribunatus porro quauis fuerit magistratus sacrosanctus, & auxilij causa ab initio cõparatus, non erat tamè necesse, eum, qui præturam, aut cõsulatum petiturus esset, tribunatum gessisse. Præterea tribunatus multis annis post urbem cõditam, ex diffensione senatorum & plebis natus, & sæpe intermissus est, ut ex T. Livio intelligere licet. Quod item ostendit M. Tullius Verr. 2. uel potius proæmio accusat. Verr. his uerbis, *ipse denique Pompeius cum primum cõtionem habuit: ubi (id quod maxime expectari uidebatur) ostendit, se tribunitiam potestatem restitutum, factus est in eo strepitus & grata cõtionis ad murmuratio.* Deinde tribunatum nemini, nisi qui è plebeia esset familia, capere licebat. deinde tribunatum petebant ferè homines populares, & ab optimatum consilio & secta remoti. Si igitur propriè tergeminos accipiemus, tres eos, quos dixi, honores intelligemus.

Sin

Sin trãssatè & *μνημεωδῶς* accipiemus: per tergeminos honores, legitimum quædam, & iustum, & absolutum honorum numerum intelligemus, seu potius, ut sup. dixi, summos & amplissimos honores, ut ædilitatè maiorem, præturam, consulatum, &c. quem admodum sæpe apud poetas Græcos & Latinos *τρεῖς*, & ter, uirpatum uideamus pro multum, & sæpe. Hom. Od. 8. *τρεῖς μάχες Δαῖοι καὶ τετραῖς*, quod Virgil. expressit primo Æneid. & Horat. Od. 13. huius libri, *felices ter & amplius, Quos irrupta tenes copula.* & apud Æschin. in Prometh. *καὶ τρεῖς περὶ μῦστα*, sic Od. xv. 11. eiusdem, *licebit iniectione ter puluere curvas,* & Od. xv. 11. secundum, *Latum theatrum ter crepuit sonum.* & Od. tertia lib. 3. *Ter si resurgat murus æneus.* & Od. xv. 11. *Gaudet inuisam pepulisse fessor Ter pede terrã.* & Od. 22. *Quæ laborantis uitro puellas Ter uocata audis.* & Od. 17. lib. 2. *Cum populis frequens Latum theatrum ter crepuit sonum.* Atque hoc ex eo natum, quod numero ternario in sacris, in rebus diuinis, atque adeo in carminibus & excantationibus utebantur, tanquam naturæ diuinæ accomodatissimo, & gratissimo. Theocr. *Φαρμακωτε. Ες τρεῖς ἀπαρτῶν, καὶ τρεῖς πᾶσι πᾶντια φωνῶν*, quale est illud Virgilij in sua pharmac. *Terna tibi hæc primum triplix diuersa colore Licia circundo,* &c. sic Tibul. eleg. 2. lib. 1. *Ter canit, ter dictis despicit carminibus.* Etiam oratores uisurpant, ut Demosth. *πρὸς τὸν Περικλέα, οὐχ ἕπαξ ἀπολαύσει δὴ γὰρος*, id est, dignus, qui ter, non semel moriatur. Errant autem uelementer qui per tergeminos honores, maximos & sæpius iteratos populi plausus significari putant.

TOLLERE HONORIB. Vel dixit tollere honores pro eo quod est, tollere ad honores, uel ita, ut dicimus ferre & tollere laudibus. sic enim Od. x. 1. huius lib. *Pos Tempe totidem tollite laudibus.*

SI PROPRIO COND. HERR.] id est, si quamplurima fructuosissimorum agrorum habet iugera, si copiosus & diues est arator. ita uertitur eodem uerbo epist. ad August. lib. 2. *Condita post frumenta leuantes tempore festo Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem.*

QUICQUID DE LIBYCIS VER. AR.] Libyam seu Africã numerant scriptores in regionibus frumeti fertilissimis: eò respiciēs, dixit Sat. 3. lib. 2. *Frumentum quantum metis Africa.* & Martial. lib. 6. *Posideat Libycis messis Hermumque Tagumque,* &c. Seneca Thyeste. *Non quicquid Libycis teris Feruens arua messibus.* Ennius Satyr. lib. 3. *Lati campi, quos gerit Africa terra politos,*

ATFALICIS CONDICIONIBVS.] id est, opulētissimis atque amplissimis cõdicionibus, & uel regno Asiæ pposito, uel Asiaticis opibus oblati, nunquam neque huic ambitioso præsertim apud populū gratioso, neque illi aratori, præsertim abundantia, & copioso, persuadeas ut suo studio, uitaque, instituto relicto, navigationis periculum quæstus causa subire uelit.

Fuit autem Attalus rex Pergami, & totius Asiæ, qui populum Rom. fecit heredem. de quo plura ad Od. xv. 11. lib. 2.

NUMQUAM DIMOVEAS] sic quidem scriptum reperi in libris omnibus manuscrip. sed malim legi *demoueat*, ut hæc sit sententiã: nunquam eum de suo instituto sententiã uideas, aut demoueat. Nō dubium est autem, quin hoc uerbum non apud hunc poetam solim, uerum etiam apud M. Tull. permultis locis ita sit emendandum. Ut in orat. contra Rull. *ex ea possessione temp. demouere.* & paradox. *de sententiã demouere.* & Philipp. quarta, *virtus est una altissimi defixa radicibus, quæ nunquam uilla ui labefactari potest, nunquam demoueri loco.*

TRABE CYPRIA] trabe, id est nauis, hypallage. sic Virg. Æne. 3. *Vela damus, uastumque caua trabe currimus æquor.* Sed quam obrem Cypria? quia Cyprus abundat materia opportuna atque uili ad nauis ædificandas uel à carina usque; ad summam mali partem. Quidam tamen nauem intelligunt, totam ex trabibus cypriis, id est, cypri arboris compactam.

MYRTOM] mare Myrtoum à Myrtoe Onomai auriga nominatum esse traditum est: quem Pelops ab Hippodamia falsò apud se accusatū, quasi ei stuprum inferre conatus esset, cum illa absente Pelope Myrtoe complexum & concubitum uero appetisset: in mare proximū de curru præcipitem deiecit. Verum Pausan. Arcadicis hæc nō probat. uult enim, mare Myrtoū à muliere quadã Myrtone esse appellatū. Pausanias uerba sunt hæc, *Ὀὐκ ἔστι οὐδὲ τὸ Myrτῶν ἀπὸ Myρτῆς τῆς Ἐρμῆ φάσιντο κελκημῶν, ἀρχομῶν τε ἀπὸ Εὐβοίας, καὶ παρ' Ἐλέλλου ἐρημῶν ἠὲ καὶ ἑθνηκῶν εἰς τὸ Αἰγαίον, ἀλλὰ μὲν δοκῶσιν Εὐβοέων οἱ παρ' ἀρχαῖα μνημονεύοντες εὐοικῆσαι εἰρηκῆναι, λέγοντες ἀπὸ γυναικὸς Myρτῆς τῆς πελάγει γερουμένης τὸ ὄνομα τῶ Myρτῶν.* id est, non igitur mare Myrtoum à Myrtilo Mercurij filio uideri debeat appellatum, quod initium capit ab Eubœa, & præter Helenã, insulam desertã, usque ad mare Ægæi pertinet: sed mihi uidentur Eubœorū ij, qui res antiquas memoriae prodiderunt, uerisimilia quædam & probabilia dixisse, in eo quod tradiderunt mari Myrtoe nomen esse impositum à muliere quadã Myrtone. est autem mare Myrtoum maris Ægæi pars, & ita uindosum, pcellosum, & naufragij infestum. **PAUIDVS NAVTA.]** aptum epithetum. sic Od. x. 11. huius lib. *Ceruam pauidã:* & Od. 11. epod. leporem pauidum appellat. pauidum autem hoc loco nauatam dixit propter aduersas tempestates, & naufragij metum. alibi nauas auidos dicit, ut Oda xv. 11. eiusdem libri, *Exiit est auidis mare nauis.*

LVCTANTEM ICARIIS.] participium luctantè cum dandi casu cõiunxit, ut Od. 11. huius lib. dixit, decertantè Aquilonibus, & ita de similibus sentientid. lege quæ annotata sunt

ad Od. vi. lib. 2. ibi, *viridique certat Bacis Penafro*. Dardalum & Icarum eius filium post Pasiphae cum tauro concubitus, Minois iram fugientis sese e Creta subduxisse, Icarumq; Solis propinquitate alis colliquefactis, in mare subiectum decidisse, atq; ab eo, mare Icarium esse nominatum, notius est, quam ut inculcare debuerim. infra Od. i. lib. 4. *Ceratis ope Dardalea Nititur pennis*. Est autem etiam mare Icarium, maris Aegaei pars.

A F R I C V M ventu ab occafu hiberno flatu: de quo Virg. lib. i. *Aen. Creberque procellis Africus*.

I N D O C I L I S P A V P . P A . id est, qui neq; aduerfa tempeftate, neque naufragio, neque vilo alio nauigationis incommodo patientia pauertatis doceri potest. Hac quide est nominis, *indocilis*, propria significatio, sed vsurpauit M. Tull. pro eo, quod Graeci *ἀδιδάκτων* dicunt, in Lucullo, his verbis: *sed incredibilis quaedam ingenij magnitudo non desiderauit indocile vsus disciplina*. disciplina vsus, indocilem dixit, quae nullis praecipis contineatur, quae doceri non possit.

E S T Q V I N E C V E T E R I S aliud hominum genus proponit, qui tota aetate in copotationibus, in somno, in otio, & voluptatibus consumunt.

M A S S I C I vinu Massicu posuit pro quouis vino generoso. Nascitur autem in Massicis montibus, qui sunt in Capania, de quibus Plin. lib. 3. cap. 5. *Ab hoc sinu incipiunt vitiferi colles, & temulentia nobilis succo per omnes terras inchoylo atque (ut veteres dicere) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cecubi obtendantur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Dein consurgunt Massici, Gaurani, surrentinique montes.* Oda xxj. lib. 2. *Quotumque lectum nomine Massicu, &c.* & Saty 4. lib. 2. *Massica si cela supponas vna fereno, &c.* addidit nomen veteris quia vetustas vinum comendat, quae de re alibi dicemus.

N E C P A R T E M S O L I D O D . demere partem de die solido id valet, quod dicit Ode vii. lib. 2. *frangere diem.* Et solidum diem, siue integrum appellare malis, hic nominat, quo die nihil quis edit, nec bibit: vt od v. lib. 4. *dicimus integro sicci mane die, &c.* Est autem frangere diem, opere & labore vsitato, & quasi legitimo intermisso, atq; interrupto, corpus cibo, & potionem curare ac reficere, Genioque indulgere. Solebant enim magna ex parte Romani illi veteres totum ferre die in rebus agendis ponere: sub vesperu autem aut certe post meridiu corpora curare, vinoque & epulis operam dare. Significat igitur, nonnullos adeo non esse vel in reip. administranda, vel in re familiari tuenda, vel in aliis studiis, & negotiis occupatos, vt multo malint magna diei partem in conuiuio, & copotationibus consumere, quam ficci, & icuini vsque ad vesperu permanere. Eadem ratione videtur M. Tull. in episto. ad Papiarium Patrum lib. 9. epist. integrum famem appellare eam, quae ad cenam tempus perfertur, neq; vel tunc cibo sedata, aut leuata est. *Integrum* (inquit)

famem ad ouum affero. ita vsque ad assum vitulinum opera perducitur. Quem igitur hic solidu die nominat, Od. v. lib. 4. integrum appellat: & dies fractus opponitur integro, vt integer sit, de quo nihil sit detractu, quod in curando corpore ponatur: fractus autem, qui totus in negotio non sit positus, sed diuisus ita, vt eius pars vel multo maxima, vel quantacumq; sit, ad vinu, atq; epulas, eiusmodique delicias, & voluptates siue necessarias, siue non necessarias, conferatur.

S P E R N I T videtur esse *μείωσις* seu *ἐλάττωσις*, non spernit, pro exoptat, concupiscit. ordo autem hic est, nec spernit pocula optimi vini veteris, nec spernit demere, id est, detrahere partem die, & ad epulas ac voluptates conferre.

N V N C A D A Q V A E L E N E C A P V T S A C . Jaquam sacra, fontem intellige: quae de remot dicemus. fontis caput autem, est fontis principium, & origo, vnde primum erumpit & manat aqua. Ex quo ad capite arcessere. i. ab ipso principio petere, seu repetere. & caput pro cuiusque rei principio, & origine. Cic. pro Plancio, *sed si quid sine capite manabit, aut si quid eris eiusmodi, ut non extet auctor, qui audiverit, &c.* & ib. caput & fontem coniungit. *Etenim ad caput, & ad fontem vtriusque generis veniamus.* & pro Caesio: *sin autem ut rivulus arcessitur, & ductus ab ipso capite accusationis vestra, latabor, &c.* & ibid. *horum duorum criminum video fontem, video auctorem, video certum nomen & caput.* & lib. 2. de finibus, *Atque ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum, & malorum.*

Caput fluij autem est, quo in mare influit, quod ostium appellauit Virg. Georg. 4. *Tristes ad extremi sacru caput astrui amnis.* & Caes. lib. 4. de bello Gall. loquens de Rheno, *Multisque capitibus in Oceanum insluit.* Nam qui putant caput fluij esse principium & originem fluij, errant: neque recte explicant locum illum Virgil. Aeneid. li. 8. *Hic mihi magna domus celsis caput urbis exit.* Per caput enim Roma significatur. Hoc modo autem Virgilij versus explicandus est. *Hic*, id est, non longe ab exitu meo, & ostio, quo in mare ingreditur, magna domus mihi exit, id est, oriri incipit: *celsis caput urb. i.* quae futura est aliarum magnarum urbium caput & princeps. *Quod* autem illi ex iis quae paulo post sequuntur, sententiam suam confirmari dicunt. *Quo te cumque lacus miserantem incommoda, &c.* Nihil dicunt, nam plane & perspicue his verbis fons fluij significatur: quis neget? sed cum supra dicat, *Hic mihi magna domus, &c.* Certum locu indicat Tiberis fluius, vbi domus sua futura sit, & caput vrbium. Aeneas autem cu ita loquitur, *Quo te cumque lacus, &c.* incertum sibi esse significat vbi sit origo Tiberis. Praeterea cu Aeneas longissime abesset ab origine & fonte Tiberis, non possunt illa verba, *Hic mihi magna domus,* de fonte fluij intelligi, vt pote quae locum propinquum indicant.

M V L T O S C A S T R A multi castris, & studio rei militaris delectantur.

E T L I T V O T V B A E P E R M . S O N .] quem admodum hic tuba sonitum cum lituo: ita Od. i. lib. 2. lituorum strepitum cum cornu murmure coniungit in describenda pugna imagine, his verbis, *Iam nunc minaci murmure cornuum Perfringis aureis, iam litui strepunt.* solebant enim Romani non solum tubis, verum etiam lituis acere militum animos, ex quo apud Tull. tuba belli ciuiliis, & lituus profectiois ad Pompeium, pro impulsoe posita sunt. Verba Ciceronis sunt haec in epist. ad Ampium Balb. lib. 6. epist. qui iulissent acerbus, *veniam tibi dari, quem illi appellant tubam belli ciuiliis.* Idem lib. ii. epist. ad Attic. *Posteaque, quam mihi littera a Balbo Cornelio minore misse essent, illum existimare, Quintum fratrem lituum mea profectiois fuisse (ita enim scripsit) &c.* eodem pertinent illa Virgil. Georg. 3. *Primum equi labor est, animos, atque arma videre bellantium, lituisque pati.* & Aeneid. 6. de Miseno, *Hectora circum, Et lituus pugnas insignis autibat, & basta.* Vide Aul. Gell. lib. i. cap. xj. Fuit autem & alius lituus in signe auguratus: de quo sic M. Tull. lib. i. de diuina. *Quid lituus iste vester, quod clarissimum est in signe auguratus? unde vobis est iraditus? nempe eo Romulus regionis direxit ium, cum vrbem condidit: qui quidem Romulus lituus, id est, incuruum, & leuiter a summo inflexum bacillum, quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit: cum situs esset in curia saliorum, quae est in Palatio, eaq; deflagrasset, inuentus est integer.*

B E L L A Q V E M A T R I B V S D E T E S T .] delectata posuit *παρηγορως*, vt notat Priscian. lib. 8. matribus autem delectata bella dixit, propterea quod in eis matres plerumque filiis orbantur. sic inf. Od. xvi. lib. epos. *Parentibusne abominatus Annibal.* eodem pertinet illud Euripid. in Hecuba. *πολλὸν τ' ἔστι κράτει μίσην τεύλων θεῶν πύργου χρεῖν, δριπέτωι τε ποσειδῶν δία μιν ὄνυχ' ἰθὺς ἔδρα παραγαμοῖς,* quorum verborum haec ferè sententia est. canoque capiti marer manum infert liberis in bello mortuis, genasq; lacerat vngue cruento sic & Virgil. lib. ii. Aeneid. *Hic matres, miseraque nurus, hic cara sororum Pectora marentum, puerisque parentibus orbi Dirum exsecrantur bellum.*

M A N E T S V B I O V E F R I G I D O] si dixisset, cubat sub Ioue frigidus, verbum Graecum expressisset *ἀθελοχοιτέα*. Iam quod Iouem pro celo posuit, vsitatum est omnibus poetis Graecis & Latinis. Theocr. eid. d. χ' *ὡς ζεὸς ἄλλοιχα μὲν πῆλε ἀθέλιος, ἄλλοιχα δ' ἕβ.* Nunc pluit & claro nunc Iupiter aethere fulget. Virg. Georg. i. *Iupiter humidus Aethris denset, erant quae rara modo, & quae densa relaxat.* Idem secund. *Et iam maturis metuentus Iupiter visis.* Horat. Od. xxii. huius libr. *Quod latu mundi nebula, malisque Iupiter urget.* & Od. x. lib. 3. *Puro numine Iupiter.* Od. xiii. epos. *Horrida tempesta calum contraxit, & imbreis, Niuisque deducunt Iouem.* Catullus autem pro vento posuit: siue vtrumque Iupiter simul secundus incidisset in pedem. Iam verò notum est ita loqui Latinos, caelum

grauē, tenue, frigidum, caliginosum, crassum, humidum, potiùs quàm aër grauis, tenuis, &c. [Profert autem hunc locum Seruius ad illum Virgil. *Aen. 3. modò Iupiter adsit.* & sub Ioue interpretatur, *ὡς δὲ δὸς,* seu sub diuo. profert & ad illum locum Aeneid. 6. *primisque in faucibus Orci:* vbi dicit deum esse positum pro loco: vt cum Iouem dicimus, & aethere significamus.]

V E N A T O R] sic Hom. de venatorib. *ὀδοῦσ' ἰῶτα. οἱ τε καὶ θ' ἕλλω Ἀλγὰ παρῶσιν καρφῆας ὄρεων ἐφ' ἔπιοντες,* id est, qui in silua dolores perferunt, dum in summis montibus versantur. & M. Tull. lib. 2. Tuscul. *Pernocitant venatores in niue, in montibus vni se patiuntur.* Horat. satyr. xj. libr. i. *Leporem venator vi alta in niue lectatur.*

C A T V L I S F I D E L I B .] canum fidelitatem, & studium venandi, pluribus verbis declarat M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. *Canum tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilu ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi ad hominum commoditates esse generatos? vigilis appellat Horat. Od. xvj. lib. 3. *et vigilum canum Tristes excubia.* Vtrumque coniunxit Lucret. lib. 5. *Et leuis omnia canum fido cum petere corda.* Theocrit. eid. λβ. hoc animal in primis ad hominum conuictum aptum ait esse, & prouidum, in eoque iudicium duntaxat delectat, quo discernat eos, in quos lauire debeat, ab iis, quibus eum parcere ac blandiri oporteat. sic Theocr. Ω. *πῶποτι: οἶον τῶτο θεοὶ ποίησαν ἀλακίης ὀνηλον ἀνθρώποισι μετεμμεναι, ὡς ἔπι μὲν δὲ. Εἰ οἶνε φρένες ὡς νοήμονες ἐδοθη ἦσαν, Ἡδ εἰ δ' ὦτε πρὶν χαλεπαμένω, ὦτε καὶ οὐκ: Οὐκ ἀπὶ θῆρων τις ἐθέλειεν εἶσι πινύς, &c.* quorum versuum haec ferè sententia. O dij immortales. Qualem hanc bestiam dij finxerunt? quam aptam ad hominum conuictum? quam prouidam, & sagacem? Si ea in eo intelligentia esset, vt sciret cui irasci oporteat, cui non: nulla cum ea de principatu, & honore certaret.*

M A R S V S A P E R .] Marsi Apuliae populi. **M E D O C T A R V M E D E R A E** J ederae praemia doctorum capitum, id est, doctoru viroru: nempe poetarum. nam poetae viatores coronis ederae donabantur. epist. ad Iulium Florum. lib. i. *seu condis amabile carmen, Prima ferens ederae viciu praemia.*

D I I S M I S C E N T S V P E R I S] in Deorum me contubernio quodammodo collocant. Diis me parem efficiunt.

N Y M P H A R U M Q V E L E V S] Nymphae aliae in nemoribus habitant: & haec à Graecis *ἀλυσίδες*, id est, nemorales appellantur: aliae in aquis, quae naiades, seu naiades, & hydriades communi & generali nomine dicuntur. sed harum aliae sunt *χρυσίδες* Graecè, Latine (si placet) fontanae nomenclantur: aliae *ἑπιπτοαμίδες*, haec autem has fluiuatilis appellare. sunt & aliquae *ἑπιμυλίδες*, seu *ἑπιμυλίδες* (vt Pausan. in Arcad.) qui-

bus pecora sunt curæ: nonnullæ etiam *ορειάδες*, quæ mōtes incolūt. Nymphas ita definit Theocriti interpretis *είδ. γ. Νύμφαι δ' εἰσὶ ἐν γυναικείᾳ χάσματι ἐν τοῖς ὄρεσι φωνήματα δαίμονια*, id est, Nymphæ autem sunt, quæ muliebri figura in montibus conspiciuntur dæmonia, seu deorum numina. Ac de Nymphis quidem sic Hom. *ἰλ. υ. Οὐτ' ἄρα Νυμφῶν, ταῦτ' ἄλσασα κελὰ νέμονται, καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πείσεα ποίηεντα*. Veteres autem cum omnium aquarum naturam, ut in qua præcipua vis insit alendi, atque augendi, diuinam existimabāt, tum fluuiorum, & perenniū fontium maximè. Ex quo & Nymphis natiadibus antea consecrabant, & eas maxima religione venerabātur & colebāt. Itaque Vlysses experrectum, & patriam suam agnoscentem Homerus facit Nymphas manibus ad calum sublatis ad hunc modum precantem, *Αὐτίκα δὲ Νύμφαις ἤρσατο, χεῖρας ἀναχθῶν: Νύμφαι νηϊάδες, κέρας Διὸς ἐπὶ ἑσπέρῳ Οὐρανῷ ὑμῖν ἐφάμην, νηϊδ' εὐχαλῆς ἀγαθήσι Χοῖρετ', αἴπαρ καὶ δῶρα, διδόντοισι, ὡς τὸ πάροισιν*. quorum versuum hæc ferè sententia est. statim Nymphas manibus sublatis veneratus est. Nymphæ Naiades Iouis filię, desperabam me umquam vos visurum. At nunc blandis precibus à me venerata, saluete. Porro etiā vobis dona largiemur, quemadmodum & antea. & *ἰδυσσ. ρ. Vlyssē à Μελάθῳ caprario calce percusso, Eumæus tamet si cum nondum agnosceret, tamen tam improba & petulanti in hospitem egentē iniuria & contumelia commotus, Nymphas fontium præfides & custodes precatur, ut, si umquam eas Vlysses piè, religiosèq; coluit, saluus in patriam reuertatur, ut illius insolentiā comprimat, iniuriāque hospitibus illatam vlciscatur, sic igitur Homer Νύμφαι κλυτὰται, κέρας διὸς ἐπὶ ὄδυσσεὺς ὑμῖν ἐπιμύει ἕκαστ' ἐκαστὴν καλὴν ἴσασσι δῆμα, &c.* Theocritus autem Nymphas qualdā facit Castalidas, tanquā Musas, sed nihil vetat, quo minus & fons Castalius suas Nymphas habeat. Ne hoc quidem præteribo, Nymphas terrorem iniicere interdum, nō solum agricolis, sed & quibuslibet aliis, eòsque de gradu mentis deturbare. Vnde *νυμφόλητοι* dicti, quos Latini, Lymphatos appellant, qua de re dicemus ad Od. 37. huius lib.

SECERNUNT POPVLO] à vulgo separant, ut ceteris hominibus præstantem. Vtitur hoc verbo epistol. de arte poetica. *Publica priuatis secernere.* & Ode III. lib. 3. *Secernit Europen ab Asia.*

NEC POLYHYMNIA] apparet ex hoc loco Polyhymniæ nomen ab hymno dictū esse. sed Lucianus lib. *ἑδὲ ὀρχήσαν* vult *ἐπὶ τῷ μεμνησται*, his verbis *καὶ τῷ ἡγασταὶ αὐτὸ πολυμνίαι, ἢ ἕαν ἔχων αὐτῇ παρθεσίαι, καὶ μεμνησται περιεσται ἀπαντων.* & filiam eius Polymniam propitiā habere ei propositum est: & omnia memoria tenere conatur. Ex eo quidam

conferunt hoc loco legendum esse *πολυμνία*: quod nomen, quàmque lectiōnem probarem, nisi codices omnes reclamarent. huic alij agriculturam, alij bene dicendi facultatem, alij artem gestu loquendi ascribunt: Horat. *ἔτυμον* nominis secutus, lyram & cantum. Iam verò etiam Ouidius Polyhymniam dixit, ut annotat Muretus, *Differere Dea, quarum Polyhymnia capit prima.* & Virg. in Cyri. *Nam verum fatcamur: amat Polyhymnia verum.*

LESBOVM] propter Sapphonem & Alcæum.

QUOD SI ME LYRICIS] quod si me ad poetarum lyricorum numerū ascribes, &c. Inferes autem, scriptum reperi in tribus lib. Vaticanis. quam scripturam magnopere probō.

SUBLIMI FERIAM] non assentior iis, qui hoc loco legi volunt, *sublimis*. Nam & reperi scriptum *sublimi* in omnibus ferè codicibus manu script. & sublimi vertice ita dictum esse puto, ut Od. xxvj. lib. 3. *sublimi flagello*. Præterea, quod Germano Valenti Pimpuntio viro doctiss. videtur, fortasse loquendi figuram Homericam exprimere voluit. *Ἰλιαδ. δ. Ουρανώ ἐστὶν ἑξέ κέρον*: quod tamen Virgilius sic videtur Latine reddidisse: *caput inter nubila condit*. si quis tamen sublimis malet, non pugnabo. sic Terent. in Andr. *sublimem hunc intro rape, quantum potes*. id est, ita eum sublatum rape, ut terram non tangat. & Virgil. *AEncid. 5. quem præpes ab Ida sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vnctis*. Illud autem, quod est Od. xv. huius lib. *sublimi anhelitu*, translatum est. significat enim anhelitum ex alto pectoris recessu ductum: quod contingit iis, qui longo cursu defatigati, egrè animam recipiunt.

AD AVGVSTVM CÆSAREM. Od. 2.

ARGVMENTVM.

Deos omnes iratos esse Romanis, ob Cæsaris eadem: vnam imperij spem in Augusto constitutam.

IAM satis terris niuis, atque diræ Grandinis misit pater, & rubente Dexterâ sacras iaculatus arceis, Terruit urbem: Terruit genteis, graue ne rediret Saculum Pyrrha noua monstra questæ, Omne cum Proteus pecus egit altos Visere monteis: Piscium & summa genus hæsit vltimo,

Nota

Te duce Cæsar.

Nota qua sedes fuerat columbis: Et superiecto pauida natarunt Equore dama. Vidimus flauum Tiberim retortis Litore* Etrusco violenter undis, Ire deiectum monumenta regis, Templaque Vestæ: * Ilia dum se nimium querenti Iactat vltorem, vagus & sinistra Labitur ripa, Ioue non probante, vxorius amnis. Audiet, ciueis acuisse ferrum, Quo graues Persæ melius perirent: Audiet pugnas, vitio parentum Rara iuuentus. Quem vocet diuum populus ruentis Imperi rebus? prece qua fatigent * Virgines sanctæ minis audientem Carmina Vestam? Cui dabit* parteis scelus expiandi Iupiter? tandem venias precamur, Nube candentis humeros amictus Augur Apollo: Sive tu maui Erycina* ridens, Quam Iocus circumuolat, & Cupido, Sive neglectum genus, & nepotes Respicis auctor. Heu nimis longo satiare ludo: Quem iuuat clamor, galeæq; leues, Acer & Mauri peditis cruentum Vultus in hostem. Sive mutata iuuenem figura, Ales in terris imitatis, alma Filius Maia, * patiens vocari Cæsaris vltor: Serus in calum redeas, diuq; * Latius interfis populo Quirini: Nerve te nostris vitiiis iniquum Ocyor aura Tollat: hic magnos potius triumphos, Hic ames dici pater, atque princeps: Neusinas Medos* equitare inultos

RVBENTE DEXTERA] per rubentem dexteram significat Horatius fulmen, aut certè dextram, qua Iupiter fulmina mittit, ut apud Virg. Georg. 1. *Ipse pater media nimborum in nocte corrusca Fulmina molitur dextra*. vbi tamen *corrusca* coherere debet cum voce *fulmina* potius, quàm cum voce *dextra*. sic Pindar. *ἄδ. 1. fulmen Iouis βέλος πορπάλαμον* nominat: id est, telū igneum dextra contortum: Et Hesiodus, *κέρωνον ἀβαλόντα*: id est, fulmen rubicundum. Non temerè autem dixit sacras arceis fulmine esse percussas. hoc enim referendum est ad treis Iouis manubias: quarum maximæ sunt eæ, quæ cum igni veniunt. Dicuntur autem esse Iouis manubiæ tres, ut docet Festus. Vna minimæ, quæ momentatūm, placidæq; sunt: alteræ, quæ maiores, & quæ veniunt cum fragore, discutuntq; aut diuellunt: tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniunt: & quamquam nullum sine igne fulgur est hæc tamen propriam differentiam habent, quod aut adurant, aut fuligine deformant, aut accendant: quæ statum mutant consilio deorum superorum.

IACVLATVS ARCEIS] iaculati arceis pro petere, & ferire, cum Horatianum sit, tum minus est apud alios vsitatum. sic idem Ode xij. lib. 3. *iaculati cervos*. & Od. xvj. lib. 2. multa iaculati dixit per translationem pro multa petere, multaque sibi proponere, quæ quis consecui velit: quod Græci *σχεδὸν* dicunt. neque verò dubium est, quin Græcos imitatus, qui dicit *βέλα λην τῶ κεφαλῆν, τὸ τῆρος, τὸ κπασ, τῆν κερδίαν*, iaculandi verbum cum quarto casu rei, quæ petitur, iunxerit: quod item prior fecerat Lucret. lib. 4. *sine puer membris muliebribus hunc iaculatur*. At Virgil. aliter *AEncid. 1. iaculata è nubibus ignem*. & 11. *Vel Danaum Phrygiis iaculatus puppibus igneis*: & alibi, *iaculati montibus Ornos*. idem tamen in Moreto, si modò eius auctor Virgilius est, hoc verbum ita vsurpauit. *Sape viri narceis acer iaculatur apertis spiritus*. Iam arces sacra celo tactæ funesta & dira portendunt. Sic M. Tullius. *Nam pater altitonas stellanti nixus Olympo, Ipse suos quòdam tumulos, ac templâ petiuit: Et Capitolini insedit sedibus igneis*. & Horat. Od. xij. lib. 1. *Tu parum castis inimicamittes Fulmina lacis*.

TERRUIT GENTEIS] proximè dixerat terruit urbem, nepe Romam: nunc autem terruit genteis: quod longè illo superiore grauius & maius est.

SACVLVM PYRRHÆ] Pyrrham Epimethei & Pandora filiam, Deucalionisque vxorem fuisse: eòsque eluuiōnis illius tempore Parnassum montem omnium altissimum, vel (ut alij volunt) Lycorim, conscendisse, atque eò confugisse, ex interpretibus poetarum Græcorum, & Ouidio cognoscere licet. Aiunt autem

alij, eluionem illam esse hominibus à Diis inuectam propter Tantali scelus, qui Pelopem filium in minutis parteis concisum, & coctum, eis comedendum apposuit: alij propter Lycæonis filium, cum vellet Iupiter omnem hominū impietatem è terra funditus delere, atque extinguere: qua de re Pindarus ὀλυμπ. εἰδ. θ. λέγοντι μὲν ῥόνα μὲν κατακλῦσαι μέλαινας ὑδάτας ὀδύος, id est, aiunt porro aquarum vi terram esse obrutam.

NOVA MONSTRA QVESTÆ] etiam M. Tull. hoc verbum cum accusandi casu iunxit. vt pro Flacco, non enim omnia, que dolemus, eadem queri possumus. & epist. ad App. Pulchrum lib. 3. Multa nos quidem quesiti sumus. & hic poeta epist. ad Scaenam: Qui queritur Salebras & acerbum frigus. & Cæs. lib. 6. de bel. Gall. Num quesitus.

OMNE CVM PROTEVS] Protea phocærum Neptuni custodē fuisse ex Hom. ὀδύας. δ. & Georgic. III. notum est. qua de re nonnulla dicemus ad illum locum, Quo teneam vultus mutantem Protea nodo? epistola prima lib. 1. de Phocis autem, & Homerus eo, quem dixi, libro, & Oripianus, lib. 1. φῶκος δ' ἐπιχρῆ μὲν εἰς λείπασσι γάλασσαν: Πολλὰ μὲν δ' ἡμάται πετρῆς εἰς καὶ λαμῆταισιν Εὐνή λομύμναισι, ἔξ' αὐτοῦ ὑπὸν ἐχουσι.

PECVS] potest quidem dici, Phocas, cum vituli marini sint, non admodum nouē, pecus esse dictas: verūtamen si cui nouum hoc videbitur, quia pisces sint, admonet Nonius, non solum pecudem quadrupes animal, verū etiam animal omne vocari. Plaut. Rud. Non vides referre me vuidum rete sine squamato? pecu? Næuius Ægisto. Tum autem lasium dicitur: finium pecus Ludens ad cantum clausum iustrat.

EGIT ALTOS VISERE] hoc loquendi genus merū Græcum est, id est, egit vt viseret: de quo plura dicemus ad Od. xxiii. huius libri. De his igitur monstris queri potuerat Pyrrha: Phocas, quæ solebant in littoribus pascere, in montium culminibus esse visas, propterea quod aquæ terrarum planitiem operuerant: pisces in summis arborum ramis, in quibus aues sidere, & nidos construere solent, constitisse: damas, quæ vel in siluis vagari, vel in iustis delitescere & quiescere consueverunt, in mari super terras effuso, natate coactas esse.

NOTA QUÆ SEDES FER. COL.] columbas agrestes intellige, quæ palumbes appellantur.

[ET SVPERIECTO PAVIDÆ N. ÆQV. D.] profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 3. in exte. timidi dama, ceruicq; fugaces.]

VIDIMVS FLAVVM TIBERIM] vidimus Tiberim reiectis ac repulis vndis ab Etrusco littore (influxit enim in mare Tyrthenū Tiberis) vel ab Etrurie finibus, ita creuissē, vt sinistra rippa effusus, quæ agrum Romanum alluit, vrbemque hodie attingit, Regum priscoꝝ mo-

numenta, & templa Deorum deicere, atque euertere velle videretur. Vtitur autem hoc eodē epitheto, Od. iii. lib. 2. Πῖλλός τε φλαυός, quam Tiberis lauit, Cedes.

VESTÆ] Vestam, quam ἑστῆον nominant Græci, Rheæ filiam facit Pindarus Neme. εἰδ. ια. Hæc dea, foci custos & præses habetur: ex quo etiam toti domui præsidere existimatur. Vnde Vestæ, & focum domus, & totam domū significat. notum prouerbium ἐφ' ἑστίας ἀρχοῦ, quod est vel à propinquis & domesticis: vel à melioribus & præstantioribus initium ducere.

QVERENTĪ] de Iulij Cæsaris nece. Ab Ilia autem Martis, aut Tiberis, aut, (vt alij volunt) Anienis, vxore vult Iulium Cæsarem, seu gentem Iuliam ortum habuisse.

IACAT] sic vtitur hoc verbo Od. xiiii. huius libri. Quamuis Pontica pinus Silua filia nobilis iactes & genus & nomen inutile.

IOVE NON PROBANTE] significat Horatius gratificans Augusto, & pæne dicam, assentans: illum terrorem, illamq; eluionis calamitatem, nullam aliam ob culpam Romanis esse illatam, quàm ob Cæsaris eadem: cuius rei argumentum est, quod Iupiter non modò non fuit illius terroris atq; eluionis auctor, sed ne approbator quidem: sola Ilia à Tiberi viro suo adiuta, iusto dolore excitata, iustòq; odio incensa, tam graueis pœnas à populo Romano expectiuit Ioue pæne inuito.

V-XORIVS AMNIS] qui nimium in ea re vxori gratificaretur, nimiumq; indulgeret. Hoc nomine appellantur mariti, qui se totos ad vxorum arbitrium fingit & accommodant, qui eis omnibus ferè in rebus obtemperant. Virg. Æn. III. Pulchramque vxoris vrbem Exstruit. Admonendus est lector minus in his litteris tritus, primam syllabam nominis vxorius pertinere ad verbum superiorem: hoc modo, Ioue non probante v. Xorius amnis.

AVDIET, CIVIS AC.] huius loci hæc sententia est, Posterius nostri ex bellorū ciuiliū calamitate reliqui, atq; idèd rari, audient, ciuis in ciuium corpora exacuisse, & strinxisse ferrū: quo quidem longè æquius, ac reip. vtilius erat Persas, ceteròq; populi Rom. hosteis, interimere, ac uere ferrum proprie dictum: illud translātè epist. III. lib. 1. seu linguam caussis acuis. & illud lib. de Arte poetica. Tyrtaeus quemares animos in Martia bella Versibus exacuit.

QVO GRAVES PERSÆ] sic Od. vii. lib. epod. Quò quò celesti iuitis? aut cur dexteris Explantur enses conditi? Parūmne campis, atque Neptuno super Eufum est Latini sanguinis? Non ut superbas inuidæ Cartaginū Romanus arcus vreret? &c.

MELIVS] rectius, iustius.

FATIGENT] assiduis precibus obsecrent, & tandem exorent. sic loquitur T. Luuius lib. 23. inde fatigatus Campanorum precibus sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ vrbis Cumas rediit. aliter hoc

hoc verbo vtitur Od. xiiii. lib. 4. spectandus, incertamine Martio Deuota morti pectora libera, Quantis fatigaret ruinis.

VIRGINES SANCTÆ] Vestales, virginis intactæ, & incorruptæ.

PARTEIS] munus. tratatio à partibus histronum, vt epist. de Arte poetica. Ne forte seniles Mandentur iuueni partes.

SCELVS EXPIANDI] respexit morem veterum, qui sanguine humano contaminatos congressu, & aditu prohibebant, donec expiati essent: & ij ipsi, qui manus habebant cruentas, & sanguine inquinatas, egebant aliquo maiore, à quo expiarentur: & quoad hoc impetrassent, manus habebant impuras: lege annota. ad Od. 22. huius lib. ibi, scelerisque parus. & ad Od. 1. lib. 2. Nondum expiatis unctis cruoribus.

NVBE CANDENTIS HVMEROS] in duobus lib. Vatic. & in Tornes. ita scriptum reperit, Nube candenti humeros amictus. quam scripturam siquis probabit, non pugnabo. nam quòd vocis sequētis initium vocalis est aspirata, non est hoc nouum, sic enim Od. xxviii. huius lib. ὄσφισ, & εἰρηί inhumato, &c. Nube amictus autem, id est, ἀέρας, & hominibus sese contempnendum non præbens. Videtur expressisse illud Homericum νεφέλη εἰλυμένος ὤμιος.

AVGVRI] iugur ab auium garritu dictus est. ex quo augurium. Hoc loco augurē, μάγαν intellige, id est, rerum futurarum prouidum, qui præsentit ac diuinat futura, eaq; interpretatur. Sic Chiron apud Pindarum πῖλλός τε, Apollini rerum omnium euentum certum, fixū, notum esse: illum rerū progressionē & causas cernere: illum scire, quot frondes inuente vere terra profundat, quot arenæ in mari, & fluminibus impetu vcentorum, & fluctibus agitentur. Verba Pindari sunt hæc, Κλυροῦς δὲ πάντων τέλος οἶδα, καὶ πάσας κελύφας, ὅσα τε θῶν ἡμῆ φύλλ' ἀεπύμπευ' ἄποσσι ἐν θαλάσῃ καὶ ποταμοῖς λαμμάθοι κύμασι ριπαῖς τ' ἀνέμων κλονέονται. Idem Horat. in Carm. saculari pro Imper. Ro. Augur ex fulgente decorus arcu Phabus. cantorem appellat in lib. de arte poet. ne forte pudori sit tibi Musa lira sollers & cantor Apollo. etiam augurē appellat Virgil. Æn. III. nunc augur Apollo, &c. Imploratur autē primo loco Apollo, quia deus habebatur, Romanis maximè propitijs, & beneuolus: atque ob hanc causam religiosissimè ab illis colebatur.

ERYCINA RIDENS] frequens est Venereis epithetum φιλομειδής apud Homer. quod procul dubiò hic expressit Horatius. φιλομειδής autem scriptum per η in tertia syllaba, aliud est ab illo. vult enim Hesioidus Venerem φιλομειδῆα appellatam, quia μειδῶν ἐξέφραδ' ἦν, id est, ἔξ' ἀδύων. secundo loco Venus imploratur quia Æneæ mater: & ita Romani generis parens. Lucret. lib. 1. Æneadum generis hominum, diuinumque voluptas, Alma Venus.

QVAM IOCVS CIRCVMVOLAT] vel circum quam locus volat, vel quam circūuolat, vt fit verbum compositū, quomodo quibusdam placet. qua de re alio loco dicemus.

AVCTOR] auctor: id est, progignitor Romanorum quia Mars, Romuli parens: Romulus vrbis Romæ conditor.

LVDO] bellis, quæ sunt Martis delicia, & oblectamenta.

LÆVES] expolita, non aspera. sic Od. vii. lib. 2. Λαία ciboria. & Od. vii. ciuid. lib. Laues plumæ & Od. vi. lib. 4. Λαίης Ἀργίης. i. imberbis. & Od. xvii. huius lib. Λαία personere saxa. & Od. xi. lib. 2. fugi retro Λαίης Ιουενία. & epist. de arte poet. scelerantem Λαία nerus Desciunt. ibid. aut Λαίη seruanda cupresso.

ACER ET MAVRI PEDITIS] per acrem Mauri peditis vultum; ἀσπιδέος, id est, virilem, & quasi truncem significat. Taleis autem vultu atque aspectu Mauros fuisse tradit Ælianus his verbis: Εἰς δὲ μαυροῦσιν καὶ κελύφαι μαυροῦσιν ἀσπιδέος ὄρωσι: quem locum mihi Io. Scaliger, iuuenis cruditissimus, indicauit.

SIVE MVATA] vult Mercurium induta specie humana, Augusti nomine appellari, & Augustum esse Mercurium. Et ita Augusto assentatur.

PATIENS VOCARI CÆSARIS VLTOR] Græca planè est hæc loquendi figura, ἡσπιδέων κελύφαι καὶ σαρκοῦ Σιδωνητῆς. Demoist. ἀεὶ τ' ὠδύσασσες καὶ τσαύτης ἀσπιδέας καὶ κελύφαις ὀμολογεῖτε ὑμῖς εἶναι μετοί. Latine enim diceremus: patiens te vocari Cæsaris vltorem. sic epistol. ad Quinctium lib. 1. Cum patens vis sapiens emendatisque vocari. sic Od. xv. i. li. 3. Vxor inuicti Iouis esse nefcis? & epist. ad Torquatum lib. 1. patriarque vel inconsultus haberi. sic Catullus: At fuisse nauium celerissimus. & Virgil. lib. 2. Æn. sensis medius delapsus in hosteis. & Propert. lib. 1. eleg. 6. Iurabo & bis sex integer esse dies.

SERVS] serus redeas, pro, serò redeas: olet hoc quoque Græcum quiddam. quo de genere dicemus ad Od. xvii. epod. precatur autem tacitè, neque tamen obscure, vt diu uiuat Augustus. hoc enim valent illa, serò in cælum redire, quasi Mercurius sumta Augusti specie & figura è cælo in terras deuolarit, sitque aliquando in cælum reuolaturus.

POPVLO QVIRINI] in membrana Don. Iannocti, & vna Vatic. Quirino scriptum est. fortasse rectè, & Horatiano more. Nā & in carmine saculari ita locutus est: Romule genti date rebusque, prolemque, Et decus omne. & Od. xii. lib. 4. Qui nunc Sulpicijs accubat horreis.

INIQVVM] offensum, iratum, inensum.

HIC AMES DICI PATER, ATQVE PRINCEPS] hæc ad historiam pertinet. Nam Augustus senatus consulto parens patriæ appellatus est.

MEDOS] puto eosdē hic Medos dici, quos

suprà Perfus appellavit, ut Od. 37. Medum acinacem dixit gladium Persicū. Et fortasse eodem nomine Parthos significat. Nam Augustus hoc tempore Parthis bellū inferre cogitabat: quod cum illi sensissent, Augusti fama permoti, signa, quæ Crassus & M. Antonius amiserant, vltro ad Augustum remisissent: ut Od. xv. lib. 4. Et signa nostro restituit Ioui Derepta Parthorum superbis Postibus, horribilique Medo. & xvii. lib. 1. Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti sub duce, qui templis Parthorum signa refecit.

EQVITARE] vel equitare posuit translātē pro Romanis insultare, vel propriē pro ex equo pugnare. Erant enim Parthi, equites. [Od. 19. c. i. u. lib. Et versis animosum equis Parthū dicere, &c.]

IN VIRGILIVM Athenas proficiscentem. Od. 3.

ARGVMENTVM.

Secundam ei navigationem precatur: deinde occasionem nactus, hominum audaciam detestatur.

SIC te diua potens Cypri, Sic fratres Helena, lucida sidera, Ventorumq; regat pater, Obstrictis aliis, prater Iapyga, Navis, que tibi creditum Debes Virgilium: sinibus Atticis Reddas incolumem precor: Et serues anima dimidium mee. Illi robur, & as triplex Circa pectus erat, qui fragilem truci Commisit pelago ratem Primus, nec timuit precipitem Africum Decertantem Aquilonibus, Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti: Quo non arbiter Adriæ Maior, tollere, seu ponere vult freta. Quem mortis timuit gradum, Qui siccis oculis* monstra natantia, Qui vidit mare turgidum, & Infameis scopulos* Acrocerania? Nequicquam Deus abscondit Prudens Oceano dissociabili

Terras, si tamen impia Non tangenda rates transfiliunt vada. Audax omnia perpeti Gens humana ruit per vetitum nefas. Audax* Iapeti genus Ignem fraude mala gentibus intulit. Post ignem atheria domo Subductum, macies, & noua febrium Terris incubuit cohors: Semoti; prius tarda neccsitas Leti, corripuit gradum. Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis. Perrupit Acherunta Hercules labor. Nil mort alibus arduum est. * Calum ipsum petimus stultitia: neque Per nostrum patimur scelus Iracunda Iouem ponere fulmina.

SIC] cum aliquid ab altero petimus, id vt facilius impetremus, ea solemus illi precari & optare, quæ scimus ei esse optatissima, addita particula sic. Estq; hoc genus omnibus poetis, Græcis & Latinis, perquam vsitatum. Ac primū sanē ab hoc poetā ordiamur. infra Od. xv. lib. huius lib. sic quodcumque minabitur Eurys Fluctibus Hesperii Venus sine Plechantur silua. & Saty. iii. lib. 2. stoice, post damnum sic vendas omnia pluri. & hoc loco, sic te diua potens Cypri, &c. Catullus ad Coloniā: sic tibi bonus ex tua Pons libidine fiat. & de coma Berenices: sic magis ò nupta semper concordia vestras, semper amor sedes incolat assiduas. Virgil. in Mæride: sic tua Cymæas fugiant examina taxos: sic cythra pasta discentent vbera vacca. & in Gallo: sic tibi cum fluctus inter libere sicanos, Doris amara suam non intermiscat vndam. Tibullus lib. 2. eleg. v. i. Annue, sic tibi sine intonsi Phæbe capilli: sic tua perpetuo sit tibi casta soror. Apollon. lib. 2. Argon. ἰλήκοις: αἰεὶ τοὶ ἀναξ ἄτρυκτοι ἔθειροι: Αἰὲν ἀδύλητοι τὸς γὰρ θέμις, vbi omīssa est, vox ἔπος, quod valet, sic. Illorum autem versuum hæc ferē sententia est: propitius sis, sic tibi ò Apollo, coma sint non præcisæ, id est, intonsæ, semper illæ. ita enim fas & iustum est. Lucillius lib. 2. epigr. in quemdam edacem. Dionysium nomine. Οὐ πῶσοι πέψου Διονύσιε τῶντα γένοιτο Πάντα νόμις δὲ γάειν δὸς τι καὶ ἀδὲ φαιγέιν, &c. id est, sic tibi Dionysi hæc omnia, quæ comedisti, concoquere contingat. At legis certē gratia, seu quia lex postulat, etiam hîc aliquid nos comesse sine: neque omnia solus deuora.

POTENS CYPRI.] id est, domina Cypri: exemplo

exemplo Græcorum, qui ita loquuntur κατὰ δύναμιν, simile est illud Od. xv. lib. 3. O Naiadum potens, Bacchariumque valentium Proceras manibus vertere fraxinos. & Ode v. huius libri, suspēdisse potentis Vestimenta maris Deo. & Ode xxix. lib. 3. ille potens sui, Letisq; deget, cui licet, in diem, Dixisse, vixi. quo loco videtur potens idem valere, quod apud Græcos ἐγγυετής, ἢ κέρως. & Ode vi. huius libri, Imbellisq; Lyra Musa potens, id est, musa, quæ res ludicras & amatorias tantū canere potest: bellicas & grauiora non potest. & carmine sæculari, Ode vltima, epod. Phæbe, sylviumque potens Diana. & Virgil. Æneid. i. Nimbiumque facis, tempestatumque potentem. & iii. Dij maris & terra, tempestatumque potentes. Sed cur nauigaturō Virgilio, secundam nauigationem optans, Venerem aduocat: quia Venus ex mari nata est. Nota Venus ἀναδυομένη, anadyomene, id est, ex mari exiens, seu ex alto caput, & reliquum corpus proferens, Apellis opus: de qua Plinius lib. 35. cap. 10. Hinc marina dicta. idem Horat. Od. xxvi. lib. 3. defunctūque bello Barbarian hic paries habebit, Lauium marina qui Veneris latus Custodit, &c. & Od. xi. lib. 4. Qui dies mensam Veneris marina Findit Aprilem.

FRATRES HELENÆ] Castor & Pollux, de quibus vide annot. in Od. xi. huius lib.

VENTORUMQVE REGAT PATER] Æolus, de quo Hom. ὄδωα. x. in principio libri Αἰόλλευ δ' εἰς νῆσον ἀφικέσθαι: ἐνθα δ' ἐνοχέει Αἰόλος ἰπποτάδης φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι, &c. quo loco appellat eum ταμίην ἀνέμων, id est, ventorum promū & condūm, vt Plautino verbo vtat. de eodē sic Virgil. Æn. i. Æole nāque tibi Diuim pater, atq; hominum rex Et mulcere dedit fluctus, & tollere vento, &c.

OBSTRACTIS ALIIS PRÆTER] sic & apud Homerum ὄδ. x. Æolus ceteris ventis in vtre illo, quem Vlyssi dederat, inclusis & constrictis, solum Zephyrum, qui eū in patriam deferat, liberum, ac solum relinquit, his verbis: Εὐθάδε βουκόων ἀνέμων κατέδησε κέλευθα. Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε κρονίων Ηἰδὸ πειρώμενοι, ἰδὸ ὄρνυμιδρὸν ἰε γήλοισι. id est, hîc mugientium & rudentium ventorum vias vinculis confinxit. Illum enim pronum & condum ventorum fecit Iupiter, vt eos possit modò comprimere, modò excitare quemcumque velit.

PRÆTER IAPYGA.] ventum Calabriae, seu Apuliae iis vtilem, & secundū, qui ex Italia in Græciam nauigant: hîc album nominat Od. xxvii. lib. 3. quid album fecerit Iapyx. Vergil. lib. xi. Æneid. equum Apulum, Iapyga dixit: & equo venator Iapyge feritur. & ibidem, Garganum Apuliae montem, Iapyga. Ille vrbem Argyntham patria cognomine gētis Victor Gargani cōdebatur Iapygis agris. Idē lib. 8. per Iapygem, perspicuē ventum Apulum significat, Fecerat ignipotens vnda & Iapyge ferri. Est autem Iapygia vel Apulia ipsa, vel eius pars & fortasse ea, quam hodie appellant Itali terra

di Baro. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij locum. sed mendosē opinor. legitur enim obstraxit. legendum putarim potius obstruxit.]

QUAE TIBI CREDITVM, &c.] tralatio ducta est à rebus creditis. quemadmodū igitur, quod mihi creditū est, id debeo ei, qui mihi credit: ita & Horatius ait nauem Virgilium sibi cōmissam, Atticæ debere, id est, æquum esse nauem, quæ Virgilium vehendum receperit, sinibus Atticis reddere saluum & incolumem. de verbo credendi vide annot. ad Od. v. lib. 3.

REDDAS INCOLUMEM] animaduertat lector quā significatibus, & ad rem accommodatis verbis vtatur Horatius. antecedit vox creditum. sequitur deinceps debes. postremū reddas neque verò nomen incolumem, otiosum est. Nam quæ nobis credita sunt, ea salua & integra reddere debemus, & vt loquuntur Iuriconsulti, in eadē causa: quod Linius dicit rectē reddere. [Seruius ad illum versum Virg. Æneid. vi. Redditus hic primū terris, &c. hunc locum profert: vbi neque hæc Horatij, neque Virgilij verba rectē explicat.]

ILLI ROBVR ET ASTRIPIEX] id est, erat ille animo pæne ferreo, atque aduersus omnes terrores pectore maximē communito, qui primus nauigare ausus est: vel sic, erat ille audax, & imperterritus, & impavidus, & ita rigido pectore, vt nullius periculi metu frangretur, seu terretur: erat immāni audacia præditus. σιδηρόσπρονα vocant Græci virtum ferreo pectore qui non commouetur. Æsch. in Prometh. σιδηρόσπροντε, κλειπέρας εἰργασμένος, &c. Primam autem nauem dicunt Argō fuisse, qua vecti sunt Græciæ principes illi Argonautæ vellus aureum petentes. vide Plinium lib. 8. cap. 56. Catull. in carmine illo pulcherrimo de Pelei, & Thetidis nuptiis. Illa redem cursu prima imbuis Amphirriten. cum hoc loco congruunt illa Oppiani, libr. 1. ἀλευτ. ἀ πόποι, ὃς ὑπάρτος ὄχθης ἀλὸς εἰσέτατο νηας, εἰ τ' οὐδ' ἀθάτων πῆς ἐπεφράσσειτ', εἴτε τις ἀνήρ, Τολμῆας ὑπάρτος ἐπέεζατο κῆμα περσοῦ, &c. quorum versuum hæc ferē sententia est. O dij immortales, qui primus maris vehicula reperit, naucis, siue quis deus ille fuerit, siue mortalis, primus omnium audacissimus gloriatus est se fluctus traiecisse, &c.

[TRVCIC] sic Catull. strucemve ponticum sinum.] PRÆCIPITEM AFRICVM] Africus, quæ Græci λιβία appellat, ab occasu hiberno spirat, vt scribit Aristoteles μετεωρ. β. opponiturque Cæciæ linea recta, ab ortu æstiuo flanti, Zephyrōque seu Fauonio proximus est. Aquilo autem à Septentrione spirat, vt videatur Horatius non admodum accuratē in describenda ventorum pugna & concertatione, ventos per lineam rectam oppositos exquisiuisse. Præcipitem autem appellat, ab effectu, quia quicquid impellit, præceps agit, seu præcipitat.

DECERTANTEM AQUILONIBVS] participium decertantem iunxit cum dandi casu, quo de genere vide annot. ad Od. vi. lib. 2.

NEC TRISTEIS HYADAS] Atlantis & Aethra duodecim fuerunt filia, & filius vnus Hyas nomine. Hunc, cum in Lydia venaretur, a serpente ictum, & interfectum sorores ita miserè, perditè que luxerunt, vt marore, & lacrymis contabuerint. sed ex illis, quinque, quæ immoderatius fratris mortem tulerunt, Iupiter in stellas vertit, easque in tauri fronte collocavit: reliquæ septem, quæ πλειάδες appellantur, marore quoque illæ quidem confectæ sunt, veritamen & diutius restiterunt, & ferius victæ sunt. de quibus dicemus ad Od. xiiii. lib. 4. Hyadas autem nominatas esse dicunt vel ab Hyante fratre, vel ἀπὸ τῆς ὕαι, id est, à pluendo, quia iis orientibus pluuiæ & tempestates solcant excitari, vel quia earum situs & ordo u literæ similitudinem præ se ferat. M. Tullius lib. 2. de natura Deorum: Tauri caput stellis conspersum est frequentibus. Has Græci stellas Hyadas vocitare fuerunt, à pluuendo: ὕαι enim est pluere: nostri imperitè saculas, quasi à sibus esse, nō ab imbribus nominata. tristeis autē dixit, quia pluuia denūtiat, atq; adeo importat: vnde nomen ductū, vt vult M. Tull. Itaque eas Virgil. pluuias appellat lib. 1. Æn. in extr. & lib. 3

QVO NON ARBITER ADRIÆ] quo nullus ventus maius, in mare Adriaticum, imperium obtinet, siue tempestates commouere, siue mare tranquillare velit. Itaq; hinc arbitrum, dominū, & eum, qui alteri suo arbitratu imperat, intellige, vt Ode vii. lib. 2. bibendi arbitrum appellat, conuiuij regem, eum, qui leges bibēdi in conuiuijo ponit. in epistola autem ad Bullatium locum effusi latè maris arbitrum, mari vicinum intelligendum esse doccebimus.

TOLLERE, SEV PONERE VVLT FRETA.] siue velit fluctus excitare, quibus mare attollitur: siue componere, χαλῖσει, sedare, placare, atque ad æqualitatem redigere: à qua æquoris fluxit appellatio. Virgil. libr. 1. ponere vsurpauit absolute pro quiescere, vt interpretatur Seruius: Cum venti posuere, &c. omisit autē alterum seu: vt & siue Saty. v. lib. 2. turdus, siue alind priuum dabitur tibi, deuolet illuc, &c. & Ode vi. huius lib. Cantamus vacui, siue quod vrimur, &c. & Ode xv. te Stenelus sciens Pagna, siue opus est imperitare equis, Non auriga piger. sic Catull. in faseli dedicatione: laeta, siue dextera vocaret aura, & idem Horat. Od. xxxi. huius libri: Qui ferox bello, tamen inter arma, siue iactatum religarat vdo Littore nauim, &c. & Od. xxvii. lib. 3. potes hac ab orno Pendulum? onabeno te secuta e. Lidere collum, siue te rupes, & acuta leubo saxa delectant. Et M. Tullius contra Rullum: adiungit agros in Macedonia, qui Regis Philippi fuerunt, siue Perjici, & ad Atticum lib. 8. Nil perturbatus hoc ab urbe discessu, siue potius turpissima fuga. Terent. Andr. Dehinc postulo, siue equum est, te oro Dams.

QVEM MORTIS TIM. GRA.] id est, quod mortis periculū: aut, quod mortis genus: aut quam mortis viam: aut, quem mortis aditū: tralatio est: quasi ad mortem gradibus deueniamus, aut descendamus. sic Lucretius, Leti ianuā dixit.

SICCIS OCVLIS] ἀδακρυς. MONSTRA NATANTIA] Oppianus lib. 2. Κίττα δ' ὄλεμογυα, πέλαια, γαύματα πόντι, &c.

MARE TVRGIDVM] sic Hesiod. πέλαιος οὐδ' ἄματι ἦλον. Aratus vnum ex signis insurgentium ventorum ponit mare intumescens. Σημια δέτοι ἀέμωιο καὶ οὐδ' ἀνίστα γάλασσα Γυγνέστω, id est, signum autem tibi sit venti orientis mare turgescens. præterea qui irati sunt, iis cor turgere dicunt poëta. Homer. ἰ. λ. Αλλὰ μοι οὐδ' ἀνεταί κεραιὴν γόλω, id est, At mihi cor penitus turgescit tristibus iris.

ACROCERAVNIA] monteis in Epiro ita dictos, quod ea altitudine sint, vt sæpenuerò fulmine petantur. Pausanias diuifit hoc nomē in Atticis: ἄκρα τῆς ὄρει, ἀ κεραῖνα λέγεται, sic Virgil. Georg. 1. ἄμα Ἀθρο, αὐτὸ Rhodopen, αὐτὰ ἄμα Ceramnia τοῦ Δοῦξίτ. & 3. Æneid. Προβήμιμυρ πελαγο vicinia Ceramnia iuxta. Mela monteis Ceramnios nominat: à quibus (inquit ille) flexus est in Adriam: Infameis autem propter naufragia, vel propter naufragij periculum, ac metum, vt alij malūt. ego autem puto propter naufragia apud eos aliquando facta. nam si nullum vnquā ibi naufragium factum est, quid est quod quisquam naufragij periculū apud eos extimescat?

NEOYCQVAM DEVS ABCIDIT] id est, frustra Deus terras à mari seclufit, si cōtra hanc Dei prouidentia audēt homines nauigare.

DISSOCIABILI] quæ par erat à terris dissociari, ac separari. IMPIA] impias dicit hominum nauicis, quia Dei consilium negligere, & aspernari videantur. hanc autem hominum audaciam impiam etiam Sophocles infectatur in Antigone: Πολλὰ τὰ δεινὰ, καὶ δὲν ἀν-Θρόπιον δεινότερον πέλει. Τοῦτο καὶ πολλὰ πέραν Πόντου χεῖμα ἐστὶ νότῳ Χαρεὶ ἀδελφονχοῖσι Πτερον ὑπ' οὐδ' ἄμασι, &c. & Oppian. lib. quinto in principio: Ὡς οὐδὲν μερόσποτον ἀμύχανον, ὄρα ἐνὶ γόμφῳ Μητρίχμεινίου κόλπον αὐτὸν εὐρώεντα θαλάσσης, quem Oppiani locum annotauit Muretus.

VADA.] maria: ἐλάττωσι 10. Passeratus tamen nō putat esse ἐλάττωσι, sed per vada significari loca in mari periculossissima, & in quibus hærentes naues sæpe dissoluntur, & perfringuntur, vt apud Virgilium Æneid. 1. Illiditq; vadis, &c. ibid. in vada caca tulit. & lib. x. Namque infusta vadis dorso dum pendet iniquo Anceps sustentata diu, fluctibusque fatigat: soluitur, atque viros medijs exponit in vnā.

AVDAX OMNIA PERPETI] cur non dixit facere: culpam vel continuū, vel certè aliquando sequitur poena, ex consequenti igitur, factum

etum est intelligendum, quod antecedit. non enim paterentur, neque poenas darent homines, nisi iniuste atq; impie facerent. Præterea sic potest hic locus explicari: Gēs humana propofitis etiam ante oculos grauisissimis pœnis, non deterretur tamen à maleficio: immò quemuis cruciatum subire ac perferre parata est, dummodo eò, quò cupiditas vocat, peruenire possit. ita est audax ad facinoris poenam sufferendam, vt ad res nefarias, & lege vetitas concitati sume, & effrenatissimè ruat.

AVDAX IAPETI GENVS] Prometheus. Ex Hesiodo autem & Æschylō notum est, Prometheus, ignem à Ioue occultatum subduxisse, hominibusq; distribuisse, atque ob eam causam iratum Iouem, vitendi rationem antea facilem, quietā, laboris ac doloris expertem hominibus abdidisse. sic Hesiod. ἔργον ἡμέρ. Κρύψα δὲ πῦρ, τὸ μὲ ἀνθρῶς εὐς παῖς ἰαπέτιο Εὐκλεῖ ἀνθρώποισι, διὸς τὸ εὖ μπιπέτοι. Ἐν κοίλῳ κερηκῆ λαθὼν Δία τερπιτέρανιον. Euphorion autem scribit hanc causam Iouem arripuisse, cur Prometheus Caucasum affigeret, quòd compersisset, eum ex furtiuo & violento Eurymedontis cum Iouone concubitu natum esse. Atq; hanc ille occasionem nactus, Prometheus quidem in vincula coniecit: Eurymedontem autē ad inferos deturbauit. Sed quòd ignis furtum Prometheus ascribunt, tradit Pausanias in Corinthiacis, Argiuos eam laudē Prometheus ademtam ad Phoroneum Inachi filium transcribere.

FRAVDE MALA] mala, est epithetū perpetuum: ne quis fortè ita accipiat quasi aliqua frans sit bona. sic Satyra vi. libr. 1. dixit mala lustrā, quamquam in quibusdā codicib. manu scriptis legitur mala luera (vt dicemus illo loco) & prauam stultitiam. epist. 11. lib. 2. & malos fures saty. 1. lib. 1. & malam ambitionem sat. vi. lib. 2. & Hom. κακὸν νόσον: κακὸν πόλεμον.

[POST IGNEM ÆTH. DOMO] profert hunc locum Seruius ad illud Virg. Sileno. furtiuū Prometheus.]

TERRIS INCVBVIT] terras occupauit, obsedit, atq; oppressit. tale illud Virgil. Georg. 11. Præsertim si tempestas à vertice siluis incubuit. aliter dictum est ab eodem, lib. 3. Condit opes aliis, defessiq; incubat auro. cui proximo simile illud est Ciceron. in Cluentiana. qui illi pecunia, quam condiderat, spe iam atque animo incubaret. hac de re sic Hesiod. Χαίρεις πῦρ κλέψαι, καὶ ἐμοὶς φρένας ἠπεροπέυσας, Σοῖτ' ἀπὸ μέγα πῆμα, καὶ ἀνδράσιν ἑοσμεδροῖσι, id est, Prometheus, gaudes, quòd ignem furatus sis & me deceperis, quod quidem furtum & tibi & posteris magno malo erit. Idē de Pandora, Ἀλλὰ γυνὴ χεῖρεσι πῆμα μέγα πῶμ' ἀφελῆσαι. Ἐσκέδισ', ἀνθρώποισι δ' ἐμισατο κήδεα λυγρὰ, id est, At mulier eum de dolio operculum detraxisset, omnia, quæ in eo erant, disspauit, hominibus autem tristia mala molita est. Idem paulò pòst: Ἀλλὰ δὲ μέγα λυγρὰ

κατ' ἀνθρώπους ἀλέληλαι, Πλήν μὲν γὰρ γαῖα κελῶν, πλὴν δὲ γάλασσα, &c. Alia autem innumerabilia funesta mala apud homines tumultuatur, seu tumultus excitant: plena est terra malorum, plenum mare.

SEMOTIQVE PRIVS TARDA NECESSITAS] hunc locum profert Seruius ad illum locum Virgil. in Sileno, Caucasūque refert volucres furtiuūque Prometheus.]

TARDA] vivebant enim diutius homines, tardiusque moriebantur.

NECESSITAS LETHI] Quam hinc lethi necessitatem nominat Horat. eam Ode 1. lib. 3. necessitatem simpliciter appellat Ode xiiii. eiusd. diram necessitatem, id est, ἀνάσσειν, quam dicunt Græci. Hom. autem ἰλιάδ. π. diem mortis ἀνασσειν ἡμῶν appellat: idēque, quam Horat. lethi necessitatem dicit, μοῖραν ὀλοῦν θνήσκοντος γυνάτιο nominat ὀδυσ. γ. Pindarus verò ὀλυμπ. ἐιδ. β. sententiam illam, quam ferunt Pluto & Æacus aduersus improbos, & sceleratos, ἀνάσειν ἐρροθῶν vocat, quia iudicium illud nulla ratione infirmari, nulla gratia inflecti, nullo denique pretio corrumpi possit. vide annot. ad Od. xxxv. huius lib. & xxiiii. tertij.

CORRIPVIT GRADVM] celerius aduenit: celerauit gradum, vt Virgil. loquitur, Æneid. 4. illa gradum studio celerabat anili.

EXPERTVS VACVVM DÆDALVS] & suprā de Dædalo diximus nonnulla, & vt nihil dixissemus, notissima omnibus est fabula: eamque etiam Virg. tangit Æn. vi. Dædalus, vt fama est, fugiens Minosia regna, Præpetibus pennis ausus se credere celo. Traditum est autem, Dædalum præstatem fabrum, atq; architectum fuisse, eundemque ædificandarum nauium rationem, primum reperiisse, atque ex eo natam de eius peninis & volatu fabulam. Itaque Græci poëtæ opera affabre, & summo artificio elaborata, δαίδαλα nominant. Hom. ἰλ. σ. ἀπὸρ ἐν ἀπὸρ Πόσει δαίδαλα πολλά ἰδύμσι φρατῆρασι, & ibidem. Πάντα δαίδαλων. & Apollon. lib. 1. argon. ἐν δὲ εἰσῆτω Τέρματι δαίδαλα πολλά διακλειδῶν εὐ σκέρατο. Et Lucr. lib. 4. linguā dædalum verborum appellat, propterea quòd voces articulat, vt ille loquitur, & dædalā Tellurem: & Virgil. Georg. 4. Et munire fauos e' dædala fingere te'ta. Plato in Menone quedam δαίδαλα ἀγάλματα, id est, simulacra commemorat, quæ soluta aufugiunt, fugitiuorumque in morem dominum relinquunt: vincta autem manent: ad quæ respiciens scribit illa in Eutyphrone: Θαιμάση οὐ τῶτα λέγων, εἰάν σοι οἱ λόγοι φαινοῦνται μὴ μόνοντες, ἀλλὰ βαδίζοντες, καὶ ἐμὲ ἀπὸ τῶν Δαίδαλον, βαδίζοντες αὐτὸς ποιεῖν, αὐτὸς ὄν πολὺ τεχνικώτερος τῶ Δαίδαλῳ, καὶ κελῶ ἀειτόντας ποίῶν, id est, miraberisne igitur tu, qui ista dicis, si verba videatur non manentia & stabilia, sed ambulantia, & mobilia, & criminaberis me ea facere ambulatoria, cum tu sis mu'to

maior artifex, quàm Dædalus: cùmq; ea in orbem circumeuntia facias: Præterea λογιστικῶς, & varianda atq; ornanda orationis facultate instructos. Xenophon autem Σπουδῆ, eo in loco, in quo ostendit, sapientiam sapientibus interdū esse inutilem, ac dāmnoſam, scribit Dædalum à Minoë captū esse propter sapientiam, eiq; seruire coactum: denique vno tempore & patria & libertate esse spoliatum: cūm aliquādo autem auſugere cū filio conatus esset: filii quidem amiffisse, sibi autem salutē expedire non potuisse: sed ad Barbaros delatū rursus illic seruitutem, quā fugebat, pertulisse. Pausanias verò in Achaicis narrat Dædalum, sororis filio interfecto, sua voluntate se ad Minoë cōtulisse: deinde aliquanto pōst in suspitionem, criminēque nescio quod vocatum, atq; ab illo in carcerem vnā cum filio coniectum esse: postremò è custodia furtim elapsū ad Siculos confugisse.

V A C V V M] inanem, ἐρημιον, ab hominibus infrequentem, vt Od. xxv. lib. 3. *vacuum nemus*.

P E R R U P I T A C H E R O N T A] Herculi duodecim illis notissimis laboribus perfuncto, decem & octo mēſium spatio, Euryſtheus duos ex eis nō probans: vnum, quem ille in expurgādo Augiæ stabulo, alterum, quem in hydra cōficienda susceperat, ac pertulerat, decimūtertium imposuit, vt Orci canem Cerberū ab inferis ad superos protraheret. Cūm igitur ad Tanarū venisset Hercules, per cuius faucis ad inferos descensus patet, duce Mercurio descendit. Ac de hoc Herculis ad inferos descēsu, meminit duobus locis Homerus, semel ἰδύσας, λ, vbi sic loquitur Hercules, seu eius idōlum, καὶ ποτὶ εὐράδ' ἐπειμὲν κεν' ἀζόντ', οὐ γὰρ ἐστ' ἄλλοι φερέστω τῆδε τί μοι χαλεπώτερον ἔγωγ' ἀέθλοιο: iterum ἱλιάδ. θ, vbi Pallas de Ioue queritur, eiq; exprobrat toties à se adiutum in periculis, & seruatiū Hercule: ait denique se, si Iouis in Græcos acerbitate præsciuisset, nunquam fuisse passuram, vt Hercules ab inferis reueteretur, sic Hom. Εἰ γὰρ ἐγὼ τὰδε ἦδ' εἰσι φρεσὶ πεινυκλίμωσι, εὐτέ μιν εἰς Αἴδαο πύλαρ' αἰὼς ἔρβειν Εὐερέσεως ἀζόντω κενά, σὺ γὰρ ἀΐδαο, Οὐκ αἶν ὑπεξέφυγε σὺ γὰρ ὕδατος ἅπαν' ῥέεθρα. Perrupit autem legendum sine copulatione que, & ita cod. Don. Faëtrini, Vrsini, & vnus Vat. Torneſi.

A C H E R V N T A] Pausanias in Atticis scribit, in Theſprotide Acherusia paludem esse non longè à Cichyro, & fluuiū Acheruntem, & Coccytum aquam omnīu iniucundissimam: sibi que videri Homerum iis fluminibus visis & cognitis, auſum esse demū illa de inferis fabulosa cōfingere. Tū verò fluuiis infernis, ab iis, qui sunt in Theſprotide, mutuatum, nomina imposuisse.

[N I L M O R T A L I B V S A R D V V M E S T] aliquot libri ver. habent, *nil mortalibus arduū est.*

C A L V M I P S V M P E T I M V S S T V L T I T I A] vel propter Phaëtonem hoc dicit, de

quo dicemus annot. ad Oden xi. lib. 4. vel propter Gigantes: quod credibilis est.

N E Q V E P E R N O S T R V M P A T I M V R S C E L V S] nostris maleficiis, & sceleribus, videtur quodāmodo vim Ioui afferre, eūmque cogere, vt affidū fulmen habeat in manibus. Nā improbitate & impietate nostra Deum irritantes, non finimus eum erga nos æquum esse, aut placabilem: sed contrā impellimus, vt nos suo fulmine exterreat, atque exanimet.

I R A C V N D A] quæ Iupiter effectus iracundus hominum impicitate, sæpe sumit in manus. sic Od. xiiii. lib. 2. *pariamentum superbum* dixit, pariamentum domini superbi, vt vult Porphyr. & rectè.

P O N E R E] de manibus. sic dicimus ponere vestem, ponere personam.

AD L. SEXTIVM CONSULTAREM. Od. 4.

ARGVMENTVM.

Aduentu veris, & communi moriendi conditione proposita, hortatur ad voluptates.

Soluitur acris hiems grata vice Veris, & Fauoni:

*Trahuntq; siccās machinæ carinas: Ac neque iam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:

Nec prata canis albicant pruinis. Jam Cytheræa choros ducit Venus * imminente Luna:

Iunctaq; Nymphis Gratia decentes Alterno terram quatunt pede, dum graueis Cyclopum

*Vulcanus ardens vrit officinas. Nunc decet aut viridū nitidū caput impedit myrto,

Aut flore, terra quem ferunt soluta. Nunc & in umbris Fauno decet immolare lucis,

Seu poscat agnam, siue malit hadum. Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,

Regūmque turreis. o beate Sexti, Vita summa brevis spem nos vetat inchoare longam.

lamte

Iam te premet nox, fabulæq; manes, Et domus exilis Plutonia, quō simul meae Nec regna vini fortiare talis, (ris: Nec tenerum Lycidam mirabere, quo calet iuuentus Nunc omnis, & mox virgines repebūt.

SOLVITVR ACRI] descriptio veris est, quo tempore maximè omne animantiū genus hilaritati ac lætitiæ sese dedere solet, omni tristitia, quam affert hiemis deformitas, caliq; grauitas, & diei obscuritas, depulsa. Sed quòd solui hiemem dicit veris aduentu, cūm quicquid soluitur, astrictum, aut vincum fuisse intelligatur: hiems autem non astringatur, neque vinciat, sed astringat, potius & contrahat: perinde illud accipiemus, ac si dixisset, soluitur terra veris aduentu, quæ fuerat vt hiemis, & frigore astricta: quo quidē proximo modo infra locutus est eadem Ode *Aut flore, terra quem ferunt soluta*, id est, laxata, mollitæ.

V I C E] vicissitudine. sic Ode 7. lib. 4. *Mutat terra vias.*

T R A H Ū N T Q V E S I C C A S M A C H I N A E.] scribit Vegetius libro quarto de re militari, cap. xxxix. ex die tertio iduum Nouembr. vsque ad diem sextum id. Mart. maria claudi. Hesiodus item ἔργων ἡμέρ. vetat post Virgiliarum occasum nauigare, propter eā quòd eo tempore mare tempestatibus maximis concitatur. iubet autem naucis in littus subducere, saxiq; vndique communire, vt ventorum vim facilius perferre possint. sic Hesiod. εὐτ' ἂν περὶ ἰάδες εὐείος ἡμῶν ἀέλωνος φεύγασαι πτόλισιν ἐς ἠεροειδέα πόντον, Δὴ τότε περτοίων ἀέμων ἦύασι δῆται, καὶ τότε μινέτι νῆας ἔχρη ὅτι ὄνοσι πόντω, Πῶ δ' ἐργάζεσθαι μεμνηθῆνός, ὡς σε κελύω. Νῆα δ' ἐπ' ἠπειρῆς ἐρύσαι, πικρῶσαι τε λιθοισι Πάντορε ὄφρ' ἴχασ', ἀέμων ἰδύος ὑχρόν ἀέντων Χείμαρον ἐξέρύσαι, ἵνα μὴ πύνη δὶός δυερος. Hoc igitur tempore naues in littus subducatur, trabibūq; quibus fulciebantur, impositæ, tantisper ibi continebantur, dum tempus ad nauigationem idoneum adueniret. tunc verò machinis, vt palangis, in mare retrahébatur. Palangæ enim, vt docet Nonius, fustes sunt teretes, qui nauibus subiiciūtur, cūm attrahūtur ad pelagus, aut cūm ad littora subducūtur. Ita hæc huius loci sententia est, naues sicce, quæ mensibus hibernis in littore, lignis subiectis, à nauigatione conquiuerūt, nunc veris aduentu machinis in mare trahūtur. atq; his significatur veris aduentus. Solebant autem veteres, etiam cūm per anni tēpus nauigare licebat, naucis tamen hoc modo lignis subiectis in littore collocare, tantisper scilicet dum in bello, aut alia in re occupati nauigatione superſedebant: quod declarat Ho-

merus ἱλιάδ. α. Νῆα μὲν οἶχε μέλαινας ἐπ' ἠπειροιο ἐρωστῆι Υἱῶν ἱαμιάδου, ἵππο δ' ἔρματα μακρὰ πάντοσαν. Αὐτοὶ δ' ἐσιδύοντο κτλ. &c. Exemplum autem nauium è continente in mare deducendarum, extat in secūdo libro: cūm Græci Agamemnonis oratione, qua eorum animos tentarat, decepti cupidissimè ad nauis cōcurrunt, atque ad reditum omne suum studium conferunt. Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον Ἀπεῖσθαι νῶν, ἠδ' ἐλκεῦσθαι εἰς ἄλλα διαί, Οὐρούς τ' ἐξέχέσθαι, αὐτῆ δ' οὐρανὸν ἴκεν Οἴησ' εἰδύων, ἵππο δ' ἠρεὸν ἔρματα νῶν, id est, illi autem mutuo hortabantur, vt manus ad nauis admoerent, & in mare traherent: Et naualia purgabant: clamor autem eorum ad caelum ibat, domum redire cupientium. trabes autem nauibus subiectas subtrahebant. Adde hoc Attij, quod est apud Nonium, in voce *anima*: *Classis trahere in salum, & vela ventorum anima immittere.*

M A C H I N A S] machinam ita definit Vitruuius. Est continens ex materia coniuctio, maximas ad onerum motus habens virtutes. Ea mouetur ex arte, circularū rotundationibus, quem motum Græci κωκυκλιὸν κίνησιν appellant.

A V T A R A T O R I G N I] Virg. Daphnide, *Ante facum si frigus eris.*

A L B I C A N T] albescunt.

I A M C I T H E R E A C H O R O S D V C I T V E N V S] Venus, inquit, dux chori, iam cum Nymphis & Gratiis ad lunam saltat. *Luna imminente*, id est, propinqua: ex quo intellige *lucente*: & ita noctu. Nam *imminere* valet propinquum esse, non longè abesse: Vt cūm dicimus, mortem nobis quotidie imminere. sic Horat. Od. xxvii. lib. 3. *Imbrium diuina auis imminetum.* & Od. xli. huius lib. *Parthos Latio imminetis*, id est, animo & voluntate nocendi propinquos. & Od. xxii. libr. 2. *Imminens villa tua prinus esto.* Significat autem, mulieres & puellas, veris tempore, ad lunā saltare solere: idq; Venere hortate, ac præeunte. Venus enim, Vere inuente, & Aprili mense, quæ nonnulli τῶν τῶν Ἀφροδίτου, id est, à Venere, putant esse nominatum, reuertit existimabatur: ex quo Lucretius libr. 5. *It Per, & Venus, & Venus præuinitus ante Penatibus graditur Zephyrus vestigia propter.* & Horatius Aprilem, mensem Venere dicit Oda xi. libr. 4. Neque temerè Gratiæ commemorantur, & numerantur cum Venere. Nam scribit Plutarchus ἐν ἐρωτικῶ Gratiā ab antiquis appellatam esse, mulieris concessionem, qua se summittit, & cōmodat viro, quem admodum Pindarus ait, è Iunone sine Gratiis natum esse Vulcanum, quia nondum erat matura cūm à Ioue compressa est: & Sappho puellā nondum nubilem, paruam & Gratiæ expertem appellat. Postremò Seruius ad illum Virgilij locum, *Matris Acidalia, &c.* scribit Gratiā Venere sacratas esse: quia eius ipsius, & Liberi filia sunt. nec immeritò, Gratiæ enim per horū Deorum munera conciliantur.

b iij

improbis esset postea, apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse voluerunt, quod videlicet intelligebant, his veniatis, non esse mortem perimendam. Ad hunc locum pertinet illud Calimachi, quod extat lib. 3. epig. Græc. Ω Χαρίδα, τί τὸ νέρθε, πάλω σκότος, αἰδ' ἠνοδὸν, τί; Ψῦδός, ὁ δὲ Πλάτων, μύθος ἀπὸ δόξεως. id est, O Charida, quid stygiorum est, quid aëria? tenebra. Quid vero ad superos tam celebres reditis? attendas verum voces, quid Pluto, vel Orcus? Fabula, nam ex simili pulvis et umbra sumus. Homerus tamen, & tragici poetæ, & ceteri ferè tùm Græci tùm Latini inferos, & pœnas post mortem in improbos, & impios constitutas comprobant. de quibus dubitare nobis Christianis est nefas.

ET DOMVS EXILIS PLVTONIA] exilis, id est, angusta & parua, vt epist. lib. 1. epist. ad Mæcæ. 2. Exilis domus est, vbi nō est multa superant, et dominum, &c. Exilis autem domus Plutonia iccirco dicitur, quia manes, & umbra, quæ hanc domum incolunt, exiles & tenues, & aspectum oculorum fugientes. sic Virg. domos Ditis vacuas, & inania regna dixit lib. vi. Æneï. significans fortasse vmbra & imagines mortuorum, esse inaneis.

QVÒ SIMVL MEARIS.] quò simul atque permearis, ac peruenieris simul apud hunc poetam plurimis in locis valet simulac, seu simulatque, itémq; apud Catull. M. Tull. Horat. Od. 1. x. huius libri. qui simul strauere ventos a quore seruido Depralianeis, &c. & xii. quorum simul alba nautis stella resulsit. & Od. vi. 1. lib. 2. simul obligasti Persidum votis caput, emitesci Pulchrior multo. & Od. xv. 1. eiusdem. simul atra nubes Condidit lunam. & xii. 1. lib. 3. simul vinctos Tiberinis humeros lauit in vndis. & iii. 1. eiusdem. milia simul fessas cohortes abdidit oppidis. & xxvii. Quæ simul centum terigit potentem Oppidis Cretam. & lib. 4. Od. vii. Per proterit æstas Interitura simul Pomifer autumnus fruges effuderit. lib. 1. epist. ad Mæcenatem epistola ea quæ proximè antecedit vltimam: Hoc simul edixit, &c. & lib. 2. epist. 2. Vnde simul primum me dimiserit Philippi Decis humilem pennis. & lib. 1. ferm. Sat. 1. Quæ simul inuictum contristat. Aquarius annum. & lib. 2. Saty. vi. 1. simul domus alta Molossis Personat canibus. Sic Catull. de Pelei & Thetidos nupt. Quæ simul optata finito tempore lucas. Aduenere, & ad lucentium. Nam simul id factum est, multis diluta labella Gutris absterpsit omnibus articulis. sic M. Tull. academic. ii. Itaque simul experrecti sumus, visa illa consemimus, & episto. ad Attic. lib. 3. & simul à Casare ei litteræ, quas expectaret, remissa essent, auctorem etiam datum.

NEC REGNA VINI SORTIERE] regna vini ea appellat, quæ in conuiujs constituebantur, in quibus is de conuiujs, cui tale regnum forte obtigisset, leges bibèdi ferebat: quibus cæteros omnes parere necesse erat, huiusmodi Regem, arbitrum bibendi nominat Od. vi. 1. lib. 2. Quem Venus arbitrum Dicit bibendi? ad

hunc morem spectans videtur illa dixisse M. Tull. lib. 5. Accus. Iste enim prator severus ac diligens, qui populi Rom. legibus nunquam paruisset, illis diligenter legibus, quæ in poculis ponebantur, obtemperabat. Has autem leges poëta noster insanas appellat Saty. 6. lib. 2. solutus Legibus insanis, eò pertinet illud Carullianum ad puerum, Ingere mi calices amariore, vt lex Postumia iubet magistra. Ebriosa acino ebrioforis. quo loco Postumiam bibendi arbitram, magistratam nominat. sic M. Tull. in Catone. me vero et magistratam delectant, à maioribus instituta, et is sermo, qui more maiorum à summo adhibetur in poculo, regna igitur vini ab Horatio dicuntur, ea, quæ à M. Tull. magistratam.]

SORTIERE TALIS] Veneris iactus regē vini, seu magistratam efficiebat, Od. vii. lib. 2. Quem Venus arbitrum Dicit bibendi? qua de re plura dicemus ad eum locum. Sed non est mihi silentio præterendum, Luinium, alioqui virum doctum, minùs rectè hunc locum ita explicasse: nec regna talis vini, id est, tam suavis & generosi vini, sortiere, vt talis, sit patrij casus à recto tale. cum sit sexti casus numeri multitudinis à recto talus.

NEC TENERVM LYCIDAM MIRABERE] puerum mollem, & impudicum, cuius nunciuuenes ardent amore, dum imberbis est, & impubes: sed vbi adoleuerit, nucibusque (vt aiunt) ludere deserit, quod non longum fet: tum eius complexu virgines cupient potiri. Peto autem à verecundo lectore, vt, quoties tales loci occurrent, qui ad puercilem illos, & flagitiosos amores pertinent, dent mihi hanc veniam, vt vel strictim attingam, vel omnino tacitos prætermittam.

ET MOX VIRGINES TEREBVNT.] & quem mox virgines exoptabunt: cuius amore erunt incensa. totius igitur huius loci ab illis verbis, Nunc decet aur vridi, &c. vsque ad extremum, hæc sententia est: Tantisper dum tempus anni patitur, & vita suppetit, epulandum, & bibendum est, atque ex floribus confecta corolla capiti imponenda sunt. omnibus enim peræque moriendum est: & hæc vita breuissima est, iamiam tempus aduenit, cum tibi sit moriendum. quod quidem cum euenerit, neque amplius bibere, neque amare erit integrum. sed hac de re alibi plura. est enim sententia, tum ab hoc poëta, tum ab alijs multis sæpe decantata. Vide Od. 1. x. huius libri. Sed fugerat me lectorem admonere, hunc L. Sextium, Bruti amicissimum fuisse: & nihilominus tamen ab Augusto, cum esset consul, & Calpurnium Pisonem collegam haberet, in suum locum esse substitutum, anno ab vrbe condita 730.

AD

AD PYRRHAM.
Od. 5.

ARGVMENTVM.

Miseros esse, qui illius amore teneantur. se ex eo, tanquam è naufragio, enataffe.

QVI Smulta gracilis te puer in rosa
Perfusus liquidis urget odoribus
Grato, Pyrrha, sub antro?

Cui flauam religas comam
* Simplex munditiis? heu, quoties fidem,
Mutatæque deos flebit, et aspera
Nigris aquora ventis
Emirabitur insolens,
Qui nunc te fruitur credulus aurea:
Qui semper vacuam, semper amabilem
Sperat, nescius auræ
Fallacis, miseri, quibus
* Intentata nites. me tabula sacer
Votiuâ paries indicat vuida
Suspendisse potenti
Vestimenta maris deo.

QVIS MVLT A] quis puer, id est, quis adolefcens, aut iuuenis tener, vnguento delibutus, ac perfusus te tam molliter, arcetæque amplectitur: de verbo virgendi vide ad Oden xvii. lib. 2. perfusus liquidis odoribus propriè dixit, vt Cic. Ver. iii. aqua denique seruenti Philodamus à Rubrio perfunditur. Nam per liquidos odores, vnguenta significat. alij autè sunt aridi, quæ Græci ἀπαραιατα appellant.

CVI FLAVAM RELIGAS COMAM] vel cuius comam religas: vel cui, vt placeas comam religas tuam.

SIMPLEX MVNDITIIS?] simpliciter culta atque ornata? non admodum exquisito, neque sumtuoso, sed tamen corporis cultu adhibito?

HEV QVOTIES] tale est illud Od. xv. c. pod. Eheu, translatos alio marebis amores.

ET ASPERA NIGRIS AQVORA VENTIS] tralatio perpetua est, ducta à mari vi ventorum agitato & concitato. Significat, hunc adolescentem, qui nūc Pyrrha vtitur, facillima ac liberalissima, valde miraturū, cum illius leuitatem, mobilitatem, sauitiam, perfidiam cognouerit. hi enim sunt venti, hæc tempestates, hæc denique naufragia, in quibus affluè miserri versantur amatores.

NIGRIS VENTIS] cur nigris ventis? an quia tempestates, quæ à ventis excitantur, nigrae sunt: iccirco tempestatibus, & hiemi nigra pecus immolatur. Virgil. lib. 3. Æne. Nigram hiemi pecudem, &c. & lib. 5. Treis Eryci vitulos, et tempestatibus agnam. an quia Eurvs pluuias excitat: cælum autem imbribus, & nubibus nigrescit? Itaque infra Od. 10. epod. Eurum, nigrum appellauit. Niger rudentes Eurvs inuerso mari, &c. an quia nigra omnia, deformia, & iniucunda sunt? epist. ad Pison. vt turpiter atrum Desinat in piscem, &c. tempestates autem turbuletæ, & minùs serene, fœdæ, & informes dicuntur. Virg. Geor. 1. Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris. Horat. Od. x. lib. 2. informis hiemes reducit Iupiter. Sic autem Eurum, nigrum appellat Oda x. epod. Niger rudentis Eurvs inuerso mari, Fractisque remos dufferat.

INSOLENS] id est, infuetus, qui tales in Pyrrha mores non sit expertus. sic dicimus insolens belli, iniuriæ, &c. Casar lib. 2. de bell. ciuili. Erat in oppido multitudo insolens belli diurnitate otij. M. Tull. lib. 1. de orat. ad Q. Frat. ea requiruntur à me, quorum sim insolens, atque ignarus. Sallust. in Procemio hist. Catil. qua tamen animus aspernabatur, insolens malarum artium: aliter Od. huius lib. xv. 1. exercitum insolentem appellat. & Od. iiii. lib. 2. Achillem insolentem. & Od. xv. 1. epod. equitem insolentem.

TE FRVITVR CREDVVS AVREAE] te experitur admodum paratam, promotam, ac liberalem: non asperam, non duram, neque fauam, neque ferream. Auream autem vel pulchram accipe & formosam: vel optatam, caram, amabilem. Quid enim auro carius, aut amabilius est? Eadem ferè ratione mediocritatem auream dixit Od. x. lib. 2. significans nihil esse mediocritate melius, nihil optabilius, nihil amabilius.

QVI SEMPER VACVAM] id est, qui sperat te vnico semper amatore fore contentam, nullisque alijs gratificaturam.

NECVS AVREAE FALLACIS] nescius, atque ignarus amoris muliebris, qui quouis vento mobilior, incertior, ac fallacior est. permanit autem in tralatione, vt videatur ἀλλοροεῖα ab illo loco, Eheu quoties fidem Mutatæque deos, &c. vsque ad extremum.

MISERI QVIBVS] miseri sunt ij, quibus places, & quibus videris amabilis. intentata, id est, non spectata, in experta, non perspecta, neque vsu cognita. vtitur hoc nomine lib. de art. poët. Nil intentatum nostri liquere poëta.

ME TABVLA SACER] qui naufragium fecerant, solebāt naufragij sui casum in tabula pingendum curare, eamque tabulam è pariete templi suspensam, vnà cum vestimentis, in quibus fuerant seruati, Neptuno consecrare. quod idem & hodie fieri solet, præterquam, quod hic honos vel Diæ Mariæ, vel alicui alij Di: o ha-

betur. Significat igitur se, amores expertum esse non admodum lutos, neque dulcis, neque secundos: atque in eis naufragium aliquando fecisse, cum Pyrrham amaret, seque ab ea mutuo amari crederet. Nunc autem posteaquam eius in constantiam, leuitatemque perspexit, & cognouit: se iterum ad eundem scopulum suam nauim non appulsum, id est, non amplius in eius amore mutuo spem habiturum. M. Tull. ad illum naufragorum morem alludens, sic ad Attic. scribit lib. 4. *hæc enim me una ex hoc naufragio tabula delectat.*

V V I D A] secutus sum aliquot lib. scriptos, qui ita habent, non vt vulgati, *humida*: in his Vaticanum Vrf. Tornes.

P O T E N T I V E S T I M E N T A M A R I S D E O. Jordo est, Deo potentis maris, id est, imperium maris obtinenti, nempe Neptuno.

AD M. VIPSANIUM

Agrippam. Od. 6.

ARGVMENTVM.

Bella ab eo gesta, à Vario cantatum iri: se conuuiis tantum, & amoribus describendis aptum esse.

Scriberis Vario fortis, & hostium Victor, Maonij carminis* alite, Quam rem cumq; ferox nauibus, aut equis Miles te duce gesserit. Nos, Agrippa, neq; hæc dicere, nec graue Pelidæ* stomachum cedere nescij, Nec cursus* duplicis per mare Vlyssæi, Nec seuam Pelopis domum Conamur, tenues grandia: dum pudor, Imbellisque lyra musa potens vetat Laudes egregij Caesaris, & tuas Culpa* deterere ingeni. Quis Martem tunica tecti adamanina Digne scripserit? aut pulvere Troico Nigrum Merionen? aut ope Palladis Tydidem superis parem? Nos conuiuia, nos prælia virginum Sectis in iuuenes unguibus acrium Cantamus vacui, siue* quod vrimur, Non præter solitum leues.

SCRIBERIS VARIO] id est, Scriberis à Vario. [atque ita explicat Seruius, hunc locum proferens ad illum Virgilij versum, Georgic. 3. Cui non dictus Hylas puer? profert eundem Aneid. 1. ibi, neque ceruicitur vlli, atque vtrouique esse genus loquendi Græcum, vt scriberis Vario (inquit) id est, scribet te Vario.] de quo genere alibi dicemus. Varius poeta (inquit Horat.) res abs te fortissime gestas, tuasque victorias Heroico carmine persequetur, & immortalitati commendabit. Commemoratur hunc Varium multis locis Horat. vt epist. ad August. lib. 2. *Dilecti tibi Virgilius, Variusque poeta.* & Saty. 6. lib. 1. *optimum olim Virgilius, post hunc varius dixere, quid essent.* & ix. *non Viscum plus amicum, Non Varium facies.* & in epistol. ad Pisones de Arte poet. *quid autem Cæcilio, Plautoque dabit Romanus, ademptum Virgilio, Varioque?* Virgil. Varium nusquam, quod sciam, commemorat, Varum aliquot locis, falluntur autem, qui in illis locis legendum putant Varum, quamuis nonnulli codices antiqui ita scriptum habeant. Iam de Agrippa sic Paternulus: *M. Agrippa virtute nobilissimus, labore, vigilia, periculo inuictus, parandique, sed vni, scientissimus: alius sanè imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultiisque facta coniungens.* Vipsanium autem nomen addidimus ex libro Ramutij, Farnes. Card.

MÆONI CARMINIS ALITE,] sic omnes quidem habent libri, sed Ioann. Passeratius legendum existimat *aliti*, neque probat vulgatam interpretationem, seu explicationem huius loci, *alite Maonij carminis*, auspiciis Homericis carminis, seu granditate, & maiestate, seu celeritate Heroici & Homericis carminis. ipse sic explicat, *scriberis Vario aliti Maonij carm.* &c. id est, scriberis à Vario, aue Maonij carminis, hoc est poeta Heroico, seu poeta res gestas canente Homericis carmine, seu cantu prædico planè Maonio, & Homericis. [Ego de hac interpretatione nihil pronuntiare auiam, nisi quod est ingeniosa & acuta, & valde probabilis. neque me mouet omnium librorum consensus in voce *alite*. facilis enim mutatio fuit vocalis i, in e, facillime dicatur aues, seu alites, nemini dubiū erit mediocriter in his litteris versato. Theocrit. ead. ξ. *Καὶ μαισῶν ὄρνιθες, ὅσοι ποτὶ ἕξον αἰοῖδον ἄντια κοκκυζόντες ἐπῶσια μοῦθ' ἔχοντι,* id est, & musarum aues omnes, quæ aduersus Chium cantorem garrientes frustra laborant. Quod si quis receptam scripturam tueri malet *alite*, putauerim per Maonij carminis alitem significari maiestatem, granditatem, altitudinem, elationem Homericis carminis: vel, si quis probet magis, celeritatem, & pedes concitato, & rapidos Homericis carminis. Gulielm. Canterus autem lib. 5. nouarum lectionum, cap. 12. alitem Meonij carminis interpretatur pennam & stilum Homericis carminis, quemadmodum (inquit, ille) Propertius dixit contra *felicibus pennis,*

pro felicibus auibus. Iudicent eruditi. Mihi durum videtur loquendi genus, *scribere penna* Homericis, aut Virgiliani carminis vsitate dicitur, penna Homeri, Virgilij, &c. Placet igitur mihi magis Passeratij coniectura.]

NEC GRAVEM PELIDÆ STOMACHVM] nec iram Achillis implacabilem, id est, μηνιν, quæ est argumentum Iliadis.

CEDERE NESCII.] nam ne Diis quidem cedit in acie, non longè abieris. Apollini, qui Hæcortem seuarat, atque de manibus ipsius crucientis eripuerat, minatur supplicium, si sibi vlciscendi potestas detur. sic enim Achilles Apollini *ἰλιάδ. χ' ἢ σ' ἂν πῶμα μιν, εἰ μοι δυνάμεις γὰρ πάρεσσι.* Iam Agamemnonem in iurgio interfecisset, nisi à Pallade prohibitus, ac repressus esset *ἰλιάδ. α.* Homerus denique eum ἀπεργατον nominat quodam loco. Cum idem Aiaceum & Vlyssæm, & vnâ cum eis Phœnicem legatos ad eum misisset vt eum placarent, redierunt re infecta.

NEC CURSVS] nec errores Vlyssis, navigationes longas, vagas, incertas, & periculosas, quas Homerus in Odysse persequitur.

DUPLEX] sic habent codices Donati, Faerni, & vnus Vaticanus. Est autem coniungendum nomen duplicis cum voce Vlyssæi, vt duplicem Vlyssæm intelligamus (subdolum, verutum, aliud loquentem, aliud sentientem, & (vt Græci dicunt) διπλοῦς, sic in epigramm. Græcis *Μισθὸν ἄνδρα, τὸν διπλοῦν περιούτα, Χρηστὸν λόγιστον, πολέμιον δὲ τοῖς πέποις,* id est, Odi hominem duplicem natura, verbis probum, & liberalem: moribus inimicum ac malignum. & Eurip. in Rheo. *φιλά λέγειν τ' ἀληθῆς ἀεικ' ἐπιπλοῖς πέποις ἀνὴρ,* & ita cum Mureto Catulli locum illum intelligo, ad Manlium. *Nam mihi, quam dederit duplex Amathumia curam, scitis, & in quo me torrueris genere.* sic autem secūdum versum Turnebus emendauit, cum in vulgatis omnibus legatur *corruerit*, sed vt redeam ad Vlyssæm, epitheta Vlyssis apud Homerū huic, quod ei ascribit Horatius, consentanea sunt hæc; *πολύτροπος, πολύμητις, ἐξέφρων, πικυλομήτης, δόλων ἀπτης, δολοφρονέων.* Iam quod ille ὄδουξ, & ait se æquæ atque Orci portas eum odisse, qui paupertate coactus homines insidiosa oratione inducat ac fallat, (sic enim loquitur *Εὐθρός γὰρ μοι κείνος ὁμῶς Αἴδαο πύλοισι Γίνεται, δὲ πῆν ἐκὼν ἀπατήλια ἐάσει*) respondeo Vlyssæm in eo ipso, quod de se falso prædicoat, sui similem esse, id est, duplicem, fallacem, ac mendacem. Achilles autem *ἰλιάδ. ι.* verè, suoque ingenio conuenienter ait se morte acerbis eum odisse, qui aliud loquatur, aliud in animo clausum, & tectū habet. *Εὐθρός γὰρ μοι κείνος ὁμῶς Αἴδαο πύλοισι, Οὐχ' ἕτερον μὲν κεύθη ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἶπεν.* Priscianus tamen lib. 6. vbi hunc versum producit, legit duplices, nisi exemplaria sunt mendo sa, Præterea doctissimi quidam viri, in

his Germanus Valens Pimpuntius existimat, lectionem vulgatam ferri posse, vt per cursus duplicis intelligamus navigationem ad urbem Troiam, & inde laboriosum, & multis erroribus implicatum in patriam reditum, quæ Græci vno verbo *δύαλλον* nominant. Nam *δύαλλος* nō solum in stadio locum habet, verum etiam ad cursum marinum transfertur: vt Euripid. in Hecuba. *πολλοῖς διαύλοις κωμάτων φορέμενος:* id est, multis fluctuum amfraetibus agitur. sic iidem Græci dicunt *ἀμφοτερόπλου,* & *ἑτερόπλου,* & *κατάπλου* & *ἀνάπλου,* inquit ille.

NEC SEVAM PELOPIS DOMVM] Notæ sunt omnibus Atrei, & Thyestæ, Pelopidarum tragædia: notum etiam est Pelopæ à Tætalo patre primum in frustra dissectum, atque in lebetem coniectum esse: deinde Diis epulantiibus appositum. denique notum est Atreum & Agamemnonem ab Ægypto, & Clytemnestra occisos esse, Clytemnestram ab Oreste filio. nō immeritò igitur Pelopis domus ab Horatio seuua nominatur, id est, iracunda, aspera, horribilis, *χαλεπή.*

TENUES GRANDIA] nos, qui tenues, & humiles scriptores sumus, non conamur illa dicere, quæ sunt grandia, nostris que viribus superiora, ac maiora. esset enim noster omnis inanis & irritus conatus.

DVM PVDOR, IMBELLISQVE] dum pudor, & lyra nostra ad res bellicas scribendas inepta, vt pote quæ res imbellis tantum, leuicisque & amatorias scribere & possit, & solet, tant me tuas, & Caesaris laudes attingere, ne, cū eas velim amplificare, ornare, atque illustrare, mei ingenij culpa imminuam, extenuem, obsecurem. Oportet enim (vt ait Pindarus) *πεσοφορον ἔργον κώποιν ἴπτενοι.*

IMBELLISQVE LYRÆ MVSA POTENS] id est, Musa, cuius in potestate sita est imbellis lyra, quæ domina est Musæ non bellicosæ, sed imbellis. *lyra potens* dictum, vt supra, *potens Cypri.*

CVLPA DETERERE INGENI.] imminuere ingenij mei culpa. tralatio ducta est à ferro, vel ære, vel simili metallo, quod limando detritur, atque extenuatur. sic Od. 11. lib. 3. *define peruicax* Referre sermones Deorum, & *Magna modis tenuare paruis.* Tale argumentum est Od. x 11. lib. 2. *Nolis longa fera bella Numantia, &c.*

TVNICA TECTVM ADAMANTINA] id est, armis adamante solidioribus tectum. *χαλκοχίτωνα,* expressit enim epitheton Homericum.

AVT PVLVERE TROICO NIGRV] id est, qui prælij tempore semper inter medios hosteis versabatur, neque vulnera extimecebat. Extat autem luculentum Idomeni de Merionæ virtute testimonium *ἰλιάδ. γ.* hunc enim ille (vt alia prætermittam) dicit numquam vulnerari in ceruicibus, aut à tergo solere: *sc. d. sem-*

per in aduerso pectore, aut ventre. & ibidem dicitur ab Homero θεῶν ἀτάλατος Ἀρηί. Erat autē Meriones Idomenei comes, atque amicus. Ἰλιά. ρ. ἡ ὄπισθεν Ἰδομηνῆος Μηριόνης ἀτάλατος Ἐυναλίῳ ἀνδρὶ φόντι. & Ἰλιά. ψ. Μηριόνης θεράπων Ἀγαπήνορος Ἰδομηνῆος, de hoc autem loquendi genere, niger puluere, & puluere foetidus, dicemus plura ad Od. xv. huius libri.

A V T O P E P A L L A D I S] Multis locis apud Homerum Pallas Diomedem praestō est, opitulatur, consulit, ac pene dicam, inferuit: exempli causa. Ἰλιά. δ. ε. in principio. Εἶθ' αὖ Τυδῆϊδ' Ἰδιομήδῃ Πάλλας Ἀθλίῃ Δῶνε μῆδος ἔχ' ἴαρος, ἢ ἠδ' ἄλλος μετὰ πᾶσιν Ἄργείοισι γένοιτο, ἰδὲ κλέος ἐσθλὸν ἄροισι. Ipse etiam Pindarus. Νεμ. εἰδ'. ait Diomedem à Pallade Deum immortalē esse factum. Διομήδεα δ' ἄμεινον ἔσθλ' ἄπ' ὅτε Γλαυκῶπις ἔθηκε θεῶν.

S V P E R I S P A R E M] Homer. eodem lib. de Diomede Δαίμων ἴσος, aut igitur expressit epitheta Homericā θεοεικέλος, θεοὶ ἀτάλατος, θεοὶ ἐμελίχμος, aut rem ipsam spectauit, propterea quod Diomedes Venerem, atque aded Martē ipsū vulnerauit, Pandarum interfecit, equos Aeneae cepit, arma aurea à Glauco accepit, Idæo Troiæ praconi solus reclamauit, fulminibus restitit, fugit omnī postremus, praesidium redintegrait primus. Hæc Eustatius lib. x. Iliad.

N O S C O N V I V I A , N O S P R A E L I A] proficitur Horatius se has res leuiore scribere posse, non illas Heroicas, & tragicas. non dissimile est illud Anacreontis. Οἴλω λέγειν Ἀργείδους, Οἴλω δὲ κλέδ' ἄδεν. Ἀ βέρεϊτος δὲ χορδαίς Ἐρωτα μύθον ἤχει, &c. id est, Volo referre Atridas, Volo referre Cadmum: Sed barbatus mihi vnum Chordis resonat amorem, sic & nofter Horat. Od. xv. lib. 4. ait se proelia, & vrbium expugnationes canere conantem ab Apolline esse reuocatum. Phœbus volentem praelia me loqui, rictus ἔσ' ὀρβείσιν, increpuit Lyra, Ne parua Tyrrhenum per aquor, Pela darent.

S E C T I S I N I V V E N E S V N G V I B V S A C R I V M] iuuenum & puellarum pugna raro est cruenta, cum ne hec acutis admodum vnguibz pugnent, immo verò eos studiose praefecerit, ne aduersarios lædant: nec illi eas ferro petant, sed iis armis vtantur, quæ puellis non mortiferum, sed optabile & iucundum vulnus infligunt. Ita igitur acres sunt virgines in iuuenes, vt tamen vnguis suos sectos habeant.

C A N T A M V S V A C U I , S I V E] abest alterum, siue vt annotauimus supra ad Oden i. i. maior tollere, seu ponere vult freta. cantamus igitur praelia virginum, siue quod otio abundamus, siue quod ipsi amore vrimur, nostro more. nobis enim vltatum est amare. quidam libri sic habent: siue quid vrimur. quam scripturam si quis probabit, eius hæc erit sententia. siue vacui, id est, otio abundantes: siue quid, id est, aliqua ex

parte vrimur, nostro more leues, quid, π. κατὰ π. sed superiorem scripturam plures libri confirmant, & ego eam magis probo: vt intelligamus in nomine vacui, subesse causam, hoc modo, Cantamus, quia vacui fumus: siue quod, &c.

A D M V N A T I V M P L A N C U M consulare. Od. 7.

A R G V M E N T V M.

Alias aliis: sibi Tiburtinam regionem placere. Cohortatio ad voluptates.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen, Aut Ephesum, bimarissve Corinthi Maenia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos Insigneis, aut Thessala Tempe. Sunt quibus vniū opus est, * intacta Palladis vrbem

Carmine perpetuo celebrare, & Vndiq; decerpta frondi preponere oliuā.

Plurimus in funonis honorem

Aptum dicit equis Argos, ditēsq; Myce-

Me nec tam patēs Lacedaemō, (nas.

Nec tam Larissæ percussit capus opima,

Quam domus Albunæ resonantis,

Et praeceptis Anio, & Tiburni lucus, &

Mobilibus pomaria riuus, (vda

Albus vt obscuro deterget nubila calo

Sæpe Notus, neque parturit imbres

Perpetuos: sic tu sapiens finire memento

Tristitiam, vitæq; labores

Molli, Plance, mero, seu te fulgētia signis

Castra tenent, seu densa tenebit

Tiburis umbra tui. Teucer Salamina, pa-

trēmque

Cum fugeret: tamen vda Lyao

Tempora populea fertur vinxisse corona,

Sic tristis affatus amicos.

Quo nos cumque feret melior fortuna

* parente,

ibimus

Ibimus o socij, comitesque. Nil desperandum Teucro duce, & auspicis Teucro.

Certus enim promisit Apollo, Ambigua tellure noua Salamina futura. O fortes, peioraque passi Mecum sepe viri, nunc vino pellite curas: Cras ingens iterabimus aequor.

C L A R A M R H O D O N] cur clara? an propter insulæ nobilitatem: vt Catul. ad Fasellum. Rhodumve nobilem, horridumve Thraciam: an propter ea, quæ poëta de hac memoria prodiderit? Pindarus enim εἰδ' ζ. ὄλυμπος. ait, quo tempore Iupiter, & ceteri Dij terram inter se diuiserunt, eo tempore Rhodum non fuisse in promptu positam, sed in altissimo maris fundo reconditam, atque abstrusam. Sole autē absente, cursumque suum conficiente, cum de portione orbis terrarum ei referenda nullus Deorū Iouem admonisset, factum esse vt sua quasi legitima terræ portione caruerit. Ea re cognita, Iouem nouam de integro sortitionem, priore improbata, inire voluisse: Solem autē id recusasse, Rhodumque, quam ceteris Diis occultam, & incognitā, ipse cognitam & perspectā haberet, sibi adoptasse: idque à Ioue & aliis Diis immortalibus ei concessum esse. sic Pindarus φωνὴ δ' ἀνθρώπων παλαιῶν ῥήσιες, οὐπω ὅτε ῥόδια διαιτέοντο Ζεὺς τε καὶ ἀθανάτοι φανεραὶ ἐν πελάγει Ρόδον ἐμμενῶ ποτιτί. Ἀλλυροῖς δ' ἐν βένθεσι γάσσον χειρὸ φθαί, reliqua ex Pindaro requirat qui volet. Idem in eodem carmine supr. dixerat, Rhodū Veneris esse filiam, Solis vxorē: mox τριπόλιν ἠῶσιν νομῖνατ, quia sunt in ea tres vrbes, Lindus, Ialyfus, Camirus, quas commemorat Hom. in Bæot. οἱ ρόδον ἀμφεμένοντο Διότρετρα κοσμηθέντες Λίνδον, ἰνδύσον τε, καὶ ἀργυροῖνα κέμμερον. Strabo autē lib. 14. cum de Rhodi laudibus multa scribit, tum illud: λιμέσι δὲ καὶ ὄδοις καὶ τείχεσι καὶ ἄλλῃ κατασκευῇ ποσῶν ὡς φέρεται τῶν ἄλλων πόλεων, ὡς ὅτι ἐχούνη εἶπεν ἑτέρον, ἀλλ' ὅδ' ἐπέμεινον, ἠπτιγα κρείπλω ταύτης ἡ πόλις, id est, portibus autem & viis, & muris, & alia struatura ita praestat aliis vrbibus, vt nullam aliā huic vrbis parem commemorare possimus, nedū meliorem. Profert ad hunc locum Porphirio illū versum Lucilij. Carpathium Rhodos in pelagus inclinat aperta.

M I T Y L E N E N] M. Tullius Mytilenas vsurpat numero multitudinis cōtra Rull. Quid Mytilena? qua certe vestra Quirites belli lege ac victoria iure facta sunt, vrbs ἔσ' natura, ἔσ' descriptione adficiorum, ἔσ' pulchritudine in primis nobilis. Horat. autem semper numero singulari, vt & epist. ad Bullatiū. Incolumi Rhodos ἔσ' Mytilēne pulchra facit

quod Penula solstitio, &c. **B I M A R I S**] διβαλάσος, vel, vt quidam malunt, ἀμφιβαλάσος, ἀλλ' ἴσωνοιο, id est, duabus ex partibus mari cincti.

B I M A R I S V E C O R I N T H I M A E N I A] Homeris in Catalogo, seu Bæotii Corinthū ἀμφειὸν appellat propter emporiū (inquit Strabo) in isthmo positum: bimarem autem nominat Horat. quia duobus sinibus cincta est: quorum alter Asiam, alter Italiā spectat, quorumque opportunitate efficitur, vt vtrinque & illorū ad hos, & horum ad illos facilis sit commeatus, rerumque omnium inuectio atque exportatio. vide Strabonē li. 8. De Corintho sic M. Tull. in agraria contra Rull. ad Quir. Corinthi vestigium vix relictum est. Erat enim posita in angustiis atque in sinibus Graeciae, sic, vt terra claustra locorum teneret, & duo maria maxime navigationi diuersa pene coniungeret, cum pertenui discrimine separarentur. eadem fere dicuntur offic. 1. Corinthum funditus euerit L. Mummius. scribit idem Paterc. lib. priore, & Florus lib. 52. epist.

V E L B A C C H O T H E B A S] Bacchi mater Semele, patria Thebæ. Semele enim Thebana fuit. & Pentheus Rex Thebarū ab Agaua, Inone, Antinoa, ceterisque mulieribus Thebanis Baccho sacrificantibus discerptus fuit, qua de re alibi dicemus. Ehippus autem lib. de Alexandri & Ephestionis sepultura (vt scribit Athen. lib. 10.) mortem Alexandri iræ Bacchi assignat. iniquo enim animo Bacchus tulerat, Thebas patriam suam ab illo esse oppugnatas, atque euerfas. Ehippi verba sunt hæc, ο δ' Ἀλέξανδρος οὐ τῶν νοσῶσας ἀπέθανε τῶ Διονύσῳ μνηστῶτος αὐτῶ, διότι τίω πατρίδα αὐτῶ τῶ θεῶσας ἐπολιώρησε.

V E L A P O L L I N E D E L P H O S I N S T I C N E I S.] Nam & fuit Delphis nobile Apollinis oraculum, & Apollo Delphicus à poëtis nominari solet, & Horat. Delphicam laurum dixit Od. x. x. lib. 3. & Delphos sortilegos lib. de arte poët.

E T T H E S S A L A T E M P E] Tempe communi, & generali appellatione nemora significat: proprie autē loca sunt inter Olfam & Olympe interiecta, amœnissima, quæ appellatur Thessalica τέμνη. [de quibus lege Aelianum ποικίλις ἴσως lib. 3. princip.]

S V N T Q V I B V S V N V M O P V S E S T] sunt qui in hoc vno sunt occupati, vt Athenas carminibus suis nobilitent.

P A L L A D I S V R B E M] id est, Athenas. quod cur ita sit, docet interpret Pindari ad εἰδ. ζ. Olymp. his verbis. Iouis capite, qua parte grauidus erat & parturiebat, à Vulcano, secto ac diuiso, Minerūaque ex eo edita, praemonuit Sol Rhodios, vt primi omnium ei sacra facerēt, quod esset necessarium, & fatale, illam apud eos habitare, domiciliūque suum collocare, à quibus ei primis sacrificatū esset. Cum igitur Rhodij in

arcem, vt Mineruæ sacrificarent, ascēdissent, fugit eos cum ceteris rebus ad sacra cōparatis, ac necessariis ignem capere. Ita sine igni sacra fecerunt. Athenienses autem, qui primi igni adhibito sacrificassent, digni sunt habitis, in quorum vrbe Minerua habitaret. vide Pindarum eid. ζ. δλυμη. & interpr. **Quidam libri veteres habēt, Palladis arceis. IN TACTÆ** virginis. Virg. *Æn.* 5. *Cui pater intactam dederat.*

ET VNDIQVE DECERTÆ FROND I PRÆPONERE id est, & omnibus omnium locorum & terrarum frondibus, oliuā antepone. Est autē oliua Palladis propria: quod cur ita sit, docet interpres Homeri his verbis. Dicuntur olim Neptunus & Minerua diu inter se de Attica decertasse, & cōtendisse. Neptunus tandem (hæc enim controuersia finienda ratio ab utroque probata est) in arce Atticæ terra tridente pulsata, fluctum marinum excitauit: Minerua verò è terra oliuā extulit. Cecrops iudex utriusque datus, Atticā Mineruæ adiudicauit, cū diceret mare multis aliis in locis esse, oliuā autem Athenarū esse propriam. Hic locus erat ita scriptus in omnibus codicib. calamo exaratis: *Vndique decertam fronti præponere oliuam*: in vulgatis autem ferè omnibus, sic legitur: *vndique decertam fronti præponere oliuam*: vt, si fortè hæc lectio minus probetur hominibus, nō possim argui libros veteres corruptisse, sed vulgatos secutus esse. hoc tantum. sic igitur habent membrana veteres: *vndique decertam fronti præponere oliuam*. Atque hanc lectionem tuetur & retinet Turnebus lib. x. i. & x. i. x. Aduersar. & ita explicat: ex omni loco & materia, & argumento veluti colligere oleagineū termitem & ex eo coronam necere: quod est vbiq; & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare: cuius felici, festaq; frōde homines coronantur. Sed ego à Turnebo dissentio. Nā primū sententia ipsa hanc lectionē refellit: deinde poëtæ, opinor, nō oleaginas, sed edereceas coronas suis capitibus imponebant: sup. Ode 1. *Me doctarum edere præmia frontium*, &c. & epist. 3. lib. 1. *Prima ferres edere vitricis præmia*. Aut si etiam ex oliua coronam sibi imponebant: vt apud Papin. *Etue gemeni vates sanctam canentis oliuæ Fronde comam*, & *niuei ornati tempora vitis*: & si coronas edereceas ij soli merebantur, qui vicerāt, vt ego fateor: nihil tamen oleagina coronā frōs euincta, atq; ornata pertinet ad id, quod sentit Horati.

Nā non continuo qui coronati ex oliua concinnatam capiti suo imposuerūt, Mineruā, aut vrbe Mineruæ laudant, neque eius ipsius coronæ ornati Palladis vrbe laudare intelliguntur. quod Horati velle dicere videtur. Præterea quis mortalium sic vnquam locutus est, *præponere oliuam fronti*, pro eo, quod est, *frontem olea coronare*, seu ornare? Postremò quod paullo antè significauit, cum hoc sentiat Horatius, nōnullos esse, qui toti sunt occupati in laudādis Athenis,

vrbe Palladis, nō in aptius coheret hoc statim subiectum, *in oliua omnibus frondibus anteponenda*, quā illud, *in colligendo oleagine termitem ex omni argumento* & ex eo coronam necenda: verum tamen si quis scripturam antiquam pluris faciet & hanc damnabit, non equidem reclamabo.

PLVRIMVS IN id est, plurimi dum Iunoni gratificari, & honorem habere volunt, Argos dicit esse magnis & latis spatiis explicatum, & ita ad equorū cursum, aptū. Nam Græci poëtæ Argos *ἰππεων* nominant: vt Eurip. in Iphige. in Tauris. *ἄταν ἐς ἑλλάδα ἰππεων τ' ἄργος μόλης* & *ἰπποδοτον*. Homer. *ἰλιάδ.* γ. ἄργος ἐς ἰπποδοτον, & Theocri. *είδ.* λα. ἐπὶ μάλ' ἀπὸ πολλὰ θῶν ἐξέγειτ'. ἄργων ἄργει ἐν ἰπποδοτῶ κειμήλια. iam *ἰλιάδ.* δ. Iuno ait sibi treis vrbeis esse carissimas: Argos, Spartam, Mycenæ. Argos τὴ, Σπάρτη τὴ, ἑυρυάγεια Μυκῆνη. & Pindarus. *Νεμ. είδ.* Argos ἦρας δῶμα θεοσπετῆς appellat, id est, domum Iunonis decoram, & dea dignam.

DITÉSQUE MYCENAS. Expressit Græcum epithetū *πολυεῦσαι*, quod ascribit Mycenis Sophocles in *Electra*. *φάσκων Μυκῆνας ἑσὶ πολυεῦσαι ὄρει*.

MENESTAM PATIENS LACEDÆMONI Homeri interpres, vt hoc quasi præteriens annotet, scribit agrum Lacedæmonij, Lacedæmona appellari: Spartam, vrbe: nonnullos autem esse, qui ipsius vrbe partem Lacedæmona, partem Spartam nominent. Iam quod Horatius patientē vocat, id ad publicam puerorum institutionem referendū est, quæ tota erat posita in patientia disciplina. Plutarch. in Lucullo hac de re sic scribit. *ῥεῖματα μὲν ἐνεκα τῆς ῥεῖας ἐμάθησαν ἰδὲ ἄλλη πᾶσα παιδεία ὡς τὸ ἀργεῖον καλῶς ἐγένητο, καρτερῆν ποιοῦντα, καὶ νικᾶν μαχόμενοι*, id est, literas quidem vtilitatis causa discerāt: Alia verò tota institutio eò referebatur, benè vt quisq; parerēt, & vt laborem perferre fortiter, & pugnans vincere posset. Et M. Tul. Tuscul. 2. *Sparta verò pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è visceribus sanguis exeat, nonnumquam etiam, vt cum ibi essent audiebant, ad necem: quorum non modò nemo exclamauit vnquam, sed ne ingemuit quidem*, quod item narrat Plutarchus loco supra cōmemorato. *τῶν ἐφίλων πολλοὶ ὅτι τῶ βαμῆ τῆς ὀρθίας ἐπεβίβατο, ὡς πᾶσι κοινῆς τοῦ πλῆθους*, id est, multos ephobos in ara Dianæ Orthiæ vidimus plagis morientis. [Licet etiam hoc referre ad institutorum Lacedæmoniorum seueritatem, vt cū quisque duritiem, & totius vitæ labores. Ex quo Alcibiades dicere solebat non esse mirum Lacedæmonios libenter pugnantes mortem oppetere. Erumnas enim & molestias sibi à legibus impositas fugientes vitam laboriosam cum morte commutare & despicisci. *Ælianus lib. 13. Æmilium Probus in Alcibiade eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus*

bus summa virtus in patientia ponebatur, sic duritiæ se dedisse, vt parsimonia victus atque cultus omneis Lacedæmonios vinceret.]

L A R I S S A Larissam Theffalicam designat, quam condidit Acrisius, à Larissa Pelasgi vrbe nominatam, vt ait Hellanicus. sunt enim Lariffa tres, vt docet interpres Apollonij lib. 1.

P E R C U S S I T sic legendum, non *percussit*, vt habet vulgati, & nonnulli scripti cod. quod verbum ne Latinum quidem est. nam à verbo *percello*, præteritum vnū est, *perculi*, hanc scripturam confirmant cod. Iannoct. Faër. Vrsini, duo Vaticani, Tornel. *percussit* autem idem valet, quod *permouit*, affecit. Cicer. ad Attic. lib. 4. *Audiui ex Gaio hoc Erimano Rome esse hominem, & fuisse asiduum percussit animum: dices: tantulane causâ sic Terent.* Andr. *percussit illico animum*.

O P I M A Larissam opimam nominauit, Homerū secutus, qui *φθίλον ἐξωλον* vocat, *ἰλιάδ.* 1. *ἦματι κεν ἑπτάτω φθίλον ἐξωλον ἰκαίμεν*. Ita idem Horat. infra cod. lib. Od. x x i. *Sardiniam opimam*.

A N I O Anienem fluium sic describit Dionys. Halic. lib. 5. *Ἐλαλέου δὲ ἐστὶς τῶν ποταμῶν ὡς ποταμὸν ἀνίναος ἐν πόλεως μὲν πύργων καὶ ὑψηλῶν πολὺν ἀνέμεται σκοπέλου, φέρεται δὲ ἀπὸ τῶν Σαβιῶν καὶ Ῥωμαίων παιδῶν δελφῶν τ' ἐκατέρων ῥεῖαν ἀνάπτει δὲ τὸ ῥέμμα τῶν Τιβέρι ποταμῶ καλῶς μὲν ὀφθάλμῳ, γλυκύως δὲ πίνεσθαι, id est, Valerius autem prope hosteis ad fluium Anienem, qui ex vrbe Tibure deorsum de celfo scopulo multam aquā effundit, labitur autem per Sabinorum & Romanorum campum, utrorūque regionem definiēs. In fuit autē hic fluius in Tiberim aspectu quidem pulcher, potu autem iucundus.*

A L V N E R E S O N A N T I S de qua Virg. *Ænei. 7. memoriam que maxima sacro fonte sonat*, &c. fuit autem Albunea Nympha & Sybilla Italica, & ab ea fons & nemus appellatur.

T I B U R N I L V C V S rectè admonet M. A. Muræus legendum esse hoc loco Tiburni, & ita excudendum curauimus: cū præsertim sic habeant nonnulli libri manuscr. & ita legendū quoque est *Æneid. vi. Fratris Tiburni dictam cognomine gentem*: non Tiburti. Quod autem Adu. Turnebus *Tiburni*, legi posse putat, fallitur. Nam primū Tiburis cōdior dicebatur Tiburnus: deinde Tiburtinus non à Tiburto, sed à Tiburte, cuius rectus casus est Tiburs, formatur.

A L B V S V T O B S C V R O, &c.] *albus* Notus *Δευρόστος*, vide Arist. *μετῶρ.* β. Homerus quidem *ἰλιάδ.* λ. Notum *ἀργεῖον* appellat, que vox *λευκῶ*, id est, album valet. quamuis *παχυγώνης*, quod est, *ferenitatis affector*, clarus. Itaque hic opposuit album obscuro Horatius, non nomē, sed rem spectans: atque ita interpretatur Seruius *claro* in versu illo Virg. *Georg. 1. Et claro cernes fluius Aquilone moseni. Claro* (inquit) id est,

serenifico, quia est & nubilus, sicut omnes ferè venti. Deinde producit testem hunc Horatij versum, his verbis, vt Horatius, *Albus vt obscuro deterg. nub. celo*, &c. Videtur autem Horatius totum hunc locum ex Pindaro expressisse, non seruatō tamen ordine, & paucis quibusdam immutat. sic Pindar. *Νεμ. είδ.* 1. *Εἰ δὲ νόσος ἔχει θνατῶν ἀλαθείας ὄδῳ, καὶ ἄρτος μακρόν τυχερόντα, εὐπαχέμεν. ἄλλο τε δ' ἄλλοιαι πνοιαι ὑπάρτῃ καὶ ἀνέμων*, id est, si quis mortalium veram vitæ rationē ac viam instituit, debet ille iis bonis, quæ à diis immortalibus cōsecutus est, frui, aliās enim alij flant venti. hæc Pindari, si ordinē immutes, videbuntur cum Horatianis ferè cōgruere. hoc modo Pindarus: Non semper iidem sunt ventorum flatus, & vētis pluuiarum ac turbulentis succedunt alij, qui serenitatem & tranquillitatem afferūt. Horat. *Albus vt obscuro*, &c. Pindarus: si quis mortalis verā vitæ traducēdæ rationem animo comprehensam habet. Horat. *sapiens*. Pindarus: oportet eū cum sinunt Dij immortales, bonis quæsitis frui, & iucundè viuere, sibi deniq; bene facere. Hor. *finire memento Tristitiam, vitæque labores*. Atque hæc quidem iccirco ita exposui, & pæne oculis subieci, vt intelligat adolescens quemadmodum sint nobis imitādij interdum veteres poëtæ, & ceteri scriptores.

D E T E R G E T detergit quidem reperi scriptum in duobus libris calamo scriptis Donat. & Faër. sed *deterget* tamē, reposui, secutus lib. 2. Vaticanos, & Vrsini, & Tornel. In eadem conuigatione hoc verbo vsus est Saty. 1. lib. 2. *Hoc possius, quàm gallina tergere palatum*, sic Lucret. lib. 4. *Et quasi perterget pupillas, atque ita transit. & paulo post. Et nostros oculos perterget longior aura*.

NEQVE PARTVRIT IMBREIS PERP. Iralatio à mulieribus grauidis, ad ventum pluuium, seu nubeis pluuiæ grauidas. alia tralatio est epistola ad Pisonem. *Parturiunt montes: nascetur ridiculus mus*.

M O L L I M B R O Virgil. *Geor. 1. Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina*. Sic Græci vinum, quod ad potum maturum est, quodque gratum & mitem saporē ætate collegit, *μαλακῶν* appellant.

S E V T E F V L G E N T I A S I G N I S siue militiæ, siue domi tuæ eris. de signis militariibus dicemus fortasse alibi nonnulla.

T E V C E R S A L A M I N A, P A T R E M Q V E Teucer & Ajax Telamonius fratres fuerunt *ομοπάτριοι*, sed non ex eadem matre. Nam Teucer ex Hefiona Laomedotis filia, Priami sorore captiua susceptus est: Ajax autem ex Peribœa. iam Telamon & Peleus Æaci, & Endæidos filij Phoco Pflamathi filio interfecto, Ægina profugere coacti sunt, illēq; Salamina, hic in Theffalia se cōtulit. Teucer igitur Troia euerfā cū in patriā reuersus patri in suspiciōnē de Aiæcis morte venisset, à patris cōspectu sese longè remouit, atque in Cyprium profectus est, vbi alte-

ram Salamina condidit eiusdem nominis, atq; illam priorem in Attica sitam. quod & Isocrat. narrat in orat. ad Euagor. his verbis. Τεύκρος ἀπειθή Τροίαν ζυωξάειεν, ἀφικόμενος εἰς Κύπρον, Σαλαμίνα τε κερταίωσεν ὁμόνομον ποιήσας τῆς πατρῆος αὐτῶ πατρῆδος ἕσσης, &c. M. Tullius 1. de oratore profert aliquot Pacuij versus de hac Telamonis falsa in Teucrū suspicionē, seu ira quod fratris mortem vltus nō esset, segregare abs te ausus, aut sine illo salamina ingredi? Neque paternum aspectum es veritus? quem a te exalta indigum Liberum lacraſti, onbaſti, extinxisti, neque fratris necis, Neque gnari eius parui, qui tibi in tutelam est iraditus, &c. hac cadē de re C. Velleius Paterculus lib. 2. quem locum quāuis proferat Murctus, adscribam tamen. *Tenecr non receptus à patre Telamone ob ſegnitatem non vindicatae fratris iniuria Cyprum appulſus cognominem patriae ſuae Salamina conſtituit.*

[CUM FERRET] Plus est quam si dixisset, cum relinqueret: id quod notat Seruius ad illud Virgil. Tityro, *Nos patriam fugimus.*

POPULEA CORONA] Hercules deuicto Cerbero, populū arborem ex Acheronte secum detulit, frondibusque populcis coronatus, latitiam, quam ex tot victoriis ceperat, declarauit. Itaque quam λεύκη Graeci vulgō nominant, Homerus *Ιλιάδ. ν. ἀχραιίδα*, ab Acheronte appellat. Exemplo Hercules omnes in certamine aliquo cum laude & gloria verſati, victoriāq; cōsecuti, populi fronde coronabantur. Theocr. εἰδ. *Ἐκρηπὶ δ' ἔργον λεύκων ἠεκακλῆος ἱερῶν ἔργος*, quo loco interpres scribit, populū, sacram esse Herculi, ppter eā quod quā plurimis laboribus p̄rfunctus erat, & quā plurima certamina obierat, & p̄figurat. Virg. *Æn. 8. Dixerat: Hercules bicolor cum populis umbra Felauitque comas, foliisque in nexa pependit.* Pausanias scribit in Eliacis populum apud Acheronem fluium in Theſprotia ab Hercule esse repertam, atque ob eam causam ab Homero Acheroida appellatā. Pausania verba sunt hec altius repetita: τῆς δὲ λεύκης μόνος τοῖς ἔξυλοις ἐς ἃ διὸς τοῖς θυσιῶν ἅπ' ἑδενός δένδρον τ' ἀλλὰ οἱ ἡλείοι χηραῖα νομίζουσι, κατ' ἄλλο μὲν ἑδὲν παρθεμύτιες, ἐμοὶ δὲ κενύ, πλοὺ λεύκην ἵπτι δὲ ἠεκακλῆος ὁμόμομον ἀπὸ τοῦ ἐς ἑλλήνας οὐ τ' θεαρωτῆδος χηρας, καὶ μοὶ καὶ αὐτὸς ὁ ἠεκακλῆος ἐφάμετο, πῆτις τὸ δι' ἔθνη ἐν Ὀλυμπία, τῶν ἱερῶν τὰ μέγα ἔπι λεύκης κούσας ἔδλων. πλοὺ δὲ λεύκην ὁ ἠεκακλῆος παφικῶν παρὲς τὸν ἀχροντα εὐρετο ἐν θεαρωτῆος ποταμῶν, καὶ τὸ δ' ἐνεχε φασὶν αὐτῷ ἀχραιίδα τὸ Ὀμήρου καλεῖσθαι, id est, Solius autē populi lignis ad sacrificia Iouis, & nullius alius arboris Elei vti in more positū habent, nullam aliam ob causam, mea quidem sententia, populum ceteris arboribus antepontes, nisi quod Hercules eam ex Theſprotide regione ad Graecos deportauit. Quinetiam ipse Hercules cum Olympiā Ioui sacrificabat, victimarū coxas li-

gnis populcis cremasse mihi videbatur. Populū autem natam circum Acheronta fluium reperit in Theſprotia. Atque ob hanc causam aiunt eam Acheroidem ab Homero appellari. Iam de hoc loquēdi genere, a caput seu tempora corona vincire, diximus ad Odam 1. 1. huius libri. ibi. *nitidum caput impedire myrto.* Quidam existimant iccirco dici hīc ab Horatio Teucrum capiti coronam populcam potiūs, quā ex alia arbore imposuisse, quod Bacchi sacerdotes, & bacchantis hac frōde vti cōsueverint: ex quo Demost. de corona, τῶς ἐσφραγισμένοι τῶ μαρτύρῳ καὶ τῇ λούκῃ, vbi grammatici notant ἐσφραγισμένοι τοῖς βασιλευσὶ τελευτῶν τῇ λούκῃ ἄλλ' τὸ ἄθρονον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν: ἄθρονον δὲ καὶ τὸν ἑσφραγισθέντος δόνουτον: πλοὺ δὲ λεύκην πεφηνέμεν φασὶ παρὲς τῶ ἀχροντι: ἑδὲν καὶ ἀχραιίδα καλεῖσθαι τὸ Ὀμήρου, id est, coronabantur populo ij, qui sacris Bacchi initiabatur, propterea quod & hac arbor inferna est, & Dionysius Proferpinae filius, infernus ac terreſtris. Populum autem natam esse dicunt ad fluium Acherontem: vnde & Acheroidem ab Homero nominari.

ET AVSPICE TEUCRO] id est, auctore, hortatore. ductum ab auspicio more, nihil enim publicē Romę gerebatur, nisi auspiciatō. Erat autem magistratum auspiciari, & cōsulerē auspicia, eorundemque obnuntiare. sic locutus est epist. 1. lib. 1. *fidibus Latinis Thebanos arparomodos studet auspice Masas*: contra episto. 2. *cui si vitiosa libido fecerit auspiciū*, proprie posuit Od. xxv 11. lib. 3. *ego cui timebo Pronidis auspex*: & M. Tullius in Cluentiana, nullis auspiciibus, fūnestis omnibus omnium, eodem pertinet locus Od. x 111. lib. 4. *immanisque Rheatos Auspicio pepulit secundis*. & Od. v 1. lib. 3. *Iam bis Monasit, & Pacori manus Non auspiciatos contudit imperus nostros*. & epist. ad August. lib. 1. *tuisque Auspicio totum confecta duella per orbem*. Quidam per auspiciem Teucrum Apollinē significari volūt. Sed facilius hoc obtinerent, si, *auspice Teucri*, legeretur: quam scripturam reperi in duobus libris manuscrip. Hac de re tota, iudicet lector. ego interea receptam tuor.

CERTVS ENIM PROMISIT] de hoc Apollinis oraculo sibi edito sic loquitur Teucer ipse apud Eurip. in Helena, ὅσην νεὸς ἐέλαμι ἐν ἑλεον πῆρον, εἰς γλυὺ ἐναλίαν Κύπρον, ἔ μ' ἐθέσσειεν Οἰκέων Ἀπὸλλων ὄνομα νησιωτικῶν Σαλαμίνα θέμερον τῆς ἐκεί χῆρον πατρῆος, certū autem accipe nō cuius oracula aptam & simplicem sententiam habeant, (λοεῖας enim propter obscuritatem & ambiguitatem dicebatur) sed verum, minimēque mentiētem. Nam, vt est apud Pacuium in Perib. *Flexa, non falsa, autumare dictio Delphis solet.*

AMBIGVAM TELLVRE NOVA] id est fore nobis alteram Salamina in Cypro, quae cū illa priore, quae est in Attica, cōparari possit.

O FORTES, PEIORAQVE PASSI] sumtum

sumtū ex Homero ὀδον. μ. ὃ φίλοι, ἔ γὰρ πῶ τι χερῶν ἀδαήμενος εἰμὲν. Οὐ μὲν δὲ ποδὲ μείζον ἔπι χερῶν ἢ ὅτε Κύκλωφ εἰλεὶ σπείει γλαφυρῶ κρατερῆφι βίηφι, quem quidem Homeri locum vberius atque ornatus expressit Virgil. *Æneid. 1. O socij, neque enim ignari sumus ante malarum, o passi grauiora, &c.*

NYNC VINO PELLITE CVRAS] tale illud est Ode x 1. lib. 2. *dissipat Euius Curas edaceis*. & 1 x. epod. *Curam, metūq; Caesaris rerum inuat Dulci Lyas solvere*. sic Anacreon. Σκεδάσαι θέλω μελέμας, volo dissipare curas. idem Oταν πῖνον τὸν οἶνον, εὐδῶσιν αὐ μελέμω, Bibete me Falernum, Curæ anxietas quiescant. idem, ἔτ' ἐγὼ πῶ τ' οἶνον, Ἀπειπῶνται μελέμω, Latites vbi Lyas Bibo, curæ abiguntur atræ. & Theognis, Τὸν πῖνον σπῶ μὲ χελετίας σκεδάσεις μελεδῶνας, Ὁμηροῦ δ' ἔσται πολλὸν ἐλαφρότερος, id est, Vina bibens atras pelles ē pectore curas: Et madidus Baccho ritē leuabis onus. Iterū Horat. epist. ad Vall. lib. 1. *generosum & lene requiro, quod curas abigat.*

CRAS INGENS ITERABIMVS AQVOR.] vel id mare, quod in patriam redeuntes, peruenſi sumus, iterum peragrabimus, patriam, patrēmq; fugientes: vel simpliciter iterum nauigabimus. sic Od. xx x 11 1. huius lib. *atque iterare cursus Cogor relictos*. i. repetere cursus relictos. aliter hoc verbo vitur Ode x 1 x. lib. 2. *atque truncis Lapsa casus iterare mella*: id est, iterum atque iterum canere, seu dicere. Od. x 1 1. epod. *Muricibus Tyriis iterata vellera lana Cui properabantur*: per vellera iterata muricibus ὄλεθα signifiat, purpureas vesteſ bis tinctas. Od. 11 1. lib. 3. *Troie renascens alite Lagabri Fortuna tristi clade iterabitur*. id est, iterum expugnabitur, ac delebitur. episto. ad Loll. lib. 1. *Sic iterat voces, sic verba cadentia tollit*. Cic. ad Att. lib. 1. 4. ex quodā poēta. *iteradum eadem istac mihi*. & Tuscul. 2. *Itera dum eadem istac mihi non enim intelligo.*

AD LYDIAM. Od. 8.

ARGVMENTVM.

Obscure iuuenem quemdam, quem Sybarin vocat, vt amore perditum, & voluntatibus colliquefactum, notat.

LYDIA dic, per omnis Te deos oro: Sybarin cur properes amando

Perdere: cur apricum

Oderit campum patiens pulueris, atque solis.

Cur neque militaris

Inter equalis equitet: * Gallica nec Temperet ora frenis. (luparis)

Cur timet flauum Tiberim tangere? cur oliuum

Sanguine viperino Cautius vitat: neque iam liuida gestat armis

Brachia, saepe disco, Sape trans finem iaculo * nobilis expe-

Quid later, vt marina (dito?)

Filium dicunt Thetidis sub lacrymo- sa Troie

Funera, ne virilis

Cultus in cadem, & Lycias proriperet cateruas?

AMANDO] dum ab eo amaris. sic Virg. *urique videndo Famina*: id est, dum videtur. vel dum te amat.

CVR APRICVM ODERIT CAM- FVM.] cur oderit campum Martium, nō quod puluerem, laborēmq; ferre non possit, neque propter vllam animi, aut corporis mollietiam, cum sit horum patientissimus: sed propter tuū amorem, quo miserē torquetur.

CVR NEQVE MILITARIS INTER AQVALIS] cur Sybaris neque inter equalis equitet militaris, id est, militare in morem, vel vt hominem militare decet, vel cum sit militaris, vel qui militaris esset, si equitaret. & hoc postremo modo saepe loquitur Horat. vt Satyr. v 1. lib. 2. *Si Venor stultus nihil horum*, id est, si nihil horum à Diis precor, quod si facerem, stultus essem. quo de genere dicemus ad Oden xxv 11 1. huius libri, & ad oct. tertij. *militaris autem est militia: idoneus in re militari exercitatus.* Sallust. coniu. *Catilin. de M. Petreio: homo militaris, quod amplius triginta annis tribunus, aut praefectus, &c. fuerat, plerisque ipsos, factaque eorum fortia nouerat*: Tit. Lilius lib. 35. *annalium. Nihil ea res animum militaris viri, & multos expertis casus imminuit.*

GALLICA NEC LVPATIS, &c.] nec ora equorum Gallicorū, seu equos ipsos Gallicos moderetur, & regat frenis lupinorū dentium in morem asperis, atq; inæqualibus: cur nō flectat equos Gallicanos in cāpo Martio. Lupati freni, quibus equi ferocioreſ cōercētur: à lupinorum dentium similitudine, seu à lupo, instrumento ferreo, vncō, & tortuoso instar dentium lupinorum, quod pro lupato freno vsurpatur. Quid. *Duros accipit ore lupos*. vnde equi praeferoes, & ad tractandum difficiles λυκοσπῶδες à c iij

Græcis nominantur. Extat Plutarchi disputatio Διὸς τί τὰς λυκοσπόδας ἴππους θυμώδεις εἶναι λέγεται, lib. 1. συμποσ. Virgil. Georg. lib. 3. Ἐδὴν παρὲρ ἰσπαι. Græci poëtæ lupos à dentium asperitate καὶ ραρόδοντα, appellant. Oppianus lib. 1. de piscib. καὶ εἰδοθὶ καὶ ραρόν ἔριος.

TEMPERET] moderetur, coërceat, regat. Od. x. 1. 1. huius libri. variisque mundum Temperat horis. Od. 1. 1. 1. lib. 3. Qui terram inertem, qui mare temperat, id est, regit, moderatur. sic Satyr. v. lib. 2. mulier si forte dolosa, Liberiusve senem delivum temperet episto 1. 1. lib. 2. Scit Genius, natale comes qui temperat astrum. Od. xv. 1. epod. Vtrumque rege temperante calitum. & fortasse Od. 1. 1. lib. 4. Ὁ ἑστὶν ἰμὸν αὐρεά, Dulcem qua strepitum Pieri temperas. aliàs pro verbo abstinenti. vt Od. x. 1. 1. 1. lib. 3. Illic matre carentibus Privignis mulier temperat innocens. quemadmodum & Virgil. Gergic. 1. Tam sibi tum curvis malè temperat vnda carinis. aliàs pro eo, quod est ad mediocritatem quâdam redigere. vt Od. x. 1. lib. 3. quis aquâ temperet ignibus? & episto. ad Mæccnat. tertia lib. 1. Temperat Archilochi Musam pede mascula Sappho, aliter Od. xx. huius lib. mea nec Falerna Temperant vites, neque Formiani Pocula colles. & Od. v. 1. epod. Desiderique temperare poculum.

CVR TIMET FLAVVM TIBERIM TANGERE?] cur à natando, & à decursione seu denatatione Tiberina abhorret? sic Oda 7. lib. 3. vtrumque cõiunxit, equitationem in campo Martio, & decursionem Tiberinam. Quamvis non aliis Flectere equum sciens. Equè conspicitur gramine Mario: Nec quisquam citus aquè Tufco denatat aluco. CVR OLIVVM, &c.] cur luctari desit? cur luctam horret? cur palestram fugit mortis instar? Luctaturi oleo vngentur. iccirco palæstras Græci λυτῶδες nominant, id est, pingueis, & veluti oleo nitentis. Et Battus ille apud Theocritum cum dixisset ei Corydon Agõnem vnâ cum Milone ad Alphæum, id est, ad certamina Olympica esse profectû: quærit ex eo deridens, quando ille oleum oculis viderit, significas illû numquam luctatum esse, quippe qui nunquam oleo vinctus sit. sic Theoc. eid. d. καὶ ποιε τῆρος ἔλαιον ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὀπώπη; Marcus Tullius autem libro accusat. 1. v. scribit, cum à senatu arcessitus in curiam Syracusanam iccirco se antea non venisse dixisset, quod Syracusanos amicos esse Verri suspicaretur, neque se ausum esse postulare, vt quicquam contra Verrem decerneretur in ea curia, in qua inauratam C. Verri statuam videret (suterat autem hæc statua ex Heraclij bonis posita, quorum bonorû possessionem palæstræ Syracusanorum Verres contra omnia iura tradiderat) maximo gemitu facto, aspectu & commemoratiõne statuæ, sibi responsum esse, ex Heraclij hereditate, quâ palæstritis concessisset, multo maximâ partem Verrem abstulisse, neque postulandum fuisse, vt ille palæstritas diligeret, qui etiâ inuentorem olei sustu-

ripuit. quo facto est cognitus. hæc interpres Homeri, vt dixi: & Eustathius ἰλιάδ. τ. de præpositione sub, hoc modo accepta dicemus ad Od. prox.

NE VIRILIS CVLTVS IN CÆDEM, &c.] ne vestitus virilis eum protraheret ad bellum Troianum, id est, ne virili vestitu agnosceretur, & ita ad bellum Troianum proficisci cogere. Virilis cultus, sunt recti casus, numeri singul. & ita subintelligendum, eum.

AD THALIARCHVM Od. 9. ARGVMENTVM. Hicme indulgendum voluptati.

SÆPE TRANS FINEM IACVLO, &c.] sæpe contorto & misso vltra finem constitutum, iaculo nobilitatus.

EXPEDITO] id est, expeditè, & validis lacertis emisso. de verbo expediendi vide annot. ad Oden xx. 1. huius libri.

FILIVM THETIDIS] Achillem, marinæ autem, quia nymphæ marinæ. Itaque apud Homel. lib. α. ἰλιάδ. ab Achille vocata, & implorata exit è mari, vt crastus quidam & caliginosus halitus. sic autè Homerus. καὶ ῥαλίμωσ δ' ἀνέδου πολὺς ἀλὸς ἢ τ' ἡμῶν.

SVB IACRYMOSA TROIÆ FVNERA] paullò ante euectionem Troiæ, hanc fabulam sic narrat interpres Home. ἰλιάδ. 1. & τ. Thetis sciens Achillem si in Thessalia remaneret, neque cum ceteris Græciæ principibus ad Troiam oppugnandâ nauigaret, sine gloria illû quidem, sed diu tamen victurum: sin vnâ cum illis proficisceretur, vitam eius breuem, gloriâ immortalẽ futuram: cum in thalamo quodâ cû puellis, & mulieribus apud Lycomedè collocarat in Scyro, vna ex Cyckladibus. oraculo autem edito, Troiâ sine Achille capi non posse: missi sunt à Græcis Nestor, Phœnix, Vlysses ad Peleum Achillis patrem, rogatum, vt Achillem dimitteret. Peleo autem Achillem domi esse negate, id quod erat, Scyrum profecti sunt. Ac suspicati & subodorati cum virginibus Achillem educari, de Vlyssis sententia hinc arma, illinc quasillos, & fufos, & cetera huius generis, ante ostium cubiculi, in quo erât puellæ, & Achilles, exposuerunt. ita puellæ quidẽ in calathos continuo impetû fecerunt. Achilles verò arma corripuit.

ripuit. quo facto est cognitus. hæc interpres Homeri, vt dixi: & Eustathius ἰλιάδ. τ. de præpositione sub, hoc modo accepta dicemus ad Od. prox.

NE VIRILIS CVLTVS IN CÆDEM, &c.] ne vestitus virilis eum protraheret ad bellum Troianum, id est, ne virili vestitu agnosceretur, & ita ad bellum Troianum proficisci cogere. Virilis cultus, sunt recti casus, numeri singul. & ita subintelligendum, eum.

AD THALIARCHVM

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Hicme indulgendum voluptati.

VJDES, vt alta stet niue cãdidum

* Soracte. nec iam sustineant onus

Silvæ laborantes: gelûque

Flumina constiterint acuto.

Dissolve frigus, ligna super foco

Large reponens: atque benigniùs

* Deprome quadrimum Sabina

O Thaliarche merum diota.

Permitte diuis cetera: qui simul

Strauere ventos aqnore feruido

Depralianteis, nec cupressi,

Nec veteres agitantur orni.

Quid sit futurum cras, fuge quarere: &

Quem fors dierum cumq; dabit, lucro

Appone: nec dulcis amores

Sperne puer, neque tu choréas,

Donec virenti canities abest

Morosa, nunc & campus, & arca,

Lenesque sub noctem susurri

Composita repetantur hora:

Nunc & latentis proditor intimo

Gratus puella risus ab angulo:

* Pignusq; dereptum lacertis,

Aut digito male pertinaci.

VIDES, VT ALTA] expresse illos Alcai versus, qui apud Athen. leguntur lib. 10. ἵει μὲν ὁ ζεὺς, εἰ δ' ἔρανω μέγας χειμῶν, πεπτάρασιν δ' ἰδύσταν ῥοαί, καὶ ἔβαλλε τὸν χειμῶν ἵπτι μὲν τι-

γέις Πύρ, εἰ δὲ κίρνας οἶνον ἀφείδωος, id est, Pluit quidem Iupiter, in caelo autem magna est hiems seu tempestas: aquarum autem fluxiones concretæ sunt. hiemem depelle igne iniecto, vinoque largè infuso.

NIVE CANDIDVM] sic lib. 3. Od. xxv. Hebrum proficiens, & niue candidam Thracen. Quidam putant hæc ita esse coniungenda, stet niue, pro eo quod est, horreat, vel plenu sit niue: quale est illud Virgil. lib. 1. 2. Æneid. tam pulvere celum stare videt. sic & Cæcil. Siracul. hic amer: familia fame pereant: ager autem stet sentibus. & Sifenna, Cælum caligine stat.

SORACTE] mons est in Sabinis, vel, vt alij volunt, Faliscis, quod nomen ferè hodie retinet. quanquam & à nonnullis mons Diui Siluestri nominatur. monte san Trefo. Virg. Æneid. xi. Summe deum sancti custos Soractis Apollo.

SVSTINEANT ONVS] propriè dixit sustinere onus.

GELVQVE FLVMINA CONSTITERINT ACVTO] flumina nisi vehementi frigore conglaciarint, liberè fluunt: vi frigoris autem quodam modo impedita, & constricta infistunt. gelu autem acutum appellat, vt Pindarus γλῶνα ὀξείων: & Virg. penetrabile frigus, quia & qui niuem tractant, & qui à frigore offenduntur, ac læduntur, simili quodam modo afficiuntur, atque ij, quos ferri acies pupugerit.

DISSOLVE FRIGVS] Alcaeus καὶ ἔβαλλε τὸν χειμῶνα.

LIGNA SVPER FOCO, &c.] hæc respondent illis Alcai ἔπι μὲν πῦρ, sic infra Od. 17. lib. 3. dum potes, aridum Compono lignum.

LARGE] Alcaeus ἀφείδωος. BENIGNIÛS] liberaliùs, prolixiùs, largiùs. de nomine benignus, vide, quæ sunt annotata ad Od. 17. huius libri, ad illum locum, benigno cornu. vbi complura ex hoc poëta, & aliis bonis scriptoribus collegimus exempla.

DEPROME] deprome diota, pro, prome de diota, Horatio vsitatiss. vt deduxit corpore epist. ad Ioll. & Od. 1. lib. 3. Decedit arata trnemi, & familia de quibus alibi.

QVADRIMVM] vinum commendat vetustas: non item cantilenas. Nam quo quaq; recetior est, eo placet magis, inquit Pindarus. Hor. epist. ad Aug. lib. 2. Si meliora dies, vt vina poemata reddat, &c. Alcaeus ἔγγχευε, κέρνα παλαιῶν, id est, infunde, misce vinum vetus.

DIOTA] amphora duarum aurium, id est, duarum anfarum. aureis enim ὄτα nominant Græci. Est autem & amphora nomen Græcum. ἀμφορεύς enim: & ἀμφορεύς appellatur, & ita à Græcis Grammaticis explicatur, ac describitur, ἀγείον κερμαίου ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὃ ἔστι δίωτον, id est, vas fictile, quod vtrinque portatur, id est, duas ansas habens. Latini hoc vas quadrantal appellant. quod octo & quadraginta sextarios capit: vt docet Festus.

PERMITTE DIVIS] videtur hoc loco Deorum providentiam, & procurationem reru humanarum probare: non item Satyr. v. libr. i. *credat Indem Apella, Non ego namq. Deos didici fecurum agere eunum* quem verum à Lucretio mutuat. us est lib. 5. 6. vt ostendemus suo loco. Vult igitur hoc loco Horatius, dierum accessionem ad vitam superiorem, id est, vitæ longitudinem hominibus à fortuna donari.

S I M V L] id est, simulatque, vt annotauimus ad Od. iv.

STRÀVERE VENTOS ÆQVORE FERVIDO DEPRÆLIANTEIS] id est, posteaquam ventos inter se decertanteis in mari fedauerunt, domuerunt, compresserunt, & spre-
cav; εχοίμισαν.

QV I D S I T F V T V R V M C R A S, F V G E] nam vt ait Od. 7. libr. 4. *Quis sit, an adijciant hodiernæ tempora vitæ Crastina Dy superi* ? Cùm igitur dies crastinus nihil ad nos pertinet; neque in nostra potestate situs sit, stultum est, quid eodie sit futurū, scire velle. sed hac de re vide quæ annotauimus ad Oden illam septimam. Iam Ode huius libri xi. tota in hoc argumento occupata est.

QVEM FORS DIERV M] id est, quemcumque: tuncis, vt Ode xvi. *quem criminosis cumque voles modum Ponet iambis*. & xxvii. *Qua te cumque domat Venus, Non erubescendis aduris ignibus*. & epist. i. lib. i. *Quo me cumque rapit tempestas, &c.* & suprà Od. 7. *Quò nos cumque feret melior fortuna parente*. & Saty. v. libr. 2. *Qui testamentum tradet tibi cumque legendum*. Securus sum autem hoc loco meliores codices: in his duos Vatic. Faern. Tornef. in quibus scriptum est fors, non fors. Iam verò fors idem, quod fortuna, quam Græci interdum δαίμονα appellat. vide annot. ad saty. i. lib. i.

L V C R O A P P O N E] quisquis dies tibi ad vitam accesserit, eum tibi deputat esse in lucro vt loquitur Ter. sic M. Tullius epist. lib. 9. ad Pætum: *quia de lucro propè iam quadriennium viuimus*.

S P E R N E] aspernare, reiicere.

D O N E C V I R E N T I C A N I T I E S A B.] sic Od. iii. libr. 2. Q. Dellio suadet, vt hilariter viuat, animo obsequatur, & voluptati operâ det, *Dum res & ætas, & sororū Fila trimum patiuntur atra*.

& Od. xiii. epod. diuque virent genua, Et decet obducta soluantur fronte senectus. & Od. xi. libr. 2. *Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes sic temerè, & rosa Canos odorati capillos, Dum licet, Assyriâque nardo Potamus vincti* & Theogn. Ηδη τερπόμενοι περὶ ἕω δῆρον γὰρ ἐπερθεῖ Τῆς ὀλέσεως ἄλλο κείσομεθα ἄλλο, Ἄφροσύνης λείψω δ' ἔρατον Φαδὸς ἠελίοιο, id est, Pubertate fruens iudo. nam multa iacebo sacula sub terra, mortuus, exanimis, Voce carens: instar saxi, tum tela diei Aspiciere, & solis lumina desero. Idē præcipiens omnibus mortalibus, vt, dum ætas integra est, iucundè viuant, fuisque bonis vtantur, fruantur: hanc rationem subiungit, quia ne-

que iterum pubescere, neq; reuiuiscere Dij immortales quinquam mortalem sinunt. Verba autē illius hæc sunt: Ζυδὸν δ' ἀνθρώποις ἄπο-
θήσομεν, ὅφρα τις ἕως Ἀγλαῶν αἰῶνος ἔσῃ, καὶ φρεσὶν ἐσθλά νοῆ, Τῶν αὐτῶ κτεσίων ἐν παρθενίᾳ γὰρ ἀμύχαν Διὸς πέλειται κέρως θείῳ, & δὲ λύσις θανάτου ὀνητοῖς ἀνθρώποισι. Simile est hoc Tibulli: *Inuereâ dum fata sinunt, iungamus amores. Iam veniet tenebris mors adopena caput. Iam subrepet iners ætas, nec amare licebit, Dicere nec cano delicias capite*. sic Plautus Bacchid. *Non tibi venit in mentem, amabo, si dum viuas, tibi bene facias: Iam pol id quidem esse haud perlonginquum? neque si hoc hodie amiseris, Post in morte id euenturum esse vnquam?* sic Lucret. lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi discubere, tenentque Pocula sepe homines, & inumbrant ora coronis: Ex animo ut dicant: breuis est hic fructus hominis: Iam fuerit, neque post vnquam reuocare licebit.* sic infra Od. xii. libr. 4. *Nigro vni que memor, dum licet, ignem, &c.* & Sat. vi. libr. 2. *Dum licet, in rebus iucundis vine beatas.*

C A N T I E S M O R O S A] difficilis, & morosa fenectus.

C A M P V S] Martius, vt sup. *cur apricum Ode-rint campum*.

S V B N O C T E M] vel paullò ante noctem, vel paullò post. Vtrumq; enim significat apud probatos auctores: sed illud frequentius. vt sup. od. proxima, *sub lacrymosa Troia Finera*. & Od. xviii. libr. 2. *Tu secunda marmora Locas sub ipsum funus*. & Od. i. i. epod. La si sub aduentum viri. & Saty. i. libri i. *sub galli cantum consulator vbi ostia pulsat*. & epist. ad Quintium lib. i. *occulam febrem sub tempus edendi Disimules*. & Saty. vii. libr. 2. *infferit ad se Maenas ferum sub lumina prima venire*. & epist. i. i. libr. 2. *Sub noctem gelidam lignis calefactat ænurn*. & Saty. viii. libr. 2. *an hic peccat, sub noctem qui per vnam Fortuna mutat strigili?* & Virgilius Georgic. libr. i. *Aur ubi sub lucem densa inter nubila sese Diuersi rumpent radij*, ibid. *sub ipsum Arcturum tenui sat erit suspendere sulco*. iterum Horatius saty. i. libr. 2. *Irriguumque mero sub noctem corpus habento*. Catull. de nuptiis Pelei & Thetidis: *Aurora ex-orientem vagi sub lumina solis*. apud M. Tull. valct paullò post, lib. io. epist. ad Plancum. *sub litteras Lepidi statim recitatae sunt tuae*.

L E N E S S V S V R R I] quales edi solent ab amatibus, dum summissa voce vnâ colloquuntur, ne ab aliis exaudiantur. nonnulli ad fufuros rei veneræ referunt. sic Theocr. eîd. λς. Ως οἱ μὲν χλοεροῖσιν ἰαγρόμοι μελέεσσιν Ἀλλήλοισ Ἰγύριζον, id est, sic illi viridibus membris se oblectantes inter se susurrabant.

C O M P O S I T A R E P E T A N T V R H O R A.] tempore constituto iterum atque iterum vsurpentur. T. Liuius dixit, ad compositam horam lib. 22. annalium: *Ad compositam cum iis horam excitatis puerorum custodibus profectus, &c.*

N V N C E T L A T E N T I S P R O D I T O R] solet nonnumquam puella sese in angulum aliquem abdere, non quòd amantem aspernetur,

sed vt partim eius amorem exerceat, atque ex-
cuet: partim maiorem & sibi, & illi voluptatem pariat reperta. nam non ita diu quæsitâ, statim se ipsa risu prodit. iccirco hunc risum proditorum appellat, id est, indicem puellæ delitescen-
tis. repetatur igitur, id est, iterum atque iterum vsurpetur talis risus, repetatur etiam pignus è puellæ lacertis deceptum, nempe armilla, vel è digito, nempe annulus, è digito (inquam) non admodū pertinaci: quia sibi facilè patitur puella ab amante pignus eripi. neque sese prabet in cum nimis pugnam, neque peccicacem. [Profert hunc locum Seruius ad illud Virg. Palam. & se cupit ante videri.]

D E R E P T V M] sic legendum, non vt antea, direptum. Est autem deripere de quouis loco rapere, sed maximè de superiore. Plautus in Me-
nachinis. *sed quis hic est, qui capillo me hinc de curru deripit*: & apud hunc poet. Od. xxviii. li. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram*. & apud Virgil. lib. i. Æneid. *Tovgora deripiunt costis*. & lib. 3. *tum litore funem Deripere, excussisq; iubet laxare rudentis*. & apud eundem lib. ii. *Dereptumq; ab equo dextra completitur hostem*. & M. Tul. in ora pro Sylla in princip. *Sed ut ille, iudices, quantum da mea auctoritate deripisset, tantum se de huius presidis deminutum sperauit, &c.* vbi in codicibus vulgatis corruptè legitur diripiisset, cùm diripere sit dilacerare, ac discerpere: deripere autem, de aliquo loco per vim mouere, & rapere, vt diximus. Idem lib. accusf. 4. *Eunã tu de manu Cereris vitoriam deripere, & deam dea detrahere conat es?* vbi vulgati codices habent diripere.

M A L È P E R T I N A C I] parum pertinaciter retinenti: malè aliàs pro valdè vt annotatū est ad illum locum, & malè laxus in pede calcens heret, Saty. i. i. lib. i. quo loco tamèn aduerbium malè, coherere debet cum verbo heret, vt dicemus suo loco.

I N M E R C V R I V M

Od. io.

Mercuri facunde, nepos * Atlantis,
Qui feros cultus hominū recentū
Voce formasti catus, & decora
More palæstra:

*Te canam magni Fouis, & deorum
Nuntium, curuaq; byra parentem,
Callidum, quicquid placuit, iocoso
Condere furto.

Te, boues olim nisi reddidisses

Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Quin & Atreidas duce te superbos
Ilio diues Priamus relicto,
Thessalòsque igneis, & iniqua Troiæ
Castrafefellit.

Tu pius lætis animas reponis
Sedibus: *virgâq; leuem coërces
Aurea turbam, superis deorum
Gratus, & imis.

[MERCURI FACVNDÈ] meritò facunde. Est enim orationis Deus, & hermes dicitur à Græcis ἄπο τῆς ἐρμηνείας, id est, ab elocutione, qua animi fensa, & cogitata eloquimur, atque interpretamur. Profert hunc locum Seruius ad illum locum Virgil. lib. 4. Æn. *Omnia Mercurio simili, vocemque, &c.*

N E P O S A T L A N T I S] Maia Atlantis filia, Mercurij mater ex Ioue, vulgatissimū illud pretereò de Atlante cælum, totamque hanc mundi fabricam humeris sustinente, qua de re Homer. ἔδωκεν. α. Ἀτλαντὸς τηράσσει ὀλοόφρονος, ὅς τε θαλάσσης Πέσης βέηται οἰδεν, ἔχει δὲ τε κίονας αὐτὸς Μαίης, αἱ γὰρ τε καὶ οὐρανὸν εὐρύδι ἔχουσιν. Plato in Phædone extremo eos reprehendit, qui alium Atlantem mente diuina robustiorem ac valentiozem, magisque immortalem se reputuros existimant. hæc Plato: ἀλλ' ἠγροῦται τὸ εἶναι ποτε Ἀτλαντὰ ἰσχυρότερον, καὶ ἀναπαύτερον, καὶ μᾶλλον ἀπάνται συνέχοντα ἔξωρεῖν. M. Tullius poetarum fabulas, & famam secutus in oratione pro Sextio, Pisonem falsè insectans, dicit in eius oculo tantam inesse grauitatem, tantam frontis cōtractionem, vt illo supercilio resp. seu annus ille, quo consulatum gcebat, tanquam Atlante cælum, nitivideatur. Dionys. Halicarnass. Ρωμαίικ. ἀρχαιολ. α. Atlantem primum Arcadiæ Regem fuisse scribit. ὅκει δὲ (inquit) ἀεὶ τὸ λεγόμενον καυχώσθων ὄρος. Iterum M. Tullius Tuscul. 5. ait Atlantem cælum sustinere idē traditum esse, quòd rerum celestium diuina cognitio nomen eius ad errorem fabulæ traduxisset. Ad hunc locum pertinent hi Virgilij versus lib. 8. Æn. de Euandro, quos mihi indicauit vir doctiss. Germ. Valens. *Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia Cyllene gelido Conceptum vertice iudit: Et Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas, idem Atlas generat, cali qui sidera torquet.*

QVI FEROS CVLTVS] M. Tullius lib. i. de inuentione, & i. de oratore ad Quin & fratrem, scribit, nullam aliã vim, quàm sermonem, & eloquētiam, aut dispersos homines vnum in

eiufd. Spartacum si qua potuit vagantem Fallere testa. & Od. xvi. *Segetis certa fides mea Fulgentem impetio fertilis Africa Fallit sorte beator.* quem locum suo loco explicabo. & Od. iiii. lib. 4. *quos opimus Fallere & effugere est triumphus.* epist. ad Loll. lib. 1. *An secretum iter, & fallentis semita vita.* & epist. ad Quintium, *Sit spes fallendi, miscetis sacra profanis.* ibid. *Damibi fallere, da iustum, sanctumq; uideri.* & epist. ad Scavianam. *Nec vixit male, qui natus, moriensq; fefellit.* Idem epist. ad Iulium Florū lib. 2. *Dum mea deleſcent mala me, vel denique fallant.* epist. ad Pison. de arte poetica. *Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.* & Od. xv. epod. *Nec te Pythagora fallant arcana renati.* & Od. iiii. eiufd. lib. *Num viperinus his cruor incoctus herbis me fefellit?* Vfurpat pro eodem & alij scriptores, vt Lucret. lib. 4. *Nec Veneres nostras hoc fallit.* Idem lib. 5. *Et si fallit enim Diuum genus, humanūque, Perpetuo tamen id fure clam diffidere debet.* Et Virgil. lib. 4. *Aeneid. Nec me adeo fallit veritā te mania nostra suspectas habuisse domos Karthaginis altae.* Terent. Heautont. *num me fefellit hōse id struere?* Cicer. pro Flacco: *multa nos fefellerunt.* Idem lib. 9. epist. ad Attic. *etiam illum ipsum, quem sequimur, multa fefellerunt.* Tit. Linius lib. 31. *non fefellit Achaos, quō spectasset tam benigna pollicitatio, piger ex aliis exempla colligere.*

T V R I A S L A T I S A N I M A S] iccirco πομπήσας, & ψυχόστας dicitur à Græcis.

V I R G A Q V E L V E M] videtur exprimeret voluisse Græcā vocem χρυσόραπις, sic enim dictus est à Græcis Mercurius, ab aurea virga, quam tenet, vt diximus ad Odam xxi. huius libri. de hac virga sic Homer. *ἰλιάδ. ω. Εἴλετο δὲ ράβδον, τῆ τ' ἀφ' ἧν ἴματά τε λλάγει, ὧν ἐθέλει, τὸς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντις ἐγείρει.* quem Virgil. imitatus est lib. 4. *Aeneid. Tum virgam capiti, hac animas ille euocat Orco,* &c. ὀδυσσ. ω. autem hac eadem virga animas deducit ad inferos. *Τῆ ῥ' ἄρα κινήσας, αἳ δὲ περὶ χροῶν ἔποντο.* & ibid. *Αργύμυλον δὲ σφ' ἦλθε Διὸς ἱεροῦ Ἀργεῖφόντης Ψυχῶς μνηστῆρον χεῖρας Ὀδυσσῆος δαμνῆτων* vnde ψυχόστας à Græcis appellatus est, vt paullo ante dixi. huc pertinet illud Od. 24. eiufd. lib. *Non vana redeat sanguis imagini, Quam virga semel horrida Nigro compulerit Mercurius gregi.* hanc Virgam χερμηλίων appellant Græci: Latini caduceum, seu caruicem potius, vt docti quidam malunt.

S V P E R I S D E O R V M G R A T V S E T I M I S] id est, Diis & superis & inferis gratus. notum prouerbium κενός Ερμῆς, i. communis Mercurius: quamquam huius prouerbij vsus etiam ad aliud potinet. sciendum autem, hoc genus loquendi olere hellenismum: vocantq; grāmatici patrium casum diuisionis. Deorum alij superi, alij inferi. Isocrat. *τὰ θελά τῶν ζώων.* sic Plin. *nigrae onium.*

AD LEUCONOEN

Od. II.

ARGVMENTVM.

Indulgendum voluptati, omiffa futurorum cura.

T V ne quaeseris scire, (nefas) quem mihi, quem tibi

Finem Dij dederint, Leuconoe: nec * Babylonios

Tentaris numeros, * vt melius, quicquid erit, pati:

Seu plureis hiemes, seu tribuit Iupiter ultimam:

Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare

Tyrrhenum: sapias: * vina liques: & spatium breui

Spem longam refices, dum loquimur, supergerit inuidia

Ætas, carpe diem, quam minimum credula postero.

T V N E Q V A S I E R I S S C I R E , (N E F A S .)] omnes, qui in hunc poetam scripserunt commentarios, coniunctè legunt, scire nefas: vt Ode xvi. lib. epod. *nefas videre:* & ita, nefas erit hoc loco idem, quod Græci dicunt ἀδύνατον. vt Ode xxiiii. *Durum, sed leuius sit patientia, Quicquid corrigere est nefas.* quo modo etiam à M. Tull. vsurpatur in Timæo. *Atque illum quidem quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cum iam inueneris, indicare in vulgus, nefas.* Platonis verba, quæ interpretatur eo loco M. Tullius, sunt hæc: *τὸν ἰδὲ οὐδὲ ποιητῶν, καὶ πατέρων τῶνδε πάντων εἰρεῖν τε ἔργον, καὶ εἰρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.* eadem ratione videtur Od. iiii. lib. 4. *fas pro eo, quod δυνατὸν dicunt illi, posuisse.* *Nec scire fas est omnia.* quamuis sciam aliter accipi posse, vt dicemus suo loco. sic ergo hic locus explicandus est, si hoc modo distinguamus, scire nefas. sed quid vetat, quo minus ita legamus? *ne quaeseris scire (nefas) quem mihi, &c.* vt hoc, scire, cum verbo *quaeseris* coniungatur, & *nefas*, separatim legatur. Nam nemo, opinor, negabit, æquè Latinè dici posse, quæro scire, vt quæro doceri: quo vsus est Virgil. lib. 6. *Aeneid. ne quare doceri, Quam pœnam, aut qua forma viros, fortunâ ue mer-* *fit. &c.*

*fit. & M. Tull. lib. 3. de finib. Εἰδὼν, quæris (inquit) scire, quid sentiam? & hic idem Horat. Ode xxvii. lib. 3. *speciosa quæro Pasceere tigris.* & epistola prima ad Mæcen. lib. 1. *quæris Mæcenus iterum antiquo me includere ludo.* & Ode i. lib. 4. *Si torrens iecur quæris idoneum.* & Ode xxiiii. lib. 3. *Si quæres pater urbium subseribi statuis.* & Ode xvi. huius libri. *nunc ego mitibus Mutare quæro tristia.* Iam quòd ad genus carminis attinet, tale est illud Alcæi, apud Athen. lib. 10. *Τὴν πνεύμονας ὄνειδος γὰρ ἄσπονδον ἀετέλλεται.* & Catull. *Alphene immemor, atque unanims false satalibus.* Extat autem similis sententia Od. xxix. lib. 3. *Prudens futuri temporis exitu Calizno sa nocte premit Deus, &c.**

N E C B A B Y L O N I O S T E N T . N V M .] M. Tullius de Babylonis lib. de diuin. 2. quadā scribit, quæ videntur ad hunc locum pertinere, his verbis: *Nam quòd si iuncti quadraginta, & septuaginta millia annorum in periclitandis, experientique pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt, &c.* eademque reperiuntur lib. 1. *Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaſo cali signa seruantes, numeris, & motibus stellarum cursus persequuntur, &c.* huc pertinent hi Lucretij versus ex lib. v. *Vt Babylonica Chaldeam doctrina refutans, Astrologorum artem contrā conuincere tendit.*

V T M E L I V S Q V I C Q V I D E R I T] merus est hellenismus ὄσπε, vel ὡς πᾶν τοσοῦτον ὀδύρον βέλτων φέρεν, id est, vt fortius, aut facilius quicquid acciderit, ferat. neque verò quicquam subaudiendum est, sic enim loquuntur Græci, ὡς φέρεν, id est, vt pati. & ita Linacæ & Erasmus. At Muretus legit cum interrogatione. Vt melius quicquid erit pati? id est, quam melius est pati, quicquid euenerit? quæ explanationem non improbo: puto tamē sic potius posse explicari, nec Babylonios tetaris numeros ὡς βέλτων ὄν, id est, tanquam melius quiddam sit, pati quicquid acciderit, quam futura præscire velle. solet enim ita loqui Hor. vt Saty. vi. lib. 2. *Et leporum aualfos vt multo suauius, armos.* Atque hæc explanationem eum hic legisset Adria. Turnebus, probatam in Aduersaria sua retulit.

S E V P L V R E I S H I E M E S] videtur *hiemis* nomen hoc loco non simpliciter, nec vno modo poni, sed duobus. Nam hiemem, nisi fallor, hic intelligere debemus anni tempus, id est, brumā: vt pars anni totum annum significet: & plureis hiemes, plureis annos: vt Ode xv. huius lib. *Post certas hiemes vret Achaicus Ignis Iliacas domos.* sic Virg. in Tityr. *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* sed quæ sequuntur deinceps, seruata eadem significatione consistere non possunt. Nam hæc verba, *Quæ nunc oppositis debilitat pumicibus mare,* proculdubio ita intelligi non possunt, vt dicamus annum, qui nunc debilitat, &c. sed hiemem, id est, χερμῶνα vndam, fluctuum, tempestatem, quibus mare debilitatur, ac frangitur saxis oppositis, vt apud Pindar. *ἰοδυμ. εἰδ. ἐστ. Ἀλλὰ νεῦ μοι γαῖάσσορος εὐδίας ὄπασσεν ὧν χερμῶνος:* id

est. Sed nunc mihi Neptunus tranquillitatē obtulit ex tempestate, & hieme. Ad hunc locum pertinent illa Ciceronis, quæ sunt in epistol. ad Patum lib. 9. *Quam existimo leuem & imbecillam, ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.* Sic Lucretius litus fluctifragum dixit lib. 1. propterea quòd fluctus ad litus illius, ab eo franguntur, & debilitantur.

S A P I A S , V I N A L I Q V E S] id est, fac sapias, fac vina liques. vult sapientis esse in rebus fertis, ac seueris non multum temporis ponere: in vino, epulis, & voluptatibus maximam vitæ partem consumere, vt sup. *sic tu sapiens finire memento, Tristitiam, vitæq; labores.* Priscianus lib. 18. hunc locum producit, & sapias vult esse positum pro, *si sapias.* potest tamen ita explicari, vt ego paullo ante ostendi. *vina liquare* autem positum pro, *vina promere,* & fundere, potare: vel referendum ad veterum delicias, qui sacculis, & colis vinariis vina percolabant, & liquabant, vt essent liquidiora. quam explanationem probat Muretus.

E T S P A T I O B R E V I , & c] quanto breuius est nostræ vitæ spatium, tanto minus longe nostræ spes esse debent. Sunt autē eius spes longæ, exempli causa, qui iucundè viuendi cōsiliū in annum decimum differat, cum sit fortasse postfridè, immò verò eo ipso die moriturus. quod verat epist. ad Bullatium lib. 1. *Tu quamcumq; Deus tibi fortuna uerit horam, Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.* simile est huic loco is, qui est sup. Od. iiii. *O beate Sexti, Vite summa breuis spem nos uetat inchoare longam.*

D V M L O Q V I M V R , F V G E R I T] Suardet item Theognis, vt animū conuiuuii & epulis oblectemus, quia pubertas celeriter, & cogitationis in morem, prætereat, equorum cursum, ac celeritatem superans. *Ημείς δ' ἐν θαλίῃσι φίλον κεταβάμεθα θυμὸν, Ὀφρ' ἐπὶ ταρπαλίῃσι ἔργ' ἐρεταινᾷ φέρη. Αἴλια γὰρ, ὡς νόημα, παρέρχεται ἀγλαδὸς ἦδη, Ὀδ' ἰππων ὀρμηγεται ἀνώλεην.*

C A R P E D I E M] tralatio aptissima vel à fructibus, & floribus carpēdis, vel à lanificio. *Quæ* admodum igitur ij, qui vel flores, vel lanam carpunt, paulatim carpūt: sic debent homines hodiernæ vitæ munere ac beneficio vti frui, nō spe & cogitatione quidē multos annos præcipere, occasionem autem, & facultatem iucundè viuēdi oblatā negligere ac prætermittere, aut in longum tēpus differre. libet autem mihi huius verbi vsus aliquot maximè huius poetæ, secundo loco aliorum exemplis ostendere. Od. xxvi. lib. 3. *melis sine fluctus Ire per longos fuit, an recentis Carpere flores?* & ibid. *nisi herile manus Carpere pensum.* Od. ix. lib. 4. *Tōrte tuos patiar labores Impunè Lollī carpere luidas Obluiones.* Saty. vi. lib. 2. *Carpe viam (mibi crede) comes.* & Saty. v. lib. 1. *Inde Rybos fessi peruenimus, vt pote longum Carpentis iter.* Od. 11. lib. 4. *ego apri Matine More, modòque Grata carpentis rhyta, &c.* Plautus in Menæchm. *Inter*

ancillas sedere inbeas, lanam carpere. Catull. ad Manl. Illa mihi sedes, illic mihi carpitur atas, id est, sensum fenescio. Virgil. Georgic. IIII. tenuemque magis, magis aëra carpunt, id est, paulatim hauriunt. Idem IIII. Æn. Solæ perpetua marens carpere iuuenta? id est, paulatim fenescet, minuëris, tabefces, liquefces? Georg. IIII. Inusto sub fasce viam cum carpit. Idem ibidem & acri Carpere prata fuga, Fluvioq; innare recentis. M. Tullius pro Cluentio: *Pro non animadvertas in omnes, sed carpus, ut velis, & paucos ex multis ad ignominiam sortiare?* carpere agmen apud Iulium Cæs. lib. I. de bello ciuili. Relinquebatur Casari nihil, nisi vii agmen aduersariorum male haberet, & carperet. & ita Liuius multis locis. **QVAM MINIMUM CRED. POST.]** quam maximè diffidēs dici, seu tempori futuro.

AD AVGVSTVM
Od. 12.

ARGVMENTVM.

Dii, heroibus, virtusque aliquot claris laudatis, postremò commendat Augustum.

Quem virum, aut heroa lyra, vel acri
Tibia, *sumes celebrare Clio?
Quem deum? cuius recinet iocosa
Nomen* imago,
Aut in umbrosis Helicōnis oris,
Aut super Pindo, gelidōve in Hamo?
Vnde vocalem temerè insecuta
Orphea silua,
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celereisq; ventos,
*Blandum & auritas fidibus canoris
Ducere quercus.
Quid prius dicam solitis parentis
Laudibus: qui res hominum, ac deorum:
Qui mare, & terras, variisq; mundum
Temperat* horis?
Vnde nil maius generatur ipso:
Nec viget quicquam simile, aut secundū:
*Proximos illi tamen occupavit
Pallas honores.
Præliis audax neque te silebo
Liber, & sauis inimica* virgo
Bellis: nec te metuende certa

A Phœbe sagitta.
Dicam & Alciden, *puerosq; Lede,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem: quorum simul alba nautis
Stella refulsit:
*Defluit saxis agitated humor:
Cōcidunt venti, fugiuntq; nubes:
Et minax (quod sic voluere) ponto
Vnda recumbit.
Romulum post hos prius, an quietum
Pompili regnum memorem, an *superbos
B Tarquini fasces, dubito, an Catonis
Nobile lethum.
Regulum, & Scauros, animaq; magna
Prodigum Paullum superante Pæno,
Gratus insigni referam camæna,
Fabriciumque:
Hunc, & in comitis Curium capillis
Vtilem bello tulit, & Camillum
Sæua paupertas, & auitus* apto
Cum lare fundus.
Crescit, occulto velut arbor auo,
C Fama Marcelli: micat inter omnes
Julium sidus, velut inter igneis
Luna minores.
Gentis humana pater, atque custos
Orte Saturno, tibi cura magni
Cæsaris fatis data: tu* secundo
Cæsare regnes.
Ille, seu Parthos Latio imminenteis
Egerit iusto domitos triumpho:
Sive subiectos Orientis oræ
D Seras, & Indos:
*Te minor latum reget aquus orbem:
Tu graui curru quaties Olympum:
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

QVEM VIRVM, AVT HEROA] videntur hæc ex Pindaro expressa εἰδ. β. Ὀλυμπ. Ἀναξ, Φόρμιγγες ὕμνοι, τίνα θεῶν, τίς ἥρωα, τίνα δ' ἄνδρα κελαδισσομένη; quod quidem & Muretus nuper, & alij iam pridem annotarunt. Iam quòd vel lyra, vel tibiavult homines, aut heroas laudari

laudari posse, Pind. item vtramque complectitur εἰδ. δ. Ἰοσμ. Κλέοντα δ' ἔντε φορμύγγῃσιν, ἐν αὐλῶν τε παμφόνοισι ὀμοκλήσι μύλων ἡρόων.

A C R I] sonora, accriorem sonitum edente, quam lyra.

SVMES CELEBRARE] id est, suscipies celebrandum, vel ut celebres: quo de genere dicemus ad Od. xxiii. huius lib. *sumes* autem multo plures habent libri veteres, quam *sumis*.

C V I V S R E C I N E T I O C O S A, & c.] imago vocis & cantionis tuæ. *sumes*, & *recinet* excudendum curavi, secutus cod. Vrf. & Tornef. Est autem ἡρώ (vt Aristot. scribit in problem. τριμ. θ.) ἀφ' ἧ φωνῆς τῆς νεατῆς ληρόσις, id est, echo tactio est nouissima, seu postrema vocis definentis. Virgil. Geog. 4. aut ubi cancaua pulsa saxa sonant, vocisq; offensa refulsit imago. poeta noster Od. xx. huius lib. ut iocosa redderet laudes tibi *vacanti Montis imago*. De ratione Echus seu Echonis lege pulcherimos Lucretij versus libr. 4. & c. si vacas, quæ in eos annotauimus.

AVT IN VMBROSIS HELICŌNIS] de Helicōne sic Strabo lib. 9. ὁ δ' ἑλικὼν συνεχῆς ἔστι τῆ φωνῆς ἐν τῷ ὄρει Ἀρπύων αὐτῆς μέγαν, id est, Helicon Phocidæ est continens, seu continuus, quibus ex partibus Septentrionem spectat. commemorat Horat. & in epist. ad Pisonem. *Excludit sanos Helicōne pœtas Democritus.* & in epistol. ad Augustum libr. 2. *Pro studio maiore petant Helicōna videntem.*

P I N D O] Pindus, mons Arcadiæ, & fluuius. Alij autem volunt, Perrhebecæ mōtem esse mari propinquum: Interpret Theocriti Thessaliae fluuium. sed hoc loco montis nomen est.

H Æ M O] Hæmus & Rhodope montes sunt Thraciæ, sacris Liberi patris & Manadum cætu, Orptheo primùm initiant, celebrati, ac nobilitati.

V N D E V O C A L. T E M E R È I N S E C.] quid illa de Orptheo fabula notius, eum cithara canentem etiam arbores secutas esse: quam quidem sic interpretatur hic poeta in epistola ad Pisonem: *siluestres homines sacer, interpretæque Deorum Cædibus, & vinctu fædo deterunt Orpheus, Dicitus ob hoc lenire tigres, &c.* Apollon. lib. 1. Argonaut. Ἀντάρ τῶν γ' ἐπέπυσον ἀτειρέας οὐρεσι πέτραις Θέλειαι αἰθέρων ἐροπῆ, ποταμῶν τε πέτραις Φηροὶ δ' ἀρχαῖδας κείνης ἐπὶ σῆματα μάλα τῆς Αἰτῆς θρηνηῖς ζώνης ἐπὶ τηλεθάσσω Εξείης τιχόωσιν ἐπήτημοι. Apud Euripidem Iphigenia negat sibi Orphei eloquentiam datam esse, qua persuadere possit saxis, vt se sequantur: itaque lacrymas in subsidium adhibeturam. Εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶρη, ὃ πάτερ, λόγον Πείθειν ἐπέδ' ἔστα, ὡς ὁμοῦ τῶν μοι πέτραις, Κηλέην τε τοῖς λόγῳσιν οὐδ' ἔσθ' ἄλ' ἄμυ, Ἐνταῦθ' ἄν ἦλλον: νῦν δὲ τὰπ' ἐμοῦ σοφῶ Δαίμνα παρέξω. Philostratus iunior in imaginib. hæc de Orptheo: νεανεύεται δὲ π καὶ μείζον ὁ ζωνάφος, δένδρα γὰρ ἀμασάσσει τῶν ῥιζῶν, ἀκροτάτας ἀγει ταῦτα τῶ Ὀρφέϊ: καὶ ὡσεὶ

τησιν αὐτῶ. πένυη τε οὐδ' ἔχει κινεμένη, καὶ κληῖρος, καὶ ἀργεῖρος αὐτῆ, καὶ ὅσα ἄλλα δένδρα ἀμασάσσει τῶν ῥιζῶν, οἷον χεῖρας, καὶ τὸν Ὀρφέα ἔσθ' ἔσθ' ἔσθ', id est, audet etiam quiddam maius pictor. Nam radicitus euulsis arboribus eas ipsas ad Orpheum ducit auditrices, & circūcum constituit, vt coronæ speciem præbeant. Pinus igitur & cupressus, & alnus, & nigra populus, & omnes alia arbores, quotquot sunt, ramos conferentes, veluti manus, Orpheum circumstant. Pausanias Ἠλιακῶν β. narrat, Ἄγυπτιον quendam sibi dixisse, Amphionem & Orphea magos fuisse, atque iccirco hunc feras & arbores: illum saxa quibusdam vocibus, & carminibus, id est, ἐπεδ' ἔσθ' quoquòd voluerint, ducere dictos esse. Virgil. Geog. 4. *Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus.* Propert. lib. 3. *Orphea te tenuisse feras, & concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.* De eodem plura libr. 3. epigrammat. Græc. quæ huc ascribere superuacaneum videtur.

T E M E R E] ὡσεὶ λόγῳ, αὐτομάτως, sine ratione, sua sponte, & ita mirabiliter: alij passim, vulgò.

I N S E C V T Æ] sunt, subaud. **F L V M I N V M L A P S V S]** bene, fluminum lapsus. nam labi dicuntur flumina. epist. 2. libr. 1. *at ille Labitur & labetur in omne volubili æuum.*

B L A N D V M E T A V R I T A S] blandum ducere, dictum ab Horatio, vt alibi *solles ponere, & catus iaculari.* quo de genere dicemus ad Od. viii. libr. 4.

A V R I T A S] tralatio est ab animatis. auritus (inquit Festus) vel à magnis auribus dicitur, vel ab audiendi facultate. [Seruius ad illum Virgilij locum Geog. 1. *Auritusq; sequi lepores:* Profert hunc locum, hæc annotans, auritos, id est, maiores aureis habentes. aliter ait Horatius, *Deum & auritas fidibus canoris Ducere quercus, sensum audiendi habentes.*]

Q V I D P R I V S D I C A M] Cùm M. Ant. Muretus hunc locum corruptum esse iudicasset, eum ita putauit emendandum: *Quid prius dicam? solitis parentem Laudibus, qui res hominum, &c.* vt Iouem ipsum parentem nominari intelligamus. quam quidem hominis eruditiss. coniecturā magno opere probo, eiq; vt ignoscatur, vehementer ab omnibus harū litterarum studiosis peto, qui locum perspicuè corruptum, à libris veteribus destitutus ita restituit, vt eius diuinatio, nisi nobis libri calamo exarati subuenissent, pro vera scriptura haberi possit. Ego autē antè quàm veram scripturam in vno codice Vaticano reperissem, vulgatam sic explicari posse putabam, *Quid prius dicam solitis parentum laudibus?* id est, quàm solitas parentum nostrorum laudes: laudes porro parentum intelligebam, non eas, quibus afficiendi sint parêtes nostri: sed quibus illi Iouem afficere solebant, & quarum argumentum erat Iupiter, & eius laudes. Itaque Iouem parentum

laudes eò appellari arbitrabar,quòd veterù carmina magna ex parte è Iouis laudibus constabant: proinde quasi ita diceret Horat. *Quid prius dicam Ioue*, quem primo loco patres nostri canere, & laudare solebant: vel hoc modo, *Quid prius dicam?* scripta hinc interrogationis nota: *solitis parentum laudibus*, id est, quemadmodum parentes nostri Iouem laudare consueverunt, dicam subaudi, eum, *Qui res hominum ac Deorum, &c.* Quare iccirco ascripti, vt si quis fortè pertinaciùs contendet hunc locum non esse corruptum, ei quoque satis factum sit. Nam ego quidè lectionem ex optimo cod. Vat. erutam sequor: cuius mihi testes sunt ipse Muretus, & Federicus Brutius bibliotheca Vaticana: cultos. Eius autem sententia perspicua est: *Quid prius dicam solitis parentis laudibus?* id est, *Quid prius dicam, quàm solitas, & vltatas parentis, nempe Iouis laudes?* *Qui res hominum, ac Deorum, &c.* In nonnullis libris legitur, *Qui rex hominum, ac deorum*, quam scripturà equidem non damno: sed alteram sequor, præsertim ab optimis cod. Faër. Vrf. vno Vatican. Tornef. confirmatam.

QVI MARE, ET TERRAS] huic loco simillimus, ac planè geminus est ille ex libr. 3. Od. III. *Qui terram inertem, qui mare temperat Pentosium, & urbem, regnaque tristia, &c.* Quidam libri habent *& terram*.

TEMPERAT] moderatur, vel temperatum efficit. vide annotat. ad Od. VIII. suprà de hoc verbo.

HORIS] horas hoc loco quatuor anni parteis diffimileis intellige.

PROXIMOS ILLI TAMEN] nihil est Ioui secundum: est tamè ei Pallas proxima, sed lógo proxima interuallo, secundum enim intelligitur, quod statim sequitur, & adhæret: proximum verò, etià quod longè remotù est, dum modo inter duo discreta nihil medium interiectù sit, vt docet Nonius: & annotarat Muret. sic Virg. lib. 4. *Æneid. Proximus huic, longo sed proximus interuallo, & M. Tull. in Bruto: L. Philippus Antonio proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus.* Ita autem proximos Phæbi carminibus esse verisimile est, quantumuis magni poète mortalis versus, cù Phæbi carminibus comparatos. Sic igitur Virgilianus ille Corydon in Melib. de Codro. *Nam proxima Phæbi Persibus ille facit.*

PRÆLIIS AVDAX] nota est omnibus illa Deorum & gigantù pugna, in qua Bacchus interfuisse, cuiusq; magna pars fuisse dicitur, vt est in Oda XIX. lib. 2. quo loco plura hac de re dicemus. Notæ sunt præterè Bacchi de Indis victoria, ac triumphus, de quibus Diodorus Siculus lib. 5. & Lucianus in eo lib. qui inscribitur *περολαλιδ. ή Διονυσος.*

ET SÆVIS INIMICA VIRGO] Diana venatrix: vt Od. VI. lib. 4. *Delia tutela Deæ fugacis Lynceus, & ceruus cohibentis arcu.* Homerus *Ιλιάδ. ε. Αρτεμις Ιογάρα.* quo epitheto vitur. & Pin-

darus.

CERTA] quæ semper id ferit, quod petit. sic Catull. ad Manlium: *Tempore, quo certa stymphalia monstra sagitta Perculit.*

PVEROS QVE LEDÆ] pueros Græcorum more dixit. nam *παις* significat filiù & puerum, sic Od. XIX. *Semeles puer.* & XII. lib. 3. *Cithæra puer ales.* & de arte poet. *Nec pueros coram populo Medæa trucidet.* significat autem per Ledæ pueros Castorem & Pollucem. Amborum enim vnam esse matrem Ledam inter poetâs conuenit: Sed iidè Castoris Tyndareum, seu Tyndarù, Pollucis Iouem patrem esse volunt: vt Pindarus *Νεμ. εἰδ. ι. apud quem sic Iupiter Polluci, Εοσί μοι υἱός, τὸν δὲ δ' ἐπειτα, πῶς ἀπέμει θεῶν ματρὶ τέα πελάσας ἔσαν ἥρωες,* id est, Tu mihi filius es: istum autem vir heros semen mortale cum matri tuæ admouisset, constituit. Iccircò illum mortalem, hunc immortalem esse natum, vt Iouis filiù. Castore autem ab Ida (vt scribit Pausanias Messenicis, cum quo consentit Theocrit. *Διοσκύροισ*) vel, vt alij malunt, à Meleagro, vel, vt nonnulli, à Polynice, interfecto, Pollux, cum ei liceret esse immortalis, maluit cù fratre Castore immortalitatem suâ communicare, partemq; vicissim mortalis cõditionis, quæ illius erat propria, ferre ac subire, quàm solus immortalitate potiri, quod declarat Pindarus in eo carmine, quod supra proxime commemorauimus *μεταμειβόμενοι δ' ἐπαλλάξ ἀμέραν τὴν μὲν πατρὶ φίλω Διὶ νέμωνται, τὴν δ' ἑσπέρω κεύθεσι γαίης, ἐν γαίῃσι θεοτέχνῳσι πῶτ' ἄμφιπλάγαντες ὁμοιοῦσσι τῶν τοι ἠπάμπαυ θεός ἐμμελαι, οἰκῆν τ' οὐρανό εἰλετ' αἰῶνα φημιδὴ Πόλυδ' εὐκῆς Κάστρος ἐν πολέμοι.* id est, Permutantes autem inter se alternis diem alium quidem apud carum patrem traducunt, aliù sub terræ latebris in Therapnè cavitatibus fortem similem subeuntes. Nam hanc vitâ maluit Pollux, fratre Castore in bello mortuo, quâ prorsus deus esse, & in cælo habitare. sic & Homer. *ὁδοσ. λ. Κάστρος δ' ἰσπὸδαμον, καὶ πῶς ἀγαθὸν Πολυδῶκεα: Τῆς ἀμφὶ ζωῆς κατεχει φροσύνας ὅσα. Οἱ καὶ νέρθη γῆς τιμῶν ζωῆς ἐχόντες ἄλλοτε μὲν ζωῆς ἐτερήμεροί, ἄλλοτε δ' αὖτε Τεγγάσι, τιμῶν δὲ λελόχασιν ἴσα θεοῖσι.* Dicuntur autem ambo nihilominus *Διοσκύροισ*, & in carmine illo Homericò in *Διοσκύροισ*, perspicuè vterque dicitur esse à Ioue procreatus: *Τῆς ἑσπέρω Τεγγάσι κορυφῆ ὄρεος μεγαλοῖο Μιθρῆος ἐν φιλότητι κελαινόφει Κρονίῳ Σωτήρης τέκα παῖδας ἑπιχθονίῳ ἀνθρώπων,* à quo nihil discrepat Theocritus *Διοσκύροισ.*

HVNC EQVIS, ILLVM] hunc equitè m nobilem & victorem, videlicet Castorem: illum pugilem præstantissimum, nempe Pollucem. sic Saty. I. lib. 2. *Castor gaudet equis, uno procreatus eodemurpneis.* & Hom. vt sup. diximus. *Κάστρος δ' ἰσπὸδαμον, καὶ πῶς ἀγαθὸν Πολυδῶκεα.*

QVORVM SIMVL ALBA NAVTIS] id est, simulatq; Castoris & Pollucis sidus nautis apparuit,

apparuit, &c. quod amicù appellat Ode x. epod. *Nec sidus atra nocte amicù apparat,* propterèa quòd sit nautis salutare, periculumq; abesse significet. & sup. Od. 3. lucida sidera nominat. *Sic te diua potens Cyprì, sic fratres Helena lucida sidera, ventorumque regas pater, &c.*

DEFL. SAX. AGITATVS HVM, &c.] tale est illud Ode VIII. lib. 4. *Clarum Tindaride sidus ab infimis Quasus eripiunt aquoribus rateis.* sic & Hom. vel aliquis alius in carmine illo *εις Διοσκουρους Ἀύτης δ' ἀργαλέον ἀνέμων χεῖρ' ἔπεισας ἀέλλας, κύματα δ' ἐσπέρων λευκῆς ἀλός, ἐν πελάγεσσι, Ναύτας σήματα χελά πόνου σφίσσῳ οἱ δὲ ἰδόντες Τῆρσιου, πάσαντο δ' οἱ Κύροιο παροιο, quorù versuum hac ferè sententia est: Statim autem fauorum ventorum procellas compresserunt, fluctus maris strauerunt, nautis signa lata laboris: illi autem vt viderunt, letati sunt, & sinem metuendi ac laborandi fecerunt. & Pindarus *Πυθ. εἰδ. ε. εὐδ' ἄγ' ὄς μετὰ χεμμέρον ὄμιζρον πῶν χεραυγῶσσι μακροσεν ὄβριον.* Et Theocrit. multo apertius, *Διοσκύροισ: Ἄλλ' ἔμπεης ὁμείς τε καὶ οἱ βυγῆ ἔλατε ναῶς Αὐτοῖσιν ναύταισι οἰοδύροισ θεοτέχνῳσι. Ἄψα δ' ἔσποληροντ' αἰεμοί, λῖπὸ δὲ γαλλῖα ἀμπέλαρος, πέφελαι δὲ δίδραμον ἀλλυδῆς ἄλλαι. Ἐκ δ' ἀρκοῖ τ' ἐφάγησαν, ὄνον τ' ἀπὸ μέσον ἀμαυρῆ φάτην σιμύροισσι τὰ ζωῆς πλοῦν εὐδ' ἄγ' ἄπ' αἰ.* quorum versuum hac ferè sententia est. Attamen vos ex imo maris fundo nauis trahitis vñ cum ipsis nautis iamjam sese interituros putatibus. Statim autem quiescunt venti, optata autem & nitida tranquillitas per totum mare permanat, nubes alie aliò dissipantur. vñ se se aperiant, ac patefaciunt, & aliorum præsepe obscurum, significat omnia ad nauigationem esse parata, atque expedita. *Defluit saxis, profuit de saxis,* Horatianum: de quo alibi.*

CONCIDVNT VENTI] tale illud Virgilianum putat esse Germanus Valens, *sic cunctus pelagi cecidit fragor.* *Æneid. I.*

ET MINAX (QVOD SIC VOLVERE)] sic reperi scriptum in cod. Faërni, Vrfm. & duob. Vatic. Donati autem liber habet, quia sic. Torñ. nam sic: quæ idem valent.

RECVMBIT] itermitur, exæquat, sedatur, quiescit, *εὐνάζεται, ὑπέρνυται.*

ROMVLVM POSTHOS PRIVS] qui plura de Romulo & Numâ Pompilio scire volet, legat Liuium lib. I. & Plutarch. in Rom. Verumtamen hæc pauca ex Liuiò huc ascribam: *Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auerunt: Romulus septem & triginta regnauit annos: Numa treis & quadraginta. Tum valida, tum temperata & belli & paci artibus erat ciuitas.*

AN SVPERBOS TARQVINI FASCIBUS] id est, an superbum Sext. Tarquinij Imperium. Alij existimant significari Iunium Brutum, quia (inquunt) Tarquinio exacto, eum statim L. Tarquinus se cõsulatū abdicasset, fasces

penes vnum Brutum remaserunt. alij, vt Porph. & Acron, Tarquinium Priscum: & superbos fasces interpretantur magnificos, gloriosos, & præstanteis. sic sup. Od. XI. *Aridas superbos dixit:* & infr. Od. XXXV. *superbos triumphos.* & Od. 4. lib. 2. *pauimentum superbum.* & Virgil. *Æneid. 6. animamque superbam Ploris Brui.*

AN CATONIS NOBILE LETHVM] M. Tull. epist. ad Pap. Patum, *Ceteri quidem, Pompeius, Lentulus tunc, Scipio, Afranius sedè perierunt: at Cato, prælarè.* Plutarch. scribit, Catonem, cum audisset, Scipionem, Afranium, Iubam à C. Cæsare deuictos esse, sese Vticæ gladio percussisse, & cum filij interuētū prohibitus esset, vulnūsq; curari cõceptum esset, intereà dum curaretur, vulnus obligatum rescidisse, atque ita animam efflasset. Laudat etiam offic. I. genus hoc mortis M. Tull. & Hor. Od. I. lib. 2. *Et cuncta terrarum subacta, Præter atrocem animum Catonis.*

REGVLVM] de Regulo lege Oden v. lib. 3. & offic. lib. I. & 3. & orat. in Pisonem. quo loco ita de Regulo: *Nec mihi ille M. Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris illigatum in machina vngilando necauerunt, supplicio videtur affectus, &c.* & pro Sextio: *Tu mihi etiam M. Atilium Regulum commemoras, qui redire ipse Carthaginiem sua voluntate ad supplicium, quàm sine iis captiuis, à quibus ad senatum missus erat, Roma manere maluerit.*

SCAVROS] cum Scaurorum in primis nobilis & clara virtus in rep. administranda extiterit, tùm singularis fuit M. Scauri grauitas & cõstantia, qui cum accusaretur à Q. Yario Hispano, quòd socios ad arma concitasset, ita causam egit suam. *Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus arguit socios ad arma concitasse: M. Scaurus princeps senatus negat: testis nemo: vtri vos Quirites credere debetis?* quibus auditis absolutus est. hunc commemorat M. Tul. epist. lib. I. ad App. cuius principium est *Periuncunde:* & lib. I. de orat. & in Bruto, & orat. pro Fonteio.

ANIMÆ QVE MAGNÆ PRODIGVM PAVLLVM] qui animam, id est, vitam pro rep. profudit. Paulum igitur Æmilium significat, Teretij Varronis collegam: quibus consulibus, ac ducibus maximam cladem ad Cannas accepit ab Annibale populus Rom. eo enim prælio caesa sunt XLV Romanorum millia cum Paullò Consule, & LXXX senatoribus: xxx partim consularibus, partim prætoris, partim ædilitis. vide Liuium lib. 22. Quòd autem ad *magnam animam* attinet, magno virorum magnas animas esse credibile est. Itaque per magnas animas, magnarum animarum, seu magno animorum viros intelligere debemus.

FABRICIUM QVE] M. Tull. offic. 3. tradit, perfugam quandam, qui à Pyrrho in castra Fabricij venerat, eiq; pollicitus erat, si præmiù sibi proposuisset, se, vt clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturus, & cum veneno necaturum, à Fabricio cum custodia ad Pyrrhum esse

remissum. Plutarchus autem in Pyrrho scribit, epistolam à medico ad Fabriciū esse missam, in qua promitteret se veneno regem necaturum, si sibi Romani sui facinoris pramium pollicerentur. Fabriciū autem offensum hominis iniultitia, collega in eandē sententiā adducto, ad Pyrrhum litteras misisse, quibus eū moneret, ut sibi caueret. Plutarchi verba sunt hæc: Ηκει ανηρ εις το γρατόπειδον παρὸς Φαβέκιον ἑπιτολίω κομίτων, ἡ δὲ ἔγραψεν ὁ τῆ βασιλέως ἰατροῦ ἐπιστολὴν ἡγελοῦς ἀναγρῶσιν τὸν Πύρρον, εἰ χρεὶς αὐτῶ παρὸς κείνων ὁμολογήσειν λύσαιτι τὸν πόλεμον ἀνιδύτως. Ο δὲ Φαβέκιος διχρησθεὶς παρὸς τὴν ἀδελφίαν τῆ ἀγγρώπης, καὶ τὸν σωκράτωνα Διγενεὶς ὁμοίως, ἐπέμπελε χεῖματα. παρὸς τὸν Πύρρον καὶ τὸν πάρος Φιλιάτῆσιν τὸν κινδύων κελύων. hunc eundem Fabricium scribit ibidem Plutarchus, aurum à Pyrrho oblatum accipere noluisse, & cum die postero Pyrrhus iussisset elephantum (quod animalis genus numquam ille antea viderat) à Fabricij tergo, aulæo interiecto collocari, deinde aulæo sublato, elephantus ille supra Fabricij caput, immanem, atque horribilem vocem misisset, dixisse neque heri se ab auro esse corruptum, neque hodie à fetâ exterritum.

HVN C] Fabricium.
ET INCOMTIS CVRIVM] M. Tullius scribit in Catone maiore, Curio ad focū sedenti magnum auri pondus cum Samnites attulissent, ab eo repudiatos esse. non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis, qui haberent aurum, imperare. [Incomtis autem laudis causa posuit, quemadmodum contra turpe habebatur calami stratum comam habere: ut notat Seruius ad illud Virg. Æn. xii. *crinis fibratos calido ferro*: & profert hunc locum.]

CAMILLYM] L. Furius Camillus, cum ei dies à L. Apuleio tribuno pl. dicta esset, in exsiliium sua voluntate abiit: idem Roma à Gallis capta, absens & exsul consul creatus, Gallis in auro appendendo iam occupatis, cum exercitui interuenit, eosque sexto post Romam captam mensē, ex Italia expulit.

SVA PAVPERTAS] χαλεπή, ἀργαλή: aspera, & perpeffu difficilis. sic χαλεπότητα seu vitiam Latine reddidimus apud Arist. in libr. de moribus, quos annis superioribus in lucem edidimus. Hesiodus paupertatem, χαλεπὸν appellat ἐργ. καὶ ἡμ. Ἀλλὰ χαλεπὸν πένιλον, idem ibidem, οὐλοιδύλλου θυμοσφόρον, sine coniunctione: id est, perditam, seu pestiferam, & animi corruptricē. & item Theognis: θυμοσφόρον simpliciter. Horat. epist. 2. lib. 2. *audacem paupertas impulit audax, ut vestis facerem.* Plutarchus lib. παρὸς φιλοσοφ. quanta sit paupertatis læuitia declarat his verbis: Οἱ μὲν γὰρ πένιτες οὐ τρέφουσι τέκνα, φοβούμενοι μὴ χεῖρον, ἢ παρορνεῖν, τραφέντα δὲ βλοσυροσπῆ καὶ ἀπειθέματα, καὶ τῶν κελῶν πένιτων ἐνδεῶν γίνονται, τὴν γὰρ πένιαν ἐξαίτων ἡρώδῃοι χρεῖον οὐχ ἑσπόμενοι μετὰ δαυδαί τετα-

nois, ἀσπερ πνὸς χαλεπὸν καὶ μεγάλου νοσήματος, id est, Nam pauperes, liberos à se procreatos non alunt, metuentes ne deterius quàm conuenit, educati, feruētes in modum humiles atque abiecti, & indocti, & rerum omnium honestarum expertes euadant. Paupertatem enim malorum omnium extremum arbitrantur, à se impetrare non possunt, ut eam filiis suis impertiatur, tanquam morbum quendam seuum, grauem, ac difficilem. Hunc locum mihi indicauit Germ. Valens.

TVLIT] proculit, extulit.
ET AVITVS APTO CVM LARE FVNDVS.] fundus non emtus, sed à maioribus acceptus, cum domo non sumtuosius, nec magnificentius, quàm fundi fructus ferrent, aut quàm fundum deceret, exstructa.

CRESCIT OCCVLTQ VELVT, &c.] Hæc videntur esse ex Pindaro sumta, & imitata, ut indicauit mihi Scaliger, Nem. ἐδ. η. Ἀύξειται δ' ἀρετῶ, χλωραῖς ἑρσοῖς ὡς ὅτε δένδρον αἰῶσει, &c. id est, Crescit autem virtus, ut cum arbor recentibus & virideis herbas eliciētibus roribus, surgit, &c.

FAMA MARCELLI] M. Claudium Marcellum significari vulgò existimant, qui Gallos Insuabres Viridomaro eorū duce superauit: qui Syraculas expugnauit: qui quiquies cōsul fuit: postremo qui cum collega speculandi causa è castris egressus ab equitatu Annibalis circumuentus, & occisus est. Quem cum interfectum esse audisset Annibal (ut scribit Plutarch. in eius vita) ipse ad locum, in quo exanimis iacebat, accurrit, mortuo diu astitit: staturā, & formā corporis diligenter & attentè considerauit, neque hoste tam infesto ac molesto sublato, aut vocē arrogantiorē misit, aut lætitiā immoderatam vultu significauit: sed mortis casum inopinatum miratus, anulum quidem ei de digito detraxit, corpus autem honorifico & insigni vestitu ornatum, comburendum curauit, cinerēsq; in vrna argentea conditos, imposita etiam aurea corona, ad eius filium misit. De eodem M. Tull. lib. 4. *accusat. cum alia multa, tum hæc quoque valde honorifica commemorat. Nemo ferè vestrius est, quin quemadmodum capta sint à M. Marcello Syraculas, sepe audierit, nonnumquam etiam in annalibus legitur. Conferre hanc pacem cum illo bello, huius prætoris aduentum cum illius imperatoris victoria, huius cohortem impuram cum illius exercitu iniuncto, huius libidines cum illius continentia: ab illo qui cepit, candidus: ab hoc, qui confitentis accepit, captus dicitis Syracusas.* Ego M. Marcellum Octauia filium significari puto: & ita Porphy. de quo & Virgilius libr. 3. *Tu Marcellus eris.* & Paterculius posteriore volumine.

IULIVM SIDVS] Iulii Cæsarem in Deorum numerum relatu accipe. Creditū est enim stellam illam comatam, quæ nocteis septem fulsit, Cæsaris animum fuisse in cæli subuolātem, de qua

de qua sic Plutarch. Εφάνη γὰρ ὅτι νύκτας ἐπὶ τὴν μετὰ τὴν χροσάρους σφαγὴν Διγενετῆς μέγας κομήτης, id est vilis est enim nocteis septē post Iulij Cæsaris eadem stellâ comata, illustri & magna. Virgil. Mær. *Eccē Dionai processit Cæsaris æstrum.*

TV SECVNDO CÆSARE REGNES.] ita diuisum sit inter te, & Cæsarem Augustum mundi totius Imperium, ut tu in cælo regnes: Cæsar orbem terrarum & res humanas moderetur, & procuret.

ILLE, SEV PARTHOS] Parthos Augustus non domuit, sed pacem cum eis fecit. Illi enim signa militaria tum ea, quæ Crassus, tum ea quæ Antonius amiserat, Augusto repositenti reddiderunt. vide annot. ad Od. xv. lib. 4.

LATIO IMMINENTEIS] Italiae insidianteis, & malè cogitantis. Virg. lib. 10. *Æneid. murus iterum imminet hostis Nascentis Troia.*

ORIENTIS ORÆ] sic habent cod. Ianni. Fabr. Vrsini, duo Vat. Torn. & Ruffard. Nicot. Cleric.

EGERIT] duxerit. neque quicquam refert utrum Augustus ipse de Parthis triumpharit, an eo vel imperante, & principatum obtinente, vel consule, vel auspice, alij Parthos in triumphum duxerint.

TE MINOR, &c.] quantumuis magnas res gesserit, æquo animo tamen, te inferior terrarū Imperium obtinebit: tu autē in cælo regnabis.

LATVM REGET] nonnulli veteres codices, & quidem non pauci, habent *latum.*

ÆQVVS] æquo animo, ut Od. xxxix. lib. 3. *quod adest, memento Componere æquus.*

TV GRAVI CVRRV QVATIES] tale illud est Ode xxxiiii. huius libri. *namque Diespiter Igni corpus nubila diuidens Plerumque per purum tonantis Egredietur equus, volucrumque currum.*

AD LYDIAM.

Ode 13.

ARGVMENTVM.

Dolet sibi Telephum anteponi.

CVM tu Lydia Telephi
Cervicem roseam, cerea Telephi
Laudas brachia: vae, meum
Feruens difficili bile tumet iecur.
Tunc nec mens mihi, nec color
Certa sede manent. humor & in genas
Furim labitur arguens,

Quam letis penitus macerer ignibus.
Vror, seu tibi candidos
Turparunt humeros immodica mero
Rixæ: siue puer furens
Impressit memorem dente labris notā:
Non si me satis audias,
Speres perpetuum, dulcia barbarè
Ladentem oscula, qua Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.
Felices ter, & amplius,
Quos irrupta tenet copula, nec malis
Diuisus querimonis,
Suprema citius soluet amor die.

CVM TV LYDIA] Hoc vnū est ex iis, quæ valdè mordent, & vrunt amātem, si amica vel illo audietē, riualem laudet, vel eo excluso, hunc intromittat, vel deniq; aliquam rem huic gratificetur, quam illi deneger, cuius rei elegas exemplū est id, quod in Eunucho parasitus suadet militi: *ibi nominabit Phædrum, tu Pamphilam Continuo: si quando illa dicit, Phædrum intromittamus commissarum, tu Pamphilam Cantatum prouocemus, &c.*

CERVICEM ROSEAM] sic Virgil lib. 1. *Æneid. Dixit: & auertens roscæ ceruicæ refulsit.*

CEREA] vel solida, vel polita & sine rugis, vel flexibilia, vel candida, vel tenera, & ita pulchra. dictum fortasse à cereis imaginibus, quæ habebant Romani veteres in atris [Seruius ad illud Virg. Alex. *Addam cerea pruna*: notat hæc, aut cerei coloris, aut mollis. Horat. *cerea Telephi Laudas brachia, &c.*]

BILE TVMET IECVR] iecur, sedes est libidinis, non iræ. Idque ita esse voluit ij, qui animi partes sua qualque in sede collocatas esse dicunt, ut Plato. quam sententiā sequitur & Horat. alio loco, ut Ode 1. lib. 4. *si torrere iecur queris idoneum*: ad quem locum plura dicimus. cur igitur hoc loco dissidet à seipso, neque sibi cōstat? Poætæ sunt liberiores, quàm Philosophi, & maiore ex parte sequuntur sensum vulgi, & opinionem popularem. Et fortasse hac in re Archilochum imitatus est, ut aliis in rebus. cuius extat hic versiculus apud Athen. lib. 3. *χαλεπὸν γὰρ ὄστι ἐχέει ἐν ἡπατι.* sic Saty. 1. x. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* Germanus Valens putabat hoc etiam dici posse, ad χύστιν χαλεπὸν γὰρ, id est, fellis receptaculum, seu lienem, Horatium spectasse: qui sine dubio hepatis adiunctus est: & pro humoris copia, aut paucitate, intumescit, aut extenuatur, ac minuitur. Atque iccirco tumere bile iecur dixit Horatius: quemadmodum Homerus ἰλιέδ. 1. mentem etiam prudentium ira intumescere dicit, his versibus, *Αἰὲ δὲ Μελίεργον ἔδου* &c. d. iij

λος, ὅς τε καὶ ἄλλων Οὐδάνει ἐν στήθεσσι νόον, πνεύματι φρονούντων: non quod mens tumeat ita, sed quod fel, quod icconi proximum locatū est, vt sanguinem impurum, & biliosum exciperet, immoderata bilis copia dilateretur, ac turgescat. Virg quidem Æn. 8. perspicue iram in felle posuit, ibi. Alcida furvis exarserat atro felle dolor: simulque qualis bilis sit natura ostendit, verbo, exarserat. At Homerus eodem lib. sub persona Achillis, cor, sedem esse iracundiæ videtur sentire. Ἀλλὰ μοι οὐδ' ἀνεπαυκράδην γόλω, &c. id est, vt M. Tull. vocit. Tuscul. quatit. lib. 3. *Cōrque meum penitus turgescit in felle iræ.* sic & Virgil. lib. 6. *Ænci tumida ex ira tum corda residunt.*

TVNC NEC MENS MIHI] hæc sunt amoris indicia, quibus alia quædam adiicit Od. 1. lib. 4. *Sed cur, heu, Ligurine cur Manat rara meos lacryma per genas? Cur facunda parum decore Inter verba cadit lingua silentio?* & Od. x. i. epod. conuivialium *εὐρανίη, in queis amantem, εὐλαγνὸν, εὐ silentium ἀργύη, εὐ latebre penitus imo spiritus, sed longè plura, eaque certiora cruditissima fœmina Sappho posuit in molliissimo illo, & politissimo carmine, quod Franciscus Portus Græcorum hominum, qui hodie viuunt, mea quidem sententia, longè doctissimus, emendauit. Ως ἴδον γὰρ σε, βροχίαις μοι αὐδάς Οὐδάν' ἔτ' ἦσαι: Ἀλλὰ κραιμὸν γλώσσης ἑάγ' αὐτὴν δὲ λεπτὸν Ἀυτὴν πῦρ ὑποδρόμασιν, Ὀμμάτεσσιν δ' ἔδδεν ὄρημι. βομβέει. Σὺ δ' ἀκούσ μοι: Καδ' δ' ἰδρῶς ἵμυ γόως γέεται, πρῶτος δὲ Πάσαισιν αἰρεῖ, γλωσσόταρην δὲ ποῖας ἔμμι, τεθναίνω δ' ὀλίγῃ δόοισα Φαίμομαι ἄπνυς. Quod totum expressit Catull. ad Lesbiam: nam simul te, Lesbia, aspexit, nihil est super mi, * Lingua sed torpet, tenuis sub artus flamma dimanat, sonitu super te Timotheus aures, gemina integuntur lumina nocte. Plutarchus autem in Demetrio narrat, Erasistratum medicum ex his amoris affectibus, & iudiciis non solum collegisse, ac deprehendisse Antiochi morbum, qui ex amore natus erat: sed etiam, cuius amore captus esset, cognouisse. Plutarchi verba sunt hæc: τῆς δὲ στρατονίης καὶ κατ' ἐαυτῶν, καὶ μετὰ τὸ Σαλευίου φοιτήσεως πολλὰ κίβητος, ἐγίνετο τὰ τὴν Σαπφίαν ἐκείνην ὁμοίως ὑποπληξίης, ἰδρῶτες ὀρέξεις, ἀταξία καὶ θορυβός ἐν τοῖς σφυγμοῖς, τέλος τὴν ἰσχυρὴν καὶ κράτος ἠπλωμένης ἀπολείπει θάμβος, καὶ ἀρεσίας: id est, Stratonica autem (hæc erat Antiochi noverca, quam ille amabat) & sola, & cum Seleuco sæpe ad Antiochum cunte, exsistebant in eo omnia illa, quæ Sappho ponit, amoris indicia: vocis compressio, & hæsitantia linguæ: rubor igneus: oculi in terram defixi, sudores acres & celeres, inæqualitas, & perturbatio in pulsibus, ad extremum animo oppresso, & succumbente, consilij inopia, & stupor, & pallor. [Sed non est silentio praterendum, in verbis Plutarchi Guliel. Canterum lib. nouarum lect. 5. cap. 28. pro ὑποπληξίης, quod feci ex corrupto ὑπο-*

πληξίης, cōstanter asseuerare (eius enim sunt verba) scribendum ὑποπληξίης, id est, quasi deflectiones. At ego ὑποπληξίης legendum arbitrabar, id est, stupor, seu torpor, vel ὑποπληξίης, id est, liquefactio seu tabes. Quod si neutrum horum placeat, malim scribi ὑποπληξίης, seu ὑποπληξίης, numero multitudinis. Verum tamen iudicent eruditi. Nam quod ad me attinet, Canteri cōiecturam, vt probabilem, & ingeniosam, valdè laudo.] Simile illud est Simæthæ apud Theocritum Daphnidis amore captæ, cuiusque aspectu perturbatæ, & perculsæ: πῶσαι μὲν ἔφω γέλω χροῖος πλέων, ἔκ δὲ μετὰ τῷ ἰδρῶς μενοχέουσαι ἴσον νοτίαισιν ἑέρσαις. Οὐδὲ πὶ φωνῆσιν δυνάμει, ἐδδ' ὅσων ἐν ὑπνω Κυζῶντων φωνεῦται φίλων ποτὶ μητέρα τέκνα. Ἀλλ' ἐπ' ἀγνώδιδι κελῶν γέλοι πάντοθεν ἴσαι. quorum versuum hæc ferè sententia est: tota quidem niue frigidior effecta sum: ex fronte autem sudor multus manabat rotis australis instar. Neque quicquã eloqui, immo ne vocem quidem mittere poteram, ne tantam quidem, quantam pueri dormientes ad matrem optatam, quasi gannientes, edere solent: sed obrigui toto corpore, & congelauit, vt glacies. Lucianus quoque in eo dialogo, qui ζῶης παραφθοῆς inscribitur, similia quædam profert: τὰ σημεῖα γὰρ τῶν αἰσθημάτων, καὶ τὸ δάκρυμα, καὶ τὸ ὄψρον ἕνωσιν, ὅσκι ἄλλῃ τῶν ἑρωτῶν ὄβη. & Apollonius lib. 3. argonaut. de Medea: Ἐκ δ' ἕρα οἱ κραδίη στήθεον πέσει, ὄμμαται δ' ἀπ' αὐτῶν Ἡχλυσαν, θερμὸν δὲ παρήδεις εἶλεν ἔρευθος, Γῆνατα δ' ἔστ' ὀπίσω, ἔπεσσε γὰρ ἀροῖθες ἀέρος. Εὐδ' ἔβην, ἀλλ' ὑπὲρθε πᾶσιν τῶν αἰσθημάτων, quorum versuum hæc ferè sententia est. Cor igitur ei ex præcordiis excidit, oculi cæligarunt, rubor genas occupauit, genæ neque in anticam, neque in posticam partem atrolle- re poterat, sed profusus ei pedes obriguerunt. Ne Valerij Æditi quidem poætæ veteris versus, quos profert Aul. Gell. lib. 19. cap. 9. ab hoc loco, & hac sententia alieni sunt. *Dicere cum conor curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs te quarant: verba labris abeunt: Perpectus miserum manat subito mihi sudor: si tacitus subidus, duplo ided perdo.*

CERTA SEDE MANENT] sic cod. Don. Faër. duo Vatic. Tornef.

ARGVENS] iudicans. Virg. Æncid. 4. *Degeneres animos timor arguit.* & Horat. episto. ad Maccenat. 3. lib. 1. *Laudibus arguitur vini vinofus Homerus.* id est, eo ipso, quod Homerus multus est in vino laudando, indicat se vinofum fuisse.

QVAM LENTIS PENITVS MACERER] quanto sunt amoris flammæ languidiores, tanto & grauior morbus est, & longior. nam neque amans ita affectus conualescere potest, nisi re adamata potiat: neque vel metu, vel pudore dereritus, potendi viam sibi expedire, neque languens interire.

MACERER] tabescam, liquecã, consumar: vt Od. x. i. i. epod. *me libertina nec vno Contenta Phryne*

Phryne macerat. Lucret. lib. 3. *Proccim Macerat inuidia ante oculos illum esse potentem, &c.*

IMMODICÆ MERO RIXÆ] rixæ ob vinum ultra modum progredientes.

PVER FVRENS] iudens libidine, & ἐν τῇ συνόσει.

IMPRESSIT MEMOREM DENTE LABRIS] labra tibi momordit: quale est illud Catulli. *Quem basibus? cui labella mordebis?* solent enim amâtes inter basia & amplexus mutuò labella mordere ita acriter interdum, vt morsûcularum notæ impressæ maneat. quod declarat & M. Tullius Ver. v. i. *hic scilicet est metuendum ne excitetur ferres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Rom. afficiat ex mulierum morsu vestigia libidinis, atque nequitia.* Et Plautus in Pseud. *Teneris labellis molles morsuancula papillarum horridularum.* & Lucret. i. lib. 4. *Quod petiere premunt artellæ, faciuntque dolorem Corporis, & dentes illidunt saepe labellis.* & ibid. *Affigunt auidè corpus, iunguntque saliuas oris, & inspirant pressantes dentibus ora Nequicquam, quoniam nil inde abraderè possunt.* & Tibull. lib. 1. eleg. v. i. *Tunc succos herbasque dedi, queis linor abiret, quem facit impresso mutua dente Venus.* idem v. i. i. *Et dare anbelanti pugnantis humida lingua oscula, & in collo figere dente notus.* codè pertinet id, quod narrat Plutarchus in Pomp. Floram meretricè cōmemorare solitam se è Pompeij complexu morsu expertem nūquam difcessisse. ὡς ὅσκι τῶ ἀδμήτω ἀπελθεῖν ἐκείνῃ συναναπαύσασαϊδῆται.

NON, SI ME SATIS AVDIAS] hæc pertinent ad alienandam à rivali Lydiam, cum dicit credibile nõ esse cum constantè in amore fore, qui barbarum in morem acriore morsu lædat oscula.

SPERES PERPETVVM] sume negationis particulam, non, è superiore versû, hoc modo. *Non speres perpetuum, &c.* id est, non debes sperare eum fore tibi amatorem perpetuū, qui, &c.

OSCVLA, QVÆ VENVS] id est, oscula, quæ rei Venereæ fructu cumulantur. quinque enim sunt amoris partes, seu gradus, seu lineæ: aspectus, colloctio, tactus, osculū, cōcubitus. Terent. Eunuch. *certè extrema linea amare laud nihil est.*

FELICES TER, ET AMPLIVS] τῆς μάλα πρῆς. Homér. ὀδυσσ. α. vel τῆς ἰστέλλοι.

QVOS IRRVPTA TENET] quorum coniunctio & concordia nullis diffidiis dirimi possit. irruptam copulam autem dixit, imitatus, vt mihi indicauit Germ. Valès, Homericum illud, *δεσμὸν ἑρμητων*, id est, vinculum irruptum, sic Homerus *ἰλιείδ. ο. πρὸς γερστὸν δὲ δεσμὸν ἦν λέχουσιτον ἄρρηκτον.*

SVPREMA] vltima. vt epist. ad Torq. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* & Od. x. v. i. lib. 2. *ibimus, ibimus, utcumque præcedes, supremum Carpere iter comites parati.* Catullus in carmine de

Thetidis & Pelei nupt. *et potius germanum amittere creui, Quàm tibi fallaci supremo in tempore deesse.* Varr. ex x. i. tabu. *solis occasum diei suprema tempus esto.*

IN BRVTVM BELLVM ciuile reparantem.

Od. 14.

ONAVIS, referent in mare te noui Fluctus. ὁ quid agis? fortiter occupa

Portum, nõne vides, vt *Nudum remigio latus, Et malus celeri saucius Africo, Antennæq; gemant, ac sine funibus Vix durare carina Possint imperiosius Æquor? non tibi sunt integra lintea: Nõ Dij, quos iterũ pressa voces malo: *Quamuis Pontica pinus, Silua filia nobilis Factes & genus, & nomen inutile: Nil pictis timidus nauita puppibus Fidit, tu, nisi ventis Debes ludibrium, came. Nuper sollicitum quæ mihi tadium, Nunc desiderium, curaque non leuis; Interfusa nitentis Vites aquora Cycladas.

ONAVIS, REFERENT IN MARÈ] Quintilianus scribit perpetuã in hac Ode esse allegoriam, & hoc rectè: cum nauis nomine remp. significari: quod proximum non probant eruditissimi viri, multaque hic esse dicunt, quæ ad rempub. accommodari non possint. sed videamus vtrum, quod Quintilianus scripsit, defendi possit, an sine controuersia sit damnandum. Primum igitur Cn. Pompeium Magnum aduersus Iul. Cæsarem: deinde Brutum & Cassium aduersus M. Antonium, & Octavianum: postremò Sex. Pompeium Magni filium aduersus Octavianum pro senatu populòque Rom. id est, pro libertate ferro decertassè omnibus notum est, fuerunt igitur Pompeius Magnus



Brutus, Cassius, Sext. Pompeius, & ceteri carūdem partium, reipub. scilicet & libertatis propugnatores, ac defensores: atque, vt illis pugnantibus, de sua libertate dimicauit populus Kom. ita denūctis ac superatis, respub. profligata, & ad vnus principatum, dominatumque redacta est. Cum autem victa esset reipub. causa Pompeio duce, & penes vnū Iulium Cæsarem omnis potestas esset: co idibus Martiis à Bruto & Cassio, ceterisque coniuratis interfecto, visa est respub. respirasse. Nihil enim aliud agebant Brutus & Cassius, quàm vt populus Kom. non solum tyranno, verum etiam tyrannide sublata, liber esset. Verum ne his quidem ducibus suū ius recuperauit: sed illi duobus preliis, in quibus interfuit Horatius, victi mortem sibi conficiuerunt: & ita respub. primū in trium, deinde in duorum, postremò in vnus potestatem venit. Successit his Sextus Pompeius. conatus est rempub. toties iugulatam ac perditam, præfidisq; atque ornamentis suis omnibus spoliatam restituere, atque in libertatem pristinam vindicare. Verum de Sexto Pompeio fortasse nihil hīc dicere attinet. M. Brutus igitur victo, & mortuo Cassio, de libertate altero prelio decernere cogitat. dissuadet Horatius. Quid agis M. Brute, seu tu popule Romane, cuius se vindicem ac propugnatorem M. Brutus profitetur? nōne vides Cassio superato, & extincto, totque amplissimis, & clarissimis viris eadem belli calamitate consumtis tuas vires infirmas, & imbecillas esse? non vides te cum exercitum habeas mutilatum, paruāque belli subsidia: cum ciuitates olim populi Rom. amicissimæ vel abs te sint alienatæ, vel ab aduersariis tuis occupatæ, atque oppressæ, vel denique metu percussæ, belli fortunam non satis tutò de integro tentare, neque posse aduersariorum tuorum vires, potentiāque sustinere? Nulla tibi res integræ sunt, nulla propugnacula, non alia subsidia, non noua auxilia, non alix belli gerendi facultates suppetunt: ne Deos quidem vllos habes tibi propitios, quos accepta clade iterū implorare possis. Neque verò est, quòd vel fenatus, populūque Rom. nobilitatem, vel tui generis antiquitatem, vel eorum, qui pro te propugnant, amplitudinem ac virtutem iactes, vel armorum pulchritudine, auròque gloriis. Quemadmodum enim nautis nihil profunt ad tutius nauigandum nauis fracta, & conuassata pigmenta, aplustra, ceteraque ornamenta: sic neque debes tuæ nobilitati nimium confidere. Quare nisi te mauis bellorum ciuiliū calamitate funditus deleri, atque extingui: ne te toties precliorum periculo committito. Siue illa superiora, quæ hæcenus hæc de re exposuimus, ad populum Romanum accommodentur, siue ad Brutum: non videntur omninò absurda, aut inepta futura. Bruto tamen magis, quàm populo Rom. videntur conuenire. Quòd autem non-

nulli malunt, hanc oden ad Sext. Pompeium pertinere, libertatis, Cassio & Bruto mortis, defensorum: planè ab iis dissentio. Ad hunc locum pertinent, quæ scribit Plutarch. in Bruto his verbis, Αλλ' ὡσαυτ' ἐν πλοῖω πηδαλιὰ συντηθέντος ἕτερα, εἴλωτα προσήλθον, καὶ προσεγγισθέντων ἄλληλων, οὐκ ἔτι μὲν ἀναγκαστὰ δὲ μεταχρόνιοι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Βρῦτος ἐν δυνάμει ποσάτην, καὶ μεταφορῶν ἀνάγκησιν, οὐκ ἔχον ἰσορροποῦντα φρατήρον, ἡγαγίσετο ἡγεμόνα τοῖς παρῆσιν, &c. Id est, quemadmodum in nauigio, clauo comminuto nauis alia ligna affigere, atque adiungere conantur, non rectè illi quidè, sed necessitate coacti, & utilitati seruientes: sic Brutus in tanto exercitu, & in rebus arduis, incertis, ac perturbatis, cum ducem parem nō haberet, cogebatur eo vti, quod fors obtulerat. Omnino ad Bruti potius, quàm ad Sext. Pompeij tēpora videtur hæc Ode pertinere. Si quis autem nauis nomine remp. aut populum Rom. significari existimet, quod fecit Quintilianus, verba totius Ode fortasse non inuita sequetur. nam sic & M. Tull. nauis nomine reimpub. aut certè reip. partem significat epist. ad Q. Cornif. lib. 12. *Quamobrem mi Quinte, consende nobiscum, quod quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam vt restam teneamus: vti nam prospero cursu: sed quicumque venti erunt, ars nostra certè non deerit.* Sin Brutum malit: omnia magis quadrate videbuntur, vt multi existimāt, sed Turnebus non item.

NÓNNE VIDES, VT] nōne vides Cassiū interiisse? exercitum tuum accepta clade in Philippis imminutum & fractum esse? animos reliquorum militum metu percussos concidisse?

NVDVM REMIGIO] sic dixit Saty. 3. lib. 2. *Nudus agris, nudus nummis.*

ET MALVS CELERI SAVCIVS] malus Africo saucius, id est, ab Africo perfractus. translatio est. sic Propertius de Ianua: *Nunc ego nocturnis poterum saucia riuis, Pulsata indignis sape queror manibus.* quem locum mihi indicauit Pafseratius: & praterea illum ex Liuij annal. li. 37. *contemplatus Eudamius hostis, claudas, matiliasque nauis remulco trabentis.* idem paullo post: *Ipse Eudami multis ictibus vulnerata nauis erat.*

DVRARE] perseverare, *καταδύειν καὶ σπερῆν.* hoc loco enim significat actionem. sed de hoc verbo alibi.

IMPERIOSVS AQVOR] tempestatem, & fluctus belli ciuilis: vim & potentiā aduersariorum. Translatè autè dixit, imperiosum æquor. propriè Saty. 5. lib. 2. *sed me imperiosa trahit Proserpina.*

NON DIJ, QVOS ITERVM PR. V. M.] Veteres habebant in puppi nauis quoddam veluti lararium, in quo erant locati dij nauis præsides, custodes, & quasi tutelares, siue Apollo, siue Castor & Pollux, siue Minerua, seu quis alius Deus. Hesy. *κατακοί θεοί φοίνικες, & ἰστίαι*

ιστίαι καὶ τὰς ἀρῆμεις τῶν νεῶν, id est, Patæci dij Phœnices, quos ponunt in puppibus nauium. huc pertinet illud Persij, *iacet ipse in litore, et vnā ingenies de puppe Dei.* appellabantur dij illi, tutela, & ἀρῆμιον τῶν πλοῖσιν, id est, insignis nauis.

QVAMVIS PONTICA PINVS] quāuis generis nobilitate, & antiquitate gloriis, milites tamen speciosis istis imaginibus nihilo fiunt ad pugnantū alacriores, nihilòve pugnaciores. resurri possunt hæc vel ad populi Rom. vel ad Bruti nobilitatem. sed hoc magis verbis cōuenit, quàm illud, vt sæpe iam diximus, quāquam Turnebo aliter videtur. Pōticam pinum autem dixit, quia in Ponto magna copia materia est, vnde naues fiāt. Catul. *Vbi iste post fafelus, antea fuit Comata silua.* nam Citorio in iugo loquente sæpe sibulum edidit coma.

NIL PICTIS TIMIDVS] nauis pictura illustre solcabat antiqui. Virg. Georg. 4. *Et circum pectus vehitur sua rursus fafelis.* ποικίλας νηας dicunt Græci: quem morem etiam nunc retinemus.

TV NISI VENTIS DEBES LVDIRIVM] id est, tu nisi vis tuarum fortunarum, libertatis, vitæ naufragium facere, noli amplius tentare belli fortunā. Virg. lib. 6. *Æneid. Ne turba uolens rapidis ludibria ventis.* Genus autem hoc loquendi, *debes ludibrium ventis*, pro eo, quod est, ludibrio ventis futura es, planè Græcum est. sic enī loquuntur illi, *ὀφλισκάνειν γέλωτα*, id est, debere risum, quod Latini dicunt, ludibrio esse. & *ὀφλισκάνειν δύνειν*, condemnari. Plato in apolog. Socr. *Νεῶν δὲ ἐγὼ μὲν ἀπειμι ἀφ' ἑμῶν θανάτου δύνειν ὄφλων ἔτοι δὲ ἕσπερ τῆς ἀληθείας ὀφληκότες μορφήσαν, καὶ ἀδύκων.* Idem in Sympol. *ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλων.* Eurip. in Medea. *Καὶ τοὶ τὴ παρῶν βέλτομα γέλωτα ὄφλων ἑσπερὶς μεθέισαι τῶν ἐμοῖς ἀζημίους.* Idem Iphig. in Tauis. *μωρὸν τ' ὀφλισκάνει.* Demosth. Philippica 1. *ἔξ ὧν ἀρχήν, καὶ ἀναδοχίαν, πάντα τὰ ἀρχαῖα ὀφληκότες ἂν ἦσαν δημοσίου.* idem ferè verbis vitur Olynth. secunda. Et Plutarch. in Bruto. *ὀφλισκάνων οὐδὲ τὸς δικὰς ἐρήμιας.* Dionys. Halicarnas. lib. 3. *ῥωμαῖοι ἀρχαῖοι. πολλοὶ ὀφειλοντες ἀρχαῖου ἀπὸ τῶν.*

NVPER SOLLICITVM] Tu respública, quæ cum te tribunus militum Bruto duce defendebam, mihi tædio fuisti: nunc autem me absentem desiderio afficis, ac maceras, curaque recuperandæ libertatis totiques, vita scopulos, & angustias belli ciuilis: vel quod magis probant alij, tu Brute, qui mihi te duce respUBLICA defendenti magno tædio fuisti: nunc autè, &c. vt supra. Turnebus autem sic hunc locum explicat, Me nuper istius reip. tædebat, & pigebat, & iniquo animo victores istos ferebam: nunc autem postquam periculum iteratur, ac renouatur: quod erat mihi tædio, nunc desiderio esse incipit: vt magno opere metuum, ne status reipub. mutetur factò naufragio.

INTERVSA NITENTIS VITES] Vites æquora effusa inter Cycladas: vites freta, & maris angustias naufragiis infestas, vnde te explicare nō facile possis. Cyclades insulæ sunt in mare Ægæo, quas Virgilius sparfas appellat lib. 3. *Æneid. Sparfasque per aquor Cycladas, et crebris legimus freta cōcisa terris.* ad quem locum notat Seruius, sparfas dici, quia nullo certo ordine constant: Cycladas autem appellari non à rotunditate, sed quòd longo ordine, longòque flexu eas circumire necesse sit, vel propter promūtoria, vel quia natura fert, vt concitatiora sint maria terris vicina. Dionys. *ἄσημ. Οὐ γὰρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κόματ' ὀφείλει:* id est, nullū mare fluctus attollit mari Ægæo simileis, aut æqualeis. Epigram. Græc. lib. 4. *πάσαι θάλασσα, θάλασσα. τὴ κυκλάδας; &c. intervsa nitentῶν ποσῶν* pro fusa inter nitentis, vt dicemus ad Oden v. 11. lib. 2. [Videtur autem Horatius magnam huius ode partē ex illis Alcæicis expressisse (vt indicauit Erricus Steph. quæ exstant apud Heraclidem Ponticum, τὸ μὲν γὰρ ἔσθην κόμα κλυδώνεται, τόδ' ἔσθην: ἀμύες δ' ἂν τὸ μέσον καὶ φορημένα, σὺν μελάνα *** Χειμῶνι μορφαῖτες μελάνα. καὶ ἄλλαν Πάρ. μὲν γὰρ ἀντὶ τοῦ ἰσοπέδων ἔχει. Δαῖφος δὲ πᾶν ἀδύκων ἦδ' ἡ. Καὶ λακίδες μελάνα κατ' αὐτὸ, χαλαροὶ δ' ἀγυροὶ. * id est, Alius enim fluctus, alius illinc voluitur: nos autem in medio iactamur cū atra naue, Tempestate conflictati magna: Nā aqua marina ipsam mali partem infimam possidet: vela autem iam tota lacerata, & absūmpta sunt, multaque in eo peniculamenta trita & lacerata sunt: anchoræ autem laxantur.]

NEREI VATICINIVM de ruina Troiæ.

Od. 15.

PASTOR cum traheret per freta nauibus
 Idæis Helenam perfidus hospitam:
 Ingrato celereis obruit otio
 Ventos, vt caneret fera
 Nereus fata. MALA DVCI S
 AVI domum,
 Quam multo repetet Gracia milite,
 Coniurata tuas rumpere nuptias,
 Et regnum Priami vetus:
 Eben, quantus equis, quantus adest viri:

C N O S S I] Cretensis. Cnossa vrbis Cretæ, de qua Hom. ὀδύσας T. Cretensem calamum autem posuit propter Idomeneum Cretensium ducem. STREPITUM QVE] pugnantium: vt Tit. Liuius lib. 44. annalium. et ab x i i. millibus propè clamorem, et strepitum pugnantium audiret.

CELEREM SE QVI] genus loquēdi à Græcis sumtum, Horatio vñtatu, vt aliàs pluribus verbis ostendemus.

SERVS] serò, vt Od. xvi. epod. Nec vesperinus circum gemit versus ouile. & epist. ad Aug. seruis enim Græcis admouit acumina chartis.

CRINEIS PVLVERE COLLINES.] occubescades, mortuus trahēris. sic ferè Od. 6. lib. 4. posuitque collum in puluere Teucro. de quo genere dicemus ad Oden vii. lib. 2. quamquam qui puluere obliti sunt, ac fordidi, non semper vidēti, aut casu intelliguntur. Sunt enim nonnulli Non indecoro puluere fordidi, vt Od. i. lib. 2. & Od. vi. lib. 1. puluere Troico Nigrum Merionem. nisi fortè intelligas, mortuos quidem esse illos, sed eam mortem esse laudabilem, & gloriosam. Pindarus sanè perspicue hoc genere loquendi vitur ad significandum animū in ipsa acie fortē & iniuictū, corpus que ac omnia belli pericula, & vulnera excipienda promptum, ac paratum. sic enim Tiresias apud eū multò antè prædicat, crineis Hercules in illa Deorum & Gigantum pugna luto & puluere inquinatum iri. γὰρ ὅταν θεοὶ ἐν πάλῳ Φλόρας γυρνάτωσι μάχης ἀπτάζωσι, μελέων ἔκαστοί κένθ φωνῆ δὲ καὶ γὰρ κρόνον κρομμῆ, sed non mihi videtur tacendum, in cod. Tornef. ita legi: ramentem, seu, seruis adulteros Cultus puluere collines. quam scripturam tamen si nusquā alibi repererim, damnare tamen non ausim. Verū de ea iudicet lector emunctæ naris.

EXITIVM T. G.] Quidam libri veteres habent exitium tua Genti. sic autem locutus est apud M. Tull. lib. i. de diuinat. nescio quis poëta vetus, fortasse Pacuinius. hunc si tollerēt, Eum esse exitium Troiæ, pestem Pergamo.

VRGENT] insequuntur. TE SALAMINIUS TEVCER, TE STHENEIVS] discipant hic libri manu scripti & à vulgatis, & inter se. Nam cum vulgati omnes, quos quidē viderim, sic habeāt, Teucerq;, & Sthenelus, ego copulationē que in nullo manu scripto reperit. habent autem scripti alij hoc modo, Teucer, te sthenelus sciens: in his duo Varic. Iān. Faër. Ruffard. Nicotiani. alij, Teucer, & Sthenelus: in his Vatic. vnus, & Tornef. neque est quidd quèquam moueat syllaba posterior in nomine Teucer, brevis. sic enim sæpe alibi, vt, Perrupit Achernunta, &c. & Od. i. & Caca timet aliunde fata. & Od. x i i. lib. 2. & vltimo versu huius Od. Ignis Iliacos domos, ego hanc scripturam, vt simpliciorē, & veriorem olim secutus eram. Nunc alteram malo. vulgatam autem plantē non probo. SCIENTIS PVGNÆ] hoc epitheto sæpe v-

titur Homerus, vt Il. e. Eur. Ἐκτωρ δὲ φῶτε κλάπτων, εὐ εὐδὲτε χέρμυς. & cod. lib. Κρήτων, Ορείλοχος πύμαχης εὐ εὐδὲτε πάσις, & δ. πολλέμων εὐ εὐδὲτε, & ibidem: Οὐ πὶς οὐτέυσας ἕλαλεν τῶσαν εὐ εὐδὲτε, sic infrā Od. i. lib. 3. Dulceis docta modos, & cithare sciens.

SIVE OPVS EST IMPERITARE] omissum alterum, siue. esset autem integra loquendi ratio hoc modo: & Sthenelus, siue pugnandum sit, pugnandi scientia instructus, & bono ὄπῳ ἔατης, seu παραῑτάτης. i. aurigæ socius ad pugnandum expeditus. siue equi moderandi, promissimus aurigæ. erat autem Sthenelus Diomedis comes. Hom. Il. i. d. δ. & e.

MERIONEN QVOQVE] Meriones Idomenei comes. Hom. Il. i. d. θ. χ. ὁπάων Ἰδομένοος Μελίονος, ἀπάλαντος Εὐσελίου ἀνδριφόντη. & Il. i. d. γ.

ECCE FVRIT TE REPERIRE ATROX] Vel furit te reperire atrox: id est, furēter persequitur, vt te reperiat: vel atrox te reperire, id est, atrox in te reperiendo. nam vtrumque loquēdi genus & à Græcis ductum, & Horatianum est. Praterèa illud furit, videtur Horatius ex Homero expressisse Il. i. d. ε. ἀλλ' ὀδὴ λίλυ Μάγμεται, οὐ δὲ πὶς οὐ δύναται μένος ἰσσοφασίζεν, id est, At hic valde furit, neq;, ei quicquam par esse potest.

TYRIDES MELIOR PATRE] cum Agamemnon Il. i. d. δ. Græciæ principes ad fortiter pugnandum cohortās, & alios, vt ignavos, obiurgans: alios laudans, vt strenuos, & acris, & forteis, Diomedem ignauiae argueret, dicens, patrem eius quidē Tydeum, fortissimum & pugnacissimum fuisse: sed ex eo filiū natū esse, oratione & lingua promtiorē, in pugna verò tardiorē, ac deteriore: Diomedes pudore deteritus, regisq; maiestatem reueritus, nihil respōdet: Sthenelus autem, eius comes & familiaris, pro se, & pro illo refert, se & Diomedem patribus esse meliores. Verba Hom. sunt hæc. Τοῖος ἔλυ Τυδεὺς Ἀπάλαιος, ἀλλὰ τὸν υἱὸν Γένειο το εἶο χέρμυς μάχη, ἀργρή δὲ τ' ἀμείνων, &c. responsum autem Stheneli: ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείωνες εὐδραέ] εἶνα, Idem Homerus ὀδύσας. ε. ait paucos admodum filios patribus vītute pares esse, plures deteriorēs, raros meliores. sic Hom.

Παῦροι γὰρ τοι πατέρων ὁμοῖοι πατρὶ πέλοισι. Οἱ πολλέωνες κρομμῆς, παῦροι δὲ τε πατέρων ἀμείωνες, κρείστον, χέρμυς, vt Od. vi. lib. 3. ille Mīssilibus melior sagittis. & epist. x. lib. 1. Ceruus equum pugna melior communibus herbis Pellebat. sic Virgil. lib. 3. Georgic. Deterior qui visus, eū ne prodigum obfist, Dede nect, melior vacua sine regnet in aula. sic & Græci, vt declarat superiora exēpla ex Hom. & hoc ex Eurip. in Phœn. Ἐπει δὲ κρομμῆσον τὸ κρομμῆ ὄβι τ' ἀραγοῦ. Non me pigebit occasione oblata Plutarchi locum in Pyrrho corruptū in omnibus exemplaribus etiam manuscript. emendare, &c.

re. & explicare. Verba Plutarchi sunt hæc: εἶς δὲ τῶν παρόντων ὄνομα Mandricιδας εἶπε τῇ Φωνῇ λακωνίζων, εἰ μὴ ἐστὶ τύχη θεός, οὐδὲν μὴ πάθωμι, οὐ γὰρ ἀδίκωμι μὲν ἀδ' ἀνθρώπων, ἔσται χηρὰ πτερυγερωτῶν ἄλλος. Legendum ἔσται χηρὰ χερῶν ἄλλος, id est, quidam ex iis, qui aderant, Mandricida nomine, dixit Laconico sermone: si tu quidem Deus es, non metuimus, ne quid abs te incommodi nobis accidat: non enim te iniuria afficimus: si non homo es, existeret etiam aliquis alius te melior, quam quidē emédationem cum ego olim Amiotto viro doctiss. qui nuper Plutarchi vitas in sermone Gallicū vertit, exposuissem, ita probauit, vt eam secutus sit.

QVEM TV, CERVVS VTI] quem tu non aliter fugies, quàm lupū ceruus. εἰκὼν. Aristoteles ceruum in timidis animantibus numerat. Tūm Homerus timidos homines, & fugacis, cum ceruis comparare solet. Il. χ. Ως οἱ περὶ χηρὰ πτερυγερωτῶν ἕντε νεοροῖ, &c. & Achilles Agamemnonem in iurgio dicit cerui cor habere. notus est versus ille Οἶνοσαρες, κινῶς ὄμαυτ' ἔχον, κρομμῆ δ' ἐλάφοιο, infrā Od. 4. lib. 4. Cerui leporum præda rapacium sethamur vltro, quos optimus Fallere, & effugere est triumphus.

SUBLIMI FVGIES MOLLIS ANHELITV] sublimem anhelitum accipio, cum, qui multo extrinsecus hausto aëre, & ita dilatatis, & diductis pulmonibus expiratur, & qui ex alto, imò que pectore ducitur: quod accidere solet in magno corporis labore, & lōgo cursu, vel grauiore aliqua animi cura. Virg. Georg. 3. Tum vero ardentem oculis, atque attrāctis ab alto spiritus.

NON HOC POLLICITVS TV Æ.] Helena. multa enim de te magnificè predicaras. quod quidem ei exprobrat Helena Il. i. d. γ. his verbis, ἢ μὲν δὲ τῶν υἱῶν εὐχο, &c. vel dic pollicitus ἐπὶ τὸ σωπαῖν ἴδνουν. tua: dixit, vt Od. x v. Me tuo longas pereunte noctēs, &c.

IRACVNDADIEMPROFERET] diuturna illa & pænè implacabilis Achillis ira bellū Troianū producet, Troiæq; expugnationem, & euersionem morabitur, ac retardabit. Homer. principio Iliæ. Μῆνη δ' αὖτε θεὰ πηληϊάδων Ἀχιλλεύου. POST CERTAS HIEMES.] post annos nouem: anno decimo. quod item Chalcas auguratus fuerat ex passerum numero.

PALINODIA.

Od. 16.

ARGVMENTVM.

Veniam petit à puella, quam iam bis laçerat.

O Matre pulchra filia pulchrior, Quem criminosus cumque voles, modum

Pones iambis, siue* flamma, Siue mari libet Adriano.

Non* Dindymene, non adytis quatit Mentem sacerdotum incolæ Pythius.

Non Liber aquè: non acuta

Sic geminant Corybantes æra,

Tristes vt iræ: quas neque Noricus

Deterret ensis, nec mare naufragum,

Nec saeuus ignis, nec tremendo

Iupiter ipse ruenus* tumultu.

Fertur Prometheus addere* principi

Limo coactus particulam vndique

Desectam, & insani leonis

Vim stomacho apposuisse nostro.

Ira Thyesten exitio graui

Strauere: & altis vrbibus vltima

Steterè causa, cur perirent

Funditus, imprimeretque muris

Hostile aratrum exercitus insolens.

Compesce mentem: me quoque pectoris

Tentauit in dulci iuuenta

Feruor, & in celereis iambos

Misit furentem. nunc ego mitibus

Mutare quero tristia, dum mihi

Fias recantatis amica

Opprobriis, animūque reddās.

QVEM CRIMINOSIS CVM QVE] quemcumque. sic epist. i. ad Mæcenat. Quo me cumque rapit tempestas, &c. & sup. Od. ix. Quem fors dierum cumque dabit.

PONES IAMBIS] sic loquitur Od. xv. lib. 3. Vxor pauperis Ibi Tandem nequitia pone modum tua. sic enim legitur in nonnullis membranis manuscript. vbi libri vulg. habent. fice modū.

IAMBIS] quos in te scripsi, & edidi.

NON DINDYME NE] Cum studeat Horatius puellam offensam versibus maledicis, sibi placare: primūm permittit ei, vt versus de medio tollat, siue exurere velit, siue in mare deiecere: Deinde quia vult videri iratus scripsisse, ostēdit quanta sit iræ vis, quippe quæ vehementius commoueat hominum animos, quàm Cybele, Apollō, Liber mentē sacerdotum: inter fratres e ij

meliora tendis. & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *nec Otia dimittis Arabum liberrima muro.* sic Sallust. *Nemo nisi visor pace bellum mutavit.* & Propertius lib. 3. *Durus, qui potuit lucro mutare puellam.* sic & verbum ἀλλοτρίων apud Græcos nonnumquam. Eurip. in Hecub. *ἄλλοτρίον ἄσιν Εὐρώπης ἑρῶς παῖδας, ἀλλοτρίον δὲ δὲ γαλάμοις,* cōtra Od. 3. 4. huius lib. *vellet ima summis Mutare.* & Od. 1. epod. *Pecusque Calabris ante fidus feruidum Lucana mutes pascuis.* sic Od. 12. lib. 2. *Num tu, quæ tenuit diues Achæmenes, Permutare velis crine Lycymia?* & Od. 1. lib. 3. *Cur velle permutem Sabina Diuitias operosiores?* & Od. 9. epod. *Funico Lugubre mutavit sagum.* & Ode prox. *Velox amænum saepe Lucretilem Mutat Lyceo Faunus.* sciendum est autem, veteres mutandi verbo vsos esse pro eo, quod est, emere aut vendere. vt Saty. 4. lib. 1. *Hic mutat merces surgente à sole ad eum, quo Vespertina tepet regio.* cui simile est illud Virgil. *Pollione: nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.* & Georg. 3. *quænis Mælesia magno Vellera mutantur Tyrios incocta rubores.* & Horat. Sermo. lib. 2. *Saty. 7. an hic peccat, sub noctem qui puer vnam Furtina mutat strigili:* id est, emittit, sed illud, quod est in principio primi libri Georg. *vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista:* simile est huic loco Horatiano. Catullus quoque, *mutari,* videtur dixisse pro *emi,* in Asinium: *crede Pollioni Fratri, qui tua furta vel talento Mutari velis.* Neque verò sit hoc temerè, veteres enim venditione & emtione nō utebantur, sed permutatione: in qua res pro re, non pretium dabatur. qua de re lege Aristot. lib. 5. de morib. & Pandectas iuris ciuilibis tit. de rerum permutatione. M. Tullius quoque (vt redeam ad id, quod initio dicebam) commutandi verbum in vtramque partem vsurpauit: vt pro Sextio, *vt cum patria caritate constantia gloriam commutaret:* id est, vt patriæ caritati constantiæ gloriam anteponeret: & in Cluentiana, *qui fidem suam ad perniciem innocentis pecunia commutarunt:* id est, qui fidem suam pecunia vendiderunt. quod Græci dicunt ἀπὸ τῆς τιμῆς ἀλλάξαι, vel ἡρετιλάξαι. Ex his, quid sit apud M. Tullium *permutare pecuniam,* & *pecunia permutatio,* intelligere licet. qua de re tamen dicemus alio loco.

DVM MIHI FIAS RECANTATIS AMICA] id est, vsque eò dum & ego stilo verso, iisque maledictis, quæ in te conieci, oblitte- ratis, ac tuis laudibus scriptis, tecum in gratiam redeam, & tu placata me tua à me alienatione exanimatū, recrees, & in spem erigas meliorè.

A NIMŪMQVE REDDAS.] sic loquitur Terent. Andr. *reddidisti animum.*

AD TYNDARIDEM,
Od. 17.

ARGVMENTVM.
Inuitat eam in Lucretilem.

VELOX amænū saepe* Lucretile
Mutat Lyceo Faunus: & igneā
***Defendit æstatem capellis**
Vsq̄ue meis, pluuijsque ventos.
Jmpune tutum per nemus arbutos
Querunt latenteis, & thyma deuia
Olentis* uxores mariti:
Nec virideis metuumt colubras,
Nec Martialeis* hædilia lupos,
***Vt cumque dulci Tyndari fistula**
Valles, & *Vsticæ* cubantis
Læuia personuere saxa.
Dij me tuentur: Diis pietas mea,
Et Musa cordi est: hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.
Hic in reducta valle, canicula
Vitabis astus: & fide Teia
Dices* laboranteis in vno
Penelopen, vitreæmq̄ue Circen.
Hic* innocentis pocula Lesbij
Duces sub umbra: nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prelia: nec metues proteruum
Suspecta Cyrum, ne male disparti
Incontinentis iniiciat manus,
Et scindat hærentem coronam
Crinibus, immeritæmq̄ue vestem.

VELOX AMENVM] id est, Faunus saepe ex monte Lyceo in Lucretilem (qui mons est in Sabinis) demigrat. vide quæ annotauimus de verbo *mutandi,* ad Oden superiorem. Sed non est omittendum, Priscianum lib. 18. hūc locum ita explicare, Lucretilem mutat Lyceo, id est, Lycæum mutat Lucretilem. de Fauno autem, vide quæ supra ad Oden 4. annotaui.

DEFENDIT ÆSTATEM] id est, propulsat æstatem à capellis. sic Virg. Melibœo, *Solstitium pecori defendite.* Plautus Rudente: *vt illos serues, vim defendas, dum ego herum adduco meum.* M. Tull. in Catone maiore: *& nimios sôlis defendit ardores.* Idem pro Roscio Amer. *iniuriam nouo scelere cōflatam putant oportere defendi.* Idem offic. 3. *etenim si is, qui non defendit iniuriam, neque propulsat à suis cum potest, iniuste facit.* & c. Cæsar lib. 1. de bello Gall. *quod non bellum intulerit, sed defendit.*

finderit. & Horat. Sat. 3. lib. 1. *& toga, quæ defendere frigus, Quæ minus crassa queat.* [Sic Græci dicunt ἀπὸ γαῦ, pro, opem ferre & arcere.]

PLVVIOSQVE VENTOS] ventos, qui pluuiam pariunt. epist. de arte poët. *aut pluuius describitur arcus.*

IMPVNE TUTVM, & c.] quidam libri veteres habent, *Impune totum per nemus, & c.*

DEVIÆ] quæ sape à recta via, seu regione decurrant. paullo aliter dixit *denium sortum.* Od. xi. lib. 2.

OLENTIS VXORES] hirci uxores, videlicet capellæ. *Δελφοί,* vt Saty. 3. lib. 2. *Bellua cognatas eliserit.* & Virgil. Melib. *Vir gregis ipse caper.* & Georg. 3. *Quem legere ducem, & pecori dixere maritum.*

COLVBRAS] sic habent cod. 2. Vatican. & Faër. neque verò refert vtrum legamus, *colubras,* an *colubras.* vtrumque enim vsu receptum est. Nonius.

NEC MARTIALEIS HÆDILIA LVPOS] nec hædorum septa, id est, greges metuit lupos. hædilia autè pes est Ionicus pro choriambo. qui pedes tempore sunt inter se pares. sic Hom. ὄδυσ. δ. *Εὐς ἐγὼ αἰεὶ κείνα πλοῦδ βίοτον σιωπα γαίαν ἠλάμυλον.* & Cat. ad Cinnam: *Consule Pompeio primum duo Cinnæ sedebant Mæchilia: factò consule nunc iterum, & c.* vbi anapaestus pro ipò dæo positus est. ductum est autem mæchile à mæcho, vt hædile ab hædo. Et puto, ὄδῃ πᾶσπερ, duobus mæchilibus significari à Catullo domū Luculli, cuius uxorem Clodiā, Clodij fororè, Clodius ipse adulterasse dictus est, vt scribit Plut. in Cæsare, & domū Lepidi, quem dolore perisse, vxoris adulterio ex quadam epist. cognito, Pompeio primum consule, scribit Plutarchus in Pōpeio. sed Auratus & apud Catullum, non *mæchilia,* sed *mæchidia* legendum putat: & hîc hæduli hædulcos autem idem vult valere quod hædulcos. ego hædulia, malim legi, vt per hædulias intelligamus hædilia. Et verò liquidò confirmare possum, in libris veteribus ferè omnibus scriptum esse *hædilia.*

V T C V M Q V E] id est, quodcumque, seu vbi cumque. Nam vt, quidem apud bonos scriptores valet interdum, vbi, qua parte, quo tempore, cum, simulatque. Catull. ad Fur. & Aurel. *Litrus vt longè resonante Eoa Tanditur vnda.* Idem ad Coloniam: *Vtrum totius vt lacus, putidæq̄ paludis, Limidissima, maximeque est profunda vorago.* id est, vbi, & ad Licinium: *Vt conuenerat esse.* id est, simul vt, vel vbi. & Virgil. Æneid. 5. *caesis vt fortè iuuenis Fusus humum, virideisque super madefecerat herbas:* id est, vbi, seu quo loco. sic Terent. *mater consequitur: iam vt lumen exirem, ad genus accidit.* id est, cum limen exirem. Horat. Od. 3. epod. *Vt Argonaustus prætor omneis candidum Medea mirata est ducem,* *Perunxit huc Iasonem.* & Saty. 9. *vt illi Nil respondebam, miserè capis (inquit) abire.* M. Tull. offic. 3. *at ille, vt ingressus est, consessim gladium destrinxit.* addatur igi-

tur particula, *cumque,* tantundem valebit, aut etiam amplius. sic Ode 35. huius libri: *vt cumque mutata potentes Veste domos inimica linquo.* & Ode 4. libri 4. *Vt cumque defecere mores, Deducorant bene nata culpa.* & Ode 17. libri 2. *ibimus, ibimus, Vt cumque præcedes, supremum Carpere iter comites parati.* & Od. 17. epod. *Vt cumque fortis exsilij pierpera,* & Ode 3. lib. 3. *Vt cumque mecum vos eritis, libens Insanientem nauita Bosphorum Tentabo.* sic Terent. iii Heautont. *sed nostrum est intelligere vt cumque, atque vbi cumque opus sit, obsequi,* id est, quodcumque, & quocumque loco: & Plaut. in Epidico. *Vt cumque in alto ventus est, Epidice, ex imo velum vertitur.*

DVLCI FISTVLA] fistula Panos scilicet, aut Fauni. Pan enim fistulæ inuētor. Virg. Alexi. *Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit: Pan curas oues, omniūque magistros.* Idem pharmaceut. *semper pastorum ille audit amores, Panæque, qui primus calamos non passus inerteis.* Pan deus pastorum est: atque iccirco monteis, siluas, valles, & solitudines colit. Idem Virgil. ibidem. *Mecum etiam in siluis imitabere Pana canendo.* idem Georg. 2. *Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes, Panæque, siluanūque senem, Nymphæque flores.* & Lucret. lib. 4. *Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces, Vnam cum iacere: ita colles collibus ipsi Verba repulantes iterabant dicta referre.* *Et ec loca capri pedes satyros, Nymphæque tenere Fimiri fingunt, & Faunos esse loquuntur: Quorum nocturna strepitu, ludòque iocanti Affirmant vulgò taciturna silentia rumpi: Chordarūque sonos feri, dulcesque querelas, Tibia quas fundit digitis pulsata canenti: Et genus agricolū late senis sece cūna Pan Pinea semiferi capris velamina quassans, Peco saepe labro calamos percurrat hiantes, Fistula siluestrem ne cesset fundere musam.*

VSTICÆ CVBANTIS] montis in Sabinis: *cubantis,* leuiter declinūs, vt cubantis hominis speciem præ se ferre videatur.

LÆVIA] læuia saxa, assiduo aquarum cursu attrita, & expolita. Virg. Georg. 2. *Nec tilia laues.* & ibid. *Tum laueis calamos, & c.* vide sup. quæ annotauimus ad Oden 2.

PERSONVRE] propriè, & vsitatè, id est, sonitum acceptum reddidere: vel sonitu completa fuerunt. sic Saty. 6. lib. 2. *simul domus alitæ Molossis Personit canibus.* & M. Tull. ad Lept. lib. 6. *si abest maturitas ætatis, iam tamen personare auribus eius huiusmodi vocibus non est inutile.* & pro Roscio Amerino. *animi & aurium causa tot homines hæbet, vt quotidiano cantu vocum, & nervorum tota vicinitas personet.* alia huius verbi vis est, epist. 1. lib. 1. *Est mihi, purgatam crebrò qui personet aurem.* sic Virgil. Æn. 6. *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauce Personat.* & ibid. *Sed tum fortè caua dū personat æquorâ cincha.*

HINC] ex meo fundo.

AD PLENVM] ita loquitur Virg. Georg. 2. *Huc ager ille malus, ducetque à fontibus vnda Ad plenum calcetur.*

BENIGNO CORNV.] pleno & largo cog- e iij

nu, vt in carmine faeculari ad Deos: *apparctique beata pleno Copia cornu.* & epist. ad Iccium: *aurea fruges Italia pleno defudit copia cornu.* ordo est, hinc, id est, ex agro meo opulenta ruris honorum copia tibi manabit ad plenum, benigno cornu ruris honores appellat. ea omnia, quae ruri nascuntur. *benignus* autem valet idem, quod largus, liberalis, munificus: proprie, qui bonis & dignis largitur, interdum etiam qui indignis, tum apud M. Tull. tum apud hunc poetam, & ceteros bonos latinitatis auctores: ex quo benignitas, quae idem valet, quod beneficentia & liberalitas. M. Tull. frumentaria. *qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent.* & Offic. 1. *videndum est, ne obstit benignitas & ipsi ipsis, quibus benignè videbitur fieri, & ceteris.* Idem pro Deciotaro, *Deiotarus dicere est saluus benignè sibi à populo Rom. esse factum, & c.* iterum Frumentaria, *vt ambitiosi homines, & benigni, cum plura sonatus aestimasset, quam quanti esset annona, ex senatus aestimatione, non ex annona ratione, soluisse, ibid. benignè ac liberaliter.* orat. contra Rullum ad pop. *Gracchorum benignitas.* de orat. lib. 2. *raro datur, vt post liberalitatem ac benignitatem ab ambitu, atque largitione seingere.* Terent. in Heecra. *nilhil tibi apud me deseri patiar, quin, quod opus sit, benignè prebeatur.* Plaut. Menæchm. *Tanta ad narrandum argumentum est benignitas.* T. Lilius lib. 9. *preda erat largitor: & benignitatem per se gratiam comitate adiunabat.* Horat. Od. 29. lib. 3. de fortuna. *Nunc mihi, nunc alij benigna.* & Od. 18. lib. 2. *At fides, & ingeni benigna vena est.* & Od. 1. epod. *satis superque me benignitas tua ditavit.* & Saty. 2. lib. 1. *Quippe benignus erat: contra hic ne prodigum esse dicatur, mœuens, inopi dare nolit amico, Erigis quo duramque famem depellere possit.* ibid. *at hic si, Quia res, qua ratio suaderet, quaque modestè denuisio esse licet, vellet bonus atque benignus esse, daret quantum satis esset.* & Saty. 3. lib. 2. *vini, somulique benignus.* & Od. 2. lib. 4. *dabimisque Diuis Tura benignis.* & Od. 17. epod. *Egens benigna Tantalus semper dapis.* & epist. ad Scaenam lib. 1. *si prodesse tuus, pauloque benignus ipsum Te trahere voles.* & epistol. ad Mæcenat. 2. lib. 1. *benignè, Respondet.* Festus vult esse compositum ex bono & gignendo. notissimum est proverbium *Αμαλθείας κέρας*, id est, caprae Amaltheae cornu: quo significatur omnium rerum vbertas & copia.

HIC IN REDUCTA VALLE] vallem reductam appellat (opinor) quae sinus quosdam flexuosos, & recessus habeat: in quibus quis à ventis, & iniuria caeli tutus esse queat. sic Virg. Georg. 4. *ing. sinus scindit sese vnda reductos.* eademque repetita sunt Æneid. 1. & Æneid. 6. *Interea videt Æneas in valle reducta seclusum nemus.* & Horat. Od. 2. epod. *Aut in reducta valle magientium prospectat errantes greges.*

CANICULÆ VITABIS ÆSTVS] Canicula nimios ardores vitabis. sed de Canicula dicemus nonnulla ad Od. 13. lib. 3. ibi, *Te flagrantis atrox hora Caniculae Nescit tangere.*

ET FIDEB TEBIA] Lyra Anacreontis Teij, id est, modis & cantibus, qui Anacreontis versibus sint pares, & similes. *Anacreontis* (vt scribit M. Tull. Tuscul. quaest. lib. 4.) *tota poësis est amatoria.* de eodem sic Pausanias Atticis. Anacreontis Teij, qui maiore ex parte res amatorias scripsit, statua in arce Atheniensium prima post Sapphonem locata est, eo habitu, & statu corporis, cuiusmodi credibile est esse hominis ebrii canentis. sed de Anacreonte plura dicemus ad Od. 14. lib. epod.

DICES LABORANTEIS IN VNO PENELOPEN] canes Penelopem, & Circeam utramque vnus Vlyssis amore ardentem. Vlysses autem ex Penelope Telemachum, ex Circe Telegonium patricidam suscepisse traditum est.

VITREAM] vel splendidam instar vitri, & ita formosam: vel pellucidam, quales ab Epicuro Deos inductos esse scribit M. Tull. de diuin. 2. his verbis: *Deos enim ipsos iocandi causa induxit Epicurus pellucidos, & perslabiles, & c.* quos alibi *μυροζάμυρος* appellat: vel marinam, quod magis probò. aqua enim, corpus est *αἰσθητὸν*, vt vitri. Atque iccirco aqua, vitrea dicitur: & color aquae, vitreus, quasi pellucidus ac cæruleus. Itaque Nymphæ marinae apud Virg. 4. Georg. vellera carpunt vitreo colore fucata. sic Virg. *eam circum Milesia vellera Nymphæ Carpebant hyali faturo fucata colore.* & Horat. pontum, vitreum appellat. lib. 4. Od. 2. *vitreo daturus Nomina ponto.* Iam cæruleus, seu glaucus color diis & dcabus marinis, & fluuiis tribuitur. idem Od. 13. epod. de Thyryde: *nec mater domum Carulea te reuehet.* Virg. lib. 8. Æneid. de Tiberi. *cum tenuis glaucus velabat amictus, Carbasis & crineis umbrosa tegebat arundo.* Idem 12. *et quæ cæruleo sunt numina ponto.* Idem 5. de Neptuno, *Cæruleo per summa leuis volat aquora currus.* Idem 8. extr. de Nilo: *et rota veste vocantem Cæruleum in gremio.* alia ratione dixit famam, vitream Saty. 3. lib. 3. *quem cepit vitrea fama.* per vitream enim, fragilem significari voluit, vt famam popularem. Apud Varronem vitreum, pellucidum significat. *Quorumdam vitreae togæ ostentant tunice clauos.* Nonius in nomine vitreum.

HIC INNOCENTIS POCVLA] vinum Lesbium innocens appellat, id est, innoxium, quod, qui eo vtatur, nihil intemperanter, nihil iracundè, nihil furiosè agat: vel refer ad moderatum, ac temperatum eius usum, quod idem tamen de ceteris vinis dici potest.

DVCES] bibes, hauries. sic Plautus Amphit. *eam ego, vt matre fuerat natum, vini eduxi meri:* id est, ebibi. sic Horat. Od. 12. lib. 4. *sed pressum Calibus ducere Liberum si gestis.* & Od. 3. lib. 3. *lucidus Inire sedes, ducere neclari succos.* non dissimile est illud Od. 1. lib. 4. *Illic plurima naribus Duces thura.* & verbum compositum obducere. Cicer. Tuscul. 1. de Theramene, *qui cum coniectus in carcerem triginta missis tyrannorum venenum, vt sitiens, obduxisset, reliquum sic è poculo eiecit, vt id resonaret.* & ita quidam intelli-

intelligendum putant locum illum. i. epist. lib. 1. ad Attic. *qui sic inopes & ab amicis, & ab existimatione sunt, vt mihi videatur non esse ἀδύνατον Curium obducere,* id est, non videatur esse ἀδύνατον æquo animo ferre etiam Curium competitorem. sic P. Victorius Florentinus explicat. tralatio ducta est à medicamentis liquidis, quæ ægri exferebere solent, vt conualescant. vnde nata sunt illa genera loquendi, exferebere & deuorare molestiam.

NEC SEMELEIVS CVM MARTE] tum cõfundit Bacchus cum Marte proelia, tum à vino & poculis, ad ferrum & arma venitur: vel cum vino simul, & ferro certatur, quale fuit Lapitharum, & Centaurorum conuiuium. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Georg. 2. *ille iuuentis Centauros, & c.*]

THYONEVS] sic dictus est Bacchus *Ἐπὶ τῆς θυόνης τῆς Σεμέλης.* Nam Semelen Pindarus Thyonen appellat *Πυθ. εἰδ. γ. ἀπὸρ λευκωλένης γὰρ ζωὸς πατήρ ἠλυθῆι ἐς λέγος ἡμερῶν Θυόνης.* Verum Thyonen rursus dici volunt *Ἐπὶ τῆς θυόνης*, quia Bacchus in choris concitatus feratur, & furat. Interpret. Apollon. argon. 1. *τὸ Σεμέλει θυόνῃ κελῶσιν, ἐπειδὴ Αἰγύλιος ἐγκλον αὐτῷ παρείστη γαίης οὐσας, καὶ σῆμα ζωιδόλι,* id est, Semelen, Thyonen nominant, quoniam Æschylus prægnantem, seu grauidam eam induxit, & diuino numine afflatam.

SVSPECTA] tu suspecta Cyro, videlicet suspicanti alium abs te amari.

NE MALÈ DISPARI] ne tibi tuo malo, dispari, vel miserè & valde dispari viribus, id est inferiori, imbecilliori, & c. Alij sic: non respondenti in amore. sed coniunge male, cum verbo *injiciat*, vt paullo post dicemus.

INIICIAT MANVS] iniicere manus non est inferre. hoc enim semper cum vi intelligitur: illud autem etiã sine vi esse, & intelligi potest. vt M. Tull. pro Q. Roscio com. *hic mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere, & commorari coëgit.* Et dominus apud Iuriconsultos, rei suae manus iniicere dicitur, cum eam apud alium possessorem repertam, apprehendit, & vendicat. ex quo manus iniecitio apud eosdè. Paterculus lib. posteriore, *secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui scribenti manum injicit, & quamlibet festinantem in se morari cogit.* hoc loco autem nomen, *incontinentis*, adiectum, videtur augere vim verbi. Quin mihi magis placet, quod Passeratius nuper mihi dixit in sermone, videri malè coniunctim esse intelligendum cum verbo *injiciat*: vt malè iniiciat intelligamus, immaniter, & scelcratè iniiciat. quam sententiam adiuuant hi Tibulli versus. *Non ego te pulsare velim: sed venerit iste si furor, optarim non habuisse manus.* Idem, *Ab lapio est, ferrumque, suam quicumque puellam verberat: è calo deripit ille deos.* sic alibi malum pro scelerato & impio vsurpatur. Hor. Od. 12. lib. 4. *quod malè barbaras Regio est vltia libidines.*

CORONAM] corollam è floribus. solebant enim vti coronis in conuiujs antiqui. quae de re & supra diximus, & dicemus plura ad Od. 11. lib. 4. verumtamen etiam ex Lucretio, hoc intelligere licet lib. 3. *Hoc etiam faciunt, vbi discubere, tenentque Vocula saepe homines, & inumbrant ora coronis.* quod item declarat versus ille, quem citat Athen. lib. 3. ex Arcestrato. *Αἰεὶ δὲ τρεφόμενοι καὶ ἐπὶ τῶν δούτων πινέμεν.*

IMMERITAMQVE VESTEM] quae nihil comeruit, quam obrem ab amante Cyro irato scindatur. Satyr. 3. lib. 2. *Culpantur frustra calami, immeritisque laborat Iratus natum paries diis atque poetis.* Virgil. moreto. *Immeritòque furens dicit conuicia fumo.* Terent. Adelph. *Discedit vestem: resarciatur.*

AD QVINCTILIUM Varum. Od. 18.

ARGVMENTVM.

Vini potu moderato hilarari animum: immoderato, rixas excitari.

NULLAM, VARE, sacra vite prius seueris arborem Circa mite solum Tiburis, & mænia Carili.

** Siccis omnia nam dura Deus propofuit: neque Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines. Quis post vna grauem militiam, aut pauperiem crepat Quis non te potius Bacche pater, terque decens Venus?*

At, ne quis modici transiliat muneris Liberi,

Centauræa monet cum Lapithis rixa super mero

*Debellata: monet * Sithoniis non leuis Euius:*

*Cum fas, atq; nefas exiguo sine libidine Discernunt * auidi. non ego te candidè Bassareu*

*Inuitū quatiā: nec variis * obsita frondibus*

Sub diuum rapiam. saua tene cum Be-
recinthio
Cornu tympana : qua subsequitur ce-
cus amor sui,
Et tollens vacuum plus nimio gloria
verticem,
Arcanisque fides prodiga, * perlucidior
vitro.*

NULLAM VARE SACRA] hic versus ex Alcaeo expressus est. Μυδεν άλλο φρεύσης αεύτερον δειδρον άμπελων. MITE SOLVM] mite, quia vna in eo nate mites sunt, seu quia miteis vna effert. Virgil. Georgic. 1. Heu male tum miteis defendet Pampinus vna. ab eodem miteis vindemia dicta, lib. 2. extr. Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. CATILI] Virgilius geminat literam I. Tum gemini fratres Tiburtia limina linquunt, Fratris Tibur- ni dictam cognominis gentem, Catillisque, ac etque Coras. sic Horat. inf. Od. 21. lib. 3. in nomine Apullicu geminat I. SICCI] sobriis, vino nequaquam madidis. vt Od. 5. lib. 4. dicimus integro sicci mane die. & epistol. ad Mæcenat. 3. lib. 1. forum, putesdique Libonis Mandabo siccis, adimam cantare seueris. & M. Tull. contra Rullum in Senatu, Virium esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia videntur? & Aca- dem. quaest. lib. 4. dormientium, & vinolentorum, & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quam vigilan- tium, siccorum, sanorum. & Plaut. in Persa, tamdiu factum est, cum bibimus: nimis sicci sumus. MORDAES] sic curas edaceis appellat Ode 11. lib. 2. dissipat Euius Curas edaceis. Græci γυμώδης, & θυμωδής μελεδώνας nominant, quasi membra rodentis, & animum morden- teis: & θυμωλγής, & θυμωδός.

GRAVEM MILIT. AVT PAUPER. CREPAT?] id est, quis potus militiae, aut pau- pertatis incōmoda queritur? quis de militia & paupertate loquitur, vt oneribus grauib, & nō ferendis? duobus codicib. calamo scriptis recla- mantibus, qui habent, increpat, crepat excudendū curavi, vnum Vaticanū secutus, in quo scriptū est, increpat, alia manu, vt facile appareat initio, crepat, scriptum fuisse. Præterea Nonius Marcel- lus docet, crepare hoc loco valere, queri, & dolo- re, citatque & hunc versum Horatij, & alterum Lucret. lib. 2. Et crepat, antiquum genus, vt pietate re- pletum Perfacile angustis toleraret sinibus auum. sed simpliciter dici potest, crepare, per translationem quādam sermonis, esse assidue aliqua de re lo- qui, semp̄que eam in ore habere. quemadmo- dum in epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. saluos & vinea crepat mera, & in epist. ad Pisones de aite. Aut im- munda crepent, ignominiosaque verba. & Satyr. 3. lib.

2. si quid stertinus veri crepat. & ita versus, qui deinceps sequitur, Quis non te potius, &c. facilli- me poterit explicari, hoc modo, Quis post vina militiam, aut paupertatem habet in ore? quis non potius Bacchum, & Venerem crebris vltur- pat vocibus, ac sermonibus? Tale est illud Theo- gnidis: Eί πίομαι, πείνης θυμοφθόρου οὐ μελεδών- να, οὐδ' αὐδρῶν ἐφρών, οἱ με λέϊσει χερσῶς, id est, si bibero, paupertatem animorum pestem non curo: neque inimicos & maleuolos homi- nes, qui mihi maledicunt.

AT, NE QVIS MODICI] At, ne quis su- pra modum bibat, monet Centaurorum, & La- pitharum pugna in poculis orta, & cōmissa, &c. sic Theognis, Οἱ δ' αὖν ὑπερβάλλη πόσιος μέ- βρον, οὐδ' ἐπὶ κένος τῆς αὐτῆς γλώσσης κερτερός, οὐδ' ἔγος. quorum versum hæc ferè sententia est, Qui autem bibendi modum superarit, neq; ille iam linguae suae, neque mentis compos est. idem, Αφρονος ἀνδρὸς ὁμῶς, καὶ σάφρονος οἶνος ὄ- πται δὴ Πίνῃ; ὑπερ τὸ μέτρον, κίερον ἔθηκε νόον, id est, Cūm vinū supra modū haustū fuerit, stul- ti peraeque & intelligentis mentem leuem ac mobilem reddidit. citantur & hi versus ab A- then. lib. 2. Πάσαι δ' ἐκ καρδίας αἰσῆαι ἀνδρῶν ἀ- λαπάζει Πινόδρος καὶ μέτρον, ὑπερ μέτρον δὲ χερσῶν, id est, Vinum modicè potum omneis ex animo molestias abigit, ac dissipat: sin im- modicè hauriatur, malum est. huc pertinent & ver- sus Anacreont. qui citantur item ab Athen. lib. 14. Οὐ φίλος, ὃς κρατῆρα ὠδύπλω οἰνοποτό- ζων Νέμεα, καὶ πόλεμον διακρούοντα λέγει. Αλλ' ὅτις μουσῶν τε, καὶ ἀλκὰ δῶρ' Αφροδίτης Συμ- μίσγων ἑραπῆς μνησκεία ἐφροσύνης, id est, non est mihi gratus, qui ex pleno cratere vinum im- moderatè hauriens contentiones & bellum la- crymosum narrat: sed qui musarum & Veneris munera temperans, & commiscens, nihil præter lætitiā, & hilaritatem in ore habet.

CENTAVRĒA MONET CVM LAPI- THIS] Pirithous Ixionis, & Diæ filius, epulum nuptiale Centauris, vt sibi necessitudine coniu- ctis, præbuit. Cūm fugisset autem eum Marti sa- crificare, Deum illum irritauit, sibiq; infensum, atque inimicum reddidit. Ita Centauri plus ni- mio poti sibi ipsi temperare non potuerūt, quin ingenio suo indulgentes Lapitharum vxoribus vim inferre conarerūt. Lapithæ autem hęc tam atrocem iniuriam, & contumeliam iniquo ani- mo ferentes, atq; vlcisci volentes, magnas Cen- taurorū strages ediderūt. Antinous apud Hom. ἰλιάδ. φ. malus auctor quidem ille, sed tamē hac parte verus, deterrere Vlyssum volens, ne arcum illum difficillimum ad inflectendum, intendere conaretur: hanc Lapitharum & Centaurorū hi- storiam profert, dicens, Vlyssēm immodico vini potu impulsū, & mente captū, vt illos, rem- suis viribus imparem suscipere, ac tentare. Οἱ- νόσ σε τρώει μελῶδης, ὃς τε καὶ ἄλλοι Βλάπτει, ὃς αὖ μὴν χερσὶν ἔλκη, μὴδ' αἶ σιμα πῆνη. Οἶνος καὶ Κένταυρον

Κένταυρον ἀγαλῆναι Εὐρυπύωνα Ἀσσει ἐν με- γάλῃ μεθαθύμῃ Πειρῆσιοῖο εἰς Λαπίθας ἐλ- θῶν, ὃδ' ἐπὶ φρένας ἀσσει ὄρω. &c. M. Tullius oratione in Pisonem, consulum perotationem cum Lapitharum & Centaurorum conuiuio cō- parat. sic ille, Quod quidem istius in illis reip. lucubus synopsium, quasi aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebatur. Centaurū Pindarus ex Ixio- ne & nube Iunonis similitudinem gerente na- tum facit: eoque loco hanc Centaurorū & La- pitharū pugnam multis verbis persequitur in- terpres: quam in templo Theci depictam fuisse scribit Plutarchus in Theico. lege & de eadem Hesiodi Apudem.

RIXA SVPER MERO DEBELLA- TA] rixa in conuiuio armis & ferro dijudicata. Verbo d. bellandi crebrō vitur T. Liuius, sed im- personally, vt loquuntur Grammatici: & in- terdum absolūtē.

MONET SITHONIIS NON LEVIS E VI V S.] monet & Bacchus, qui à Thracibus summa religione colitur: quem non contem- nunt Thraces Lycurgi exitio docti, vel, quem sepe sibi habent iratum, cūm plus æquo poti, quicquid sibi libet, etiam licere putant.

SITHONIIS] id est, Thracibus. Ode 26. libr. 3. Memphis cauentem Sithonia nibe. Euium au- tem Bacchum esse appellatum à voce bacchan- tium εἰώτ, cūm sit notum, de ea re non dicam plura.

CVM FAS, ATQVE NEFAS.] cūm fas, & nefas non iure, nec ratione, nec honestate, sed sua libidine discernere, ac metiri volunt: quod cūm fit, res inter se maximè dissimiles, ac cōtra- riæ facile miscentur, & confundūtur. Libido e- nim omnium rerum discrimen, ac delectum tol- lit, resque maximè inter se distinctas, ac diuer- sas coniungit, & exæquat, nedum tanquam fi- nis, ac terminus fas, & nefas discernere, aut di- stinguere queat.

AVIDI] libidine inflammati. aliter auidos nau- ras dixit Od. 28. huius lib. & saty. 3. lib. 2. auidum heredem. & coniuinas auidos. saty. 5. lib. 1.

NON EGO TE CANDIDE.] candide, li- ber, simplex, aperte, verax, sincere. Od. 11. epod. candidum Pauperis ingenium. & saty. 5. lib. 1. anima, quales, neq; cādidiores Terra tulit. & Ode 14. epod. candide Mæcenus. & epist. 6. lib. 1. epist. si quid nouisti D rectius istis, Candidus imperti: si non, his utere tecum.

INVITVM QVATIAM] sacra Bacchi maxima, occultissimaq; religione contineri, re- conditissimaq; in eis mysteria subesse scribunt boni auctores. huius igitur loci hæc sententia est, te inuitum non commouebo, non te exagitabo. (nemo enim te laceffit impune) neque tua sacra pampinis inuoluta proferā in lucem, aut diuul- gabo: neque res vllas arcanas, & reconditas en- nuntiabo. quod valet, non progrediar bibendo vsq; ad ebrietatē. nam qui immoderatè bibunt, & nimio vini potu fiunt ebrii, res arcanas & re-

conditas ac tacendas enūtiare ac vulgare solēt. inuitum autem dixit, quia quamuis Bacchus non inuitus munera sua largiatur hominibus, inui- tus tamen eos vino obrui, & ebrios fieri videt. [Licet etiam hæc ad sacrorum Bacchi confue- tudinem referre, quam exponit Seruius ad illū locum Virg. Æneid. lib. 4. qualis commotis excitat sa- cris Thyas, &c. his verbis. Commotis sacris idē dixit, quia in sacrorum renouatione commouebantur simula- cra. vnde Horatius, non ego te candide Bassarēn, Inui- rum quatiām. Bassarēum autem Bacchum dictū volunt à Bassaris: de quibus magna quæstio est. Alij enim eas Bacchi nutrices fuisse dicunt, di- ctas ὠδὸν τῶν βάσων καὶ ἀρών, propter insaniam scilicet, caldēmq; Lydas, Macetas, & Mimallo- nas esse nominatas: alij bassaras, calcos fuisse volunt, alij vestimenti genus, vt dicemus ad Od. 25. lib. 3.]

NEC VARIIS OBSITA.] id est, obdu- cta, operata. obserere enim hoc significat per tra- lationem. Plautus in Trinummo. hem istic oportet obseri mores malos, si in obserendo possint interficier. Or- gia autem significat.

SVB DIVVM RAPIAM] diuulgabo, a- periam. ordō, nec sub diuum rapiam tua sacra variis frondibus obducta.

SÆVA TENECVM BEREICINTHIO] diximus suprā ad Od. 16. tympana, cymbala, cornua in sacris Cybeles, & Bacchi adhiberi so- lita, eadēque ferè religione, & eodem ritu v- traque culta esse. qua de re, qui plura scire volet, legat Clementis Alexandrini πρόμια το. Tu igitur Bacche, tympana, & cornua tua, quæ impios ad insaniam adigunt, contine, & comprime: ne pātere, me ad insaniam immoderato vini potu adigi, quemadmodum tuæ Bacchæ audito tuo tympano, & Bereicinthio cornu, furore præcipi- tes aguntur.

QVA SVBSEQVITVR CÆCVS A- MOR.] hi sunt vini intemperantiūs poti comi- tes: cæcus amor sui, quem Græci φιλαυτία, no- minant: arrogantia, atq; insolentia caput altius, quàm par est, attollens: linguae incontinentia, seu lingua soluta, atque expedita ad res arcanas, fideique commissas, enuntiandas ac diuulgan- das.

[ET TOLLENS VACVVM] profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Æneid. 9. Pēg, ca- pus Romuli venit, &c. vbi tamen legitur Et tollens mendosē, opinor.]

ARCANI QVE FIDES PRODIGA.] fides parūm certa, & constans in tacendis cōsi- liis occultis, atque arcanis: fides effusa in effe- rendis, & prodenis rebus tacendis. sic locutus est suprā Od. 12. animaq; magna Prodigium Paullum, & epistola 2. ad Mæcenatem libr. 1. neque multa prodigis herba.

PERLUCIDIOR VITRO.] idem dicit, quod iam satis significat: fides perlucidior vitro: id est, fides non continens clausa consilia sibi

commiffa, fed ea omnibus aperiens, & indicās. aptiffima autem vitri fimilitudine vſus eſt ad ſignificandam eorum leuitatem, ac perfidiam, qui conſilium aliquod occultū ſibi cōmiſſum continere, & tegere non poſſunt. Quemadmodum enim vitri natura, quæ perlucida eſt, nihil carū rerum, quibus imponitur, occultare, aut tegere ſolet: immo eas perſpicuas, & aſpectabiles, omniumque oculis expoſitas relinquit: ſic ingenia vana, & futilia, nihil rerum occultarum clauſum habere poſſunt, ſed eas non ſolum lingua, verum etiam fronte & vultu aperiunt ac declarant. Ad hunc locum pertinet illud Od. 11. epod. *Simul calenti inuerecundus Deus Arcana promerat loco.* & fat. 4. lib. 1. *Condita cum verax aperit praeordia Liber.*

DE GLYCERA

Od. 19.

ARGVMENTVM.

Se illius amore vri.

MA TER ſaua Cupidinum,
Thebanaq; iubet me Semela
puer,
Et laſcina licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Vrit me Glyceræ nitor
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium* lubricus aſpici.
In me tota ruens Venus
Cyprum deſeruit: nec patitur Scythas,
Et verſis animo ſum equis
Parthum dicere: nec quæ* nil attinent.
Hic vinum mihi* caſpitem, hic
Verbenas pueri ponite, turāq;
Bimi cum patera meri.
Maſtata veniet lenior hoſtia.

MATER SAUA CVPIDINVM] multos eſſe vni? Venereis Cupidines à nemine (quod ſciam) traditum eſt. Philoſtratus autem multitudine illam Cupidinum mala carpentium (ne quis fortè miretur) Nympharum ſubolem eſſe dicit his verbis: *εἰ δὲ τλήθῃς αὐτῶν* (inquit) *μη γαυμάσῃς. Νυμφῶν γὰρ δὴ πᾶσις οὐτοι.* Quam-

obrem autem Lucianus dialogum quendam inſcripſerit, *Ερωτες*, ex eius dialogi lectione intelligi, quàm à me doceri, malo. hic verſus iteratur Od. 1. lib. 4.

THEBANAEQUE IYBET] Cadmus Rex Thebarum: eius filia Semela. Heſiod. in Theog. *Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε Φοῦδιον ἕβον Μιθῆϊσ' ἐν Φιλότιπῃ Διόνυσον πολυμήθεα.* id eſt, Cadmæa autem peperit clarum filium Dionyſum valde hilarum congreſſa cum Ioue. Iam Semelen complexu Iouis grauidam, & ad parendum vicinam, dolis Iunonis circumuectam, atq; inducã petiſſe à Ioue, vt ea ad ſe ſpecie, eoque habitu ventitaret, quo fuerat rùm, cum primùm Iunonis nuptias expetiuerat: Iouem autem, qui ei pollicitus erat, ſc, quicquid illa peteret, conſeſſurum, in curru ad eam veniſſe cum fulgure, & fulmine, illamq; metu exanimatam eſſe, vel (vt alij volunt) fulmine conflagraſſe: Bacchum verò eſt flamma ereptum, in Iouis femur coniectum, & inſitū eſſe, docet Euripides in Bacchis. aliquot libri veteres habent *iubent*. paulò poſt omnes ferè *semela*, non vt vulg. *semela*.

FINITIS ANIMVM REDDERE AMORIBVS] id eſt, referre animum ad amores, quibus finem conſtitueram. aliter dictum eſt illud ſuprà, *animumq; reddas*, Od. 16.

SPLIDENTIS PARIO MARMORE] de Pario marmore ſic Strabo lib. 10. *ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἢ Πάριος λίθος λεγομένη ἀέριση πέτρα πλεῖο μαρμαρογλυφίαν.* In Paro eſt Parius lapis, qui dicitur eſſe optimus ad marmoris cælaturā.

GRATA PROTERVITAS] qui ſunt exercitati in rebus amatoriis, dicunt ingenij ferocitatem, feruorem, & proteruitatem in puella, modestia, & pudore, & taciturnitate gratiorem eſſe. ſic Od. 5. lib. 2. *Iam proterua fronte petet Lalage maritum.* Od. 25. huius libri, *iuuenes proterui*, per tranſlationem autem Od. 26. huius lib. *uentos proteruos* nominat. & Od. 16. epod. *proteruum Ἀφίειν*. [Seruius ad illum Virg. locū Alex. *triftis Amarillidis iras*. hunc locum profert, & videtur proteruitatem, interpretari iram non veram: quæ aliquid gratiæ (inquit) habere conſuevit.]

LUBRICVS ASPICIT] lubricus ad aſpicendum, quem difficile ſit ita conſtanter, & cōtinenter aſpicere, vt Glyceræ complexū nō expetas. qui aſpicientem percellere ſolet. & tralatio ducta eſt à via lubrica, in qua inſiſtere, aut ingredi ſine caſu aliquo, vel prolapſione egrè quiſquam poteſt. nōnulli ſic: cuius ſplendorem oculi ferre non poſſunt, quod non diſplicet: alij vultum aſpici lubricum, politiſſimum, nitidiſſimum, & pulcherrimū interpretantur. nihil preterea. animaduertendum autem hoc loquendi genus *lubricus aſpici*, à Græcorum conſuetudine ductum. de quo ad Od. 8. lib. 4. dicemus.

CYPRVM DESERVIT.] Cyprum, vbi religioſiſſimè colitur, & cuius eſt præſes, cuſtos & domina, vt ſuprà Od. 3. hoc loco autè ſtudium

ſum adoleſcentem admonere volo de eo, quod tradit interpres Homeri *ἰλιόδε*, cur Venus Cypris dicatur, recentioribus hominibus non eſſe notum. Ait enim ille Cyprin dictam ab Homero, quaſi *κόπρον*, propterea quòd ſine Venere, id eſt, ſine concubitu, & complexu venereo mulieres grauida non ſiant. Induxit autem (inquit ille) & decepit Heſiodum, ceteròſq; poetas Homero poſteriores, id, quod ait Homerus *ἰλιόδε, θ. ἢ δ' ἄρα. Κύπρον ἵκανε φιλομειδῆς Ἀφροδίτη.* ex illis verbis enim exiſtimarunt Venerem in Cypro eſſe natam. ſed eò (inquit) profecta eſt, quia ibi colitur. nō cōtinuò autem ſi quis Deus aliquo in loco colitur, in eo quoq; natus eſt. Ita nunquam ab Homero Apollineum Delium, aut Pythium eſſe appellatū, quamuis ſciat Homerus vtroq; in loco cum ſanctiſſimè coli, cōplāque ei religioſiſſima eſſe conſecrata. Omnia autem ſecè deorum epitheta apud Homer. vel ab animi affectibus, vel ab actionibus, vel ab iis, quæ ad corpus pertinent, deducta ſunt: vt *Ἀπόλλων ἐχάτησελέτης, & ἐκβάλος & ἐκέρχρος γλαυκῶπις Ἀφροδίτη. λευκώλενος ἦρι. ποδὸδρακτύλος ἦας. λευκόσφυρος ἦρι. νεφεληγερέτα Ζεὺς. Ἀρης βροτολογος. Ποσειδῶν ἐνοσίχμοος, & κωκυλλήτης,* id eſt, Apollo iaculator, & longè iaciens, & procul à ſe arcēs: Pallas glaucis oculis, ſeu horribili aſpectu: Iuno candidis vlnis: Aurora roſeis digitis: Hebe candidis talis, ſeu calcaneis: Iupiter nubiu congregator. Mars mortaliū peſtis ac perniciēs. Neptunus terræ concuſſor, & glauca caſarie.

ET VERSIS ANIMOSVM EQVIS PARTHV M] Parthos fugienteſ ex equis pugnare traditum eſt: ſic Ode 13. lib. 2. *Miles ſagittas, & celerem fugam Parthi: catenas Parthos, & Italum Robur.* repetèdū verbum, perhorreſcit *ἐπὶ καὶ οὐδ'.* & epiſtola ad Auguſt. lib. 2. *Iſte ego, qui nullos me aſſirmo ſcribere verſus, inuenior Parthi mendacior.* de quo loco, ſuo loco. Virg. Georg. 3. *Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.* Cicero ad Papir. Pætum, iocans, *Itaque obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima. contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inueniri poſſe.* Quidam legunt hoc loco, *Nec verſis.* quam ſcripturam quamuis nuſquam repererim, non improbo tamen. Sed receptam ſequor. nam copulatio, *Et*, pertinet ad nomen *Scythas*, non ad verbum *patitur*. ſic Ode 12. lib. 2. *Nec ſauos Lapithas, & nimium mero Hyleum.*

NEC, QUAE NIHIL ATTINET] Venus non patitur me bella ſcribere, nec Scythas, nec alia id genus, quæ nihil ad amorē attinent.

HIC VIVVM MIHI CAESPITEM] aggreſſitur ad Venerem ſacrificio placandam, vt faciliùs eius puellæ, cuius amore vritur, cōplexu potiatur. viuus ceſpes autè interdū arq; locū obtinet, maximè in rebus ſubitis, & longiorē morā non ferentibus, vt Od. 8. lib. 3. *poſitūque carbo in Caſpiae vino.* Verbenarum quoque in ſacrificiis

vſus erat, & ad aras adhibebatur. Terent. in Andria. *ex ara ſume verbenas.* & Od. 11. lib. 4. *ara caſtris Vinſta verbenis.* *Sagmina* (inquit Feſtus) *vocantur verbenas, id eſt, herba pura, quia ex loco ſancto arceſſebantur à conſule, pratorēve, legatis præſiſcentibus ad ſacras faciendum.* Quin etiam frondeis feliceis, vt laurum, myrtum, olium, verbenas appellabāt veteres, & his aras coronabant: Præterea tus adolebant, & vinum è patera libabant: quæ omnia hic enumerantur. Viuum autem caſpitem intellige virentem: ſeu cuius herba adhuc viridis eſt, & terræ humore alicur. Contra Homerus *ἰλ. 1. Flammam arfactam ſeu marcefactam eſſe dicit, quæ exſtincta eſt, Ἀυτὰρ ἐπεὶ καὶ πῦρ Σιάη καὶ πῦρ ἐμακρόν.*

MACTATA HOSTIA] id eſt, poſtea quàm maſtata fuerit hoſtia. Scio aliter explicare Eraſmum, & referre hoc in proverborū numerum, *lenior maſtata hoſtia*, pro homine facili & maſtato. ſed errat. VENERIT] Glyceræ.

AD MÆCENATEM.

Od. 20.

Inuitat cum ad conuiuium minimè ſuntuoſum.

Vſe potabis modicis Sabinum
Catharis, Græca quod ego ipſe teſta
Cōditum* leui, datus in theatro
Cum tibi plauſus,
Care Mæcenas, eques: *vt paterni
Fluminis ripa, ſimul & iocofa
Redderet laudes tibi Vaticanani
Montis* imago.
Cacubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vnam. *mea nec Falerna
Temperant vites, neque Formiani
Pocula colles.

VILE SABINVM] vinum Sabinum, id eſt, non admodum magni pretij. epiſt. 12. libr. 1. Vilem amicorum annonam eſſe dicit, vbi quid deceſt viris bonis. epiſt. 15. *omaſum vile.* & 1. *Vilius argentum eſt auro.* Saty. 1. lib. 1. *vilem aſſem.* Saty. 11. lib. 2. *vilibus onis.*

GRÆCA TESTA] cōdebant vinum in teſtis, id eſt, amphoris, ſeu cadis fictilib, antiqui? quarum optimæ erant, quæ ſingebatur in Græcia. propterea Græcam teſtam dixit. Græcam autem vel Cumanam, vel Samiam intellige. huc pertinet illud Od. 14. lib. 3. *ſpartacum ſi qua potuit vagantem Fallere teſta.* & Od. 21. eiufdem. *O nata*

meum consule Manlio, &c. Fallitur autem qui testam, dolum interpretantur, quamvis dolia, fictilia fuisse, non negem.

LEVI] leui à verbo lino, id est, picavi, vel gyro obduxi. hinc relino. Ter. in Heaut. relesu dolia omnia, omnes serias.

DATVS IN THEATRO CUM, &c.] tempus notat notum est autem, claros, & gratiosos, & bene de rep. meritos viros, nisi forte aliqua invidia laborarent, à populo ludos spectante solitos esse plausu excipi: factiosos contra, & inuidiosos, sibilis. M. Tull. pro Sextio. In hunc confesum P. Pectius tribunus pl. cum ageret nihil aliud in eo magistratu, nisi meam causam, venit, ac se populo dedit, non plausus cupiditate: sed ut ipsi inimici nostri voluntatem uniuersi populi viderent. Venit (ut scitis) ad columnam Meniam. tantus est ex omnibus spectaculis usque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunquam maior consensus, aut apertior populi Ro. uniuersi fuisse vlla in causa diceretur. ad quem morem referendum est illud Saty. i. lib. i. populus me sibilat: ac mihi plando ipse domi, simulac nummos contemplor in arca.

VT PATERNI FLVMINIS] Etruscii fluminis, id est, Tiberis: Mæcenas enim Etruscus erat origine, & à regibus Etruscis prognatus, vt diximus supra ad Oden primam, Mæcenas atavis edite Regibus: quod & Prop. docet. lib. 3. Mæcenas eques Etrusco de sanguine Regum. Tiberis autem ab Etruria fluit.

IOCO SA IMAGO] echo, vt sup. Od. 12. CACUBVM] vinum subintell. vinum Cæcubum etiam ab Athenæo commendatur lib. i. his verbis: εὐγενὴς δὲ καὶ ὀψύχουτος, παλαιοὶ δὲ εὐτονος, παλαιστὰς δὲ μετὰ ἰκάνητι. generosum autem etiam est Cæcubum, sensum pungens, ac feriens, vehemens. colligit autem vetustatem post aliquam multos annos. scriptum est etiam in nonnullis codicib. Cæcubam, vt pertineat ad nomen, vnam.

ET PRÆLO DOMITAM CALENO] de vino Caleno idē Athen. eod. lib. ὁ Καλιεύς, καὶ φος, τὸ φάλερνον ἐστὶν αὐτῶν, id est, vinum Calenum, ventriculo vtilius, quàm Falernum. Od. 31. huius lib. Premant Calena fulce, quibus dedit Fortuna vitem. Calenum autem à Calibus dictū, quod deducta est Colonia à Romanis, vt scribit Paternulus lib. i. [Vuam pro vino posuit, vt docet Seruius, ad illum Virgilij versum, Georg 2. Et turpeis auibus prædam fert vna racemos.]

MEA NEC FALERNÆ TEMPERANT] nec Falernæ vites, nec Formiani colles mea pocula temperant: id est, pocula mea non sunt temperata vino Falerno, neque Formiano. lege quæ annot. ad Od. 8. sup.

IN DIANAM, ET Apollinem. Od. 21.

Sæculare Carmen.

DIANAM teneræ dicite virgines: Intronsum, pueri, dicite Cynthium,

Latonamq; supremo

Dilectam penitus Ioui.

Vos latam fluminis, & nemorum coma,

Quæcūq; aut gelido prominet* Algido,

Nigris aut Erymanthi

Siluis, aut viridis* Cragi:

Vos Tempe totidem tollite laudibus,

Natalémq; mares, Delon Apollinis,

Insignémq; pharetra,

Fraternaq; humerum lyra.

Hic bellū lacrymosum, hic miserā famem,

Pestémq; à populo, & præcipe Casare in

Persas, atque Britannos

Vestra motus ager prece.

DIANAM] carmen est sæculare Διογενή-
παιον, id est, comparatum ad mala impendētia, seu alioqui timenda, auertēda: ad Apollinem & Dianam. Hi autem dij offensi & irati, horribiles & formidolosi sunt. exanimant enim & interimunt: Exemplo est Niobe, cuius liberos mares quidem Apollo, feminas autē interfecit Diana. Hom. ὄδου: α. Ελλην ἀργυρότοχος Ἀπόλλων Ἀρ-
πέμει δὲ ἐπὶ Οἷς ἀργαίοις βελέεσσι κατέβηκε. Præterea Apollo, qui idem Phœbus est, & sol, annum metitur: Diana, quæ eadē est luna, menstruum spatium conficit. & ita hi dij temporum omnium aternitatem regunt & continent. Hoc igitur carmine puellæ Dianam, pueri mares Apollinem placare ab Horatio iubentur, vt bello composito, & sedato, pacem atque otium: fame discussa, & profligata, frugum vbertatem & rerum omniū copiam: peste depulsa, calis salubritatem, & corporum valetudinem populo Rom. imperrent. Deniq; si cui huius carminis sententia videbitur obsecrator, legat aliud carmen sæculare, quod est post epod. Confirmito, illius carminis lectiōnem multum ad hoc, lucis allaturā. Verūm non est omittendum, Apollinem apud Homerum semper fauere Troianis. Itaque Parisidis sagittam in Achillis eam corporis partem, quæ vulnerabilis esset, direxit. Virg. libr. Æn. 6. princip. Phœbe grauis Troia semper miserate labores, Dardana qui Parisidis direxisti tela, manūsq; corpus in Æacidae. Merito igitur orant eum Romani, qui ab Æneā orti sunt.

INTONSV M

INTONSV M] ἀνεροσεύουσι. Od. 15. epod. In-
tonsofque ageret Apollinis aura capillos. Tibull. lib. 3.
Zanir: sic tibi sunt intonsi Phæbe capilli.

LATONAMQVE SVPREMO] Hesiodus Latonam quartam numerat Deam cum qua Iupiter Titanibus deuictis, regnōq; pacato, concubuerit. Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἰσχυρῶν ἱμερόεντα γόνοι πέτρῃ πάντων οὐρανίωνων Γέ-
νεται ἄρ Διὸς ἁγίου Διὸς Φιλότιπι μὲν ἄσπετον.

VOS LATAM FLVVIIS, ET NEMORVM] id est, vos virgines dicite Dianam latam fluminis, &c. id est, quæ fluminis delectatur, & arborum frondibus. coma autem lego, non comam, vererum codicum au thoritatem fsecutus, duorum Vatic. Iannoct. Vrsini, Faer. Tornes. Nicotian.

NEMORVM COMA] arborum frondibus, vt Od. 3. lib. 4. Et spissa nemorum coma. & Od. 7. redeunt iam gramina campis, Arboribusq; coma. & Catull. de faelo: nam Cytorio in iugo Loquente sepe sibilum edidit coma.

ALGIDOM] Algidum (inquit Strabo) πόλι-
γγιον, id est, vrbis parua est inter Tusculum, & montem Albanum: & mons eiusdem nominis. vide Od. 4. lib. 4. & 23. lib. 3.

ERIMANTH] Erimanthus Arcadiæ flui-
uius, vt scribit Mela, & mons eiusdem nominis.

CRAGI] seu Cragi: nihil refert. est autem Cragus (inquit Strabo 14. lib.) mons, & oppidum in Lycia.

VOS] mares, quod sequitur versu proximo. TEMPE] Tempe Thessalica. de quibus sup. Od. 1. & inf. Od. 1. lib. 3. Non Zephyris agitata tempe.

TOLLITE LAVD.] ferte laudibus, laudate.

NATALÉMQVE DELON.] in qua nati sunt Apollo & Diana: qua de re sic M. Tullius libr. Accusat. 3. ne postea quidem potuisti accipere id, quod est proditum memorie, ac literis: Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad parendum vicina, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem, Dianamque peperisse, &c.

FRATERNÁQVE] & tollite laudibus Apollinis humerum insignem lyra fraterna, id est quam à Mercurio fratre accepit, vt supra diximus ad Oden 10. Mercurius enim fratri Apollini pro bobus ab eo furtim ablatis lyram reposuit: ex quo ευστάσις Apollo dictus ἄπο τῆς καὶ βόας ἀορτήρος. sed rursus Apollo Mercurio virgam dedit ad vaticinandum magnam vim habētem. Vnde ευστάσις est nominatus. [Profert hunc locū Seruius ad illum Virg. Æneid. 4. Tum virgam capit.]

BELLVM LACRYMOSVM] πόλεμον δακρυόεντα, vel πολὺ δακρυῶν. Homer. ἰλιάδ. γ. πολὺ δακρυῶν Ἄρπη, lacrymosum Martem, id est, bellū. hic enumeratur tria horribilia mala, bellum, famem, pestis, quæ placatum & propitium Apollinem confirmat Horatius à populo Rom. depulsum. neq; verò hoc incredibile aut absurdum est. Appellatur enim etiam hic deus ἀ-
λεξίπικτος: id est, malorum depulfor.

ET MISERAM FAMEM.] rectè miseram. Nam fame nihil miserius. M. Tull. ad Att. lib. 5. iter igitur ita per Asiam feci, vt etiam famem, quæ nihil miserius est, quæ tum erat in hac mea Asia (mestis enim enim nulla fuerat) mihi optanda fuerit. Hom. ὄδου: μ. ait mortis omnes esse hominibus tristis, atq; acerbas: sed omnium miserimū esse fame mori. verba Homeri sunt hæc: Πάντες μὲν στυγερὸ θάνατος δειλοῖσι βροτοῖσι: Διμῶ δ' οὐκ ἔστιν ἄνευ, καὶ πότμον ἔπιπαιν.

PESTEM] pestem immittit, & calamitatē importat Apollo iratus, vt lib. a. ἰλιάδ. Νῆστον αὐτ. φράσει ἀρσεν κελύω. Est ergo eiusdem etiam depellere.

AGET] à populo Ro. in hostis eius transferret: cum præsertim sua sponte Romanis amicus sit ac propitius, vt Troianorum nepotibus. depellet (inquit) à populo Ro. mala vestris precibus adductus, nempe bellū, & famem, & pestē.

AD ARISTIVM Od. 22.

ARGVMENTVM.

Vitæ integritatem, & innocentiam vbiq; esse tutam.

INteger vitæ, scelerisq; purus, Non eget* Mauris iaculis, neque arcu:

Nec venenatis grauida sagittis,

Fufce, pharetra,

Sine per* Syrteis iter æstuosas,

Sine facturus per inhospitalem

Caucasum, vel, quæ loca fabulosus

Lambit* Hydaspes.

Namque me silua lupus in Sabina,

Dum meam canto Lalagen, & ultra

Terminum curis vagor* expeditis,

Fugit inermem:

Quale portentum neque militaris

* Daunia in latis alit esculetis:

Nec* fuba tellus generat, leonum

Arida nutrix.

*Pone me, tigris vbi nulla campis

Arbor æstiuæ recreatur aura:

Quod latus mundi nebula,* malisq;

Iupiter urget:

Pone sub curru nimium propinqui

Solis, in terra domibus negata:

f ij

Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

INTEGER VITÆ sic dictum integer vite
vt illud Saty. 3. lib. 2. Integer animi. Quod si quis na-
tam pro cara deuoret agna, Integer est animi? & ibidem
Integer est mentis Damassippi creditor? & Saty. 9. lib. 1.
ò re Bolane cerebri Felicem. simile illud Virgilij Æ-
neid. 2. vos ò quibus integer cui sanguis, ait. & lib. 9.
atque integer cui Æscanius. ibid. Hic annis grauis, at-
que animi maturus Ælerhes. & lib. 12. 0 prestans ani-
mi iuuenis. & lib. 5. Hic Ælymus facit, hoc cui matura-
rus Æscetes. & lib. 4. Iſy, amens animi. & lib. 11. for-
tunatusque laborum, Egregiusque animi iuuenis. & Ca-
tull. in Galliambro, Vagus animi. & Plautus Tri-
nummo. sate tu sanus mentis, aut animi tui, qui con-
ditionem hanc repudies?

SCHEERIS QVE PURVS] sceleris purum
accipio eum, qui castas, & puras à sanguine man-
nus haber: quales Hippolyti dicit esse Phædræ
nutrix apud Euripid. Αφραϊς μὲν ὁ παῖς χάρεις ἐφ-
μοτος φέρεις, cōtrà Adrastus ille apud Herodot.
Clioneis, qui fratre suo interfecto sese ad Cræ-
sum contulerat, non habebat puras manus. sic
Herod. ἀπτενέειν εἰς τὰς Σαρδῖς ἐπιρ συμφορῇ
ἐχθρῶος, καὶ οὐ χεθαρός χεῖρας ἔων, &c sic Flo-
rat. Saty. 1. lib. 2. filij dexteram, que à matris cæ-
de temperet, ridiculè, & dissimulanter piam vo-
cat, quamuis ille matrem veneno sit necaturus.
Od. 17. epod. Tibi hospitale pectus, & pura manus. &
Saty. 4. lib. 1. at bene si quis, Et uiuat puris manibus.
M. Tull. purus à sanguine ciuili. Linius lib. 45.
cum omnis præfatio sacrorum eos, quibus non sint pura
manus, sacris arceat, vos penetrabilia uestra contaminari
cruento latronis corpore finctis? Sic loquuntur & Gre-
ci. Plato lib. sex. de Rep. χεθαρός ἀδίκους, καὶ ἀ-
νοσίων ἔργων, id est, purus iniuitiæ, & impio-
rum facinorum. & vsquequaque apud eisdem
ἀλγός φόνου, id est, purus à cæde. hoc idem nomē
iunxit, cum auferendi casu Saty. 3. lib. 2. Stas ani-
mo, & purum est vitio tibi, cum tumidum est cor? cadē
satyra cruentum sanguine paterno dixit, qui ma-
nus habet impuras sanguine paterno, id est, qui
parentem interfecit.

NON EGRET MAVRIS IACVLIS] hanc esse germanam scripturā testantur aliquot
antiqui codices, atque huic generi geminum est
illud Od. 6. lib. 2. ubi Maura semper Æstuat unda.
& Od. v. lib. 3. Nec Mauris animum mitior anguibus.
in cod. Torn. deletum erat s. ab aliquo imperito,
& arrogante lectore. Maura autem iacula dixit,
quia Mauri optimi erant iaculatores.

SIVE PER SYRTEIS ITER] siue iter
facturus per Syrtis, siue per Caucasum. Duæ
Syrtis in mari Libyco à scriptoribus cōmemo-
ratur, magna & præua. de quibus cum alia mul-
ta ad hunc locum accommodata Strabo lib. 17.
tūm hæc in primis: ἡ χαλεπότης δὲ τῶν τῆς
Σύρτιος, καὶ τῆς μικρῆς, ὅτι πολλὰ καὶ ταναγώδης ὄρεα

ἢ βυθός, καὶ τὰς ἀμπότερας, καὶ τὰς πλημμυλίας,
συμβάλλει δὴ πρὸς συμπίπτεν εἰς τὰ βραχέστατα κα-
τακλίσει: σπασίον δ' εἶναι τὸ σωζόμενον σιάφρος. δὲ ἄλλο
τὸ ὄριον ποιοῦται φυλαχόμενοι μὴ ἐμ-
πεσοῖεν εἰς τὰς κόλπας ὑπ' ἀνέμων ἀφύλακτοι
ληφθέντες, &c. id est, huius autem Syrtis, & alte-
rius, quæ minor appellatur, difficultas est, quod
multis locis fūdus, paludosus ac limosus est sub
æstus maritimos recedenteis, & accedēteis. Eue-
nit igitur nonnullis, vt in breuia incidat, & cō-
sidant: rarāque sit ea nautis, quæ feruatur. Quo-
circa longè ab his navigationis suæ cursum re-
mouent, cauentes, ne, cum in finis inciderint, à
uentis occupentur imparati. Quibus consenta-
nea sunt, quæ de iis scribit Apollon. lib. 4. ἀργὸς
πάντη γὰρ πέναιρος, πάντη μιν ἰόντα βυθοῖο τάρ-
φρα, κωφὴ δὲ σπινθὴ ἑπιβλήσῃ ὑδατος ἀρχῆ, Hæc ἴν
δ' ἀμαγός ὁ ὄρεα κέλευται, id est, vsquequaque
enim lacunè limosa, vsquequaque fossæ in fundo
alga refertæ surda in eis scætat aquæ spuma. Ob-
scura autè & densa arena adiacet. Dicta autem
Syrtis est ὁ ὄρεα, τὸ ὄρεα, ὅτι καὶ χαμῆς τινες
πολύ ὑδάτῃ σπασσεται. De his Syrtibus ita scri-
bit Dionysius Alexand. Εὐεῖναι δ' ἑπὶ Σύρτιος
ἀνὰ ἄρρον ὄρεον ἑλίσσει βοιωτέρη, μετὰ τὴν δὲ
ὄρεος ἀγῶας ἔργεται ἄλλη. Et Sallustius de iis-
dem sic bello Iugurt. Nam duo sunt sinus propè in
extrema Africa, impares magnitudine, pari natura,
quorum proxima terra præalta sunt: cetera vti fors tu-
bit, aliàs alta sunt, aliàs in tempestate vadosa. Nam ubi
mare magnum esse, & seuire cepit uentis, limum, are-
nāque, & saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies lo-
corum cum uentis simul mutatur: Syrtis ab tractu nomi-
nata. Horatius Od. 6. lib. 2. Syrtis barbaras ap-
pellat: ubi Maura semper Æstuat unda. Sed cum
Horat. hic loquatur non de eo, qui nauigat, sed
de eo, qui pedibus iter facit, & qui per loca bel-
luis immanibus infesta ambulans iaculis & sa-
gittis eget: non sunt hic intelligendæ fyrtes illæ
in mari Libyco, sed potiùs Libyæ solitudines
mediterraneæ arenosæ, puluerulentæ, & siticu-
losæ: seu, si quis malit, littora talibus marinis
fyrtribus propinqua. tales sunt fyrtes illæ Getu-
læ, quas ait se aditurum auem canoram factum,
Ode vlt. lib. 2. Pifam gementis littora Bospori, Syrtis
Getulus canoris Æles, Et hyperboreosque campos.

ASTVOSA S.] astuosas vocat non propter
æstus maris accedenteis, & recedenteis: vt Od.
7. lib. 2. Te rursus in bellum resorbens Vnda fretis tulit
astuosis, cum hæc Syrtis sint Mediterraneæ: sed
propter cæli, aut arenarū calorem: quemadmo-
dum Ode 31. Calabriam astuosam dicit.

INHOSPITALEM] ἀξενον, ἀπενόρητον
appellat Æschylus: quod annotauit Muretus.
Idem Æsch. ἀξενον ἐρημίαν.

VEL, QVÆ LOCA FABVLOSVS] vel
per ea loca, quæ Hydaspes Indiæ fluius præ-
terlabitur, & alluit: de quo multa fabulosa scri-
buntur ab historicis.

CVRIS VAGOR EXPEDITIS] secu-
rus sum

tus sum omnium veterum librorum fidem, at-
que auctoritatem. in quibus sine vlla varietate,
excepto Faëni codice, reperi scriptum *curis ex-
peditis*, non, *expeditus*. quam quidem scripturam
agnofcit Porphy. Quamuis autem sciam, Lati-
nè dici posse, *curis expeditus*: tamen nescio quo
modo hoc alterum est uentius, & magis Hora-
tium. sic dixit Catullus *curis solutus*, ad Sirmio-
nem peninsulam: *O quid solutus est beatus curis?*
quemadmodum enim vsitatè dicunt Latini, sol-
uere animum cura, metu, & similibus: & item
soluere curam, & metum, Horat. Od. 9. epod. *me-
tūm, Cæsaris verum iuuat Dulci Lyæo soluere*. Virgil.
Æn. 1. *Solutis corde metum Teucri*. Lucret. lib. 4. *atque
animi curas è pectore soluat*. & Græci, vt Euripid. in
Oreste, *ὅν νῦν χαλεπὸν μοι τὸν φόβον λύσσειας δός*:
sic expedire animum curis, & expedire curas.
Prioris generis exēpla ex Horatio petere licet.
Od. 23. lib. 3. *non animum metu, Non mortis laqueis
expedit caput*. Od. 27. huius libri, *vix illigatum te
triformi Pegasus expedit Chimæra*. quamquam scio
nonnullis in libris legi *Chimæra*: que scriptura si
placet, subaudiendum, amore, aut seruitute, aut
Chimæra ipsa. aut quippiā aliud simile. & Od.
11. epod. *Amor Lycifci me tenet, Vnde expedire non a-
micorum queat Libera consilia, Nec contumelia granes*.
Iam apud M. Tul. crebra sunt hæc loquendi ge-
nera: *expedire se ab occupationibus, expedire se ex laqueis
expedire salutem*, pro Rabir. Post. *si quidem tam non
semper stulti, quam serò sapientis est, cum stultitia sua
impeditus sit, quoquo modo possit, se expedire*. Idem ad
Attic. *no s expeditis omni molestia*. Terent. Hecyra.
Et sic citius, qui te expeditis his arumnis, reperias. alter-
ius exemplum sunt, expedire negotia, expedire
exitum, expedire nodum, & Horat. Od. 3. huius
libri, *iaculo nobilis expeditio*. sic Terent. Hecyra: *Rem
cognoscere: si non expeditis*. Virgil. Æneid. 4. *Non arma
expedient?*

FVGIT INERMEM] vox, *inermem*, non
est otiosa. videtur enim lupus ille tam ferus, &
immanis Horatium inermem diuinitus fugisse.
quod si iaculis instructum, atque armatum fu-
gisset: neque ita mirum esset, neque integritati
& innocentia vite assignandum videretur.

MILITARIS DAVNIA] ad militiam a-
pta. suprà Od. 8. *cur neque militaris Inter aquales e-
quiter*. vel militaris, quæ milites effert strenuos,
ac forteis. Apulos Strabo lib. quinto tradit Dau-
niæ ad Græcis appellatos esse.

ESCVLETVS] ab esculo esculetum, vt à fru-
tice fruticetum, à falice salicetum, à dūmo dū-
metum.

NEC IVBÆ TELLVS] Mauritania, seu
Numidia potiùs: cuius rex Iuba. ab hoc C. Cu-
rio legatus, Cæsaris in Africa cum exercitu cæ-
sus est. quæ de re Iulius Florus lib. 110. & C. Cæ-
sar. lib. 2. de bello ciuili.

PIGR. VBI NVLLA CAMP.] pone me
in campis incultis, & sterilibus, & horridis pro-
pter immoderatū frigus, in quibus denique (vt

ait ille) *nulla arbores frondescent, nulla vites pampinis
pubescunt, nulli rami bacarum ubertate incuruunt*,
&c. Hæ sunt igitur oræ duæ inhabitabiles, quæ
obriguerunt pruina. tertia est, quæ maximo so-
lis ardore torretur, vt ait M. Tull. lib. sexto de
rep. quam Horatius his verbis describit infrā
deinceps. *Pone sub curru nimium propinqui solis*. At-
qui hanc esse temperatam, & habitabilem, qui
nostra & aeorum nostrorum ætate nauigarunt,
compererunt. huc pertinet ille locus lib. 3. Od.
3. *Qua parte debacchentur ignes, Qua nebula, pluuiique
roras*. & Ode 24. eiusdem libri, *si neg seruidis Pars
inclusa caloribus Mandi, nec Borea finitimum latas, Du-
rateq. solo nives Mercatorem abigunt*. has easdem o-
ras significat & describit Virg. Georgic. 1. *Quin-
que tenent calum Zonæ, quarum vna corusco semper sole
rubet*, &c. notissimi enim sunt versus: & M. Tul.
lib. sexto de rep. vt paullo antè diximus: & lib. 1.
Tuscul. *ceteras partes incultas, quod aut frigore rigeat,
aut urantur calore*. & Lucretius lib. 5. sed paullo a-
liter. *Inde duas porrò propè partes seruidus ardor, Af-
siduusque celi casus mortalibus aufert*. & Tib. lib. 4.
ad Messallam pluribus versibus. nomine autem
Latino, *piris*, videtur Græcum nomen ἀπρις ex-
primere voluisse.

MALVS QVE IVPITER] graue, caligino-
sum, insalubre cælum. vide suprà ad Oden 1. *ma-
net sub Ioue frigida*.

VRGBT] premit, occupat, perpetuò tegit.
SVB CVRRVNIM. PROP. SOLIS] hanc orbis terrarum partem existimabant vete-
res Solis ardore torreri: quæ tamen est tempe-
rata, vt dixi, eiusq. temperationis rationem iam
antè docuerat Albertus Magnus.

DVLCE RIDENTEM] sic Catullus ad
Lesb. *identidem te spectat, & audit Dulce ridentem,
misero quod omnia Eripit sensus mihi*. Quod quidem
Sappho Græcè dixerat (nam ab ea transtulit in
vsum suum Catullus) γαλώσας ἰμερόεν. Idem Ca-
tull. *illa, quam videtis Turpe incedere*. Homer. ὁδὲ
καὶ ὄρα πάλιν γαλώσας, & Pindar. in Pyth. carm.
9. γαλιπὸν γαλώσας. & Apollon. 3. Argon. Νέ-
κταρὸν μέδισσε. familia sunt hæc Horatiana.
Od. 12. lib. 2. *me voluit dicere lucidum Fulgentem ocu-
los*. & Od. 19. lib. eod. *turbidum Latatur*. & epistol.
ad Iul. Flor. lib. 2. *canet indoctum, sed dulce bibenti*.
& Ode 27. lib. 3. *Perfidum ridens Venus*. Quamquā
illud canet indoctum, sed dulce bibenti, potest dici
esse dissimile, propterea, quod verbum canere
cum quarto casu coniungi solet, & vocis agen-
tis est.

AD CHLOEN.

Od. 23.

ARGVMENTVM.

Non esse iam, quod virileis complexus
extimecat, viro matura.

f iij

VITAS inuleo me similis, Chloë,
 Quærenti pavidâ montibus auis
 Matrem, non sine vano
 Aurarum, & siluæ metu.
 Nam seu mobilibus veris inhorruit
 Aduentus foliis: seu virides rubum
 Dimouere lacertæ:
 Et corde, & genibus tremit.
 Atqui non ego te, tigris ut aspera,
 Getulûsve lco frangere*persequor:
 Tandem desine matrem
 Tempestita sequi viro.

VITAS INVL. ME SIMIL.] Videtur Horatius hæc ex Anacreonte expressisse, vt iam pridem indicauit Errius Stephanus vir doctiss. versus autem Anacr. aliquantum deprauatos, sic emendauit: Ατε νεσρον νεοθηλια, χαλασλυον, Ος εν υλη νεροσους σπολειφθεις επο μιπρος επιση- 9η. Iam verò, inuleo habent libri veteres complures sine aspirationis nota, quos secutus sum.

ET SILUÆ.] Διασπασίς est, vt Ode 13. epod. Niasq; deducunt Ionem, Nunc mare nunc siluæ Threicio Aquilone sonant. Sic Catullus de coma Berenices, Pristinâ votâ nouo munere dissoluit. ibid. Condita quim verè pectoris enoluiam. & de poemate Smyrna, Smyrnâ in incana diu sacula peruoluent. Et Lucretius lib. 1. Materies igitur, solido quæ corpore constat, Esse æterna potest, cum cetera dissoluantur. & eod. lib. Atque in eis rursus res omnia dissoluiuntur. & lib. 3. Quod quæres possint discedere, dissoluique: nisi quis contendat versus esse spondiacos. & Tibull. eleg. 7. lib. 1. Hunc cecinere diem Parca fatalia nentes stammina nô ulli dissoluienda Deo. & 10. Sic satis ornatas dissoluisse comas.

NON SINE VANO. &c.] Virg. Georg. 3. Nec vanos horret strepitus.

NAM SEU MOB. VERIS INH.] cum hæc scriptura optimorû codicû manu scriptorû auctoritate nitatur, ex eaq; optima sententia ducatur, non video, cur debeat mutari, eaque probari, quam quidam viri docti dicunt in antiquis nonnullis libris reperiri, Nam seu mobilibus veris inhorruit Ad ventum foliis. per veris aduentum autem Fauoniû significari puto, veris comitem.

ET CORDE ET GENIB. TREM.] Virg. lib. 2. Æn. Nunc omnes terrent aut a, sonus excitat omnia suspensum, &c.

TIGRIS UT ASP.] epistol. ad Pis. serpentes auibus geminentur, tigribus agni. Virg. Æn. 4. Hyrcanæque admorunt ubera tigris.

GETULÛSVE LEO] Virg. Æn. 5. tergum Getuli immane leonis.

FRANGERE PERS.] persequor vt frangam, & dilacerem. placet hoc loco colligere aliquot huiusmodi loquendi gênera Horatiana à

Græcis sumta. sup. Od. 12. sumis celebrare Clia. Od. 18. lib. 2. hic lenare functum Pauperem laboribus Vocatus, atque non vocatus audit. supra Od. 15. ecce furit tæ reperire. infra. Od. 26. Musis amicus tristitiam, & metus Tradam proteruis in mare Creticum Portare ventis, & Od. 37. Senis Liburnis silicet inuidens Priuata deduci superbo Non humilis mulier triumpho. & Od. 3. lib. 2. quâ obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo.

TEMPEST. VIRO.] Virg. lib. 7. Iam matura viro, plenis & nubilis annis. Est autem fœmina viro tempestiua, sententia iurisconsultorum, anno duodecimo: Xenophontis in œconom. xv. Plato scribit, ἀμείνους χρόνον, id est, tempus floris in fœmina esse annum xx. Heciodus autem vult annos quattuor virginem pubescere: anno à pubertate quinto nubere. sic enim intelligendus versus ille Heciodi est, ἡ δὲ γυνὴ τέτταρ' ἠέτων, πέντε πλάθ' ἔχουσα: id est, fœmina quattuor annos pubescat, quinto nubat. Itaque si pubertas, vt iurisconsulti censent, anno duodecimo incipit, anno xv i. erit nubilus: si anno x i i i. (vt mauult Proculus) x i. erit viro tempestiua.

AD VIRGILIVM.
 Od. 24.

ARGVMENTVM.

Deslet Quintilij Vari mortem.

Q*Vis desiderio sit pudor, aut modus
 Tam cari capitîs? praecepe lugubreis
 Cantus Melpomene: cui liquida pater
 Vocem cum cithara dedit.

Ergo Quintilium perpetuus sopor
 Urget? cui pudor, & iustitia soror
 Incorrupta fides, nudaq; veritas,

Quando vllum inuenient parem?
 Multis ille bonis flebilis occidit:

Nulli flebilior, quam tibi, Virgili.
 Tu frustra pius, heu, non ita creditûs,
 Pofcis Quintilium deos.

*Quid si Threicio blandius Orptheo
 Auditam moderere arboribus fidem?
 Num vana redeat sanguis imaginis:
 Quam virga semel horrida

Non lenis precibus fata recludere,
 Nigro compulerit Mercurius gregi?
 *Durum, sed leuius fit patientia,
 Quicquid* corrigere est nefas.

QVIS DESIDERIO, &c.] id est, quid est, cur quencquam pudeat desiderio tam cari hominis allici: aut quid est, cur quisquam eius desiderij finem facere debeat?

CARI CAPITIS.] sic loquuntur Græci φιλῆ κεφαλῆ, μισρὰ κεφαλῆ vnde hæc Latinis vilitatillima: festiuum caput, lepidum caput, ridiculum caput. ex nobilissima corporis scilicet parte, totum intelligimus.

PRÆCIPE LVGVBR. CANT.] Hortatur, & orat Musam, vt sibi suggerat, & subministret cantus lugubres, & funebres, & ad deplorandam Quintilij mortem accommodatos. non est autem præcipere idem, quod iubere, aut imperare, vt vulgus putat: sed præmonstrare potius, & docere. vt Saty. 2. lib. 2. Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus. & in epist. de art. Poët. Quicquid præcipies, esto breuis. vnde præcepta, quæ Græci vocant προθήκας epist. ad August. Mox etiam præceptis format amicis. M. Tull. Catilinaria 3 orare, vt item illi facerent, quæ sibi legati eorum præcepissent. Idem pro Murena Quid si è portu soluitibus ij, qui iam in portum ex alto inuehuntur, præcipere suum studio se vitæ & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum, &c. Idem Catil. 2. ad Quirit. quibus hæc præcipendum videtur, unum scilicet, & idem, quod ceteris omnibus, vt desperent, se id, quod conantur, consequi posse. Terent. Adelph. Docui, monui, bene præcepi semper, quæ potui, omnia. ibid. & quod queo, conserui ad eundem illis præcipio modum. Hoc saluum est, hoc adustum est, hoc lautum est paruum.

dulci, aut alto somno: Virgil ferreum somnum, & duram quietem. Somnum autem mortis fratrem dici à poetis vel pueri norunt. Homerus ἰλιάδ. ε. Εἴη ἕπιφ' ἑυβέλῳτο νεσγηνίτω θαλάσσιο. Heciod. Theog somnum & mortem noctis esse filios tradit. Εἴη δὲ νυκτὸς παῖδες ἑρεμυγῆ οἴκῃ ἔχουσι Υπνος ἔ θάνατος, δειοὶ θεοὶ οὐδὲ πατ' αὐτῆς Ἡλῖος φασὶν ἑπιδέρελαι ἀκπίνεσθιν, Οὐρανὸν εἰσανιόν. Pausanias Eliacor. i. narrat se inter ceteras statuas, quæ erant Olympiæ, Noctem vidisse in muliebrem figuram, habitumque formatâ, quæ manu dextera puerum album dormientem teneret: laua nigrum dormienti similem: vtrumq; distortis pedibus: esse autem θάνατον, alterum: alterum, somnum, & vtriusque Noctem esse nutricem. De somno & morte & eorum causis post Aristot lege Plutarchum περὶ τῆς τοῖς φιλοσόφῳ ἀρεσῆ.

QVID SI THREÏCIO.] de Orpheo supra diximus Ode 12. Threicio autem dictum more Græcorum Θρηϊκός sic Od. 13. epod. *nunc mare, nunc filia Threicio Aquilone sonant.* scutus sum hoc loco scripturam cod. duorum Vatic. Faërn. Vrsin. cum quibus in eo consentit cod. Iannoct. quod habet, *Nunc*: dissentit in eo, quod habet, *Quod si*. Torneſianus contra congruit, quod habet. *Quid si*. discrepat, quod habet, *Non*. vulgati autem codices sic habent, *Quod si Threicio bland.* Orph. &c. *Non vane redeat sanguis imagini.*

AVD. MODER. ARB.] sup. Od. 12. *Blandum & auris filibus canoris Ducere quercus.*

VANÆ IMAGINI.] τῶ εἰδῶλῳ sic Virgil. *Æneid.* 4. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.* sic Vlyſſ. ὁδ. λ. εἰδῶλῳ quidem Herculis apud inferos esse narrat: ipsum autem in celo cum ceteris Diis immortalibus oblectari. qua de re extat apud Lucianum facetissimus, & argutissimus dialogus.

VIRGA HORRIDA.] de hac virga diximus sup. Od. 10.

NON LEN. PREC. FATA RECL.] qui non est ea lenitate, vt precibus fati nexus, & necessitatem resoluat ac rescindat. *lenis recludere* genus loquendi Græcum, de quo aliàs.

NIGRO COMPVLERIT] compulerit in animarum, seu vmbRARUM gregem.

QVICQ. CORR. EST NEF.] ἀδυνατον, non pote, vt supra Od. 11. ad hanc sententiam pertinet illud Euripid. *Med.* Κόφως φέρειν χεῖρ ὀνητόν ὄντα σύμφορος, id est, *Oportet eum, qui mortalis sit, calamitates leuiter ferre.* Idem in Hippoly. coron. *Ρῶον δὲ νόσον μὲθ' ἡσυχίας, καὶ γενεῖς λήματος οἴσεις:* id est, *quiescendo, seu patiendo, & animo generoso facilius morbum feret.*

AD LYDIAM.

Od. 25.

ARGVMENTVM.

Insultat ei, quod iam vetula, vicissim à iuuenibus contemnat.

P Arcius iunctas quatiant fenestras
Festibus crebris iuuenes proterui:
Nec tibi somnos adimunt, amatque
* Ianua limen:

*Quæ prius multum facileis mouebat
Cardines. audis minus, & minus iam,*

*** Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis?**

*In uicem mæchos anus arrogantis
Flebis in solo leuis angiportu,
Thracio bacchante magis sub inter-
Lunâ vento,*

*Cum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sauer circa iecur ulcerosum,
Non sine questu.*

*Lata quod pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hiemis sodali
Dedicet Hebro.*

PARCIUS IUNCTAS] dicit Horatius, Lydia fenestras ab adolescentibus rarius, quam antea, lapidum iactu verberari, neque iam eam nocturno amatorum aduētu è somno excitari: quibus verbis significat, pristinâ eius formam, qua incendebatur amantes, tempore deforuisse. codices Donati & Faërnî & quidam alij, discordant hic à vulgatis, *iacibus* enim in eis legitur, non, *istibus*: cum quibus consentit Torneſ. atque hæc lectio fortasse est verior. Præterea in quibusdam libris veterib. scriptum reperi, *vin- eas*: quos non sequor.

AMÁTQVE IAN. LIM.] ianua tua, quæ crebrò aperiebatur propter multitudinem eorum, qui tuum complexum expetebant, nunc perpetuò clausa & obferata est.

MVLTVM FACILEIS] multum faciles erant cardines, quia ianua crebrò aperiebatur. quidam legunt *facilis*, vt sit recti casus, numcri singularis.

AVDIS MIN. ET MIN. IAM.] minus sæpe audiuntur à te illæ miserabiles amatorum voces, quos tu ætatis flore, & oris pulchritudine ferrox excludebas. sic loquitur Sat. 5. lib. 2. *quarta sit parvis Vlyſſes, Audieris, heres.* & Saty. 6. lib. 1. *Audit continuo, quis homo hic est? quo patre natus?* & Homer. *iliad.* φ. ὡς ἄρα μιν Πελοπείοιο παρρησὺδα φάδιμος ἦδὲ Διοσκόμοσος ἐπέεσσιν: ἀμείλικτον δ' ὅπ' ἀκέσσε. Νήπιε, μή μοι ἄποινα πειθαίσκειο, μὴ δ' ἀγέρευε. id est, *sic eū affatus est Priami filius suppliciter orans.* At hic vocem duram, & immitem audiuit, Stulte, ne mihi muncera fare, neque narra. & M. Tull. Tuscul. 3. *Afficitis sic, & lamentabili voce plorans audies, o virum fortem idem fragmen. Academ. ad Varr. Et quare quærit magis amet: Zenonem, à quo bestia nominatur, an Arceſilam, à quo audit, Tu fortasse verum dicis: sed requiram diligentius.*

D *Me tuo longas pereunte nocteis
Lydia dormis?*
*In uicem mæchos anus arrogantis
Flebis in solo leuis angiportu,
Thracio bacchante magis sub inter-
Lunâ vento,*
*Cum tibi flagrans amor, & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sauer circa iecur ulcerosum,
Non sine questu.*
*Lata quod pubes edera virenti
Gaudeat, pulla magis atque myrto:
Aridas frondeis hiemis sodali
Dedicet Hebro.*

ME TVO

ME TVO LONG. PERE. NOCT.] hæc erat amoris exclusi vox, post verbum dormis, in codice Faërnî scripta est interrogationis nota: quem fecutus sum.

LONGAS NOCTEIS.] episto. 1. lib. 1. *Et non longa quibus mentitur amica, &c.*

INVICEM MÆCHOS] tu nunc vicissim anus facta tua: præterite arrogatia, atque intolerantia penas dabis, complexumque iuuenū exoptans, illorum fastidium, ferociam, & superbiam experieris. Mæchos autem appellat, corruptores, & amatores, vt infra Od. 33. *Quam turpi Pholod peccet adultero, & 36. Nec Damalis nouo Diuelletur adultero.* & Od. 16. lib. 2. *Nocturnis ab adulteris.*

IN SOLO ANGIP.] deserto, vt Catull. de nupt. Pel. *sola sub rape.* Et Lucret. lib. 4. *quo pacto per lica silia, saxa pares formis verborum ex ordine reddant.* & Virgil. lib. 11. *Pastorum & solis exegit montibus esum, angiportus, & angiportum, vtrumque est in vsu.* Catull. *Nunc in quadruuis, & angipentis glubit magnanimis Remi nepotes.* Terent. *Adelph. id quidam angipertum non est peruii.* Est autem angiportus iter compendiarium in oppido, inde dictus, quod sit angustus in portū aditus. Festus. *[In angipentis prostabant vulgata feorta, vt etiam ex versibus Catulli quos modo protulij, intelligere licet.]*

LEVIS.] ianua, præsertim anus. nam si amare leue est etiam in iuuenibus, & puellis: quanto magis in senibus, & vetulis? vel leuis, id est, vilis & contempta, & nullius pretij.

THRACIO.] Thracio vento, Aquilone de quo sic Heliodorus. Ὅς τε ἄλῃ θρηϊκῆς ἰπποπόθη ἐπὶ πύργῳ εὐμπεύει ἀνεῖ. idem, Πυκνὰ θρηϊκῆς βορρῆς κέρας κλονέοντες. Theocrit. ἐδ. λβ. *Hè Νότιο βλινῆς θρηϊκῆς βορρῆας.* Arius de Andromeda. *Η ἠδὲ γὰρ θρηϊκῆς ἐπὶ πύργῳ βορρῆας, &c.* Homer. autem ἰλ. 1. Borcam & Zephyrum facit è Thracia spirantes. *Βορρῆς καὶ Ζεφυρος, τὸ τε θρηϊκῆς ἀπὸν.* Horat. infra Od. 13. epod. *Nunc mare, nunc filia Threicio Aquilone sonant.* Appellata autem est à nonnullis Thracia *αιετῶν ἐργαστήριον* id est, ventorum officina, seu domicilium, propterea quod est frigidissima. Itaq; Eurip. in Hecuba: *Θρηϊκῆς χροκάδῃ* appellat, & item Apollon. lib. 1. argonaut. id est, Thraciam niuosiā. vide annotat. ad Od. 12. lib. 4.

BACCHANTE] vehementer, & pance dicam, furenter flante, ducta tralatio est à sacerdotibus Bacchi bacchantibus.

SVB INTERLVN.] amplificatio est. Est enim grauisimum, noctu, flante Aquilone, & interlunij tempore, sub dio pernoctare. & attende, versum nō esse nomine integro clausum, quod vitiosum esse docet Hephæstion in enchiridio, profert quæ versus hos Simonidis, ἢ ἠδὲ Ἀθλωασις κλέος γένητ', ἠδὲ Ἄεξο-Γέιτων Ἰππαρχοῦ κτένε, καὶ Ἀρμέδος. sed fortasse in Lyrico, & maxime Sapphico carmine licentia ma-

ior est. itaq; vitur ea interdum Sappho: exempli causa: *Οὐκέτι γέσσω δ' ὀδὲν ὄρητι: βοῦκεῖν. Σὺ δ' ἀκούσ' μοι.* Et Horat. item Od. 16. lib. 2. *non commis, neque purpuræ ve. Nale, nec auro.* Idem tamen crebrò diuidit nomina composita in hexametris. vt Saty. 9. lib. 1. *est locus vni-Cuique suus.* Saty. 3. lib. 2. *age, si stramentis incubet vnde. Octoginta annos natus.* ibidem, *Præterea ne vos tistillet gloria, uore-turando obstringam. ambo.* epist. ad Iulium Florū lib. 2. *Quanto cum fastu, quanto molimine circum-Spectemus vacuam Romanis vatibus adem.* epist. ad Pison. de Arte poet. *si non offenderet vnum Quemque poterat lime labor.* Est autem *interlunium*, tempus illud, quo Sol cum Luna coniungitur, quo tempore maximæ sunt noctis tenebræ: Varro vocat *intermenstruum*: Plinius lunam silentem, aut silentium lunæ. vide infra ad Od. 8. lib. 2.

SVB] paullo antè, vel circiter. vt sup. Od. x.

QVÆ SOLET MATR. &c.] quæ solet equas concitare, & ad furorem adigere. Virgilius Georgic. 3. *Sicilicet ante omnis furor est insignis equarum: illas ducit amor trans Gargara, trānsque sonantem Ascanium, superant montes, & flumina trānant.* vnde dicuntur *ἰππομαχῆς*, id est equire, quod valet libidine maris ardere, ὀργῶν εἰς ὄχλειαν. Et mulieres libidinosæ, & libidine ardentes dicuntur *ἰππομαχῆς*, & *ἰππομαχῆς*: quamvis aliàs *ἰππομαχῆς* significet eū, qui immoderato equorum studio tenetur: & *ἰππομαχῆς* immoderatum equorum studium. Hæc à Germ. Valente. lege Plin. de equarum libidine.

FVRIA RE.] Virgil. *Æn.* 2. *furiata mente Choroebus.*

CIRCA IE CVR.] iecur sedes est libidinis, vt ostendemus lib. 4. ad Od. 1. Plato quidem cupiditatem in iecore locat.

VLCEROSVM] vlceribus madens propter ardorē libidinis: Itaque Virgil. & ante eum ceteri, Tityri iecur fingūt à vulture depastum, perpetuò renasci. sic Virgil. lib. 6. *rostròque immanis vultur adunco Immortale iecur rodens, facit adque panis Piscera, rimatirque epulis, habitatque sub alto Petlore, nec requies fibris datur ulla venatis.* & Homerus *ὁδ. λ. γένητ' δὲ μὴ ἐξίπτεθ' ἀπαρηθῶν ἵππαρχορον,* &c. id est vultures autem duo ei vtrinque assidentes iecur tondebant.

NON SINE QV.] querētis, quod iuuentus D hilara magis delectetur edera virenti, & myrto, quam frondibus aridis, id est, quod puellas vetulis anteponat. ederam Festus ait esse dictā vel quod hareat, vel quod edita petar, vel quod id, cui adhaerit, edat. reliqua lege apud Eest.

PVLLA MAG. ATQVE MYRTO] magis que gaudeat pulla, id est, subuiridi myrto, subaud. quam frondibus aridis. fallitur autem, qui argue positum putant hoc loco pro, *quam*. Nam & supra myrtum viridem nominauit Od. 4. & siebant ex myrto corollæ, vt intelligere licet ex eadem Ode, & ex 7. lib. 2. *quis vdo Depropere rare apio coronis, Cur sit ve myrto? &c.* Ode 15. eiusdem

libri, myrtum numerat in iis floribus, seu frondibus, e quibus suaues odores efflantur. tum violaria, & Myrtus, & omnis copia narium spargit oliuetis odorem Fertilibus domino priori. & Od. vltima huius lib. solam myrtu in couiuuij apparatu vult adhiberi. *simplici myrto nihil allabores.* & Catull. in carm. in nupt. Iuliae & Manlij. virginē Iuliam cum myrto comparat his verbis: *Floridis velut enitens Myrtus Asia ramulis.* Est autem myrtus sacra Vencri, eademq; gratissima, vt Oliua Palladij, Populus Herculi, Laurus Apollini. Virgil. in Melibæo, *Populus Alcida gratissima, vitis Iaccho: Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phæbo.* & Georg. 1. de Cæsare Aug. loquens. *cingens materna tempora myrto.* Itaque nonnulli Venerem Murtiā à myrto dicunt esse nominatam, vt scribit Varro libr. 4. de ling. Latina. Præterea myrtus memoratur in frondibus felicibus, vt laurus, oliua, &c.

HIEMIS SODALIS. sic Od. 18. lib. 3. crateram Veneris sodalem appellat. & Home. *Ιλιάδ. 1. Φύλας Φόβος κρυβέντος ἐτάραεν.* Id est, fugam timoris horribilis sodalem.

HEBRO.] Thracia fluuius. Est autem Thracia orbis terrarum pars frigidissima, sententia veterum, vt paullo antè diximus.

DE ÆLIO LAMIA.

Od. 26.

ARGVMENTVM.

Se, soluto animo, velle Lamiam laudare.

Mvis amicus, tristitiam, & metus Tradam * proteruis in mare Creticum
 Portare ventis, quis sub arcto
 Rex gelidæ metuatur oræ,
 Quid Tiridatem terreat, vnice
 Securus, o, quæ fontibus integris
 Gaudes, apricos nocte flores:
 Noctē meo Lamia coronam,
 * Pimplæa dulcis, nil sine te mei
 Profunt honores, hunc fidibus nouis,
 Hunc Lesbio * sacrare plectro,
 Tæque, tuasque decet sorores.

MVIS AMICVS] significat, eum, qui Mufas colat, non facile à cura, metu, molestia, ægritudine, & ceteris animi pestibus inuadi solere. Hesiodus quoque ait in Theogonia, si quis mærore affectus, poetam, aut catorum aliquem audierit vel Deorum, vel superioris ætatis hominum laudes canentem, statim omnem ex animo molestiam, luctumque deponere, his verbis: *Εὐχρηστὸς ἔσθ' ἂν πένθος ἔχων νεκρῶν ἢ θύμῳ ἄζητοι κρηδῆναι ἀκαχμήδης, αὐτὰρ αἰοῖδες Μουσῶν θεοῖσιν κρέα παρῆσαν ἀνθρώπων ὕμνησιν. μὴ χρεῖσται τε θεοῖς. οἱ Ὀλύμπῳ ἐχέουσιν, Ἄψ' ὄρα δυσφροσυνῶν ἐπιλήθεται, οὐδέ τι κηδεῶν Μένμηται.* Theocritus autem Mufas dicit optimū esse ad amoris vulnus sanandum, remedium ac medicamentum, in Cyclōpe. *Οὐδὲν ποτ' ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο, Νίκη, οὐτ' ἐγχεσθῆναι, ἐμὸν δοκεῖ, οὐτ' ὀπίσπασθαι, ἢ τῶν Πιερίδων.*

TRISTITIAM ET MET. TRAD. PROT.] id est, tristitiam, & metum ex animo ciuicium: ægritudines, & curas omneis pellā. sic loquitur poetæ, cum significare volunt aliquid se obliuisci, aut negligere, aut deponere, ac delectare ex animo velle. Homer. *ὄδυρος, θέπος δ' ἔπειρ π βέλκαται Δεῶν, ἄφαρ τὸ φέροισι ἀναπάσσα (αὐ) θέλλαι.* id est, si quid autem graue ac molestum dictum est, id ablatum diripiant & dissipent venti, seu procellæ. Anacreon. *Ἀποσπῶνται μὲν ἐμῶν, Πολυφροντίδες τε βέλαι.* Es aluκτύπος ἀήτας, id est, abiiciuntur ac dissipantur curæ, & sollicitæ cogitationes in ventos mare verberanteis, seu maris murmur excitâteis. Idē.

Εὐχρηστὸς φρονῶν μὲν αὐραῖς φέρον ἔδωκε λύπης. id est, animi mei ægritudines auris dedi differēdas. Theocr. *Διοσκύρ. ἔχων τοιάδε πολλά: τοιάδ' εἰς ὕψος ἔρχεται κύμα. Πνοὴ ἔχουσι ἀέμιοιο.* habebat talia multa: sed hæc in fluctu maris abstulit vēti flatus. Apollon lib. argon. *ἄλλ' ἀέμιοισι Δάωδον ἀμπακίλλω, ὡς ἔχ' ἴσθ' εὐδύουτες.* id est, at peccatum præteritum ventis tradamus, & vt antea, beniuolentiam inter nos colamus. Catull. ad Ortalum. *Ne tua dicta vagis nequitquam credita ventis effluxisse meo forte putes animo.* Idem de nuptiis Pelei. *Irrita ventosa linguens promissa procellæ.* Idem ad Alphenum. *Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factæque Ventos irrita ferre ad nebulas ætheris sinus.* Tibull. eleg. 5. lib. 1. *Hæc mihi fingebam, quæ nunc Cauris, que, Notis, que lactat odoratos vota per Armenios.* & Hor. Ode 11. epod. *Et hæc ingrata ventis diuidat fomenta.* Lucret. lib. 4. *tu fac ne ventis verba profundam.* Virgil. Æneid. 9. *sed auras omnia discerpunt, & nubibus irrita donant.* [Idem Non dedit, inque notos vocem vertere procellæ.]

PROTERVIS] sic Lucretius petulanteis Euros, seu, vt habent alij libri, auras, dixit lib. 6. *Interdum perscissa furit petulantibus Euris.*

SVB ARCTO.] duæ vrsæ in regione Aquilonari clucent, altera maior, quæ & Ἐλκὴ, & Ἄμαξια, id est, currus, quia currus similitudinem gerat, appellatur: altera ei, p̄pinqua, minor, quæ Cynofura

Cynofura, sic dicta, quod canis caudæ inflexæ similis sit. Callistonem autem Lycaonis filiam à Ioue amatam, & compressam esse: deinde à Iouone re cognita in vrsam conuersam, & Dianæ, instar feræ, sagittis configendam esse traditam: postremò à Ioue in cælo collocatam, poetæ fabulantur. Aratus paullo aliter hanc fabulā narrat, aitque ab his duabus vrsis Iouem, cum puer esset, & cum à Corybantibus custodiretur, educatum esse.

GELIDÆ MET. ORÆ] vel ab ora gelida metuatur: vel dic, à quibus Rex oræ gelidæ metuatur.

QV D TIRID. TERR.] non admodū sollicitus, quid Tyrdates extimescat, aut quis ei bellum inferre cogitet. sic Od. x. 1. lib. 2. *Quid bellicosus Cantaber & Scythes Hirpina quicquid cogitet,* &c. quidam libri scripti habēt, *Mithridatem*, sed cum litura.

FONTIBVS INTEG.] puris, sinceris, èλικρηστος. sic Lucr. lib. 4. *inuat integros accedere fonteis,* Etique haurire, inuātque nouos decerpere flores.

PIMPLÆA DVLCIS.] Musa Pimplæa à Pimplæo monte & fonte sic appellata: de quo Strabo lib. 9. *Θεῶν τῶν Πιπέλων, καὶ τὸ Λεῖων ἄρον, καὶ τὸ Πιμπλεῖον ὄρος τῶν Μάσσης ἀγροῦνται. Ἐκλήσκωνται δ' Ὀκείων, Μακεδόνες γὰρ ἐχούσι τὰ ῥέματα ταῦτα.* Catull. *Menula conatur Pimplæum scandere montem: Musa fucillis præcipitem eiciunt.* Callimach. in hymno ad Delū. *Ὡς μέσαι τῶν αἰοῖδων, δὲ μὴ πῖμπλειαν ἀείσει. Εὐχρηστὸς.*

NIL SINE TE MEI PROS.] codex Donati & nonnulli alij habent, *Nil sine te mei Possunt honores:* quæ lectio non est reiicienda, immò verò fortasse vulgatae anteponenda.

HVN C] Lamiam.

LESBIO SACRARE] decet te & tuas sorores hunc immortalitati cōsecrare fidibus Latinis, & carmine Sapphico, vel Alcaico.

AD SODALES.

Od. 27.

ARGVMENTVM.

Ad sodales inter pocula rixanteis, & poculis ipsis pugnantibus: hoc esse barbarorum, inuitatus vt bibat, id se calege facturum, si frater Megilla nomen amicæ suæ proferat, vel sibi in aurem dicat.

NATIS in usum latitia scyphis Pugnare, Thracum est. tollite barbarum

Morem: verecundumque Bacchum Sanguineis prohibete rixis.
Vino, & Lucernis Medus acinaces
Immense quantum discrepat. impium
Lenite clamorem sodales:
Et cubito remanete presso.
Vultis seueri me quoque sumere
Partem Falerni? dicat Opuntia
Frater Megilla, quo beatus
Vulnere, qua pereat sagitta.
Cessat voluntas? non alia bibam
Mercede: quæ te cūque domat Venus,
Non erubescendis adurit
Jgnibus: ingenuoque semper
Amore peccas, quicquid habes, age,
Deponere tutis auribus, ab miser,
Quanta laboras in Charybdi!
Digne puer meliore flamma.
Que saga, quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus?
Vix illigatum te triformi
Pegasus expedit Chimera.

NATIS IN VSVM] Natis, id est, natura factis, πεφύκισον. alioqui scyphi sunt ab artifice, non nascuntur. sic Lucilius, *iudicis Hortensi, est ad eam rem nata palastra:* profert Porphir. hoc interpretatur dicit: Ad computationem, & hilaritatem scyphi comparati sunt natura: iis abuti ad pugnas, & prælia, & Thracum est, & similitū barbarorum, non humanitate politorum, & excultorum hominū. Thracum, & Scytharum ebrietatem notat Plato lib. 1. de legibus, his verbis: *Σκύθοι δὲ, καὶ Θράκες ἀκράτως παντάπασιν ῥεθόμενοι γυναικας τε, καὶ αἰτοί, καὶ τῶν ἰματίων κατὰ ῥεθόμενοι, καὶ λῶν, καὶ εὐδαίμων ὀπιτήδευμα νομομύσας.* id est, Scythæ autem, & Thracæ vino mero prorsus vtentes, & ipsi & mulieres, perfusæque ac madefactas vino vesteis habentes, præclarum, & beatum studium esse existimant, idque ab illis more & consuetudine receptum est. Concinit his Horatianis illud Anacreontis: *ἄγε, δῶτε, μὴ ἐθ' οὕτω πατάγω τὸ κ' ἀλαλτῶ Σκυθικῶ πῶσιν παρ' οἴῳ Μελετώδων, ἀλλὰ καλοῖς ὕπνῳπνοντες ἐν θυροῖς.* quorum versuum hæc ferè sententia est: (Nami mihi properanti, & aliud, quod magis ad rem attinet, agenti, numeros versuum reddere non licet) Age, date, vt bibam, nèque ita strepitu, &

clamore omnia miscentes in vino Scythicam computationem meditemur: sed carminibus potius concinnis ac iucundis pocula temperemus. [Æmylius Probus in Alcib. apud Thraces homines vinolentes.]

V E R E C U N D V M] id est, verecundè tractandum, eundem inuerecundum nominat Od. 11. epod. Simul calentis inuerecundus Deus Feruidiore merito arcana promorat loco. alia scilicet ratione, nempe quia qui vinum intemperantius biberunt, inuerecundi sint, nihilque neque vereantur, neque extimescant.

S A N G. P R O H. R I X I S.] vel prohibete rixas à Baccho, vt sit hypallage: vel propriè, & vñtato more locutus est. sic enim M. Tull. pro lege Manil. Erit igitur humanitati vestra tantum cinium Rom. numerus calamitate prohibere. Idem Hora. de arte poet. Conubitu prohibere vago. vñtatoria sunt illa, prohibere itinere, prohibere domo. Cæf. & Terent.

V I N O E T L U C E R N. M E D. A C I N. I M M. &c.] id est, longissimè distat, ac magno-pere discrepat ferrum à vino & cõiuuiis. lucernas autem cum vino coniungit, quia olim noctu potissimum conuiuia agitabantur. Od. 8. lib. 3. & vigilas lucernas Perfer in lucem. ad quem locum plura.

M E D V S A C I N A C E S] acinaces nomen est peregrinum. quod genus γλωπῆων appellat Aristot. lib. 2. περὶ παντικῆς. Est autè gladius Persicus. Plato lib. 8. de Rep. eo loco, vbi ostendit, quemadmodum rerum publ. status, hominèscque, qui in eis versantur, cõmutentur, Perfarum regis gladium, acinacem ostendit appellari his verbis. τὸ φιλοχρηματομέγαλ βασιλῆα ποιεῖν ἐν ἑαυτῷ, πάρας τε καὶ σπείλους, καὶ ἀκινάκας, καὶ ζωνιῶτα, & Dion. lib. 50. de Antonio. καὶ ἀκινάκην ἔστιν ὅπερ περὶ ζωνντοῦ ἐστὶν ἡ τῆς ἐξω τῶν πατρῶων ἐξέρχεται, id est, & acinacem interdum accingebat: & vestitu alieno à patriis institutis vtebatur. Medum autem appellat, quia Medorum imperium ad Persas translatum fuit, Medique, & Persæ vni Cyro paruerunt. sic supr. Ode 2. Medos pro Persis posuit, vt annotauimus, & Catul. de coma Berenices. Cum Medi irrupere nouum mare. Atque hæc à M. Ant. Mureto fuerant iam pluribus verbis explicata.

I M M A N E Q V A N T. D I S C R.] summo-pere discrepat. Est autem hoc genus loquendi Græcorum proprium. sic enim loquuntur illi θαυμαστὸν ὄσον, mirabile quatum, id est, mirificè, & mirum in modum. ἀμύθητον ὄσον, ἀμύθητον ὄσον, Arist. πολιτ. β. ἐπὶ δὲ καὶ τῶν ἡδονῶν ἀμύθητον ὄσον. Διὰ φέρει νομίζων ἴδιον τι, id est, præterea dici non potest, quantum referat ad voluptatè, existimare aliquid suum esse & proprium. Demosth. περὶ τῶν ὁμιλιῶν, ὡς θαυμαστά ἦλθε πειστέμενοι. Διὰ τῶν ἀγαθῶν, id est, tamquam mirabilibus quantis per hos bonis abundatur. Plato Politic. ἀιδρώτος θαυμαστὸν ὄσον. Idem

θαυμάσιον εἶ ποσῶτον ἡδονῆν νικᾷ ὁ ἀγαθός. τῆς δὲ χροῆς τὸν κερῶν τε καὶ ἀδικον ἀμύθητον ὄσον νικᾷσει ἐυχρηματοῦν τε βίβη, καὶ χαλλείης ἀρετῆς. Si igitur vir bonus & iustus tanto improbum & iniustum hominem voluptate & iucunditate vitæ superat, inexplicabili quanto superabit vitæ elegantiæ, decore, & pulchritudine. Idem in Alcibiade. θαυμαστὸν ὄσον τῆς περὶ σπουδαίων ἔχει. Tale illud Aristoph. in Kanis. εὐθὺς γὰρ ἡ μάστιγι κεν οὐρανίον ὄσον, id est, statim enim aberauit cælestis quantum: id est, spatium ingens, quatum scilicet cælum à terris distat. Atque ad eundem modum M. Tullius loquitur lib. de finib. 4. sed differre inter honestum, & turpe, nihil quantum, nescio quid immensum. idem orat. perf. huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent, id est, θαυμαστὸν ὄσον, non dissimile exemplum est, quod è secundo historiarum Sallustij libro producit Nonius Marcellus. immane quantum animi exarsere. nam immanis ponitur interdum pro magno, vt docet Festus. sic & Cornel. Tacitus lib. 19. Et Flavianus exercitus immane quantum animo, exitium Valentis, vsq. finem belli, accepit.

L E N I T E C L A M. S O D.] sic Od. 8. lib. 3. προὐλ' ὅμοιο ἐστὶν ὁ κλάμος ἢ ἡ ἰσχυρία, notum est illud Pindari ἀσπυρὰ φίλοι τὸ συμποσίον, id est, silētium conuiuio carum est: hortatur autem siue Horatius, siue quis alius sodales suos, vt vociferari & contendere inter se desinat, selsèque in lectis eo corporis situ contineant, quo esse & bibere, non autem pugnare possint.

E T C U B I T O R E M. P R.] hoc corporis habitu ac situ cenabant Græci ferè omnes, & Romani illi veteres, accumbentes scilicet, & cubito innitentes, non sedentes: cuius rei complura in ruinis & parietinis Italiae, vestigia ac monumenta vidi. ad hunc locum pertinet ille, qui est Sat. 4. lib. 2. Nec satis est cara piscis auertere mensa ignarum, quibus est ino artius, & quibus abs Languidus in cubitum sese conuina reponat. quos versus suo loco explicabimus: hoc tantum dicemus in præsentia, ex his duobus locis perspicuum esse ita composito corpore cenasse veteres, vt modicè inflexa, & incuruata superiore corporis parte, reliquâ iacèrent: quod est accubare. Nam ridiculum est, quod scribit Acron, deorum esse accumbere, virorum discumbere, ferarum recubere, cum ita loquatur M. Tull. orat. de supplicis: vt muliebria quotidie conuiuia essent, vir accubaret nemo, præter ipsum & prætextatum filium. Idem epist. ad Pap. Petū, lib. 9. Accubuerā hora nona cum ad te harum exemplum in codicillis exaravi. & pro Deiot. huc te è balneo, prius quam accumberes, ducere volebat. & in Catil. 2. ad Quir. qui mihi accubantes in conuiuio complexi mulieres impudicas, vino languidi, conferti cibo, &c. & Terent. Eunuch. Et dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchre sobrium? Itaque hoc tantum interesse puto inter illa duo priora, accumbere & discumbere, quod discumbere

discumbere semper de pluribus dicitur: vt M. Tull. ad Att. lib. 5. epist. i. discubimus omnes præter illam: accubere autè, & de vno, & de pluribus siue hominibus, siue diis. Qui autè recubare putat ad feras duntaxat pertinere, legat primum versum Virg. in Tityro: & illud locum M. Tull. pro Deiot. Cum in lectulo recubuisset. & 2. de orat. cum ceteris in campo se exercebantibus, in herba ipse recubuisset. & de diuinat. 2. deinde cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse dixisset, recubuisse. Nam ex illis locis intelligere licet, recubare, seu recumbere, non esse ferarum proprium. Est autem recumbere toto corpore iacere, ita scilicet composito, vt facile somnum capere possit. interdum tamen pro accumbendi verbo vñtatur: vt epist. ad Torquat. lib. 1. Si potes archaicus conuina recumbere lectu. Herodas porro, & primos illos homines sedisse inter cenandum, non accubuisse, ex Homero perspicui potest. vno aut altero ex èplo cõtenti erimus. ἡλιάδ. λ. αὐτὰρ ἐπειτα ἐς κλισίῳ ἐλθόντες ἔπι κλισίῳ καθέζον, &c. id est, Postea porro cū in tabernaculum venissent, in sedibus sedebant. & ὀδυσσ. γ. Δαυτύμονες δ' ἀπὸ δωματ' ἀκράζοντες αἰοῖσ' Ἡρόδοι ἕζεσθαι. Conuiuia autè in ædibus audiā cantorem ordinè sedentes, quod item scribit Athen. lib. 7. his verbis: Ἐπολαμύσαντες οὖν τῆς θεοῦ πλησίον αὐτῶν ἕναι, τὰς ἐσθλας κοσμήσας, καὶ σφρόγγως διηγῶν. ὅθεν ἔτι κατακλιθέντες, ὡς τῶν ἀρχαίων ἔθος ἴδω, ἀλλὰ δαίμων ἐξόμοιοι: id est, moderatè, & temperantèr dies festos agitabant antiqui. Itaque neque solebant accubere, sed epulabantur sedentes. Iterum Hom. ὀδυσσ. η. Δαυτύμοναί τε παρ' αἰμαί κελύδοιο, ἔσθαι περ ἡμεῖς. Idem alibi: Ἐξέως δ' ἔζοντο καὶ κλισίῳις τε, θρόνοις τε. Catullus etiam Deos sedentes, non accumbentes facit in carmine de Pelei & Thet. nuptiis: qui postquam nuptiis flexerunt sedibus artus, &c. Et Apollon argon. lib. 2. Αὐτὰρ ἐπεὶ μέγα δόρυπ' ἐνὶ μεγάροισιν ἔθεντο, Δαυτύμ' ἐξόμοιοι, id est, Posteaquam autem magnam & copiosam cenā in amplis ædibus appoluerunt, Tum epulari cõperunt sedentes. Quod autem Germanus Valens indicauit mihi Seruiū notare ad illum locum Virgil. lib. 7. Æneid. hic ariete caeso Perperius soliti patres considere mensis: maiores enim nostri sedentes epulabantur. quem morem habuerunt à Laconijs & Cretensibus, vt Varro docet lib. de populo Rom. nihil hoc valet ad refellendum quod dicebamus initio, Romanos illos veteres, cubatèis cenasse. Nā hæc verba Seruij, quæ sumpta sunt ex Varrone, & Virgilij, referenda sunt ad primos illos & antiquissimos Romanos, qui feruiores, & duriores, & continentiores erant. posteriores enim mollijs & remissijs vixerunt antiquis, quemadmodum ostēdimus ex Athenæo & Homero Heroas sedentes corpora cibo curasse, non accubentes. Quin si res eget pluribus argumētis, aut ampliore auctoritate, Plutarch. accedat, qui lib. συμποσ. πότερον αὐτῶν δεῖ κατ-

τακλίνειν τῆς ἐπιμύθου τὸν ὑποδρόμιον. vñque quaque his vocibus vñtur κατακλίνειν, κατακλίσει, κατακείσθαι, κατακλίνεσθαι. & Plato lib. 2. de rep. de epulis loquens: ἔπι κλισίων κατακείσθαι, id est, in lectis cubare, ibid. κατακλίνοντες ἔπι σφάδων ἐπιμύθου μίλακι καὶ μύρριναις: id est, discumbentes in lectis gramineis edera & myrto stratis. Aristoph. Pluto, κοσμίως κατακείμεθα, id est, modestè discumbebamus. idem Vesp. κατακλινόμεροι τε ἔπι τοῦς κοίταις: id est, accubètes in lectis, quæ postrema exempla suppeditauit mihi Germanus Valens. De triclinijs verò, in quibus discubere solebant, dicemus ad illum locum Sat. 4. lib. 1. 3. a petribus lectu videat cenare quaternos.

V L T I S S E V E R I] inuitatus ad combendum, id se alia condicione facturum negat, quàm si frater Megillæ vnus è conuiuia, amicæ suæ nomen edat, & pronuntiet, siue sibi in aurè dicat.

S E V E R I F A L E R N I] austeri. fortè appellat Saty. 4. lib. 2. Ausidium forti miscebat mella Falerno, mendo se. Athen. lib. 1. scribit, vinum Falernum aliud austerū esse, aliud dulce: dulce autè fieri, cum sub vindemiæ tempus Noti flauerint &c. verba Athen. sunt hæc, εἰδὴ δὴ τῶν φιλέρων, ὁ αὐστηρός, καὶ ὁ γλυκὺς ἔπος δὲ ποῖτος γνέσται, ὅταν ὑπὸ τῶν πρυγνῶν νότοι πνεύσωσι.

O P U N T I A] à nomine Opus fit Opuntius. Est autem Opus vrbs Locridis.

Q U O B E A T V S V L N E R E, Q V A P E R E A T] id est, cuius puellæ amore saucius sit. sed quomodo quisquā vno tempore, & beatus, & saucius esse, atq; ad eò perire potest? amor est variū quiddam & multiplex. noti sunt duosmodi: notum illud γλυκύπικρον: notum illud Terent. Eun. in amore hæc omnia insunt vitia, iniuria, suspiciones, &c. Postremò notum illud Anacreontis, χαλεπὸν τὸ μὴ φιλοῦσαι, χαλεπὸν δὲ καὶ φιλοῦσαι, χαλεπότερον δὲ πάντων ἀποτυγχάνειν φιλοῦσαι. id est, Et non amare durum, Et verò amare durum, Durissima omnium res Amare, nec potiri, quibus cõsentaneum est hoc Tibull. lib. 2. Ah miseri, quòs hic grauior amor. in summa, amans eo, quòd potiat, beatus dici potest: quòd feruiat autem, & quòd semper sollicitus sit, perit, & miser est. [His consentaneum est illud Catull. de Venere, Quæ dulcem curio: miscet amaritatem. & illud Plaut. in Cistell. Nāmq; ecastor amor est melle est felle est facundissimus, gustu dat dulce, amarum vsq; ad satietatem aggerat.]

S A G I T T A] noti sunt Cupidinis arcus, notæ sagittæ, nihil tritius est apud poetas tū Græcos, tū Latinos. Vnus Propertius nobis erit nunc instar omnium lib. 2. Et merito hantatis manus est armata sagittis: Et pharetra ex humero Cnosia utroque iacet. Lege & Philostratum in imaginib. &

infra Ode 8. lib. 2. Semper ardentes acvens sagittas
Cote cruenta. Xenophon autem Σπορμη. α. ait ic-
cicō Cupidines sagittarios fingi, quōd formosi
& formosæ etiam è longinquo loco vulnecant.
verba illius hæc sunt. ἴσως δὲ καὶ οἱ ἑρώτες τοῦ
ταυ ἄλκι τοῦ κελουῦται, ὅτι καὶ πορραθεν οἱ κα-
λοι πύρωσι & σι.

CESSAT VOLVNTAS NON ALIA
B I B. & C.] id est, negas te mihi eius puellæ. quā
amas, nomē editurum, aut in aurem dicturum?
at nihil aliud mereri velim, vt bibam: nulla alia
mercede, nullōve alio pretio adducar ad biben-
dū. voluptas habet cod. Iann. Vrsin. Vatic. Torn.
Ruffard. & nonnulli alij, nō. voluntas: quam scri-
pturam non sum secutus tamen.

QVÆ TE CVMQ. DOM. VEN.] blā-
ditur ei nunc, vt nomen amicæ ab eo eliciat, atq;
exprimat. hoc modo: quācumque puellā amas,
quocumque amorem tuum contulisti, eam tibi
amicam quaesisti, & comparasti, cuius te neque
pudere, neque pœnitere debeat. amas aliquam
honesto loco natam, & forma præstantem puel-
lam. amorē tuum honesto aliquo, & gloriatione
potiùs, quàm pudore digno loco collocasti. Qvæ
te cumque, pro Quacumque te.

INGENVQVE SEMP. AM. PECC.]
non aliquam ignobilem, & generis feruilis, sed
liberam, & ingenuam amas.

QVICQVID HAB. AGE, DEP.] quæ-
cumque ea sit, age, committe mihi tacituro: dic
mihi in aurem non vulgaturō.

TVTIS. AVREBVS] non perfluentibus,
neque rimosis: sed vndique septis & clausis ad
continentandam rem arcanam creditam.

AHMISER] audito tandem puellæ illius
nomine, immitis fortasse, & illiberalis, & sæuo
ingenio præditæ, ita exclamat.

QVANTA LAB. IN CHAR.] quàm
sævam, difficilem, improbam, rapacem, auaram
puellam nactus es? Proculdubio tibi res est cū
illiberali, & immiti puella, quæ te sit excrucia-
tura: qua nūquam sis potiturus. Non dissimula-
bo, in tribus libris manuscriptis scriptum esse,
Quanta laborabas Charybdi.

CHARYBDI] Charybdin aquarū dicūt esse
voraginem inter Adriaticum, & Tyrthenū ma-
re, quæ vim quandam abforbēdi habeat. Scyl-
læ maximè geminā, quam Scyllam credibilius
est scopulum aliquem fuisse, idque ex Homero
ipso colligere licet, cuius hi sunt versus. ὄδυσ.
μ. τῷ δ' ἐν ἑρμῆος ἔστι μέγας φύλλοισι πεθα-
λῆς. τῷ δ' ἔσθ' ἵα χαρυσδὶς ἀναρροῖ δ' εἰ μέ-
λαι ὕδαρ. Τεῖς μὲν γὰρ τ' αἰνῆσιν ἐπ' ἠματι
τεῖς δ' ἀναρροῖ δ' εἰ Δεινὸν, μὴ σὺ γὰρ κείηι πύ-
λωϊς, ὅτε ποσειδῶσιν, eodem libro. Εἴθεν μὲν γὰρ
Σκύλλ', ἑτέρωθεν δὲ διὰ χαρυσδὶς Δεινὸν ἀναρ-
ροῖ δ' εἰσι θαλάσσης ἀλμυρὸν ὕδαρ. Idem vide-
tur sentisse Virgil. Æneid. 3. Dextrum scylla la-
tum; laevum implacata Charybdis obfudet, atque
imo. barathri ter gurgite vastos sorbet in abru-
rit,

ptum fluctus, varisq; sub auras Eriq; alterius
A & sidera verberat unda. M. Tull. orat. de harusp.
responsis: quam denique tam immanem Charybdin
poeta fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exha-
vire gurgites possit, quantas iste Bylantium, Trogi-
tarorumque gradas exforbuit? Idem de orat. 3. Charyb-
din bonorum, voraginem potius dixerim, facilis enim
ad ea, quæ visa, quàm ad illa, quæ audita sunt, mentis
oculis feruntur. Idem Phil. 2. Quæ Charybdin tam vo-
rax: Charybdin dico? quæ si fuit, fuit animal unum.
Oceanus mediusfidus visū videtur tot res, tam dissipā-
tas, tam distantibus in locis postas, tam cito abforbere
potuisse. Tibull. ad Mess. lib. 4. Nec violenta suo con-
sumsit more Charybdin. Vel si sublimis fluctu consurge-
ret imo, vel si interrupto nudaret gurgite pontum. iam
admonui, me in tibus exemplaribus antiquis
B scriptū reperisse Quanta laborabas Charybdi. quam
scripturam tamen non sum secutus. sic enim lo-
quitur Oda 17. sup. & fide Teia Dices laborantis in
vno Penelopen, vitreâque Circe.

FLAMMA] Virg. Æneid. 4. est mollis flamma
medullas.

QVÆ SAGA] quæ te saga cantionibus, &
carminibus amore poterit liberare? Sagire (in-
quit M. Tull. de diuinat. lib. 1.) sentire acutè est. ex
qui sage anus, quia multa scire voluit.

THESSALIS] Thessali potionibus & ve-
nennis, id est, medicamentis, & poculis quibusdā
partim bonam mentem hominibus adimebāt,
partim contrariis restituebant. Plaut. Amphit.
Ego pol. illum vlcisat hodie Thessalum veneficum, qui
peruersè aded perturbavit familia mentem meæ. Tibul.
lib. 2. eleg. 4. Quicquid habet Circe, quicquid Medea
veneni: Quicquid & herbarū Thessala terra gerit. gra-
datio est. saga, magna, Dens.

VIX ILLEG. TRIF.] puellā illā cū
Charybdi paulō antè cōparavit: nunc cū Chi-
mara: quā triformē fuisse ex vulgatissimo Ho-
meri versu notū est, καὶ δὲ λέων, ὄπιθεν δὲ δρά-
κων, μέσση δὲ χίμαιρα. atque idem versus apud
Hesiodum quoque reperitur in Theogn. vt ne-
cesse sit vel Hesiodum ab Homero mutuatum
esse, vel vtrumque ab aliquo superioris ætatis
poeta, si quis Homero antiquior poeta fuit. Iam
Chimæra ex Thiphōne & Echinna nata est. so-
ror eius fuit Hydra, fratres Orthus & Cerberus,
vt scribit Hesiod. in Theog. Chimæram inter-
fecit Bellerophon equo Pegafo vectus. qua de
re sic Hesiod. τὴν μὲν πηγασὸς εἶλε καὶ ἐσθλὸς
Βελλεροφόντης.

PEGASVS] equum Pegasum Medusa fi-
liū nominat Pindarus, quia ex Gorgonis capi-
te, quod ei abscedit Perseus, exsiliierit, vt scribit
Hesiodus in Theogn. τῆς ὅτε δὴ πέρσεος κεφα-
λήν Σπιδειροσὸ μίσησεν, Εξέστορεν χερσὶν αὖτε
μέγας, καὶ πηγασὸς ἵππος. Quantas autem,
& quàm multas ad res fortiter & præclarè ge-
rendas hic equus Bellerophonti fuerit utilis at-
que opportunus, & quemadmodum eidem
Bellerophonti Pallas in somnis frenum dede-
rit,

rit, quo equum antea ferum, indomitum, indo-
cilem regeret, ac moderaretur, & quemadmo-
dum eius opportunitate fretus Amazonas, Chi-
marāque flammæ ex ore euomentem, & So-
lymos deuicerit, copiose narrat Pindarus O-
lymp. eid. 19. αὐτὸ δ' ἐπέωρα (Pegafo) χέρι ποτ'
Ἀμαζονίδων ἀθήρος χίμαιρας ἐπὶ κόλπων ἐρήμῃ
τοῦ ὄταρ βάλαν γυμνασίων τραποῖ, καὶ χέιμαρ-
σαν πῦρ πείσοισιν, καὶ σολύμοισιν ἐπέφερε, &c. Ho-
merus autem hanc de Pegafo & Bellerophonte
fabulam omnium plenissimè narrat, Ἰλιάδ. σ.
Aratus quoque de Pegafo scribit nonnulla. ex
eis petat, qui volent.

EXPEDIT] illigatum, & impeditum expe-
dit, id est, soluet. Chimæra, quidem habent li-
bri vulgati, & nonnulli scripti: Chimæra autem
Donati, Vrsini, Vrsini, vnus Vatic. Tornes. vt
triformis Chimæra, cohæreat cum verbo expedit.

AD ARCHYTAM.

Od. 28.

ARGVMENTVM.

Inducitur Archytas nauæ cuidam respondēs,
omnibus esse moriendum, oratque, ne se in-
sepulchrum iacere patiatur: sed corpori suo ter-
ram, aut arenam iniiciat.

TE maris, & terræ, numeroque carē-
tis arenæ
* Mensorum cohibent, Archyta,
Pulveris exigui prope littus parua * Ma-
tinum

Munera: * nec quicquam tibi prodest
Aeris tetasse domos, animoq; rotundum
Percurrisse polum morituro.
Occidit & Pelopis * genitor, cōiuiua deorū:
Tithonūque remotus in auras:
Et Iouis arcanis Mimos admifsus: habetq;
Tartara * Panthoiden iterum Orco
Demissum: quāuis clypeo Troiana * reflexo
Tempora testatus, nihil vltra
Nervos, atq; cutē mori cōcesserat atra,
Iudice te, non * sordidus auctor
Naturæ, veriq;. Sed omnis una manet
Et calcanda semel via leti. (* nox:
Dāt alios Furie toruo spectacula Marti:

Exitio est auidis mare nautis.
Mista senum, ac iuuenum densentur su-
nera. nullum
Sena caput Proserpina fugit.
Me quoq; deuexi rapidus comes Orionis
Jliricis Notus obruit undis.
At tu nauta vaga ne parce maligno, are-
osibus, & capiti inhumato (na
Particulam dare. * sic, quocumque mina-
bitur Eurus
Fluctibus Hesperis, Venusina
Plectantur silua te sospite: multaq; mer-
Vnde potest, tibi defluat equo (ces
Ab Ioue, Neptunoq; sacri custode Tarēti.
* Negligis immeritis nocituram
Postmodò te natis fraudē cōmittere forsā.
Debita iura, viceque superba
Te maneant ipsum precibus non linquar
inultris:
Teque piacula nulla resoluent.
Quamquam festinas, non est mora longa:
licebit
Iniecto ter puluere curras.

TE MARIS, ET TERRÆ] Archytas
Tarentinus ita fuit philosophus, & geometra,
vt à reip. administratione tamen non abstine-
rit, quemadmodum declarat pulcherima illa
Platonis ad eum epistola.

COHIBENT] continent & coercēt te, qui
vnius maria & terras dimensus es, cælumque
aded ipsū mente & animo percurristi.

PVLVERIS EXIGVI PARVA MV-
NERA] paulūm pulueris: non tantūm terræ,
quāntum fatis sit ad totum corpus tuum conte-
gendum.

PROPE LITTVS MAT.] in Apulia.
Ode 2. lib. 4. ego apud Matina More, mouēque, &c.
Carmina fingo.

NEC QVICQ. TIBI PROD. &c.] nec
quicquam tibi adiūmeti attulit ad mortem ef-
fugiendam, quōd in rerum cælestium cognitio-
nem plurimūm studij, operæq; cōtulisti, cælisq;
magnitudinē mēte peragrasti, cum esses omni-
no moriturus. Phaurinus apud Aulum Gellii
lib. 10. hæc de Archyta, Ἀρχύτας Ταραντῆνος
φιλόσοφος ἄμα καὶ μηχανικός ὃν ἐποίησε πλεί-
στεραν ἐπιπέδου πετοδύλου, ἥτις εἴποτε κατέ-
σκειν, ὅσα ἐπὶ αἰσίοιο μέγας γὰρ τίετα * cetera
g ij

ram, & vulgatam.

D E N S E N T V R] sic in cod. Torne. & trib. aliis scriptum est, densentur, in qua no vt in vulgatis densantur. quo verbo vsus est Lucret. no semel. densentur autem, id est, cumulentur, exaggerantur. *επαοστροποι κενύται οι γρηγορες ηδη οι νεοι.*

N V L L V M S A E V A C A P V T P R O S E R P I N A .] Proserpina mortis & vitæ arbitra est. Martial. ad Lucinum quendam: Non omneis fallis: scit te Proserpina canum: Personam capiti detrabet illa suo. Et apud Virgil. lib. 4. Ænei. extr. Cum Dido magno cum cruciatu, & longo tractu temporis moreretur, quia ei, vt pote ante diem morienti, Proserpina nondum flammam vertice crimem abstulerat, strygiæque caput damnauerat Orco, deuolat Iris è cælo, quæ eam corpore exfoluat. & Sat. 5. lib. 2. Tiresias cû Vlyff. pauca locutus à Proserpina retrahitur, sed me (inquit ille) Imperiosa trahat Proserpina, viue, valeque. fugit autem hoc loco, cum priorem syllabam habeat productam, temporis præteriti est.

R A P I D V S] liber Faëni, habet rabidus, non probo.

O R I O N I S] Hyrieus Neptuni & Alcyonæ filius Tanagrae, quæ vrbs est Bæotiae, habitabat: hic cum esset hospitalissimus, Deosque aliquando liberaliter hospitio accepisset, Iupiter, Neptunus, Mercurius ob eâ hospitalitatē, gratiam ei referre volentes, iusserunt, vt, quod ei commodum esset, abs se peteret. Ille autē cūm liberis careret, neque vxorem ducere vellet, tamen filium petiuit. Tum Dij pellem bouis sibi ab illo immolati comminxerunt, & semine consperferunt. quo facto, monuerūt, vt eâ pellem in terra conderet, ac defoderet, & decem post mensibus effoderet. Interea natus est Orion, ducto nomine *Ὠρίων*, id est, à meiēdo. qui paululum immutatis litteris, *Ὠρίων*, Orion speciosioris & honestioris appellationis gratia postea dictus est. is Dianæ, cū qua venabatur, stuprum inferre conatus est. qua de re dea irritata Scorpionem è terra extulit, à quo Orion in talo ictus interiit. Iupiter autē, eū miseratus, in astra retulit. eò fit, vt Oriente Scorpion occidat Orion. Verūm Homerus *ὄδυσσ.* dicit eū à Diana sagittis esse cōfixum. *Εὐὸς μιν ἐν Ὀρτυγίῃ εὐσθόρονος ἀρτεμὶς ἀγνή. Οἷς ἀγνοῖς βελέουσιν ἐπιρριδίῳ κενύτῃσιν.* Lege Aratum de Orione, & Diana, Horatii lib. 3. Od. 4. Tentator Orion Diana. & 13. lib. 2. Nec curat Orion leones, Aut timidus agitare lyncas. deuexum autem intellige, vel qui ad occasum vergit, vel qui in decliu cæli parte situs est. Siue autem oratur, siue occidat, tempestates excitat. iccirco Virgilius nimbosum vocat.

A T T V N A V T A V A G A .] Attu nauta ne parce malignus particulam arenæ dare offibus, & capiti inhumato, terram offibus & capiti inhumato benignè iniice.

M A L I G N V S .] malignus esses si parceres: vel ne te in eo malignū præbe, vt parcas. sic lo-

quitur Saty. 6. lib. 2. si veneror stultus nihil horum, id est, si non sum ita stultus, vt aliquid horū vernerer, seu precer, & optē. vide annot. ad Od. 13. lib. 3. iam illud parce dare huic poetæ vsitatum est: exempli causa, Od. 28. lib. 3. *Παρίς deripere horreo Cæssanem, &c.* & Saty. 2. lib. 2. *Et nisi mutatum parciit diffundere vinum:* id est, non vult. sic Catullus de nuptiis Pelei. *Nil metuūt iurare, nihil promittere parcunt.* id est, nihil est, quod promittere non audeant. & Titus Liuius lib. 34. *Proinde parce sic fidem ac iura societatis iactare.* iterum Horat. Od. 8. *Parce priuatum nimium cauere.* Malignus idem ferē valet, quod angustus: opponiturq; benigno, vt annotatum est ad illum locum epist. ad August. lib. 2. *laudare malignē.*

S I C lege, quæ suprà diximus de hac particula, Od. 3.

Q V O D C V M Q V E M I N A B .] verbum minandi iuxit casui accusandi, vt epist. ad Celsum. *dic pulcha & multa minantem, Visere nec velle, nec suauiter.* & Od. 19. epod. *Minatus urbi vincula.* sic sæpe M. Tull. vt Tuscul. 1. *Theodoro cum Lysimachus Rex crucem minaretur, istis quasi (inquit) ista horribilia minitare purpuratis tuis.*

V E N V S I . P L E C . S I L V A .] in Venusinas filuas recidat: filuas Venusinae luanr, & c. sic loquitur epist. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plotuntur Achivi.*

T E S O S P I T E .] te saluo: te incolumi.

A Q V O A B I O V E .] a quo, id est, tibi placato, seu fauente, seu non irato. sic epist. ad August. lib. 2. *Ecce mecum facit, & loue iudicat aqvo.*

N E G L I M M E R . N O C . P O S T M . & c .] hunc locum in omnibus libris corruptum non leui coniectura ductus emendauit. Nam cum in vno codice Vaticano, & in Ianoct. & in Cleric. Ruffard. Nicot. *forfan* pro *foris* & c. in nonnullis aliis *forset*, reperissem: facile mihi persuasi, illud *forfan*, principio fuisse ascriptum ad explicandā vocem obsecutorem *forset*, seu *forset*, quod idem valet: deinde deletō *forset*, quo & alibi vititur Horat. in eius locum fuisse substitutum *foris*, & veruntamen ne quis religiosior me paullo audaciorē esse diceret, *forfan* quod reperitur in quinque lib. antiq. pro meo iure arripui, ita tamē vt *forset* multo malim. sententia autem huius loci sic restituti nō est obscura. *forset*, seu *forfan* non dubitas, aut non vertis religioni culpam admittere, quæ sit etiam tuis liberis immerētibus notitura. si ita est, debita iura, id est, iustitia, quæ aliqua ex parte in reciproca perpeffione cōsistit, & vicissitudo mali, te mancant, id est, tibi impendeant & instent, te excipiant, pœnas deniq; abs te repetant: vel sic, Hoc idem malum, nempe insepultum esse, tibi enuiat.

[**I M M E R I T I S**] quia pœna non debet aliū quemquam attingere, quam eum, qui culpam commisit. Veruntamen sæpe aliter fit: vt Georg. 1. *Zaomedontea luimus periuria Troia:* ad quem Virgilij locum, hunc Horatij profert Seruius. Tale & illud

& illud Oda 6. libr. 3. *Delicta maiorum immeritus lues Romane.* & illud epist. 2. lib. 1. *Quicquid delirant reges, plotuntur Achivi.*

P O S T M O D O] paullo post.

T E N A T I S] ex te natis.

F R A V D E M] culpam, noxam.

D E B I T A I V R A , V I C . S V P .] nunc his, quæ sequuntur, ei malè precatur, si se insepultū relinquat. **V I C E S Q V E S V P E R B A E**] pœnæ reciprocae, graues, & acerbae, ἀμοιβή, τὸ ἀντιπεπρωμένον; talio, pœnæ vlticis: vel pœnæ superbis factis dignæ. Sed Passeratius mauult legi *superbe*, in vocandi casu. adiuuat eum codex vnus manuscr. quem domi habeo, in cuius ora ascriptum est ad hunc locum, *superbe* in cuius inhumatum esse fuisse.

T E M A N E A N T I P S V M] tibi sint paratae, te expectent. M. Tull. cum dandi casu coniunxit Philipp. 2. *cuius quidem tibi fatum, sicut C. Curioni manet.* sic enim scriptum est in antiq. codice. & Catullus. *scelera, tene? quæ tibi manet vita? cum accuf. Plaut. Mostell. Meum bonum me, te tuū maneat malum* & Hor. Od. 13. epod. *Te manet Assaraci tellus,* id est, tibi parata, & referuata est, te expectat & Od. 16. epod. *Nos manet Oceanus circumuagus.* & Od. 17. *Si tardiora fata te votis manent?* & epistol. ad Torquat. lib. 1. *Supremo te sole domi Torquate manebo.* & epist. ad librum suum lib. 1. *Hoc quoque te manet, vt pueros elementa docentem Occupet extremis in vicis balba senectus.* id est, hoc tibi impedit, hoc tibi etuenturum est. & hac Ode paullo antè, *sed omnes vna manet nox.* & Od. 18. lib. 2. *Nullo cerior tamen Rapax Orci sine destinata Aula diuitem manet Herum.* Terent. Phorm. *Simul autem non manebat aias virginis Meam negligentiam.* & ita loquuntur Græci: vt Pindarus *Ὀδυσ. ἐδ. 5. τὸ γὰρ πᾶρ δίκας γλυκὺ πικροτάτω μῦθε τελευτῶν.* conuersa ratione dixit Horat. Od. xi. lib. 3. *Quæ manent culpas etiam sub Orco,* id est, quæ etiam apud inferos, vbi pœnas suarum culparum sufferunt, nondum tamen culpis liberantur: vel ita luunt pœnas, vt culpas inexpiabiles maneant.

P R E C I B V S N O N L I N Q V A R] preces appellat, execrationes, ἀνάσ, vt Od. 5. epod. vel simpliciter accipito. significat autem Deos suis precib' adductos pœnas inhumanitatis ab hoc nauta repetituros, proinde ac si diceret, euentura precatus sum.

P R E C I B V S N O N L I N Q V A R I N V L T I S] Passeratius putabat *inultus* esse reponendum, vt sit hæc sententia: non linquar inultus, ob eas preces, quibus te deuoui.

T E Q V E P I A C . N V L L A R E S] nullæ victimæ, nullæ sacrificia, nullæ deniq; placationes te culpa exsoluent, nec liberabunt, nisi meis offibus terram inieceris. significat, scelus admisurum nefarium, atq; inexpiabile, nisi cadauer suum insepultum repertum, terra iniecta tegat: quod sepulturae genus erat omniū postremum.

Veruntamen qui corpus insepultum reliquerat, neque saltem iniecta gleba sepelierat, hoc nefas à se admisum, porca præcidanea immolata expiare ac luere poterat, vt docet Festus in voce præcidanea, seu præcidanea agna & porca.

Q V A M Q V A M F E S T .] iterum studet ei blandiendo persuadere, vt humo iniecta corpus suum contegat.

I N I E C T O T È R P V L V . C V R .] tradit M. Tull. lib. 2. de legibus, *humatos proprie dictos esse eos, quos humus iniecta contegeret,* eumque morem à iure pontificali confirmari, quod priusquam in os iniecta gleba sit, locus ille, vbi crematum corpus est, nihil habeat religionis. Et Varr. lib. 4. de lingua Latina scribit, quoad quis inhumatus sit, qui Romæ cōbustus non est, aut cuius in sepulchru iniecta gleba non est, eius familiam funestam manere. Et Seruius ad hunc locum Virgil. lib. 6. *Æneid.* vbi Misenus sepelitur, *Præcipue primæ Æneæ,* & c. hæc ascribit. *Qui de pietatis generibus scripserit, primum locum in sepultura esse voluerunt:* Vnde cūm potificibus nefas esset cadaver videre, magis tamen nefas fuerat, si visum insepultum relinquerent. Genus autē sepulture fuerat, iniectio pulueris: vnde est, *aut tu mihi terram trince:* & Horat. *non est mora longa: licet iniecto te puluere curras.* Idem Seruius ad illum locum eiusd. eod. lib. in ops, inhumatq; turba, in opem (inquit) intelligit sine pulueris iactu. Nam Ops terra est. Iniectio autem fieri poterat etiam sine cadavere, nempe quibusdam sacris sollennibus ex ritu Pontificali & sepultura inanis tantū dem valebat, quātum plena, vt intelligere licet ex ea, qua Deiphobus affectus est. Nam nihil minus eius umbra traucta est, quāuis ei Æneās cenotaphium dumtaxat fecerit, id est, tumulum inanem, vt lib. 5. *Æneid.* *Tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem Constitui, & magna manes ter voce vocavi, &c.* Horribile autem & formidolosum fuisse veteribus illis iacere inhumatos, cum alij scriptores, tum maxime poetæ declarāt. Hector quidem apud Hom. *Ἰλ. χ.* iam iam moriturus in magni beneficij loco ab Achille petit, ne se canibus dilacerandū relinquat: sed patri Priamo potiūs, matrique Hecubæ sepeliendū, atq; humanum reddat. Apud eundem Patroclus Achilli in somnis obiectus eum orat, vt se quā primūm sepultura afficiat, ne ab introitu, & ostio inferorum excludatur. vmbra enim & manes sibi ob stare, quominus fluuiū traicere possit, ideōque se vagari, & errare per vastas Orci solitudines. verba Patrocli sunt hæc *Ἰλ. χ.* *Ὀδάρη με ὄφι τάχα πύλας Αἰδῶο σπρήσει. Τῆλε με εἰργασιν Ἰουχά εἶδαλα χεχµόντων, Οὐδὲ με πῶς µίσεδόται Ἰσθμῶ ποταμοῖ ἐώσιν, Ἀλλ' αὖτος, ἀλάληµεναι εὐρυπύλας Αἰδῶο δῶ.* Ariadna quoque apud Catullum queritur, se pro tot in Thesæa officiis, ac beneficiis, dilacerandam feris relictum iri, neque iniecta terra tumulatum iri. sic illa: *Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque Præda, nec*

iniecta tumulabor mortua terra. & apud Virgil. Palinurus Æneam orat, vt aut sibi terram iniiciat, aut corpus suum secum tollat per vndas: *sedibus ut saltem placidis in morte quiescam* (inquit ille.) Denique totum Antigone Sophoclis argumentum in eo vertitur, quod Creon Polynicen vetuit sepeliri: foror Antigona cum clam humo contexit: quo in facto deprehensa, suoque ipsius iudicio prodita, viua in terram defossa est. & d. γ. Telemacho de Agamemnonis nece quarenti cum alia multa, tum hoc responder Nestor, si Menelaus Troia reuictus Ægisthum Agamemnonis percussorem domi viuum offenderet, neminem illi fuisse mortuo terram iniecturum: sed eum canes & volucris fuisse discerpturos, ac dilaceraturos, neque vllam de Graciæ mulcibus mortem eius fuisse defseturam. sic Hom. *Εἰ ζῶοντ' Ἀχαιοὶ ἐνὶ μεγάροισιν ἔτετο δὲ Ἀσείδης προΐθην ἰὼν ἕσθης Μενελάος.* Τῶ κ' εἰ οὐδ' ἴσθοντι χροτὸν ἔπι γῶναι ἔχουσιν. Ἀλλ' ἄρα τὸν γὰ κλυτὰ τε καὶ οἰωνοὶ κατὰ δαίμονα Κεῖμενον ἐν πεδίῳ ἐχέουσ Ἀχαιοί, ἠδὲ τοκίων. qua de re plura dicemus ad Od. 5. epod.

T E R T I U M hic numerus non solum perfectionem quandam significat, sed etiam *μυστηρίου τις ἐστίν*, vt diximus supra ad Oden primam.

C V R R A S nauiges. ex quo cursum etiam in navigatione vsurpat Latini per translationem. M. Tull. offic. 3. *si idem sciat complures mercatores ab Alexandria soluisse, nauisq; in cursu frumento onustus petentes Rhodum viderit.* Idem de nat. deorum lib. 3. *Dionysius cum sanum Proserpina Locris expulisset, nauigabat Syracusas: isque cum secundisimè cursum teneret, videritque inquis amici, quam bona à Diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur.* Idem ad Brutum epist. cuius initium est, *Messalam habes. Itaque in medio Æthiæ cursu, cum Etesiarum diebus Auspeter me in Italiam, quasi distudor mei consilij retulisset, te vidi Pelia.* Hor. Od. 34. huius lib. nunc retrorsum vela dare, atque iterare cursus Cogor relictos. Catull. de nupt. Pel. & Ther. *illa rudem cursu prima imbuit Amphitricon.* & crebrò Virgil.

AD ICCIUM.

Od. 29.

ARGUMENTVM.

Mirum quiddam, & monstri simile dicit esse, cum à philosophia studio ad militiam transisse.

ICCI, beatas nunc Arabum inuides
Gazis: & acrem militiam paras
Non ante deuictis Sabæe

A Regibus, horribilib; Medo
Nectis catenas, quæ tibi virginum
Sponso necatio barbara seruiet?
Puer quis ex aula capillis
Ad cyathum statuetur* vinctis,
Doctus sagittas tendere Sericas
Arcu paterno? quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus, & Tiberim reuerti:
Cum tu cœntos vndique nobileis
Libros Panati, Socraticam & domum
Mutare loriceis Iberis,
Pollicitus meliora, tendis?

B E A T I S opulentis.
NU NC ARAB. INVID.] Arabia eiddamum, cinnamomi, thurisq; feracissima. infra Ode 34. lib. 3. *Intactis opulentior Theauris Arabum,* &c. & epist. 2. ad Mæcen. lib. 1. *nec Otia diuitiis Arabum liberrima muso.* Cōstat autem Augustum hoc tempore Parthis & Arabibus bellum inferre cogitasse. eoque referendum est id, quod est infra Od. 35. huius lib. *iuuenem recens Examen Eois imendum Parthis, Oceanoque rubro.*

G A Z I S] Γάζα (inquit Hesych.) πόλις: ἡ δὲ Πέρσης βασιλείου, ἢ οἱ οὖν πολλοὶ φερόμενον φόροι, ἢ τὰ τίμια. M. Tull. qui ab auro, *Gaza, regia manus abstinuit.* & Offic. 2. *omni Macedoniae Gaza, qua fuit maxima, positus est Paulinus.* Horat. infra Od. 16. lib. 2. *Non enim Gaza, neque consularis summouet licet miseris tumultus Mentes.* Pompon. Mela. *Ceterum in Palaestina est ingens & munita admodum Gaza (sic Persæ ararium vocant) & inde nomen est, quod cum Cambyfes armis Ægyptum peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat.*

H O R R I B I L I Q V E MEDO] Medis & Persis, & Parthis. vt sup. Od. 2. *Neu sinas Medos equitare inultos Te duce Casar.* quibuscum bellum gerere populus Rom. seu potiùs Augustus populi Rom. nomine cogitabat.

N E C T I S CATENAS] seruitutem meditati, & comparas. nam bello capti, eorum, qui vicerunt, serui fiunt, iure gentium.

E X AVLA] vel puer aliquis, qui regi seruiet, vel puer nobili genere natus à te bello captus. T. Livius lib. 45. *annal. Pueri Regij apud Mæcedonas vocabantur principum liberi ad ministerium regis electi.*

C A P I L L I S V N C T I S] vngueto delibititis. **A D** CYATHVM STATVETV.R] pocula tibi ministrabit in conuiuio.

S A G I T T A S T E N D E R E, &c.] Od. x. lib. 2. *arcum tendere dixit magis proprie.* Verum tamen etiam Virgil. ita locutus est lib. 9. Æneid. *& spicula*

& spicula tendere cornu.

Q V I S NEGET ARDVIS] quis neget, fluuios sursum relabi & resuere posse, cum tu libros Platonis, Panatij, Xenoph. Aristot. quos tu legedi causa cœmeras, armis commutes: philosophiæque studio relicto, te ad rem militatē conferas? Sunt autem hæc ex Euripidis Medea sumta, vbi sic chorus *ἀνο ποταμῶν ἱερῶν χροῖσι παλάχῃ δίκῃ, καὶ πάντα πάλιν σπῆρεται,* id est, sursum fluuiorum sacrorum eunt fontes: & iustitia, & omnia retrò vertuntur. & prouerbij speciem quandam obtinent vtur M. Tull. ad Atticum lib. 15. *de Lenio rem laudo: si verò etiam Carsoleus, ἀνο ποταμῶν* Vsurpauit & Demosth. in orat. *τῶν ἑκατοσέων ἀλλὰ δὴ τὰ ἀνο ποταμῶν σκίεθι τῇ ἡμέρῃ πάντες, ὅσοι οἱ τῶν περὶ νεας, ἰπποῦσαν λόγοι,* id est. sed planè scilicet fluuiorum instar sursum relabentium illo die omnia, quæ de impudicitia facta sunt, verba fluxerunt. non dissimile est illud eiusdem Euripid. *ἰκετὶς ἀνο γὰρ ὅσοι τὰ σπῆρα, μάλ' οὐκ ἔστι περὶ ζόμεθα δὴ,* id est, sursum enim fluere res videbuntur, si nobis alterius imperio parendum

R E L A B I] id est, lapsos è montibus in montes reuertit.

P A N A T I J Panatij, philosophi Stoici, quem sæpe commemorat M. Tullius, quemque imitatus est in libris de officiis.

S O C R A T I C A M E T **D O M V M**] id est, Socraticam familiam, Platonem, Æschinem Socraticum, Xenophontem, denique Academicos veteres. vide annot. ad illum locum epist. 1. lib. 1. *quo me duce, quo lare tute.*

M Y T A R E L O R I C I S I B E R I S, &c.] id est, loricas Iberas Philosophiæ antepone, vel Philosophiæ studio omitto, militiam persequi, & arma capere de verbi mutare structura lege quæ annotata sunt ad Od. 10. huius lib.

T E N D I S] in quibusdam libris scriptum est *tennis*, quam scripturam si probamus, idem ferè valet, quod, non dubitas, non vertis religioni, audes. vt sup. Od. prox. *negligis fraudem committere forsi.* sed plures, sique manuscripti: in his codic. Don. Farnes. Torn. tres Vaticani, habent *tendis.* quam scripturam secutus sum. *tendis* autem positum esse intelligemus pro, contendis, seu cogitas, & in animo habes.

P O L L I C I T V S M E L.] quàm rei militari operam dare. longè enim præstat philosophari, quàm militare.

AD VENEREM.

Od. 30.

ARGUMENTVM.

Vt in ædeis Glyceræ veniat.

Venus regina Cnidi, Paphiæ, Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in* adem.
Feruidus tecum* puer, & solutis
Gratia zonis, properentq; Nymphæ,
Et parùm comis sine te* Iuuentas,
Mercuriisque.

R E G I N A C N I D I] Venerem Cnidi sanctissimè coli tradit boni auctores in his Pausa. Attic. *Κνίδοι* (inquit) *τημῶν Αφροδίτης μάλιστα, καὶ σφισιν ἔστι ἱερόν.* & c. de Cypro supra diximus Od. 19.

E T V O C. **T H Y R E** T E **M Y L T O**] tibi sacrificantis.

Æ D E M] cur nō dixit ad ædeis decoras: cum ædes numero singulari significet templum, & locum, in quo Deus aliquis colitur: dicendum, per ædem Glyceræ significari sacellum à Glycera Veneri consecratum. colebat enim domi suos quique Deos, qui dicebantur larès familiares, & penates.

F E R V I D V S P V E R] Cupido.

E T S O L V T. **G R A T. Z O N.**] cur Gratiam zonæ soluta: sunt? an quòd munifici & liberales homines, qui sunt omnibus gratissimi, omnia habet aperta ac soluta: & ob eadem causam nuda dicuntur ab eodem Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis geminifq; sororibus audent Duce nuda choros.* & 9. lib. 3. *Gratia Nudis iuncta sororibus.* an quòd Gratia, quæ Veneris sunt comites, *πυθὸν λίσσον,* id est, zonam soluunt (si quis autem nescit, quid sit zonam soluere, discat ex Homer. *ὄδισ. λ. λίσσῃ δὲ παρθενίῳ ζωῖῳ, καὶ δ' ὑπὸν ἔχει.* & Theocr. *εἰδ. κ. λίσσῃ δὲ οἱ μίτρον, καὶ οἱ λίσσῃ ἔστρων ἄραι.* & Catul. ad Ian. *Ne querendum aliunde foret nervosus illud, quod posses: zonam soluere virgineam.* an quòd etiam pauperes, & qui nullis diuitiis, aut facultatibus instructi sunt, possunt ab altero gratiam inire, & in eum beneficiùm aliquod conferre, puta opera, & arte, & virtute: an quòd inter amicos omnia sunt nuda, soluta, & aperta? quod postremum est Porphyri. Ita autem pingi solebant Gratia tres, vt testatur Seneca, manibus implexis, ridetes, iuuenes, virgines, solutis ac perlucidis vestibus. A dde huic Seruium, qui hæc notat ad illum Virgil. locum Æneid. 1. *Matris Acidalia:* In monte Acidalio lauant se Gratia, quas Veneri constat esse sacratas. Ipsi enim & Liberi filia: sunt. nec immeritò. Gratia enim per horum ferè numinū munera conciliantur. I deo autem nuda: sunt, quòd Gratia sine fuce esse debent: idèd connexæ, quia

eas insolubileis esse decet. Horat. *segnis nodum solvere Gratia.* (hæc sunt ex Od. 21. lib. 3.) Quod verò vna auersa pingitur, dicit nos aspicientes, hæc ratio est, quia profecta à nobis gratia, duplex solet reuerti. alij sic, in quibus Michaël Ephesius in lib. 5. de moribus ad Nicom. *ὁ δὲ τὸ καὶ τῶν οὐρανῶν ἐν τῷ γῆρας ἡ μὴ οὐρανοῦ τῶν ἀνθρώπων, ἔμπροσθεν ἐστὶν τῶν γῆρας ἐπιδημιῶν, ὅθεν δὲ τὸ μὴ ἐπετραφῆναι τῶν γῆρας ἐν πεποιθότα, καὶ σύμβολον ὑπηρεσίας, τὸ δὲ δὲ τῶν γῆρας, τὸ πάλιν ἐργάζεσθαι ποιεῖσθαι τὸ ἀντεργάζεσθαι, id est, iccirco media trium Gratiarum, quæ in templo sunt posita, retrò versa est in eum, qui beneficium contulit, & dextram ei porrigit, benignèque eum accipit. Ac quod in eum, qui bene meritus est, sit conuersa, signū est officij, atq; obsequij: quod autem manu porrecta eum accipiat, significat, eam non satis habere gratiam referre, sed etiam nouum beneficij conferendi initium facere.*

ET PARVUM COM. SINE TE IVV.] significat, iuuenes sine rebus Venereis, & amatorijs seueriores ac tristiores esse, quàm ætatē deceat. est autem Iuuentas, iuuentatē Dea, Iouis & Iunonis filia, quam Ieuem, id est, imberbem appellat Od. 11. lib. 2. *fugit retrò Leuis Iuuentas.* De ea M. Tullius lib. 1. de natura deorum sic scribit: *Et poeta quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, & aut Iuuentatem, aut Ganymedem pocula ministrantem, & Tuscul. lib. 1. non enim ambrosia Deos, aut nectare, aut Iuuentate pocula ministrante letari arbitror.* Appellatur autem hæc à Græcis Hebe, id est, pubertas: quam Homerus Hercules vxorem facit.

Od. 31.

ARGVMENTVM.

Se non diuitias: sed tranquillam, hilaramque vitam ab Apolline poscere.

QVID* dicatum poscit Apollinem Vates? quid orat, de patera nouum
**Funden liquorē? non opimæ Sardinæ segetes feracis:*
Non astuosa grata Calabria Armenta: non aurum, aut ebur Indiciū
Non rura, quæ Liris quieta
**Mordet aqua, taciturnus amnis.*
**Premant Calena falce, quibus dedit*
Fortuna vitem: diues & aureis Mercator exsiccet culullis*
Vina Syra reparata merce,

A *Diis carus ipsis: quippe ter, & quater Anno reuisens æquor Atlanticum Impune me pascunt oliua: Me cichoræa, leuèsq; malua.*
Frui paratis & valido mihi Latœe dones, & precor,* integra Cum mente: nec turpem senectam Degere, nec cithara carentem.*

QVID DEDIC. POSC. APOLL.] Apollinem, cui templum excitauit, dedicauitq; Cæsar Augustus in palatio, vt scribit Sueton. eodémq; loco bibliothecam libris omnibus instructam. Horat. epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *& tangere vites scripta, palatinus quacumq; recepit Apollo.* & lib. 2. ad August. *si minus Apolline dignum vis complere libris.*

DE PATERA NOV. FVND. LIQV.] vini primitias libans & offerens Diis immortalibus. sic Od. 5. lib. 4. *te profequitur mero Defusa pateris.*

NON OP. SARDINIÆ SEGETES FERACEIS:] sic habet libri veteres Donati, Faëri, Vrf. Tormes. duo Vatic. non admodum dissimile est illud, quod optat Pindarus *ἐλδ. 11. Νεῦα.* Alij (inquit) aurum optant, alij possessiones, fundos, & prædia: mihi autem datur, posteaquàm meis ciuibus placuerim, res laudabileis laudibus affecerim, iniustas & improbas vtupera- rim, ossa terræ mandare. Verba Græca petat ex Pindaro, qui vult nos locum indicauimus.

OPIMÆ] pinguis & vberis, sed tamen insalubris, & pestilentis. M. Tull. epist. lib. 7. ad Fab. Gallum. *id ego in lucris pono non ferre, hominem pestilentiorē patria sua.* Idem ad Q. Frat. lib. 2. *Cura mi frater, vt valeas, & quamquam est hiems, tamen Sardiniam esse cogites.* Opimum Varro, & Festus ab Ope deducunt Saturni vxore, quod ipse agrorum cultor habetur, à saturo nominatus, tenentque falcem effingitur: quod est insigne agricolæ. Vnde spolia quoque, quæ dux populi Rom. duci hostium detraxit, opima dicuntur. Hæc Festus, sic supra idem Horat. *Larissam opimam* dixit.

SEGETES FERACEIS] agros fertileis. seges ea pars agri, quæ arata & cõsita est. Festus. Horatius translata posuit epist. 7. lib. 1. *Hæc seges ingratos tulit & feret omnibus annis.*

ASTVOSÆ] solis ardore torrida. sic supra Od. 22. *Syrteis astuosas* appellat.

EBVR INDICVM] Virgil. Georgic. lib. 1. India mittit ebur. sed cui sunt inauditi elephantum Indici?

LIRIS] Campania fluius, mendosè autem scribitur per y in quib. cod. de quo plura à illū locū, & innantem Maricæ littoribus ten. Irim. Od. 17. lib. 3.

MORDET]

MORDET] alluit. tralatio est. *Lambit.* sup. Od. 22. alia tralatione. sic Lucret. lib. 5. *& ripas radentia flumina rodunt.* & Virgil. lib. 8. *Encid. ego sum, pleno quem flumine cornis stringentem ripas & pinguis culta secantem.*

PREMANT] amputent presso pollice, vel vuas cultello abscissas in torculari calcent, & premant. sic ferè Virgil. 1. Georgic. dixit falce vmbra premere. *& ruris opaci Falce preme vmbra.*

CALENA FALCE] cultello falcis instar incurro. Calena autem à Calibus, vt sup. Od. 20 *Vinum Calenum.* falce autem Calena, qua vitem premant domini, vinum Calenū vult significari vt Od. 20. per vuam prælo domitam Caleno vinum Galenum, sic Propert. *Vindæ fundantur prælo elisa Falernis.* Idem Horat. per amphoram Læstrygoniam vinum Formianū vult intelligi Od. 16. lib. 3. *Nec Læstrygonia Bacchos in amphora Languescit mihi, quæ sunt obseruata à Pasteratio.*

EXSICCET] exhauriat, ebibat. hypallage. dicimus enim exsiccare culillos, & pocula. vt saty. 6. lib. 2. *Siccata in aqualeis calices consuta tribulis.* Q. Cicero ad Tiron. lib. 16. epist. *lagenas etiam inanè obsequabat, ne dicerentur manes aliquæ fuisse, quæ furim essent exsiccatæ.* Priscianus lib. 2. scribit, ex, ante C. P. Q. S. manere integrum: verū tamen, ne offendantur aures, S. elidi, quod si verum est, scribendum exicet. ego tamen exsiccet scribendum censeo: & cur censeam, causam afferre possum.

CVLILLIS] poculis, calicibus. epist. ad Pis. *Reges dicuntur multis vngere culullis, Et torquere mero, &c;* sed cululli erant initio si ciles, & in sacris pontificum ac virginū vestaliū. Iunius aduers. lib. 2. cap. x. tantum viles, vt vult Acron. Alij volunt culillos, à culleis dictos per diminutionem: neque tamen pocula, quibus in conuiujs veterentur, fuisse negant.

VINA SYRA REPARATA] Franc. Duarenius, iuriconsultus clarissimus, qui nuper morte immatura nobis creptus est, lib. 1. anni uerf. disputation. hunc locum sic explicat: *vina, quæ sint emta nummis ex venditione Syra mercis referri: idque confirmat testimonio veterum iuriconsultorū: apud quos parare pro emendi verbo in vti est. sic & M. Tull. vsurpat eum alibi, tūm in orat. pro Flacco. Si tam te Crassi agri delectabant, hic culicibus in Crustumio, aut in Capenati parauisses.* & Horat. saty. 3. lib. 2. *seruò ue tuos, quos are paratis.* D quemadmodum autem redimere pro eo, quod est emere, ponere solemus: ita & reparare, pro parandi verbo ab Horatio vsurpatum est: vel reparata dictum est pro, permutata: quod idem valet, vt supra docuimus. aliter vsurpauit Ode 37. huius lib. ibi, *nec latentes Classe ita reparauit oras,* vt suo loco dicemus.

DIIS CARVS IPSIS] argumentum est à consequentibus. ter, & quater in anno mare Atlanticum saluus nauigat: ergo Diis carus est: fieri enim non potest, vt quisquam tam secunda nauigatione vtatur sine Deorum immortalium

beneficio ac benignitate: quemadmodum neq; cuiquam res aduertæ sine eorūdem ira, aut certè voluntate accidunt. quod ita esse Theognis ostendit. *Οὐδὲ τις ἀνθρώπων ἔτ' ὄλβιος, ἔτε πενήτης, Οὐτὲ χαλκὸς νόσφιν δαίμονος, οὐτ' ἀγαθὸς, id est, Nullus mortalis neque diues, neque pauper: neque malus, neque bonus sine deo est.*

IMPVNE] sine vlla iactura, sine naufragio sup. Od. 17. *Impune intum per nemus arbutos Quærunt latentes, &c.*

ME PASC. OLIVÆ] sic Ode XI. epod. *Non attagen Ionici incundior, Quàm lecta de pinguis- simis Oliuarum arborum.*

CICHO R E A] cichoræa est numeri multitudinis *καρχαία* à singulari *καρχαίον.* e, autem ex diphth. *ai* longum est. vide Prisc. lib. 2.

LEVES] quæ ventrem grauem leuant: non vt quidam. inemta, aut contenta: quamquam iudicet lector.

MALVÆ] sic Od. 2. epod. aut graui Malua salubres corpori.

FRVI PARATIS] semper Horat. vsum bonorum partorum commendat: quod pluribus verbis alibi ostendemus.

VALID O] omnium enim rerum humanarū optimum est valere. proximū pulchritudo, tertium vires corporis, quartum diuitia. Vulgatissimus est apud Græcos hic senarius *ὄρε ἔαδ' ὕψις καὶ κέρησον οὐδὲν ἐν βίῳ,* id est, Bona valetudine nihil est in vita melius.

LATOE] ò Apollo, da mihi, vt possim firmus & validus bonis quasitis & partis frui. Latoum dixit à Græco *λατῶος.*

INTEGRA CVM MENTE] humanitatem ex homine exuit, homòq; esse desit, tametsi hominis figuram, & speciem gerat, qui sanæ mentis non est. Nam neque homo quicquam in seipso mente melius habet, & vnusquisque nostrum mens est, vt docet Aristoteles in libris de moribus ad Nicomachum. Theognis autem nihil in nobis esse mente melius, nihil contra amentia grauius, aut molestius, ita declarat. *Γυμνὸς δ' οὐδὲν ἀμείνον ἀνὴρ ἔχει ἐν τῷ εἶνατώ, Οὐδ' ἀγνομοσύνης Κύρη ἀνθρώπου.* legèdum autem *& precor integra,* non, *at precor.*

TVRPE M] inertem, vel inhonoratam, atque ingloriam.

Od. 32.

ARGVMENTVM.

Barbiton, siue testudinem suam commendat.

P *oscimus, si quid* vacui sub vmbra Lusimus tecū, quod & hunc in annū*

Vinat, & plureis age, dic Latinum
 Barbite carmen,
 Lesbio primum modulatae civi:
 Qui ferox bello, tamen inter arma,
 Sine iactatam religat vado
 Littore nauim:
 Liberum, & musas, Veneremq; & illi
 Semper herentem puerum canebat:
 Et Lycum nigris oculis, nigrōq;
 Crine decorum.
 O decus Phæbi, & dapibus supremi
 Grata testudo Jouis, o laborum
 Dulce lenimen, mihi cumque salue
 Rite vocanti.

[P O S C I M V S] non est dissimulandum, in omnibus ferè libris manu scriptis, esse, *Poscimur.*]
 V A C V I] Jotiosi, feriati, *χολάζοντες.*
 [L V S I M V S] cecinimus, vel (vt Servius ad illum Virg. versum Tityro, *Ludere qua vellem, &c.*) scripsimus: quod minus placet.]
 L A T I N V M] cuius ego sum auctor, & princeps.

LESBIO PRIMVM MODVLATE] id est, qui primum modulatis, & distinctis sonis temperatus es ab Alcæo, vel quo primum Alcæus vltus est. sup. Od. 2. 6. *Hunc Lesbio satiræ platio. Tēg, iudique decee sorores.* & Ode 6. lib. 4. *Lesbium, seruate pedem, meiq; Pollicis istum.* vocem *modulatae* ita accipio, vt sit participium *παθητόν.* cuius contrarium modulatus. de arte poetica. *Non quiuis videt immodulata poemata iudex.* vel sic, *modulare,* id est, qui Alcæo obsecutus, & gratificatus, cantus modulatos edidisti: qui ab Alcæo sumtus, vsurpatus, adhibitus es ad modulandos & canendos versus lyricos.

TAMEN INTER ARMA] omisit alterum, siue, vt sup. Od. 3. *tollere, seu ponere vult freta.* hoc modo, siue inter arma, id est, siue esset in castris, siue in aliquo portu confiterat à longa, & difficili navigatione conquiescens. Constat autem Alcæum virum militarem, & bellicosum fuisse. Gessit enim bellum cum Atheniensibus, & maxime cum tyrannis. nam Pittacum tyrannum Mitylenis expulit. Od. 12. lib. 2. *Pitrumque sacro digna silentio Mirantur umbra dicere, sed magis pugna, & exactos tyrannos, &c.*

RELIGARAT] apto & vsitato verbo vsus est. sic Saty. 5. lib. 1. *ac missa pastum resinacula mula Nauta piger saxo religat.* & Catull. in nupt. Pelei, & Thet. *Perfidus in Cretam religasset nauita funem.* dissimile est illud sup. Od. 5. *Cui flauam religas comam.* iam quod ait Horatius hoc loco Alcæum virum

A militarem interdum res amatorias cecinisse, id testatur Cicero lib. 4. Tuscul. his verbis, *Fortis vir in sua rep. cognitus, quae de iuuenum amore scripsit Alcæus?*

ET ILLI SEMP. HÆR.] Cupidinem. Neque ab hoc loco aliena, neque fortasse omnibus nota illa est fabula apud Platonem in Symposio, qua nouam rationē affert, cur Veneri semper adhaereat Cupido. Scribit igitur Plato, nata Venere Iouem natalitia Diis prebuisse, atque in eo cōiunio cum ceteros Deos, tum Porum Medidis filium interfuisse: Illū autem largitus a quo potum, necharēque ebrium, in Iouis hortos introiuisse, ibiq; obdormiuisse: Peniam verò (paupertatem Latini dicunt) quae ad illud cōiunium mendicandi gratia venerat, insidias Poro egestate coactam struxisse, & propter illum cubuisse, vt ab eo (si modò id consequi posset) gratia facta filium pareret: illam igitur à Poro compressam esse, atq; ex eo concubitu grauidam factam, Cupidinem peperisse: Inde euenisse, vt Cupido Venerem potius, quàm matrem, sequatur, illiq; ministret. iam cum omnes ferè Cupidinem Veneris filium faciant, Sappho ab aliis dissidens è cælo & terra natum fingit, vt scribit Interpr. Apollon. in lib. 3. Argon.

ET LYC. NIGR. OC. NIGRŌQVE] nigros oculos laudabat veteres illi in pueris, & puellis. Catull. in Acmen. *salue nec minimo puella naso, nec bello pede, nec nigris oculis.* & Horatius epist. ad Pisones, *spectandum nigris oculis, nigroque capillo.* Anacreon taleis suo Bathyllo oculos, & capillos depingi iubet. *Αισόδης κόμας ποίνσον τὰ ἰδοῦ ἐδοθη μελάνας, τὰ δ' ἐς ἄκρον ἠλιόσας.* deinde paucais verbis interpositis; *Μέλαν ὄμμα ἔσθ' ἔτι Κασσέου κέρον γαλήνῃ* talē & suae puellae comam esse vult. *Γεσφε τιὸ ἔμειν ἔταῖρον, Γεσφε μοι πρίχας τὸ σφῶτον Ἀπαλάς τε καὶ μελάνας,* id est, *Mihi pinge comam puellam, primum comas tenellas, Nigraque pinge pichor.* Itaque quibus natura nigri non erant oculi, siue feminis, siue maribus, feminarum similibus, ij fuligine supercilia denigrabat. Arnob. lib. 2. aduers. Gentes: *Laminas pertunderent aurium, imminerent frontis limbis, fuligine oculos obumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris vibrare castaniam.* Homer. *ἐλίκωπας* Graecos appellat, id est, *μελαροφθαλμους,* seu nigris oculis, quamuis sciāctiam aliter accipi.

ET DAPIBUS SVPR. GR. TEST.] Itaque apud Hom. *ἰλ. α.* Apollo cithara canit, cui Musæ vocerespondent. *Δάμνωτ', ὅδ' ἐπὶ θυμῷ ἐδύετο δ' αἰγὸς ἔϊσις, Οὐδ' ἔδ' ὄφρ' ἰμῶσας πέλας ἄλλος, τὸ ἐξ Ἀπόλλων, Μουσέων θ' αἰδείων ἀμειβομένω ὅππ' ἑλέη,* id est, *Epulabantur, neque quicquam eis dēerat, quod comessē vellent: neque cithara, quam tenebat Apollo: neq; Musæ, quae ei vicissim voce respondebant.*

DVLCE LEN. MIHI CVMQ] cumque, & quandoque idem valent. quandoque autem apud

apud hunc poetam saepe pro quocumq; ponitur, vt alibi dicemus. vno nunc exemplo contentus ero. Od. 1. lib. 4. *Et quandoque potentior Laris muneribus riserit amuli: Albanos prope, te, lacus, Pone Marmoream.* sic igitur hunc locum explicat Porph. δ barbite, mearum curarum, ac molestiarum lenimē mihi suauē, ac iucundum, quotiescumque te euoco, salue. alij salue mihi, &c. ego, cumque, puto accipiendum pro quouis tempore, hoc modo: salue dulce lenimen mihi quouis tempore te vocanti.

AD ALBIVM TIBVLLUM. Od. 33

ARGVMENTVM.

Ne doleat sibi riualem iuniorem à Glycerā anteponi.

ALBI* ne doleas plus nimio memor
 Immitis Glyceræ, neu miserabilis
 Decantes elegos, cur tibi iunior
 Lasa præniteat fide:
 Insignem tenui fronte Lycorida
 Cyri torret amor: Cyrus in asperam
 Declinat Pholoën, sed prius Appulis
 Iungentur capreae lupis,
 Quam turpi Pholoë peccet adultero.
 Sic visum Veneri: cui placet impares
 Formas, atque animos sub iuga aënea
 Sauro mittere cum ioco.
 Ipsum me melior cum peteret Venus:
 Grata detinuit compe de Myrtale
 Libertina, fretis acrior Adria
 Curuantis Calabros sinus.

ALBI NE DOLEAS] Albi ne fortè doleas, &c. hoc te scire volo, insignem tenui, &c. hæc ascripti, ne quis putet, ne hic esse prohibētis particulam. nam hic valet, ne fortè, vel vt ne: vt Od. 4. lib. 4. *Ne fortè credas, &c.*

PLVS NIMIO MEMOR IMM.] plus nimio, id est, plus multo, id est epist. 10. lib. 1. *Quem res plus nimio delectauere secunda, &c.* sic Lucr. lib. 5. *Nec nimio solis maior rota, nec minor ardor.* Idē ibid. *Nec nimio tum plus, quam nunc, mortalia sacra Dulcia linquebant labenti lumina vita.* Anton. ad Cic. lib. 10. epist. ad Attic. *sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare, &c.* Plaut. Bacch. *Fixisti nimio satira est,*

A *quæ viuere.* Idē ibid. *Nimio es tu ad istas res discipulus docilior, Quam ad illa, quæ te docui, ubi operam perdidisti.*

C V R T I B I] ne supra modum doleas, quòd tibi riualis iunior anteponatur, (hæc enim verbi præniteat, vis est) seu, quòd pluris fiat à Glycerā quàm tu: id est, quòd ei carior sit, & gratior: Insignem tenui fronte, &c. sic supra verbo simplici vsus est, Od. 5. *miseri, quibus intentata nites:* id est, grata es, places. cur, autem eleganter positū pro, eò quòd, vt epist. ad Celsum Albinota. lib. 1. *Frdis offendar medicis, irascar amicis, Cur me funesto praperent arcere veterno?* & ita ferè semper loquitur Horat. paullò aliter M. Tull. vt Verr. de iure dicendo. *tamen digna causa esset, cur inimicitias hominis improbitati susciperem.* cuius rei plura exempla legito ad illum locum, *Cur me funesto, &c.*

B INSIGNEM TENVI FRONTE LYCORIDA] ostendit, quàm misera sit amantiū conditio, qui rarè admodum pari voluntate, mutuòque amore inter se respondent. Lycoris (inquit) Cyri amore incenditur: Cyrus à Lycoride abhorret, in Pholoën, à se alienam, propensior. quæ eò tibi dico, ne fortè dolcas, &c. Nam hæc pendent & apta sunt ex superiorib. vt diximus. hanc animorum & voluntatum in amātib. diffensionē ac discordiā pulcherrimè describit Lodoicus Ariostus, poeta Italus, versib. Italico sermone scriptis: quos, quia in his cōmetariis alium sermonem, quàm, quo olim Latini utebantur, inculcare, indecorum esse puto, verti hoc modo: *Improbe amor, puer iniustissime: cur ita raro Nostra à te efficitur voti sententia compos? Cur ita delectat te, perfide, corda duorum Cernere disidiis inter se infesta superbis? Arces me à liquidisque vadis, & gurgite iuro: Penitrahis in rapidisque amneis, caedique lacunas. Quæ me vltro petit, hinc reuocas, aliòque retorques: Quæ fugit, huius me tabescere cogis amore.* Ad eandem sententiam pertinent hi Moschi versus, *Ἡεξ Πάν Αχῶς τὸς γέιτονος, ἦεστο δ' Αχῶ Σκάρτητῶ στυγρῶ. σάτυρος δ' ἐπεμύνητο Λύδα. Ως Αχῶ τ' Πάνω, τὸσον σάτυρος φλέγει Αχῶ, Κεῖ Λύδα στυγρῶσκον. ἔπος δ' ἐσμύνητ' ἀμύβοα.* id est, *Echonem ardebat vicinam Pan, satyrum Echo Ladscium, satyrum Lyde flagrabat amore. Quantum Echo Panem, Pan tantum Echona coquebat: Tam Lyde satyrum perdebat talio amorem.* Ταυτα δ' ἐπὶ ἐπὶ εἰσοει ἐμοὶ Φελαίδος Ὀὐρῆνος, ἀνὴρ πᾶν πεπαιδευμένος.

D TENVI FRONTE] sic epist. 2. ad Mæcenc. lib. 1. *reddes Fortè latus, nigros angusta fronte capillos.*

SED PRIVS APPVLIS] sic Ode 16. Epod. *Nouaque monstra iunxerit libidine Mirus amor, inuet vt tigres subsidere cervis. Adulteretur & columba miluio.* significat autem, Cyrum numquam Pholoa potiturum.

QVAM TVRPI] quàm Cyro amatori Pholoë gratificetur, & morem gerat. sic infrā amorem, adulterum appellat, Ode 36. *nec Damalis nouo Diuellerur adultero.* sic Catul. ad Furium & Aurel. *Cum suis uiuat, valeditque machis.* & Plaut. in Mil. glōr. *herus meus ita magnus machus est mulie-*

rum, ut neminem fuisse, neq; futurum credo, turpē autē accipe, non quod reuera sit turpis, sed quod ei talis videatur: vel refer ad animi turpitudinē.

SIC VISVM VENERI] sic loquebantur veteres in rebus parū secundis, & casibus aduersis. Virgil. lib. 3. Postquam res Asia, Priamique euertere gentem Immeritam visum superis. Idem 2. Diis aliter visum. idem ibidem, si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui. Homer. ἰλ. ε. οὐτο πῆρ δὲ μέλλει ἴσθαι φῖλον εἶναι, qui verius iteratur & ἰλ. ια. π. & alibi. [Idem ἰλ. ν. ἀλλ' ἄπειρα οὐτο Μάλα δὲ φῖλον εἶναι ἴσθαι κρονίωνι. Et Plaut. Amphit. Ita diis est placitum, voluptati ut maior comes consequatur.]

CVI PLACET IMP. FORMAS, ATQVE] sine dubio ex formarum, aut animarum dissimilitudine nascitur amoris inæqualitas, atque adeo alienatio ac dissensio: cū vel deformis formosam, vel senex puellā, vel quis alius ingenio & moribus disparem amat. Quoniam autem non sæpe contingit, vt pares ætates, formæ, naturæ, mores, ingenia copulentur inter se, & ad amandum sese applicant: iccirco quāplurimi existunt in amore naufragi, & calamitosi, & vt Græci appellant, δυσέρωτες: pauci admodum, quibus omnia ex animi sententiā procedāt.

SVB IVGA AENEÆ] sub coniunctionem inæqualē, ac disparem, durāque seruitutem. Est enim ducissimum seruitutis genus eam amare, quæ aspernetur amantē. aeneæ autē scriptum reperi in cod. Donati & Faëni sine aspirationis nota in secunda syllaba: quam scripturam secutus sum nam & Aulus Gell. lib. 2. cap. 4. testatur nomen aeneæ in libro mirandæ vetustatis 1. Æneid. scriptum fuisse sine aspiratione. Idem tamen ascribit aspirationis notam postea esse appositam.

S A V O] χαλεπῶ, difficili, immitti, vt supra Ode 19. Mater sava Cupidinum. hæc enim vis est nominis, savius. sic & Ode 29. lib. 3. Fortuna sava læta negotio. & epist. ad Iul. Florū lib. 2. ne mea savius surgares, ad te quod epistola nulla veniret. & Saty. 2. lib. 2. hic neque seruis Albius senis exemplo, dum munia didi, savius erit. sup. Ode 12. Sava paupertas. infra Ode 35. sava necessestas. epist. ad Lollium lib. 1. Puerum credas sava dictata magistro Reddere. Lucretius lib. 3. savius tolerare procellas. Terentius Phorm. Conclisam hic habeo uxorem savam. Ex quo saviuita, asperitas quædam, & iracundia, χαλεπότης. Ode 12. lib. 2. dum fragrantia detorquet ad oscula Ceruicem, aut facili saviuita negat. Virgil. Æneid. 1. saviuita, ambobus Achilles. & 2. hic savius tendebat Achilles. & verbum saviuire χαλεπώσων. Saty. 2. lib. 2. saviat, atque novos moueat fortuna tumulus, &c. & Ode 3. lib. 3. Dum logis inter saviuit illum, Romamque pontus. Plautus Epidico: sed memento, si quid saviuit senes, suppetias mihi cum sorore ferre. Virgil. Æneid. 6. ne savi magna sacerdos.

I o c o] Iocum; Deum hoc loco accipio, vt supra Ode 2. Quam Iocus circumulat, & Cupido: vt

sic, cui Veneri, vnā cū sauo Cupidine, placet impares & discordes formas inter se iungere. Sed Passeratius mauult iocum hīc poni pro re ludicra & oblectamento Veneris, vt Od. 2. huius libri, bellum Martis ludum appellauit: Hec nimis longo satiate ludo. similia sunt illa: Od. 29. lib. 3. Fortuna sauo læta negotio, Ludumque fortuna, &c. & Od. 2. huius lib. Dæ alios furia sauo spectacula Marti.

I P S V M M E M E L I O R] cū ego ipse ab elegitiorē & commodiore puella vltro expeterer, Myrtale tamen diffisili, saua, iracundā, à me alienæ seruibā: quæ mihi seruitus erat iucūda.

GRATA DETINVT COMP. MYRT.] id est, grata seruitute. duo inter se cōiunxit prope modū repugnantia. nam vix credibile est cuiquam seruitutem & compedes esse gratas. Et tamen hoc in amore euenit, quale est illud γλυκύπικρον. Ita autem gratæ sunt amantiū compedes, vt seruis dulcis est seruitus sub eo domino, vnde aliquid emolumentū sperant. Nam vt hi emolumentū ipse capti puellarum amore ireriti, vnde sibi incredibile voluptates pmittunt, earum asperitatem æquo animo ferūt. hīc igitur nomen compedis seruitutem significat: epithetum autem grata ei adiunctū declarat, amantiū libenter, & iucundē puellis iis, quarū amore deuincti sunt, seruire, quantumuis difficile sint, atque illiberales. sic Oda 11. lib. 4. tenetis grata Compede vincitum. Verbis propriis amantiū seruitutem, & puellarum dominationem demonstrauit Oda 8. lib. 2. Adde quod pubes tibi crescit omnis: seruius crescit noma, nec priores impia relictum domina reliquunt sape minati. alia translatione dixit epist. ad Iul. Flor. lib. 1. Thracæne vos, Ebrusque nivali Compede vincitum, &c.

A C R I O R] iracundior, vt Ode 9. lib. 3. & improbo Iracundior Adria. & Ἐσολῆ.

CYRVANTIS CALAB. SINV] id est, sese in Calabriam insinuantis.

Od. 34.

ARGVMENTVM.

Poenitere se, quod dum Epicuræam disciplinam sectaretur, parum studiosè Deos coluerit.

Parcus Deorum cultor, & infrequens, *Insanientis dum sapientiæ Consultus erro, nunc *error sum Vela dare, atq; iterare cursus Cogor relictos, namq; *Diespiter *Igni corusco nubila diuidens, Plerumque *per purum tonanteis Egit equas, volucrumq; currum:

Quo

Quo *bruta tellus, & vaga flumina, Quo Stryx, & iniusi horrida Tanari Sedes, Atlanteūq; finis Concutitur, valet ima summis Mutare, & insignem attenuat Deus, Obscura promens, hinc *apicem rapax Fortuna cum stridore acuto Sustulit: hīc posuisse gaudet.

PARCVS DEORVM] Dicit se, qui antea non satis piē, neq; religiosè deos immortalis coluerit, Cyrenæica & Epicuræa sectæ præceptis ac decretis imbutus, sententiā, cōsiliūque nunc necessariō mutare, Deorum metu non inani perterritum.

INSAN. DVM SAP.] consultus sapientiæ sic dictū, vt dicimus, iurisconsultus. sapientiā autem insanientem intelligit Epicuræam, aut Cyrenæicam, quæ præter cætera, docet cōtemnere omnēs religiones. venustū autem insanientem sapientiā dixit Græcorū exemplo: apud quos crebrum est hoc genus loquēdi. Eurip. in Hecuba, νόμον ἀνομιλῆν, παράνομον τὸ ἀπάρθρον. Sopho. in Aiace: ἔθρον ἀδωρεθ, δῶρεθ. Oppianus ἀλλεῖ, δῶρεθ, δῶρεθ. Iterum Sophocli. γάμοι ἀγαμοί. Idem in Electra: μήτηρ ἀμήπαρ Aristoph. βίος ἀσίωτος, & Hom. ὀδυρσ. σ. ἢ τὰρα ἴρος ἀίρος ἔθρασιον κερὸν ἔζει. & ὀδυρσ. ν. μήτηρ δυσμητερ. & illud: ἀ χαλῆς ἀ βερεδύποπος ἀρερεῖς χαλῆς. quæ cū alijs Latini scriptores, tum Hoiatius nostra multis locis est imitatus. M. Tullius Philippica. 1. iidemque bustum in foro facerent, quæ illam inssepultam sepulchram effecerant. & vetus quidam poëta apud M. Tull. lib. 3. de orat. Quæ tempestate Paris Helenam innuptis iunxit nuptiis. Catul. de nuptiis Pelci, funera nec funera. (quo loco admonitū lectorem velim, nec funera, vnum nomē esse: qualia sunt illa necopinard, & apud Iurifconf. res necmancipi, furtum nec manifestum.) Idem in Lucullo vsus disciplina indocilis. Ennius artem inertem. Horat. Ode 12. lib. 2. facili saviuita. (nam supra ostendimus, saviuum idem valere, quod χαλεπῶ, id est, difficile.) his ferè similia sunt illa, epist. ad Bullat. strenua nos exerceat inertia. & epist. ad Iccium concordia discors.

N V N C R E T R O R S V M V E L A D A R E] sic Virg lib. 3. Certum est dare lintea retro, &c.

A T Q V E I T E R A R E C V R S. C O G. R E L.] Gracum verbum expressit παλινδρομεῖν, id est, recurrere. De verbo iterare dixim⁹ ad Od. 7. est autem ἀλλήροει, cum significet se cogi mutare cōsiliū. Cursum perspicuē hīc posuit pro navigatione, vt supra annot. ad Od. 28.

D I E S P I T E R] Iupiter, Varro lib. 4. de lingua Lat. Diespiter, id est, Dies pater. Dies pater, id

est, diei & lucis pater. Diuonem etiam δὲ καπελάριον id est Iouem fulmineum esse dicunt: quæ notio huic loco valde quadrat.

I G N I C O R V S C O] fulmine. sic M. Tull. Tusc. 2. Iace, obsecro in me vim coruscam fulminis. at Virg. Æn. 2. enssem coruscum appellat.

P L E R V M Q V E P E R P V R V M] hoc negat Lucret. lib. 6. fieri possē, his verbis, Fulmina gignit è crassis, alitque putandum est Nubibus exstrudis. nam celo nulla sereno, Nec leuiter densis mittuntur nubibus unquam idem paullo post, Denique cur numquam celo iacit undique puro Iupiter in terras fulmen, sanis que profundi? Sallust. tamen hist. de bell. Catilinar. narrat M. Herēnium die sereno fulmine ictum esse. Sed in his intelligēdū est to nitrua & fulmina naturalia, celo nubilo, & nubibus altē extrudis fieri: prodigiofa autē & diuina puro, & sereno Itaq; videtur hīc Horatius (vt rectē iudicabat Germanus Valens) significare, talia fulmina, qualia hīc describit, malū sibi minari, nisi respiciat: eadēque valere, ad se & ceteros homines ab impietate deterrēdos. Nam tonitrua & fulmina diuina, qualia sunt ea, quæ celo puro fiunt, tristitia, & mala portendunt hominibus. Ex ea opinione sunt illa Virg. Georg. 1. Non aliis calo ceciderunt plura serena Fulgura, nec diris toties arsere cometa. Idem lib. 8. Æneid. Iterum atque iterum fragor innotat ingens, Arma inter nubem calis regione serena. Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare. Idem lib. 9. Æneid. Audijt ex celo genitor de parte serena Innotuit laeum. Homer. ὀδυρσ. ν. ἢ μεγαλὴ ἐβρήτησας ἀπὸ οὐρανῶ ἀσπερόστος Ὀδύρογι νερός ἐστὶ, τίς τος ἦν τῶν τῶδε Φαίειος. id est, ὁ Iupiter, profecto grauiter è celo tonuisti: neque tamen vsquam nubes est: ostēctum igitur aliquod tuum nobis præbes. M. Tull. cum cum terribili percussus fulmineus Luce serenanti vitā lumina liquit.

P E R P V R V M] celo sereno. sic Virgilius Georgic. 2. & dum se latu ad auris Palmes agit læx per purum immissus habentis. Si cōstet dicunt Græci.

T O N. E G I T E Q V O L V C R.] tonuit. sed poëtarū more locutus est, vt supra Ode 12. Tu graui curru quaties Olympum.

Q V O B R V T A T E L L V S] sic infra Ode 4. lib. 3. tellurem inertē appellat: vtrumq; quia hoc elementum omniū grauissimum, atque (vt ita dicam) immobilissimum est. Nam brutum (inquit Festus) antiqui grauem appellabant. Nonius autem, Brutum dicitur hebes atque obtusum.

[Seruius tamen brutam videtur interpretari immobilem. Ille enim ad illum Virgilij locum 10. Æneid. Et tremefacta solo Tellus, &c. notat hæc, quæ sequitur, loquente Ioue stupor elementorū ostenditur per naturæ mutationem. Nam quicquid in aëre no motu est, quicquid: & contra terra mota est, quæ semper immobilis est. Vnde Horat. Quo bruta tellus, &c.

Arnobius lib. 6. hæc duo coniunctim posuit, iners & brutum. Sic ille, stupiditas quæ tanta est, (do-

h ij

recto enim dicere cecitatem) rerum existimare natura, formarum qualitate mutari, & accipere numen ex habitu quod in primigenio corpore iners fuerit & brutum, & sensus mobilitate primatum.]

S T Y X] cum multa scribat Pausanias in Arcadicis de Styge, tum hæc quoque tradit, Homerum Stygis nomen in suam poesin coiecitisse respicientem ad eam aquam, quæ de Styge, fluuiio Arcadico manat. Nam in iureiurando Iunonis (inquit) fecit eam ita loquentem, Ἰστω νῦν πόδι γάλα καὶ οὐρανὸς εὐρύς ὑπάρχει, καὶ τὸ χεῖμα ἑσθλὸν ἔσται, καὶ οὐρανὸς εὐρύς ὑπάρχει, καὶ τὸ χεῖμα ἑσθλὸν ἔσται. Paullò post idem Pausanias, τὸ δὲ ὑδὼρ τὸ ἐπὶ τῆς κρυμνῆς τῆς ὄρεος τῆς Νάκακριν τῆς ἑσθλῆς ἐπιπέσει καὶ ὁρῶντος εἰς πέτρας ὑπὸ τοῦ διεξελθόντος δὲ αὐτοῦ τῆς πέτρας εἰς τὴν Κραθῖν ποταμὸν κέεται. θάνατον δὲ τὸ ὑδὼρ φέρει τὸ καὶ ἀθρόωπον, καὶ ἀλλὰ ζῶν παρτί. Δέχεται δὲ ὅτι γίνονται ποτὲ ὄλεθρος ἀπ' αὐτῆς καὶ αἰετῆ, καὶ τῆς ὑδατος ἐπιπὼν ὁρῶντος, id est, aqua autem, quæ de saxo prærupto ad Nonacrin manat, incidit primùm quidem in rupem excelsam: deinde posteaquam per rupem illam dimanauit & inde exiit, in Crathin fluuiũ delabitur. Mortem hæc aqua & homini, & alij cuius animanti affert. Atque etiam aiunt, capras quondam omneis, quæ ex hac aqua bibissent, interiisse. Sequitur deinceps apud Pausaniam, fueritne hoc veneni genere enectus Alexander Magnus, pro comperto non habeo. memoria certè proditum esse scio. Hæc Pausan. Plutarchus autem in Alexandro videtur non dubitare, quin Alexander huius aquæ potu extinctus sit. Iam quã obrem Dij per Stygiam paludem iurent, consule Eustath. & Seruium, & Arnobium.

T A N A R I] Τάλαρος (inquit interpres Pindari) πάλις Λακωνικὴ, ἐν ἣ ἔστι πύλη εἰς Ἄδου, id est, Tanarus vrbs est Laconica, in qua est ad inferos ianua. alij dicunt esse promuntorium in Peloponneso, vbi specus est, Acherusæ ei, quæ in Ponto est, similis.

V A L E T I M A S V M M. M V T.] id est, potest ea, quæ sunt humilia, & infima, summa efficere, & contrà. Atque hanc sententiam mutatus esse videtur ab Hesiodo ἔργα καὶ ἡμέρα, vt rectè annotat M. Anton. Muretus: Πῆρα ἰδὴ γὰρ βεβήκει, πῆρα δὲ βεβήκοντα χαλεπῆται. i. facile humilem attollit, seu potentem efficit: sublatum autem & potentem extenuat, ac deprimit. Huc pertinet illud Æsopi responsum, qui interrogatus, quid Iupiter faceret, τὰ ἰδὴ ὑψιλά ταπεινοῖς (inquit) τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψι: id est, alta quidè humilia reddit: humilia autè attollit] Pind. autè ἐὶ δ. Πυθ. docet, bona quæ appellantur, præsertim ea, quæ non sunt labore parta, nõ esse cuiusquam sapientiæ, aut consilio assignanda: sed deo, seu fortuna. non enim esse in hominibus sitũ, vt sint opulenti ac beati: sed à fortuna facultates rei familiaris & copias suppeditari, ac præberi, quæ modò hunc attollat, ceterisq; omnibus superioriorem efficiat: modò illum deprimat, & in aliorũ

potestatem redigat. Sic Pindar. Τὰ δ' ὄρα ἐπ' ἀνδράσι κείται· δαίμων δὲ παρέχει, ἄλλοτε δ' ἄλλον ὑπάρχει βάλλων ἰδὴ, ἄλλον δ' ἄλλο χεῖρον μέτρα χεῖρα δάει. Eandem rem sic Xenophon libro ἑλληνικῶν. Καὶ ὁ θεὸς δ', ὡς εἰπὼς, πολλὰ κίς χεῖρα τὸς μὲν μικροῦς, μεγάλους ποῖον, τὸς δὲ μεγάλους μικροῦς, id est, Deus autem, vt apparet, sæpenumerò amat & paruos atque humileis magnos facere, atque attollere: & magnos atque excelsos, minuere, ac deprimere. & Salust. coniur. Catil. sed profecto Fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obsecraturque.

I N S I G N E M A T T E N V A T] obscurat, ita tenuem reddit, vt fugiat aspectũ. πὼν ἀεικωρεπῆ ἀμαυροῖ, ὅτι φανὴ ἀφανίζε, ἢ ἀφανῆ ποῖ.

O B S C U R A P R O M E N S] id est, ea, quæ non apparet, retegens, aperiens, in promptu, atque in oculis omnium ponens.

H I N C A P. R A P A X, & C.] Hæc coherent cum superioribus, vnoque spiritu (vt ita dicam) continentur. Ab hoc (inquit) fortuna summam opes, & amplissimos honores aufert, in illũ trãfert. ita videtur Deum & Fortunam pro eodem ponere.

C V M S T R I D. A C.] His verbis puto significari subitam fortunæ cõmutationem (quæ vix intelligi potest sine magno sonitu ac fragore) potius, quàm eorum, qui de superiore gradu in inferiorem deturbantur, clamores & lamentationes. stridor enim sonitũ ac strepitum significat, non clamorem, quàmquam, si quis hoc malit, pugnare nolo, cum præsertim sic explicet Porphyrio.

Od. 35.

ARGVMENTVM.

Ad Fortunam orans, vt scietur Cæsarem in Britannos ire meditantem.

O D I V A, gratũ qua regis Antiũ, Præfens vel imo tollere de gradu

Mortale corpus, vel superbos
* Vertere funeribus triumphos:

Te pauper ambit sollicita prece

Ruris colonus: te dominam æquoris,

Quicumque Bithyna lacepsit

Carpantium pelagus carina.

Te Dacus asper, te profugij Scythæ,

Vrbesq; gentesq; & latium ferox,

Regumque matres barbarorum, &

Purpurei

Purpurei metuunt tyranni,
Iniurioso ne pede proruas

Stantem* columnam: neu populus fre-
Ad arma cessanteis, ad arma (quens

Concitet, imperiũmq; frangat.
Te semper anteis seuua necessitas,

*Clauos trabaleis, & cuneos manu
Gestans aena: nec seuerus

Vncus abest, liquidũmq; plumbum.
Te spes, & albo rara fides colit

Velata panno, nec comitem abnegat,
*Vicumque mutata potentis

Veste domos inimica linquis.
At vulgus infidum, & meretrix retro

Periura cedit, diffugiunt cadis
Cum face siccatis amici,

Ferre iugum pariter* dolosi.
Serues iturum Cæsarem in ultimos

Orbis Britannos, & iuuenum recens
*Examen Eois timendum

Partibus, Oceanòq; rubro,
Eheu: cicatricum, & sceleris pudet,

Fratrumq; quid nos dura refugimus
Ætas? quid intactum nefasti

Liquimus? unde manus iuuentus
Metu Deorum continuit: quibus

Pepercit aris: ò vtinam noua
Incude* defigas recusum in

Massagetæ, Arabasq; ferrum.

O D I V A] M. Tull. lib. de natura Deor. 3. sub persona Cottæ ea, quæ à Balbo de diis fuerat disputata, resellens, & contrà differens, iis Diis reiectis, qui à veterè Græcia cõficti sunt, diisque habitũ, ea quoque, quæ rerum vim habent, non Deorum è numero, & pæne dicam, è concilio Deorum tollit, qualia sunt, mens, fides, spes, victoria, salus, concordia: Aut enim illa (inquit) in nobismet insunt ipsi, vt mens, vt spes, vt virtus, vt concordia: aut optanda nobis sunt, vt honos, vt salus, vt victoria: quarum rerum utilitatem video: etiam consecrata simulacra: Quare autem in his vis deorum insit, tum intelligam, cum cognouero: quo in genere maximè est fortuna numeranda, quàm nemo ab inconstantiæ & temeritate sciungit: quæ digna certè non sunt Deo. Pindarus autem Fortunam Iouis liberatoris filiam, & ser-

uatricem vrbiũ appellans, eius opera nauces in mari, in terra bellum, hominũque conuentus, & conciones gubernari dicit, atque ita duodecimum carmen Olymp. orditur. Δίος ομνησὶ πῶν ἑλευθελοῦ ἡμέρ εὐρυθύνε ἀμφὶ πολλῆ σῴτεια. τυχα: τὴν γὰρ εἰ πάντω κλυθερῶν ἰαυθῶν καί, ἐν χῆρα τὲ λαμψροὶ πολέμοι, καὶ γοροὶ βιβληφόροι. Non est porrò dubium, quin fortunam in Deorum cætu homines collocarint, ea, quorum causas ignorant, fortuitò fieri, magnamque partem rerum humanarũ nutu, & arbitrio fortunæ gubernari existimantes. Pausanias scribit in Messenicis, Bupalum quandam præstantem templorum adificandorum, fingendorũque animalium artificem, primũ Smyrneis Fortune statuam fecisse, polum in capite sustinentem, & altera manu Amaltheæ cornu tenentem. Idem Achaicis admonet, Pindarum Fortunam vnam è Parcis facere, eamque omnium sororum potentissimam: qua in re se illi assentiri dicit. Pausan. verba sunt. Ἐγὼ μὲν οὐκ Πινδάρου πᾶσι ἀλλα πείθομαι τῆ ὁδῆ, καὶ μοιρῶν τὲ εἶναι μίαν τῶν τύχῶν, καὶ ἑσθλῶν ἀδελφῶν τὶ ἐχθρῶν.

Q V A R E G I S A N T I V M] quemadmodũ supra Od. 28. Neptunum Tarenti custodem dixit non aliam ob causam, quàm quòd illi ea in vrbe templum erat consecratũ: sic & hoc loco Antium, ait à fortuna regi: proinde ac si diceret, fortunam Antio præcisse, ac præsidere: hoc est, Antij coli, sacrificiisque sollennibus placari, vt vrbs custodem. & ita Cape M. Tull. loquitur. nõ longè abiero. pro lege Man. restorque omneis Deos & eos maximè, qui huic loco, temploque præfident. appellant autem Græci Deum, qui aliquo in loco præcipuè colitur, & in quo maximè toti ciuitati præsidium est constitutum, πολιτῶν.

P R A E S E N S V E L I M O, & C.] id est, quæ potes etiam ex infimo gradu, & loco hominè ad summum extollere, & contrà è fastigio rerũ humanarum, & maxima gloria, ad interitum, præcipitè agere. iam hoc genus, præfens tollere, tale est, qualia sunt illa, pertinax ludere, durus componere versus, nobilis superare, & cetera: de quibus dicemus Od. 18. lib. 4. iccirco autem præfens pro potente positum est, vel quòd is, qui præfò est, maiorem vim habet, quàm qui abest: vel quòd vsitato loquendi more Deos præfentis appellamus, qui in nostris dubijs, ac difficilibus temporibus statim nobis auxilium ferũt, aut, qui à nobis coluntur, & oculis cernuntur, vt Sol, & Luna. M. Tull. Tuscul. 1. & vsque ad Oceanum Hercules, tantus, & tam præfens habetur Deus. Terent. in Phorm. non tu hunc habens planè præfentem Deum? Virgil. in Tityro: Nec tam præfentis alibi cognoscere Diuos. & iterum M. Tull. Cat. 3. de Diis: tum verò ita præfentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos pæne oculis videre possimus. ex eodem fonte manarunt illa, præfens animus, præfens venenum, præfens auxilium, præfens pestis, & ser-

fortasse assentans Augusto Horatius ambigunt dicit illud epist. i. lib. 2. Praesenti tibi maturos largimur honores, ut dicemus suo loco. idem Od. 5. lib. 3. praesens Divus habebitur Augustus. & saty. 3. lib. 2. Reiecta praedia, quam praesens Mercurius fert.

VERTERE RVNERIBVS] vertere in funera. similia sunt his illa, quae sunt in Od. superiore de deo & fortuna: Palet ima summis Mutare, &c. & quae Ode 29. lib. 3. Fortiana saeno lata negotio, &c.

TE PAVPER AMB. SOLL. P. RVR. COLONVS] Od. 14. lib. 2. Sine inopes erimus coloni. LAGESSIT CARP. PEL.] remis impellit, in Carpathio mari nauigat e Bithynia profectus: vel, quod magis proba, speciem pro genere positam intelligito.

PROFUGI SCYTHAE] eadem ratione hic profugos Scythas appellat, qua Od. 24. lib. 3. campestres. Campestres (inquit) melius Scythae, Quorū planstra vagus rite trahunt domos.

PVRPVRE] id est, purpurati: purpura colucentes. itaque plus dixit, quam si purpuratos dixisset.

PRORVAS] percellas, euertas. Vtitur hoc verbo & Od. 4. lib. 4. multa proruet integrum Cum laude victorem.

STANTEM COLUMN.] statum, & incolunitatem imperij: Donat. in Phor. columnam hic positum dicit esse pro columine imperij.

NEVPOP. FREQ.] neve populus congregatus seditionem cōcitet, & quietos ad arma capiendā in tyrannum hortetur. haec autem repetitio ad arma, ad arma populi concitati impetum, & furem declarat, & praene dicā, oculis subijcit. επαναδ' επρωσιν vocant Graeci.

TE SEMPER ANTEIT SAENA] primum mendosē legitur in quibusdam libris, serua necessitas, cum saena legendum sit, ut habent libri manuscr. Deinde Aristoteles li. 3. de morib. ad Nicomach. quattuor rerum causas enumerat φύσιν, ανάσχεω, τύχην, νόον: id est, naturam, necessitatem, fortunam, mentem. Earum igitur rerum dominam esse fortunam, eāque res esse fortuitas arbitramur, quae neque semper, neque plerumque, neque alicuius rei gratia fiūt, & quarū causae nō sunt terminatae, vel quarū causas ignoramus, cū ea causae nō sint necessariae, & cū earū effecta possint esse, vel non esse. quarum autem rerū causae sunt nobis quidē incognitae, & occultae, sed necessariae: earum causas necessitati ascribimus. Propterea autē, quod quae necessarii fiūt exploratiora, certiora, stabiliora denique sunt, quam quae fortuitō, iccirco fortunam anteit necessitas. necessitatis autem firmitatem, ac stabilitatem, declarant clavi trabales, cunei, vncus, plumbum. haec enim omnia ad colligendum, firmiterque continendum valent. Appellat porro Graeci necessitatem ανάσχεω, eamque nonnulli eandem esse volunt, atque εμπαριδύλω, id est, fatum. Itaque & supra Hor. leibi necessitatem

nominat, mortem, seu Parcam, & multis aliis locis. ut ad Oden 3. annotauimus. alij necessitatem Parcarum matrem faciunt. Plato quidem libro vltimo de Rep. necessitati, vt Parcē, fufum attribuit, colum, vncum, verticillū. Idem in Timaeo mundi principium, & originem a necessitatis & mentis conspiratione ducit, mentemque necessitati imperantem dicit plurima eorum, quae fiunt, modificare, & in quā optimum habitum fingerē, & conformare. Intelligendum est autem haec fuisse Antij in tabula, depicta: quae nunc Horatius nobis pulcherrimis versibus expressa proponit.

CLAVOS TRABALEIS] clavi trabales, vncus, & cetera, quae necessitati tribuuntur, pertinent vel ad exprimentam necessitatis vim ac potentiam, vel potiùs ad significandam firmitatem, ac stabilitatem. Quomodo enim haec omnia vel vim afferunt, & adhibentur ad torquendum, & cruciandum: vel valent ad continendum, vincendum, ac firmandum: sic necessitas primum quouis impellit inuitos, neque quicquā eam effingere, neque domare neque flectere potest: deinde ad perpetuitatem fixa & stabilis est, adeo vt neque labefactari, neque moueri, neque refigi possit. Sunt autem clavi trabales, quibus trabes configuntur: quos necesse est magnitudine praestare. vnde proverbium, clauo trabali figere. M. Tull. Verrina de suppliciis. vt hoc beneficium (quemadmodum dicitur) clauo trabali figeret, id est, confirmaret, & constabiliret. [Arnobius lib. 2. aduers. Gentes, metus ille vos habet, ne veluti trabalibus clavis affixi, corporibus habeatis.] clauos adamantinos attribuit necessitati Od. 24. lib. 3. nofter Horat. si figit adamantinos summis verticibus dira necessitas clauos: non animum metus, non mortis laqueis expedit caput. necessitate autem nihil esse potentius cum alij multi, tūm Euripides ait in Helena his verbis. λόγος γάρ εστιν οσα εμω, σφών δ' επος, Δεινής ἀνάγκης εδεν ισχύνει πτόον.

ET CUNEOS MANV GEST.] cuneis infertis non solum res perfrumpuntur, & fiunt, vt lib. 1. Georgic. Nam primi cuneis scindebant fissile lignū. & Tuscul. 2. Hos ille cuneos fabrica crudeli infertens, Perrupit artus: sed etiā continentur, vt intelligere licet ex Vitruuij lib. 10. cap. 10.

VNCVS] vncō vtebantur antiqui ad cruciatum, & maleficiorum poenas. M. Tull. Philipp. 1. vncus imprudens est fugiunt illi. Suet. in Tiber. Punit Nerone ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex senatus auctoritate missus, laqueos, & vncos ostentaret. Iterum M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. nos a verberibus, ab vncō, a crucis denique terrore neque vncō, neque astra atas, neque nostri honores vindicabunt. [Arnobius lib. 1. aduersus gentes carnifices, vncis, alijque innumeri cruciatum.] vtebantur olim vncis etiam ad astringendum & continendum plumbo liquido addito, itēque nos hodie vtimus. sunt autē tales vnci, hāmi quidam ferrei, quibus saxa & cementa firmissimē

firmissimē inter se deuiuntur & continentur, praefertim plumbo adiecto. Vitruuius anfas appellat lib. 2. cap. 8. Quid si quis noluerit in id vitium incidere, medio cauo seruato secundum orthostratas intrinsecus ex rubro saxo quadrato, aut ex testa, aut siliabus ordinariis struat bipedaleis parietes, & cum anfis ferreis & plumbo frontes vincita sint. Arnobius lib. 1. Quid miseris his esse, aut quid infelicius poterit, quam si eos in basibus ita vnci retinent, & plumbae vinciones. [Idem eodem libro supra, non longē à ruinorum casibus & dissolutionis metu subscudib. & catenis, vncis, atque anfulis tentari.] liquidum autem plumbum ad tenacitatem, & vincionem plurimum valere declarat etiam Eurip. his versibus. Κάθνο' ε'σποία, Κολ' γάρ ε'σπελάσ' ε'χει Τηυπόσ' μαλ' υδός, ε'ξα- νεσπασσ' ε' γω: id est, sedcto stabilis & firma. Nam etiam si te circum deuiuntam continebit liquidum plumbum, ego te è loco excitabo, & emouebo.

TE SPES] Nota est illa Hesiodi de Pandōra, cuiusq; dolio fabula. quam cum Epimetheus domum recepisset, dolique operculum remouisset, innumerabilis illa malorum colluui, quae in dolio inclusa continebatur, erupit, & ab eo vsque tempore in omnies terrarum parteis dispersa, ac dissipata, homines assidue exagitat, vexat, excruciat. spes sola dolio, priusquam & ipsa cum aliis euolaret, obturato, remansit, vt haec esset humanarum miseriarum solatium, & lenimen. Itaque non temerē cum Fortuna in illa tabula, pingebatur. significabat enim pictura, homines in aduersa fortuna, spe sola sustentari, tanquam maximo, & vnicō incommodo, & dolorum suorum alleuamento. Versus Hesiodi sunt hi: Μύνη δ' αὐτοῖσι ἐλπίς ἐν ἀρήρητοισι δόμοισιν Ἐνδόν ἔμμενε, πρὶθ' ἄπο χεῖλεσσιν, εἰδὲ θύραζε Ἐξέστη. τρεῖσδε γάρ εἰπεύσαλε πῶμαι πτόοιο, &c. Atque ad hanc, opinor, fabulam respiciens Theognis, spem solam in terris cum hominibus remansisse deam praesentē, & propitiam: ceteros Deos, ac Deas in caelum abiisse dicit, Ἐλπίς ἐν ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἐσθλῆ ἔσται. Ἄλλοι δ' ἔλυμποδ' οὐρανόθεν ἔβαν. hoc igitur significat Horat. spem & fidem assiduas aduersae fortunae comites, ac socias esse: spem, quia fortis, & animosus est in rebus afflictis sperare: nam (vt ait Theocritus) viuorum est sperare, mortuis autem nihil reliquū est, quod sperent: ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀέλπιστοι δὲ θανόντες: fidem, quia veri, & fideles amici nūquam, ne fortuna quidem aduersante, ac resstante, deserunt: sed vel amicis opitulantur, vel eorum miseriam, propē aequē dolendo, faciunt leuiorem: assentatores autem, parasiti, scurrae, lenones, meretrices statim, vt aliquid aduersi incidit, diffugiunt, neque à se impetrare possunt, vt rerum aduersarum onus pro sua parte ferāt.

ET ALBO RARA FIDES, &c.] Seruius in illum Virgil. vers. Aeneid. 1. Cana fides &

Vesta Remo cum fr. Quir. haec annotat: Cana fides vel quod in canis hominibus inuenitur, vel quod ei albo panno inuoluta manu sacrificatur: per quod significatur, fidem oportere esse arcuam, testam & velatam. Vnde & Horat. Te spes & albo rara fides, &c. idem ferē notat ad illum locum, raptas sine iure sabinas Confessis cauea magnis circensibus actis, &c.

NEC COM. ABN. VTCVMQVE, &c.] id est, nec te comitem aspernatur, vel nec ipsa tibi comes esse recusat, quodcumque tu fugis, & deseris eos, quos antea coluisti, ac beasti, id est cum tu commutaris, & ex amica, & secunda, sis inimica, & aduersa. significat, viros bonos, & fideleis amicos non deserere amicum olim florētem, nunc miserum fortuna commutata, & rebus conuersis. per fortunam abuentem, & aufugientem, significatur aduersa: per manentem, secunda, vt Od. 29. lib. 3. Laudo manentem: si celeris quatit Pennas, resigno quae dedit: ad quem locum plura exempla afferemus.

AT VVLG. INF. ET MERETR.] At vulgus, & infideles amici diffugiunt, te mutata. Bonifinis autem omnium, qui vniquam fuerit, corrector & ineptis. & audacis. malē hic, & pro, at, reponit.

DIFFVG. CADIS CVM FACE] ἀλλοτρία est. significat autem Horat. infideles amicos, & eos, qui emolumentum sequuntur in amicitia, rebus amicorum accisis, & afflictis, diuitiisque vel consumtis, atque exhaustis, vel casu aliquo amissis, atque creptis, diffugere. Huc pertinet Graecorum proverbium ζῆν χύρα, ἢ φίλια, id est, feruet olla, viuunt amicitia. eodem Petronij Arbitri versus: si fortuna manet, vultum seruatis amici: Cum cecidit, turpi veritatis ora fuga. Grex agit in scena mimum: pater ille vocatur: Filius hic, nomen diuitis ille gerit. Mox ubi ridendas inclusit pagina parteis, Vera reuē facies, dissimulata perit. [Porro autem Xenophon lib. 4. de rebus Graecorū, Non est mirum (inquit) in rebus secundis aliquos fideles reperiri: at ubi aliqui in eorum rebus aduersis cōstantes & firmi reperti fuerint, qui antea fuerint amici, hoc in perpetuum hominum sermone celebratur, & memoriae hominū sempiternae mandatur. sic Xenophon, καὶ γάρ τοῖ ἐν ταῖς εὐπραξίαις πιστοὺς φάνεσθαι, οὐδὲν γαυμάσθαι, ὅταν δὲ πνὲς ἐν συμφοραῖς γυνομένησιν φίλων βέλτεροι φανῶσι, τὸ εἰς τὸν ἀπαιτα χρόνον μνημονεύεται.]

FERRE IUG. PARITER DOL.] dolosi ferre iugum, vnum est ex iis loquendi generibus, quae à Graecis mutuatus est Horatius: de quibus alibi dolosi igitur ferre, id est, dolosi in ferendo pariter cum amicis calamitate affectis, iugo. quod simile est, ac si diceret: in secunda amicorum fortuna superiora omnia habere, aut omnium commodorum participes esse volunt: in aduersa autem, calamitatis partem subire nolunt. translatio est à bobus iunctis. non vacat autem dolo is, qui in societate, lucri partem æ-

qualem, aut etiam maiorem sibi deposcit: damni verò si quid incidat, id ne minima quidem ex parte ad se pertinere velit. Sed verum est, quod & hic ait Horatius, & Nem. *εἰδ. ἰδ. τ.* Pindar. paucos reperiri in laboribus, & periculis fidelicis. verba Pindari sunt hæc, quibus contentanea sunt hæc Horatiana: Πάροι δ' ἐν πόνω πῆροι βροτῶν χεῖματ' μεταλαμβάνειν. Nam quale est hoc, quod dixit Horat. *delosi ferre*, tale est illud Pindaricum, *παῖροι πῆροι μεταλαμβάνειν*. Horat. *inquit*, Pindar. *χεῖματ'.* Theognis hanc eandem sententiam sæpe iterat. Vno & altero exemplo erimus contenti. *Εὐ μὲν ἔχοντος εὐμὲ πολλοὶ φίλοι, ὡς δὲ π' δεινὸν Εὐχόμενον, παῖροι πῆροι ἔχοντι νόον, & alibi, Παῖροις εὐρήσεις Πολυπλάθην ἀνδράς ἐτάροις Πίταις. Ἐν χαλεπαῖς ἀρήγμασι γυνομένοις, οἱ πῆρες ἂν τολμῶεν ὁμοφρονεῖ θυμὸν ἔχοντες Ἴσον τῶν ἀγαθῶν, τῶν τε χεῖρῶν μετέχων. Πολλοὶ τοι πόσιος χεῖρ βρώσιος εἰσὶν ἐτάροι, Ἐν δὲ ἀσπίδι ἀρήγματι πῆρῶν τεροι.*

IN VLTIMOS ORBIS BRIT.] Virg. Tit. *Et penum toto dimissos orbe Britannos.*

ET IUVENVM RECENS EXAMEN] exercitum ex iuuenibus constatum. Examen de apibus proprie dicitur. transfertur autem ad alia, vt hic, & Ode 2. epod. *Postroque vernas diis examen domus.*

EOIS TIMEND. PARTIS. OCEANON QVE] serua (inquit) exercitum populi Rom. formidolosum partibus solis orientis, eiq; mari, quod ad orientem spectat. nonnulli Oceanum rubrum positum esse volunt, ad significandam eam mundi partem, quæ sita est ad solem occidentem: à quibus dissentio, hoc enim significat Horatius, se precari, vt, quæ admodum hic exercitus metuendus est partibus & mari solis orientis: puta Peris, Medis, Parthis, Arabibus: ita sit horribilis Britannis, qui oram mundi soli occidenti propinquam incolunt: aduersus quos huc exercitum ducturus sit Augustus.

EHEVCICATRICVM, &c.] cur pudet? quia turpia sunt vulnera in bello ciuili accepta. Qui hic tuentur nescio quam scripturam antiquam, *Heu, Heu, cicatr. & scil. p.* nihil de eis grauius dicam, quam quod in sole caligantibus oculos habent.

ET SCHEERIS] scelus est enim ciuem interficere, & bellis ciuilibus interesse.

FRA TRUM QVE] ciuium. vel dic proprie, consanguineorum, & germanorum. eueniebat enim interdum, vt duo fratres contrariorum essent partium.

QVID NOS DVRA REFVG. ÆTAS?] ætas annorum triginta spatium continet, vt infra dicemus. Bella autem ciuilia à Sylla, Mario, Octatio, Cinna, iterum Sylla & Mario, Carbone, Pompeio, Cæsare gesta in triginta annorum spatio vertuntur. Consecuta sunt Octauiani, M. Antonij, Bruti & Cassij tempora. Itaque bel-

la ciuilia ad alteram ætatem peruenerunt ac permanarunt, vt idem ait Ode 16. epod. *Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.* hoc igitur dicit Horatius. A quo maleficio aut fecitrefugerunt huius ætatis homines? quid est tam nefarium, quod non admiserint? quas aras non violarunt?

METV DEORVM] metum deorum hic pro cultu deorum, seu pietate, & religione aduersus deos, quam *εἰσεσείων* Græci appellant, posuisse videtur. nam proprie metus deorum in vitio locum habet, & vituperatur. Est enim superstitio, & vitiosa religio, quam *δεισιδαιμονίαν* appellant Græci, id est, metum seu timorē deorum vt Saty 3. lib. 2. *Quone malo mentem concussa? timore deorum.*

O V TINAM NOVA INCVDE DEFINGAS RECVSVM] ego hunc locum in omnibus libris & impressis & manuscriptis corruptum, litteris leuiter immutatis, olim sic restitutum putaueram, *O v tinam noua Incude destringas recusum* In *μαβ. &c.* Vulgata enim lectio *diffringas*, planè corrupta erat. nam diffingere est dissoluere, & demoliri, vt Ode 19. lib. 3. *neque Diffinget, infestumque reddet, Quod fugius semel hura veni.* quod huic loco non cõuenit. diffingere autem ferrum cum aliis optimis linguæ Latinæ auctoribus valdè vsitatum est, tum Horatio. M. Tull. offic. 3. *At ille, vt ingressus est, confestim gladio destrinxit.* Idem in Catil. 3. *idèmq; gladios in temp. destrictos retrudimus.* Horat. Ode 1. lib. 3. *Destrictus ensis cui super impia Cervice pendet, &c.* & Saty 1. lib. 2. *quem (ensum) cur destringere coner? &c.* præterea illud alterum verbum, *recusum*, quod erat etiam corruptum, emendauimus & *recusum*, substitui-mus. Erat igitur huiusmodi horum verborum sententia. O v tinam destringas ferrum in Massagetis & Arabas, & ceteros hosteis populi Romani noua incude recusum, id est, posteaquam noua incude fuerit recusum. est enim bellis ciuilibus, & corporibus ciuium Rom. retusum. Sed nunc posteaquam aduersaria mea relegi, in quibus notatum mea manu reperi, in codice Ful. Ursini scriptum fuisse *defingas*, eodèmq; modò Cæterium in alio codice item manu scripto, legisse audiui: scripturam veterem coniecturæ meæ antepono, & sic in omnibus exemplis reponendum censeo. quod ad vocem *recusum* attinet, sententiam non mutò. Nam *recusum* nullo modo ferri potest. iam quòd Adr. Turneb. vulgatam lectiõnem *diffringas* tueri conatur, & *diffringas* ita explicat, aliter *dingas*, non probo. Nihilominus quòd Pseudoporphyrus, *diffringas* interpretatur, *redactus*. Nam neque Porphyrioni hoc venit vquam in mētem, neque à quoquo emun etæ naris homine ferri potest: cum, *diffringere*, vt dixi, sit, id, quod *cusum*, *fiatum*, & fabricatum est, deformare, corrumpere, atque interire: qui de integro autem ensē acuat, non perimat, sed reparat, ac restituat. Præterea si daretur (quod tamen non possumus) diffingere, esse

esse reparare, reficere, atque vt ita dicam, re fabricari, nõnne ineptissimus esset hic sermo: ò vtinam reficias ensē, seu redactus ferrum, quod cæde ciuium retusum est, in Massagetis & Arabas? nõnne elegantia Horatiana indignissimus? Postremò quid sibi vult illud reacuere, seu redacuere ferrum noua incude: noua cõte diceret potius. Omnino nihil hac explicatione pinguis fingi potest.

IN HONOREM Pomponij Numidæ.

Od. 36.

ARGVMENTVM.

Ob Numidæ reditum gaudio exultat.

ET THVRE, & fidibus iuuat Placare, & vituli sanguine debito Custodes Numidæ deos:

Qui nunc Hesperia sospes ab vltima

Caris multa sodalibus,

Nulli plura tamen diuidit oscula,

Quam dulci Lamia, memor

Actæ non alio rege puertie,

Mutataq; simul toga.

Cressa ne careat pulchra dies nota:

Neu promta modus amphora,

Neu morè in Salium sit requies pedu:

Neu multi Damalis meri

Bassum Threicia vincat amysside:

Neu desint epulis rose:

Neu viuax apium, neu brene lilium.

Omnes in Damalin putreis

Deponent oculos: nec Damalis nono

Dinellitur adultero,

Lasciuus ederis ambitiosior.

ET THVRE] thus semper adhibetur in sacrificiis, vt supra, Ode 19. *Verbenas pueri ponite, thurisque, &c.* & 30. *et vocantis Thure te multo Glyceræ decoram Transfer in adem.*

PLACARE] placare deos, iratos futuros nisi eis sacrificia promissa persoluantur. de arte poet. *vitæque diurno placari Genius festis impune*

diebus. SANGVINE DEBITO] debito vel voti, vel officij causa. vt Ode 6. lib. 2. *ibi tu calentem Debita sparges lacryma famillam Vatis amici.*

HESPERIA VLTIMA] epithetum, vltima, distinguit eam Hesperiam, quæ pro Italia ponitur, ab Hesperia, quæ est ad Occidentem versa. Nam aliàs per Hesperiam etiam apud hunc poetam, Italia significatur, vt Ode 6. lib. 3. *Dij multa neglecti dederunt Hesperia mala luctuosa.* & Ode 5. lib. 4. *Longas ò vltimam dux bene ferias Præstes Hesperia.*

SOSPES] saluus, & incolumis.

NULLI PLVRA TAMEN, &c.] Nulli tamen plura tribuit, aut impertit oscula, quam Lamia.

ACTÆ NON ALIO REGE.] memor pueritiæ eodem rege traductæ, id est, eodem magistro, ac doctore, seu eodem & communi amico potentiore: vt epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *rexque paterque Audisti coram & ad Scænam: Coram rege suo de paupertate tacentes Plus possente ferent.* idem valet potens amicus, vt epist. ad Loll. lib. 1. *tu cede potētis amici Lenibus imperis & Ode 18. nec potentem amicum Largiora flagito.* sic parasitus apud Plautum in Asinaria regem eum appellat, à quo alitur. Nam *ni impero, regem perdidit, ex amore tantum est homini incedium.* itèmq; in Menachmis: Ego igitur hæc verba, *non alio*, sic accipio, vt significent, Pompeium Numidam & Lamiam eodem & communi rege, id est, potenti, seu magno amico, qui hic non nominatur, vfos esse, seu eodem magistro ac doctore: quod probabilius est, atq; ita Turnebo videtur: alij, vt dicat Horat. *Lamia Numidæ regem fuisse:* à quibus dissentio.

MVTATÆ QVE SIMVL TOGÆ.] cum essent æquales, eodem tempore togam virilem sumserunt.

CRESSA NE CAREAT] Cressa nota, id est, alba, à Creta insula ex quo nomine, Cressus, Cretensis, Creticus. Neque verò referendū est hoc ad Cretensium morem, quo Acro & Porphyrio eos solitos ait dies latis albis lapillis notare, & contrà, & c. Thracum enim fuit hæc consuetudo, qui (vt scribit Plinius lib. 7.) eos dies, quibus secunda fortuna essent vsi, iucundèque & beatè vixissent, albo lapillo notabant, nigro contrarios: sed Cressa idem valet, quod alba, seu candida, vt dixi: & Creta non solum insulæ nomen est: sed etiam lutum illud album significat, quo utebantur ceræ loco Græci Asiatici ad obsignandas litteras & priuatas, & publicas, propterea quòd in Creta magna est talis luti copia. Cic. pro Flacco: *Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asatica, quæ vtiuntur omnes in publicis, & priuatis litteris.* Hoc igitur dicit Horat. notetur hic dies candida nota, vt verè felix & faustus. sic Catull. ad Lesbiam. *O lucem dignam candidiore nota.* & fortasse idè Catull. *soles candidos* appellat dies candida nota no-

tandos, vt Horat. contrā fat. 9. lib. 1. nigrum solem. nisi fortē alia ratione dictum est nigrum solem, vt videbimus suo loco.

NEV PROMTAE MODVS, &c.] nēve modus adhibeatur in bibendo. promere & depromere vinum, & vini amphoras, Latinis scriptoribus visitatum est loquendi genus. Ode 21. lib. 3. Descende Corvino iubente Promere Languidiora vint. & 28. eiusd. libri: prome reconditum Lyde strenua Cecubum. & infr. Ode prox. Ante hac nefas depromere Cecubum. & Plaut. in milit. glor. Promissi tu illi vinum? LVC. non promsi. Quidam libri habent vbique Nec, pro Nē.

NEV MOREM IN SALIVM] nevfemus Saliorum more salire, seu potius saltare. Ode 1. lib. 4. In morem Saluum ter quatent humum. Virg. lib. 8. Hinc exsultante salio, nudobique supercos. Erant autem Salij, Martis Gradiui sacerdotes à Numa Pompilio instituti, qui certis anni temporibus carmina cantabant cum tripudiis & saltibus sollennibus: de quibus qui plura scire volet, legat Dionys. Halicar. lib. 2. Salii autem quarti casus esse numeri singularis, non patrij in numero multitudinis esse puto, ab adiectiuo (vt grammatici vocant) Salius, a, um: vt à Sulpicio subst. adiectiuum facit Ode 12. lib. 4. Qui nunc Sulpicis accubat horreū.

NEV MULTI DAM. MERI] id est, nēve Damalis puella bibacissima, certantibus inter se vino conuiuis, Bassum vincere contendat bibendo, aut magnitudine poculorum, sed cum Numida certer potius. sic dictum est autem ab Horat. Damalis multi mēri, vt à M. Tull. homo non muli cibi, sed muli ioci. in epist. vltima lib. 9. ad Papirium Patum. De huiusmodi certamine faceret in quendam Falcidium Cicero pro Flacco: Magnam erat ei certamen propositum, magna cum Gracis contentio: qui tamen (vt opinor) iacent victi. Nam iste vnus totam Asiam magnitudine poculorum, bibendōque superauit.

BASSVM THREICIA VINCAT AMYSTIDE.] Amystidem poculi genus fuisse quidam dicunt Σπιδ τῆ ἀμυστι πίνω, id est, ab eo, quod est, haustum, & labris non clausis bibere. μύζω enim est muscare, sugere, os & labra claudere. quod si quis ἀμυστιδα, seu ἀμυστι talē computationem intemperatam, & barbaram intelligi malit, ei libentius assentiat. vtitur hoc nomine Anacr. ἀγῆ δὴ φόρ' ἡμῖν ὦ πᾶσι Κελέβλυσι πῶπις ἀμυστι Προπίω & Euripid. seu Arist. in Cyclope: Εδέξατ', ἕσασσεν ἀμυστι ἐγκύσσει. [id est, accepit, hausit poculū illud Thracium, & ebibit. & Callimachus apud Macrob. lib. 3. cap. 21. ἔχ' ὁ Ἰρμιόβλυ ἀπανήγατο χυμὸν ἀμυστι Ζαροποτέω δ' ὀλίγω ἤδετο κισυβίω. id est, Ille enim Thracium poculum patente ore ebibere recusauit, paruo autem poculo delectabatur.] Ex quo fit ἀμυστιζέω, quod valet, sine respiratione, & vno quasi spiritu bibere. Plutarch. συμποσ. lib. γ. κεφ. ε. Τοῖς γὰρ ἀδρουῖς ἔπιπνευ-

σὶ πίνοντα, ὅπερ ἀμυστιζέω ὀνόμασται, οἱ πάλαιοι ἤκασι φασὶ ἐπιπίπιν μέθυ, id est, eos enim, qui vno haustu & sine respiratione bibūt, quod ἀμυστιζέω nominatur, veteres autē minime esse ebrietas opportunitum. [Threicia autem, qua vtebatur Thraeces homines vino & vinolenti, supra Od. 27.]

NEV DESINT EP. ROSAE, NEV VI-VAX AP.] sic & Od. 1. lib. 2. rosa & vnguenta in conuiuio adhibentur. Hinc vna & vnguenta, & nimum breuicis Flores amane ferre iube rosa.

VI VAX] quod diu viret. Theocrit. ἕλα. χρῆ θάλλωνται σέλνα. verborum gratiam viuacem dixit epist. ad Pisones: Nedum sermannum stet honos, & gratia viuax. contrā breuic lilium idem Horat.

PVTREIS DEP. OC.] id est, omnes alij prater Numidē, putreis in Damalin oculos declinabunt, & claudent somno occupati, & obdormiscunt, neque quātumuis eius amplexum concupiscant, ea potientur, sed eos Veneri intētos somnus auferet. deponit oculos, id est, demittent & declinabunt palpebras somno oppressi: putreis in Damalin autem, id est, vel amore & cupiditate Damalis fractos, vel ebrios. licet etiam coniungere verbum deponit cum hoc, in Damalin: vt sic deponit oculos in Damalin tāquam onus, putreis autem, id est, libidine fractos, libidine natateis, seu colliquefactos, vt apud Theoc. εἰδ. α. τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς, ὅτι ἔμετ' ἑαυτοῖς χορεύεις. i. colliquefiunt tibi oculi, quia cum eis nō saltas. Sic Plaut. Curgul. Propino magnum poculum. ille ebibit, caput deponit: condormiscit. Idem Mostell. Ecce autem hic deponit caput, & dormit: suscita. iam iis, quibus somnus obrepit, brachia palpebraeque cadunt, papillaeque procumbunt, vt ait Lucretius lib. 4. Licet etiam interpretari deponit, condent, & quasi se pelient. Nam depositi dicuntur, deplorati, & quasi desperati. Cæcilius, Depositus modo sum anima, vita sepultus sum. Virgil. lib. 12. Ille vt depositi proferret fata parentis. sic depositam rempub. dixit M. Tull. actione i. notant Asconius, & Nonius. Sic & Arnobius vsurpat depositū corpus lib. 1. aduers. gentes. Pnis fuit ē nobis, qui deposito corpore innumeris se hominum pro vita in luce detexit?

ADULTERO] amatore, vt supra diximus Od. 33. nouo autem, videlicet Pomponio Numida.

LASCIVIS EDER. AMP.] ambitiosam hoc loco accipe, brachia collo implicatē, cōplectentem sic Ode 15. Epod. Arctius, atque edera procerā astringitur ilex. Lentis adhaerens brachiis. & Catull. de lulia & Manl. nuptiis. tenax edera hae & hac arborem implicat errans. Sic contrā ambitiosi homines dicuntur nimis amplecti plebem, qui plebem largitionibus corrumpunt, & qui regnum appetunt. M. Tull. in orat. pro Milone de Sp. Melio.

AD SO-

AD SODALES.

Od. 37.

ARGVMENTVM.

Ob victoriam Aethiacam, Genio indulgendum esse.

NUNC est bibendum: nunc pede libero

Pulsanda tellus: nunc Saliaribus Ornare puluinar deorum Tempus erat dapibus sodales. Antehac nefas depromere Cecubum Callis auitis, dum Capitolio Regina dementis ruinas, Funus & imperio parabat, Contaminato cum grege turpium Morbo virorum quidlibet impotens Sperare fortunāque dulci Ebria, sed minuit furorem Vix vna sospes nauis ab ignibus: Mentēque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores Caesar, ab Italia volentem Remis adurgens, accipiter velut Molleis columbas, aut leporem citus Venator in campis niualis Aemonia, daret vt catenis Fatale monstrum: qua generosius Perire querens, nec muliebriter Expauit ense, nec latenteis Classe cita reparauit oras. Ausa & iacentem visere regiam Vultu sereno fortis, & asperas Tractare serpenteis, vt airum Corpore combiberet venenum, Deliberata morte ferocior: Sæuis Liburnis scilicet inuidens Priuata deduci superbo Non humilis mulier triumpho.

NUNC EST BIBENDVM] videtur hæc ab Alcæo esse mutata: cuius hi versus reperiuntur apud Athen. lib. 10. Νῦν γὰρ μεθύσειν, καὶ πινεῖν καὶ βίβω Πίνω.

SALIARIBVS] opiparis, & sumtuosis. M. Tull. Saliarem in modum. Salios eosdem fuisse apud Romanos atque Curetas apud Græcos narrat Dionys. Halicarn. lib. 2. antiq. Ro. de quibus ille multa sub extrem. lib. ab illo loco Εὐκτι δὲ μοῖρα τῆς ἀπὸ τῶν θεῶν νομοθεσίας ἢ ἢ ἀπονεμηθείσας τοῖς καλλιστοῖς ἀπὸ Ρωμαίων σολοῖς, &c.

ORNARE PVLV. DEOR.] solebant Rom. vel deuitis hostibus, vel quouis alio modo Republ. bene gesta, & periculo cōmuni propulsato, ad omnia puluinaria Deorū supplicationem decernere, atque aliquot dies festos læticia publica celebrādos indicere. Sic Cic. Cat. 3. Quamobrem Quirites quoniam ad omnia puluinaria supplicatio decreta est, celebratote illos dies cum coniugibus & liberis vestris. Habebant autē singuli dii suos lectos & puluinos, quibus imponebatur: quam superstitionem Romanorum insectatur & irridet Arnob. lib. 7. aduersus gēteis, his verbis. Lethiferium Cereris erit idibus proximo, habent enim dii lectos: atque, vt stratis possint mollioribus incubare, puluinorum tollitur, atque excitatur impressio. Hac oda autem Horat. sodales suos ad lætitiā exhortatur ob victoriam Aethiacam.

TEMPVS ERAT] sic scriptum reperi in lib. Donati, Faerni, Tornesi, Vaticanis duobus: alij corruptentes, erit reponunt: alij erat positū volunt pro est. Ego puto propriē locutum esse Horatium, longēque adeo significantius, quā si verbo præsentis temporis vsus esset: hoc modo, non erat fas antehac ē callis auitis vinū depromere, conuiuiaque agitare: Sed nūc deuictō M. Antonio cum Cleopatra, hoc erat illud tempus, in quo decebat epulari, & conuiuari. sic loquitur Elian. vari. histor. lib. 1. Σοφόν τι ἄρα γένηται ἢ γένος βασιλεῶν Αἰγυπτίαν. & Oppia. lib. 3. ἀλιευτ. Ἰχθύσι δ' ὅτι ἄρα μῦθον ἐπ' ἀλλήλοισι νόημα Πικρὸν ἔλω, καὶ μή τις ὄψιν κλοπῆς, &c. & Hesiod. ἐργ' καὶ ἡμερ. Οὐκ ἄρα μῦθον ἔλω ἐπίδων γένος, ἀλλ' ὅτι γάρον εἶσι δύν. Theocr. εἰδ. ε. ὦ πικρῶν. ἢ τρωμύλος ἦσται Κομῶται, & ita loquitur epist. ad Scaenam lib. 1. D at qui rerum caput hoc erat, hic fons. & Saty. 10. lib. 1. Hoc erat exceptio frustra Parrone Atacino, Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem.

DVM CAPITOLIO] interea dum Cleopatra, & M. Antonius ea moliebantur, quibus Capitolium, imperiūque populi Ro. euertent. DEMENTIS RVINAS] à demente Cleopatra cogitatas, & comparatas. Fortasse hic locus versus Ennian. qui sunt in Catone Cicero ni corrupendorum occasione dedit. Sic enim vulgò leguntur. Quò vobis mentes, restā qua stare solebant Ante hac dementi sese flexere ruina? cum ita sunt legendi. Quò vobis mentes, restā q. st. sol. Ante-

hac, Clementis sese flexere viati?

CONTAMINATO CVM GREGE TVRPIVM.] cū eunuchis turpi morbo laborantibus, viris effeminatis, & impudicis. Eunuchos igitur viros appellat nō simpliciter, sed viros morbo illo corporis, & animi turpis, & fœdos, propter quē ad patiendū, quā ad agendū sunt aptiores, ac propēiores. vide annot. ad illū locū Saty. 6. lib. 1. r. si qui egrotet, quo morbo BARRIS. Gregor. Nazianzenus ἐπιταφ. Basilij magni, sic de Eunuchis: τὸς ἐν τῆς γυναικωνίτιδος, τὸς ἐν γυναικῶν ἀνδρῶν, ἐν ἀνδράσι γυναικῶν, τὸς τὸ μόνον ἀνδρῶν πλὴν ἀσθενῶν: αὐτὸ φυσικῶς ἀσθενῶν ὡς ἐργατῶν, ὡς δὲ ἀνδράτων μόνον τῆ γλώτῃ περιέχουσιν, id est, Viros ex mulierū cubiculo egressos, atque ad eas custodiēdas & oblectandas accommodatos: inter mulieres viros, inter viros mulieres, atq; ad omnia obscena patiēda promptos ac paratos, vna re dumtaxat virileis & forteis, quōd impij ac scelerati sint: qui quoniam iis membris, quæ ad procreandū à natura viris data sunt, libidini obsequi nequeunt, lingua impura atque impudica, qua possunt tantūm scortantur. Hæc Nazianzenus. Traditū est præterea ab iis, qui ex figuræ inspectione de ingenio faciunt coniecturam, eos magnam partē immiti esse ingenio, fraudulentos, facinorosos, audaces, maléficos, ac sceleratos.

QVID LIB. IMP. SPER.] impotens sperare, id est, in eo impotēs, quōd quilibet sperare audeat. impotēs sperare autē à Græcis sumunt, de quo genere vide ad Od. 8. lib. 4. iam impotens valere apud bonos scriptores idem ferē, quod apud Græcos ἀκρατής, incontinens, effrenatus, non rationi obediens, sed affectibus, & perturbationib; animi feruētis. M. Tull. epist. ad M. Marcell. Victoria etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociore, impotentioreque reddit. Idem de harusp. respons. nihil fieri iuratis, nihil impotenti animo. Idem Philipp. 5. Antonium impotētē, iracundum, cōtumeliosum, superbum, &c. nominat. sic Catull. de fœlo. frata impotentia, id est, impotentium hominum more astuantia, & fauētia. idem ad papyriū, vt Cæciliūm arcessat. illū deperit impotente amore, id est, immodico, & immoderato. & Horat. Ode 1. lib. 2. Iuno impotens, id est, ira & odio elata, ira inflammata, ab ira vidua, quæ iram continere non poterat, vel quæ odium suum exfatigare non poterat. & Od. vlt. lib. 3. Aquilo impotens, supra modum seuiciens, vehementens, vt sit tralatio à rebus animatis, vt frata impotentia, impotēs igitur sperare, id est, quæ sese continere nō poterat, quin quilibet speraret.

FORTVNÆQVE DVLCI EBRIA] rebus secundis elata, & impos mentis. sic Demosthenes Philipp. prima, Philippum dicit magnitudine rerum gellarum ebrium esse. Εγὼ δ' οἰμυ ἐδὴ, ὡς ἀνδρῶν ἀβέλγητοι, νῆ τὸς θεοῖς, ἐκείνον μὲθυσεν τῶ μεγάλῃ τῆς περὶ γαμῶν, &c. & Anacreon. ἐρωτὶ μὲθύοντα, id est, amore ebrium

T. Livii lib. 3. inde impotentib; imbutis: eo sensu, ut si nulla esset. Tandem ad inuicem se adesse nisi quædam a coactis impotentium damniata se amouissent. p. 89.

dixit. & Theocr. in Dioscuris πληγαῖς μεθύων, id est, plagis ebrius idem apud Hephæstionem. Ἀρθεῖς δ' ἤντ' ἄπο λευγῆδος πέτρης Es πολλῶν κύμα καλυμῶ μεθύων ἐρωτῆ. SED MINVIT FVR.] sed eius demētiam, insolentiam, atque impotentiam compressit tāta, in pugna Actiaca, clades accepta, vt vix vna nauis salua ei restiterit. Itaque eius animum rebus prosperis ferocem, impotentem, insolentē, res aduersæ εὐσφρόνισαν, id est, castigarunt, & ad sanitatem mentis reuocarunt.

MENTÉ MQVE LYMPH.] Lymphatos appellant Latini, quos Græci νυμφολήπτοι, vt supra diximus quā vocē videtur vlturpasse Plauto in Phædro pro furioso, & mente concitato. ὡς ἐάν εἶρα πολλὰς νυμφολήπτος περιόντος τῆ λόγος γίνωμαι, καὶ θαυμάσιος. Sextus Pompeius Festus scribit lymphas dictas esse à Nymphis, vulgōque memoriæ proditū esse, quicumque speciem ē fonte, id est, effigiē Nymphæ viderint. furcandi finē non facere: quos Græci νυμφολήπτοι, Latini Lymphatos appellant. Alij lymphatos dici existimant eos, qui metu & horrore quodam aquæ afficiuntur, ad eō vt se sæpe in aquas præcipitēs agant: quos Græci ὑδροφόβους appellant, morbo à canis rabiosi morfū contracto, quē ὑδροφοβικὸν πῶλος vocat Dioscorides, & ὑδροφοβία, quo morbo tentati aquam horrēt ceu canes ipsi, & aqua metu simul & desiderio, sitique excruciantur dicuntur autem νυμφολήπτοι eadem ratione qua μισθολήπτοι, vt si Latine dicantur illi à nymphis: hi à musis capti.

MAREOTIC O J VINO, quod ad Marcotidem Ægypti paludem nascitur. Virgil. Georg. 2. sunt & Mareotides albe. Athen. lib. 1. δευνοσοφ. scribit vinum Mareoticum esse Alexandrinum, à Mareæ fonte, qui in Alexandria est, & ab vrbe ei fontis vicina eiusdem nominis, appellatū: eamque urbem fuisse olim maximam, nunc esse vicium: paucis verbis pōst, à Marone quodā vno ex iis, qui cum Baccho militarunt, esse nominatam. Multas autem huius Mareotici vini laudes cōmemorat ibidem Athen. Florem Libycum appellat Plautus Casina. Nisi hæc miraclo se vspiciam percussit flore Lybico.

REDEGIT IN VER. TIM.] qui rebus secundis insolentes fiunt, & quibus vinum bonam mentem ademit, aut corrumpit, ij periculi, in quo fortē versantur, magnitudinē neque attendunt, neque sentiunt, quamdiu ita sunt affecti: postea autem, quā ad se redierūt, tum demūm timere incipiunt, tum demūm periculo scilicet edocti ad se redeunt, & se colligunt. videtur igitur Horatius significare, Cleopatram, quamuis ob res secundas furore, amentiaque præcipitē, & temulentam, veris tamē timoribus tum affectam fuisse, cum cam Cæsar victor insequeretur. dixit autem veros timores, quia sunt & alij vani timores, maxime in bello. notum illud πολὺλὰ κενὰ τὸ πολέμῳ.

VEROS

VEROS TIMORES] sic epist. 17. lib. 1. vti mox Nulla fides damnis, verique doloribus adsit. VOLANTEM] quā celerrimē poterat fugientem. MOLLES COLYMBAS] imbelles appellat Od. 4. lib. 4. nec imbellem feroces Progenerant aquila columban.

ADVGENS] persequēs, proximē insequēs. DARET VTCATENIS, &c.] vt viam caperet. Quod Augustum duas ob causas vehementer exoptasse, primū quōd verebatur, ne illa pecuniam, quam penes se habebat, corrumpere ac dissiparet: deinde quōd eā existimaret magnum momentū ad triumphū decus & gloriam allaturā, si viua Romam deportaretur, scribit Plutarch. in Antonio, his verbis: Εξ δὲ τῶν τὸν Προκλήτιον ἐπεμψα κελύχος ἐν δύνῳ, μάστιγα τὴ Κλεοπάτρας ζωῆς κρατήσας, & γὰρ ἐφθεῖτο πρὸς τῆς χειρῶν, & μέγα τῶος δόξου ἠγείτο ὅθ' ἐλαίμῳ, & καταχάσειν σκηνίω. NEC MVLEBR. EXP. ENS.] quemadmodū verē dicere licet eam non extimuisse ferum: ita constat esse non peruisse: sed duntaxat conatam esse sibi manus afferre: à Proculeio autem esse prohibita. expauit autē, id est, extimuit.

MVLEBRITER] Od. 6. epod. Pos, quibus est virtus, muliebrem tollite ludium.

NEC LAT. CLASSE CITA, &c.] id est, nec sese contulit in abditas & abstrusas Ægypti latebras, in quibus vel delitesceret, vel nouū exercitū aduersus Cæsarem cōpararet. Ad hūc locū pertinet hi Virgil. versus lib. 8. Æn. Contra autem magno merentem corpore Nilum, Pandentēque sinus, & tota veste vocantem. Caruleum in gremium, latebrosq;e flumina victos: ad quos notat Seruius, Cleopatram presagio mortis futurę, & metu perturbatā, tuti recessus immemorē fuisse, vbi facillē poterat bellum reparare: de qua re se moriēs dicitur accusasse: ex quibus & Seruij verbis, & Virgilij versibus possum rectē videri hunc locum Horat. explicasse, cum ita dixi, Nec Cleopatra sese contulit in abditas Ægypti latebras, in quibus vel latitaret, vel nouum exercitum compararet, seseque aduersus Cæsarem nouo belli apparatus instrueret. Alij tamen sic malunt, nec se in Ægyptum contulit, vbi latitaret: cum quibus pugnare nolo.

FORTIS ET ASPERAS TRACT. SERP.] Plutarch. scribit in Antonio, de genere mortis Cleopatraz nihil vquam certi sciri potuisse: nullum veneni vestigiū in eius corpore apparuisse: duas tantūm cicatrices esse repectas, exilis & obscuras, quibus adductū Cæsarem, fictam eius imaginē in triumphum deportasse, cui aspis affixa adhereret. Propert. lib. 3. Fæminas imperare amatibus. Brachia spectant sacris admorsa colubis, Et trahere oculum membra soporis iter.

CORPORE COMBIB.] conciperet, admitteret. & ita M. Tull. lib. 3. de finibus: sed infici tamen iam debet iis artibus, quas si, dum tener est, combiberit: ad maiora veniet paratior. Idem in Horat. Vti qui combibi purpuram voluit, sufficiens prius

lanam medicamentis quibusdam.

DELIBERATA MORTE, &c.] Pct. Victorius vir optime de litteris ac litteratis meritus, lib. x. var. lect. hunc locū sic esse distinguendum docet, Deliberata morte ferocior, seu Liburnis scilicet inuidēs, &c. & fauis Liburnis nauis significari, non Liburnos populos. cui profusus assentior, præsertim cum faciat cū eo Plutarchus in Anton. his verbis, ἐν τῶν Ἀλεξυρίδης ἀφθισαν δὲ καὶ τῶν Κόισσιος. Vt cetera Vegetius lib. 4. de re militari, scribit Actiaco prælio Liburnorum auxiliis præcipuē victum esse Antoniū, atque iccirco experimento tanti certaminis patuisse, Liburnorum nauis ceteris aptiores esse. Erit igitur hæc sententia, Cleopatra deliberata morte, id est, cum moriendi consilium cepisset, seu cū mori decreuisset, ferocior, id est, animosior, quā antea, aufa est venenū bibere, & serpentis tractare, quarum contactu & morfū venenum toto corpore conciperet, scilicet Augusto eam laudem, gloriamque inuidens, vt capta per triumphum duceretur. Prætercā Lucianus, bonus auctor, Liburnos & Liburnorum nauis cōmemorat in eo dialogo, qui inscribitur ἔρωτες. ὅτι ἰταλίω μοι πλεῖν Ἀλεγοῦσθῶν, παχυνεωτῆν σκάρως εὐπεπέριστον τῆς δικρότων, οἷς μάλιστα χεῖροσιν Ἀλεξυρίοι δουλοῖν, ἔθνος Ἰονία κόλπῳ παρακισμύδον. i. in italiam nauigare cogitanti scapha mihi parata fuerat, ex iis, quæ duob; remis impellitur. Quōd si quis volet seruata eadem, quam P. Victorio auctore, adhibeo, distinctione, nomine Liburnis populos, non eorum nauis intelligere, non admodum improbabo, vt sic explicetur hic locus: Cleopatra deliberata morte, ferocior effecta, quā prius fuerat, scilicet inuidens fauis Liburnis populis illis, quorum nauibus magna ex parte parata fuerat Augusto victoria, &c. vt sup. ego tamē explanationem priorem malo.

INVIDENS DE DVCI] tale est hoc, qualia sunt illa, quæ collegimus ad Od. 23. Iā, quōd ad verbum inuidendi attinet, ita Homer. loquitur δὲ λ. vbi Vlysses ab Alcinoο oratur, vt reliqua de suis erroribus, laboribus, incommodis persequatur, sic respondet: Εἰδ' ἐτ' ἀκρῆδινά γε λιλαίεσθαι, ὅσ' ἂν ἐρωγα Τέστων σοι φθονοίμῃ, & οἰκτερότερο δ' ἄλλ' ἀγορεύσω. id est, non inuidebo tibi his & alia miserabiliora narrare, &c.

PRIVATA] non iam regina, vt faty. 3. lib. 1. Privatūque magis viuam te rege beatius. alij inceptē subintelligunt, regno.

SUPERBO] supra Ode 35. superbos vterere fineribus triumphos.

NON HV M. MVL.] non abiecta, non cōtēta, immo summo loco nata ac generosissima. M. Tull. in Lælio: humilem sanē & minime generosum (vt ita dicam) relinquunt ortum amicitie: vel nō fracto, & paruo, sed excelso & magno animo.

A D P V E R V M.

Od. 38.

A R G V M E N T V M.

Se tenui apparatu gaudere.

PERSICOS ODI, PVER, apparatus:
 Dissipient nexæ philura corona:
 Mitte sectari, rosa quo locorum
 Sera moretur.
 Simplici myrto nihil allabores
 Sedulus curo, neque te ministrum
 Deducet myrtus, neque me sub arcta
 Vite bibentem.

PERSICOS ODI, PVER, id est, O puer, nolo in coniugio adhiberi vnguentis, odores, coronas operosas, & simileis delicias, quibus Medici & Persæ uti solebant, Persarum sumtuosum, & luxuriosum apparatus paucis verbis declarat Herodotus. Καλλοπην, quo loco Pausan. victoria potitus contra Persas, & supellectile Mardonij Persarum ducis visa, multo auro, atq; argento, & peripetalmatis variè depictis, iubet pictores, & coquos Mardonij eodè modo, eodèmq; ornatu cenâ sibi apparare, quo modo Mardonio solcibat. Quod cum illi fecissent, hic Pausanias cum aspexisset lectos aureos & argenteos, & magnificentum illud cenæ apparatus, obstupefactus epularum appositarum, & ceterarum rerum expositarum copia, iussit ridens suos ministros sibi cenam Laconicâ parare: quo facto cum magnâ inter hos duos apparatus interuallû esset interiectû, tum ridens Græcorum duces euocari iussit, &c. Intelligendum est autem, luxuriâ, & sumtuosum apparatus apud Persas increbruisse posteaquâ recû potiti sunt, Medorumq; imperium subegerunt. Nâ antea tenuissimû eorû victum fuisse tradit Xenoph. Κύρη παύδ. princip. his verbis, φέρονται δὲ οἰκοδομὴν σίτην ἰσθὶν ἀργύρας, ὅλον δὲ κέρδαμον, πρὶν δὲ ἡμῶν δὲ τῆ, κἀλωνα, ὡς εἶπε τὸ ποταμὸν ἀρῶσα. Id est, nam domo afferunt, in cibum quidem, panes: in obsonium autem nasturtium in potum autem, si quis fitiat, poculum fictile, ut aquam de quouis flumine hauriant. Quæ Xenophontis locum spectans M. Tull. lib. 5. quæst. Tuscul. Persarum victus (inquit) à Xenophonte exponitur: quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium.

NEXÆ PHIL. COR.] de coronis in coniugio adhiberi solitis cum aliquid supra dixerimus ad Od. 17. tum plura dicemus ad Od. 11. lib. 4. Huc autè libet ascribere quæ tradita sunt ab Athenæo lib. vlti. δεῖνιοσσοφίς. vbi loquitur de

coronis & vnguentis: qui locus nõ reperitur in libris vulgatis. Docet igitur ille, multorum antiquorum poetarum, philosophorû, aliorûmq; scriptorum testimoniis collectis, in initio reperta esse vincula forte fortuna oblata, quibus in cõuiuiis & poculis capita religarent, propter dolorum capitis ex vino liberalius potu grauitatè & intentionè, cum capitis & temporû vinctiõnem ad illos dolores sedandos valere existimarent: posterius verò ornatû etiam ad hæc vincula accessisse, à conuiuiis non alienum, coronis florèis concinnatis, & connexis. Capiti autem coronas imponi solitas ad arcèdos (vt diximus) capitis dolores ex immoderato vini potu cõflatos, quia in capite sensus omnes ineffevidèatur, & quia vtile sit, in potu caput esse tectû, & tempora reuincta: quamquã etiam peccus coronare solerèt, vt cordis & vitæ sedem. Vincula autem capitis paratissima, & vtilitissima fuisse, hedera, quia hedera & vbiuis locorû, vulgòq; nascatur, & aspectû præbeat non iniucundum ob viriditatè innatâ, & latitudine frondiû, ac magnitudine corymborum facillimè frontè opacare possit, & contentionem in constringendo ac vinciedo sine periculo ferre queat, & refrigerandi vim habeat sine odoris grauitate. Cum igitur coronæ primû ad prohibedû immoderati potus incõmodum, & valetudinis causa essent excogitata, deinde etiâ voluptatis ratio esset habita: ita cõnecti cõepit sunt ex rosa, viola, lauro, amaraco, lilio, narcisso, myrto, & similibus floribus: de quorum florum singulorum natura & virtute multa ibidem Athenæus. philura autè, tenuissima & subtilissima est tiliæ membrana, qua accuratius, & operosius coronæ neccebantur. Plinius lib. 16. cap. 14. Inter corticem & lignum tenuis tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur: tenuissima earum philura coronarum lemniscis celebres, antiquorûmq; honore.

SERA] quæ in longinquis terrarû oris tardius nascitur.

SIMPLICI MYRTO, &c.] nihil te adhibere volo ad conuiuij apparatus præter myrtum, cuius odor & gratissimus est, & minimè sumtuosus. Myrtû myrrhinam appellant Græci: de qua multa Athen. lib. illo vlt. Frons est & Veneri gratissima, & ad discutiendû vini vaporè vtilissima. de ea diximus nõnulla sup. ad Od. 25.

NIHIL ALLABORES] nihil addas. sed allaborare est ἡμπατικώτερον. Valet enim, laboriosè aliquid alteri addere. vtitur eod. verbo Ode 8. lib. e. Ore allaborandum est tibi.

SEDVLVS CYRO] Ordo est, sedulû curo, ne quid addas myrto. Ex myrto autem fiebant etiam coronæ, quibus in vino, & epulis utebantur, vt Od. 7. lib. 2. Quis vdo Deproperare apio coronas, Curatue myrto?

SVB ARCTA VITE] sub angusto pergula, ex vite ad vmbram comparata.

C A R M I -

C A R M I N V M L I B E R

S E C V N D V S.

A D C. A S I N I V M P O L L I O N E M.

Od. 1.

A R G V M E N T V M.

Commendat scripta illius, quibus bella ciuilia complectebatur.



MOTVM ex Metello consule ciuicum,
 Bellique causas, & vitia, & modos,
 Laudumque Fortuna, graueis que
 Principum amicitias, & arma
 Nondum expiatis vincta cruoribus,
 Periculosa plenum opus aleæ
 Tractas, & incedis per igneis
 Suppositos cineri dolofo.
 Paullum seueræ Musa tragædia

Desit theatris: mox, vbi publicas
 Res ordinariæ grande munus
 Cecropio repetes cothurno,
 Insigne mastis præsidium reis,
 Et consulenti, Pollio, curia:
 Cui laurus æternos honores
 Dalmatico peperit triumpho.
 Iam nunc minaci murmure cornuum
 Perstringis aureis: iam litui strepunt:
 Jam fulgor armorum fugaceis
 Terret equos, equitumque vultus.
 Audire magnos iam videor duces
 Non indecoro puluere sordidos,
 Et cuncta terrarum subacta,
 Præter atrocem animum Catonis.
 Iuno, & deorum quisquis amicior
 Afris, inulta cesserat impotens
 Tellure, victorum nepotes
 Retulit inferias Iugurthæ.
 Quis non Latino sanguine pinguior
 Campus sepulcris impia prælia
 Testatur, auditumque Medis
 Hesperia sonitum ruina?

A Qui gurges, aut quæ flumina lugubris
 Ignara belli? quod mare Daunia
 Non decoloraueris cades?
 Quæ caret ora cruore nostro?
 Sed ne, relictis Musa procax iocis,
 Cæa retractes munera nenia,
 Mecum Dionæo sub antro
 Quære modos leuiore plectro.

B MOTVM CIVICVM] bellum ciuile. sed aptius est nomen motus, & significantius. Pollionè, qui tragædias, seu pratextas potiùs, scribebat de bellis ciuilibus, monet Horat. vt hanc scripturam tantisper intermitteret, dum restitueretur in ordinem, atque in suum statum Respu. vel, vt alij malunt, dum historiam de eodè bello ciuili, ordine perscripserit. Erat enim Pollio & tragædiarum, & historiarum scriptor. Pollionè autem tragædiarum, seu pratextarû fuisse scriptorem declarant illa Horatiana sat. x. lib. 2. Pollio Regum Facta canit pede ter percusso. idem infra hac eadem Oda, Paullum seueræ musa tragædia Desit theatris, &c. Quod autem quidam alioqui docti, existimât, principium huius Od. Motum ex Metello, &c. intelligendum esse de descriptione historiarum: mihi vehementer errare videtur: & miror, hoc eis vniquam in mentem venire potuisse. Nam & verborum structura, & orationis

i ij

series, & sententia ipsa perspicue declarant, hoc totum ad tragœdiæ scriptorem pertinere. Sic enim Horatius. Tu pollio tractas motum ciuilis à Metello consule, bellique causas, &c. periculosa plenum opus olæ, &c. Intermitte (inquit Horatius) istam scriptionem, & sine musam tragicam paullisper desiderari à theatris: mox vbi cum aliis senatoribus rempublicam in suū statum restitueris, seu in ordinem redegeris, atque ordinariis, grande munus scriptionis tragicæ repetes. hæc mihi videtur esse huius loci sententia, quam maleuoli quidam homines, & inuidia obcæcati non viderunt. [Seruius profert hunc locum ad illum Virgil. lib. 6. *Æneid. Ciuili tempora querua.*

EX METELLO CONSULE] L. Afranij collega, de quo sic M. Tull. epist. ad Attic. lib. 1. Metellus tuus est egregius consul. unum reprehendo, quod orium è Gallia non magnopere nuntiarum gaudet.

BELLIQUE CAUSAS] belli causæ, verbo erant (vt ipse Cæsar dicebat) quod intercessio sublata, ius tribunitium sublatum, circumscriptus esset Antonius, reuera dominandi cupiditas, & παρορσία.

LVDMQUE FORTVNÆ] sic sup. Od. 2. lib. 1. bellū, ludū Martis appellauit. Iam quis nescit fortunam in bello plurimum posse? Ex quo dicunt Latini, belli fortunam experiri, seu tentari, & apud Ennium: *Quorum virtuti belli fortuna pepercit, &c.*

GRAVEISQUE PRINCIPVM AMIC.] primū L. Crassi, Cn. Pompeij, C. Cæsaris: deinde Octauiani, M. Lepidi, M. Antonij.

NONDVM EXP. VNCTA] arma sanguine ciuili, cuius nodum pœnas meritas luimus, oblita: arma adhuc cruenta sanguine ciuili, neq; dū aliqua expiatione, pura effecta, videtur spectare ad morem veterum Græcorum, qui si cædem aliquam extra bellum admisisent, tamdiu manus habebat cruetas atq; impuras, donec ab aliquo rege expiati atq; abluti essent. annot. sup. Od. 2. lib. 1. *Cui dabit partem scelus expiandi Iupiter?*

PERICVLOSÆ PLEN. OP. AL.] propter incertum belli euentum, nam cum sit necesse in scribendis his prætextis, multorum vitia notare, multorumque voluntates offendere, verisimile est, eos, quos scriptis offenderis, si vice-rint, grauius laturos. [Licet etiam hoc referre ad historiarum scriptionem, ex sententia Seruij. Sic enim ille annotat ad illum Virgilij versum Palæm. *Pollis enim amat nostram, &c.* Blanditur iam Pollioni patrono: quem tragœdiarum, & historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur. Nam in secundo Carminum dicit de historiis, *Periculosa plenum opus alca Tractus, &c.* Idem paullo post, *Paullum seueræ musa tragœdiæ, &c.*

ET INCEDIS PER IGNEIS] allegoria est, qua obscure significat idem, quod proxime dixerat, periculosa esse illorum temporū

tragœdiam scribere, seu tragœdiæ scribendæ ex bellis ciuilibus argumentum sumere. [Videtur autem ad illud prouerbium Græcum alludere, quod commemorat Suidas, alludere, *ἐν βέλαις.*

CINERI DOLOS] cineri, qui celat, & tegit igneis subiectos. sic infra Od. 2.7. lib. 3. *Taurum dolosum appellat, qui deum celat.*

PAVLLVM SEVERÆ] sine, vt theatra tantisper tuis tragœdiis careant, dum hi motus ciuiles cōquiescunt, perinde ac si diceret, intermitte vsq; eō scriptionē tragicam, quoad remp. dissipatam ac disiectā ordinariis: vel intermitte tragœdiæ scribendæ studiū: neve tragœdias tuas, quæ tali argumēto cōstant, scenæ cōmitte hoc tempore, rebus videlicet nondum compositis, neque ordinatis.

MOX, VBI PVBLICAS R. O.] id est, vbi ea, quæ sunt in rep. turbata, dissipata, disiecta digesseris, disposueris, in suum ordinē restitueris: munus scribendi abs te susceptum repetes: vel vbi historiam belli ciuilibus oratione soluta conscripseris: vt alij volunt.

CECROPIO] Attico, seu Atheniensi. The-spis enim, Æschylus, Sophocles, Euripides tragœdiarum scriptores, Athenienses fuerūt, suāsque tragœdias Athenis docuerunt. Fuit autem Cecrops Aθæni gener, eius, quæ primum in Attica regnasse scribit Pausanias Atticis, his verbis: *Ακτάων λέγουσιν ἐν τῇ Αττικῇ βασιλεύσαι πρῶτον. Σπυθαρόντος δὲ Ακτάως Κέκρωψ συνέδραται πῶν ἀρχαῶν θεογατῆρ σιωπῶν Ακτάως.*

INSIGNE MÆST. PRÆS. REIS, ET CONSULENTI] id est, qui & causis agendis, reisque defendendis, & consilio dando, sententiæque dicenda, cum in senatu magnis de rebus consultatur, multum valet.

CVI LAVRVS] significat eum de Dalmatis triumphum egisse. [Vicerat autem Salonam Dalmatiæ ciuitatem, vt notat Seruius ad illum Virgil. locum, Palæm. *quo te quoque gaudet, vbi hos verius Horatij profert.]*

IAM NVNC MINACI] ostendit pollicentem ita subiicere oculis præliorum imaginem, vt ij, qui legant, spectare, atque iis, quæ narrantur, interesse sibi videantur. & est elegans τῶν τύπων. In præliis autem ad exacuendos & excitandos militum animos, cornua, litui, tubæ adhibebantur, vt ex hoc loco, & Ode 1. lib. 1. colligitur. & *lituo tuba permixtus sonitus.* Erat autem lituus genus buccinæ incuruæ. Ennius: *Inde loci lituus sonitus effudit acutos.* Festus.

NON INDEC. PVL. SORD.] qui pro patriæ libertate fortiter pugnantes occubuerūt. vide sup. Od. 15. lib. 1. *pulvere Troico Nigri Merionen.*

ET CVNCTA TERR.] Et omnes terrarum partēs. Similia sunt illa, quæ alibi annotabimus, *angusta viarum, extrema finium, amararum curiarum, &c.*

PRÆTER

PRÆTER ATR. AN. CAT.] sup. Od. 12. *et Catonis Nobile lectum.* Plutarchus in Cato-ne, scribit populum Vticensem statim audita Catonis morte, ad eius fores concurrisse, atque vna voce conclamantem, illum solum seruatorem, ac beneficium, solum liberum, solum inuictum appellasse, his verbis: *καὶ μικρὸν ὕστερον ὁ δῆμος τῶν ὑτικῶν μὲν φωνῇ τὸν εὐεργέτην, καὶ σωτήρα, καὶ μόνον ἐλευθέρων, καὶ μόνον ἀήττητον χαλκωῶτων.* Ipse Cæsar verò accepto de eiusdem morte nuntio dixisse fertur: Cato inuideo tibi mortē. tu enim mihi tuam salutē inuidisti. atrocem igitur animum intellige, constantem, imperterritum, ἀφοβόν, nam assentior iis, qui hoc nomen à verbo Græco deductum volunt, τρέω, quod valet tremere, vt sit atrox is, qui non timeat: quamquam scio atrocem interdum aliud significare.

IVNO, ET DEORVM] Iuno, & alij Dij, qui Numidis fauerant in bello Iugurthino, Numidarum, & Afrorum calamitate, necēque Iugurthæ (fuit enim ille Romæ in carcere necatus) offensū, victores ipsos, nepe Romanos, eorumque posteros Iugurthæ manibus, tanquam victimas maclarunt, ac parentarunt.

INVLTA TELLVRE] Africa.

IMPOTENS] vel ἀκρατῆς τῆς ὀργῆς, vt supra Od. 17. id est, irata, vel nō potens, id est, quæ non potuerat, odium suum explere.

VICTORYM NEPOTES] posteros Romanorum, qui fuerant victoria potiti.

INFERRAS] victimas, quæ manibus immolantur, seu maclarunt. de Iugurthæ autem lege Sallust.

IMPIA] sceelerata, patriæ perniciofa, in quibus cuius cinem trucidat.

HESPERIÆ] Italica, vt Ode 36. lib. 1. Dionys. Halicarn. ἀρχαῖοι Ρωμα. Ἕλληνας ἐπεβόων καὶ αὐσσηῖαν ἐκείλου πῶν Ἰταλίων οἱ δὲ ἑπηρωεῖοι σατορρῖαν, id est, Græci, Italiæ, Hesperia & Ausoniam appellabant: Incolæ autem Saturniam.

DAVNIA CÆDES] Appulorum, & Itolorum cædes.

SED NE RELICTIS MVSA] sic Musam reprimit Ode 3. lib. 3. *quid Musa tendis? desine pernicem referre sermones Dourum.* sic Pindarus in medio carmine, seipsum, ab eo, quod instituerat aberrantē, aut ad ea, quæ ad rem susceptam minus pertinebant, digredientem reprimit, & reuocat. *εἰδ. γ. Νεμ. θυμὸς τίνα, παρὲς ἀλλοδαπῶν ἀκραῖα μὲν πᾶσον τῶν θεῶν, καὶ Ολύμπ. εἰδ. θ. cum Herculem tribus diis, quos eo loco nominat, præstantiorem esse ostendisset, seipsum reprimens, talēque orationem abominas, odiosam atque inuisam sapiētiam esse dicit diis maledicere. *ἄπό μοι λόγον τῶν τοῦ αἰῶνος ἐπέειπὼν λοιδορήσαι θεοῖς ἐξ ἑσέ σαρρία.* & paullo post, *μὴ πῶν λαλάγει τα, &c.**

CÆB. NÆNIA] Simonidei carminis. fuit enim Simonidis (vt scribit Quintilianus) vir-

tus mirifica in commiseratione cōmouenda, & in tractandis rerum tristium argumentis. Ideoque Catull. *Paullum quidlibet allocutionis Mæstius lacrymis Simonidis.* Cæcæ sine diphthōgo in priorē syllaba scriptum est in omnib. libr. veterib. Theocrit. *εἰδ. ζ. Εἰ μὴ δειδὸς αἰοῖδης ὁ κλῖος αἴολα φωνέων, &c.* aptissimo autem vocabulo vsus est, *nania*, quod est carmen funebre, & lugubre. vt Ode vltima huius libri. *Abfint inani funere nania.* quamuis pro quouis carmine ab eodem vsurpetur: vt Od. 28. lib. 3. *Dicitur merita nox quoque nania.* & episto. 1. lib. 1. *an puerorum Nania, quæ regnum recte facientibus offert.*

RETRACTES] iterum tractes. sic Virg. libr. 7. *Æneid. Argmina in arma vocat subitō, ferrumque retractat.*

DIONE SVB ANTRO] Dionem Veneris matrem esse etiam Homerus testatur *ἰλ. ε. quo in loco ait Venerem à Diomede vulneratam, atque in cælum reuersam statim in sinum, & complexum matris Dionæ concidisse. H δὲ ἐν γῆνασι πίπτε Διόνης δὲ Αφροδίτη Μητρὸς ἐῖς ἢ δὲ ἀργαῖς ἐλάζετο θυγατέρα ἰλ. & Eurip. Hel. Κόρη Διόνης Κύβηρι, μὴ μὲ ἐξερράση. Theocr. autem εἰδ. 16. Venerem Dionæā appellat. Κύβηρι Διωνάα, & Virgil. in Mœride, Augustum Cæsarem tanquam ab Iulo & Venere prognatum, Dionæum vocat. *Ecce Dionai procedit Cæsaris astrum.* Hoc igitur loco antrum Dionæū, Venerereum intelligemus, in quo sint canendæ res leues, & amatoris, & Veneris.*

PROCA] Sat. 6. lib. 2. *seruòsque procacis Pasco libatis dapibus.*

QVÆRE MEDOS] versus, cantus. vt Od. 3. lib. 3. *Magna modis tenuare paruis.* & huius lib. Od. 12. *nec Siculum mare Pæno purpureum sanguine molli-bus Artari citharæ modis.* & 9. lib. 3. *Dulceū doctis modos, & de arte poet. *Accesit numerisque, modisq; licentia maior.**

AD C. SALLVSTIVM Crispum.

Ode 2.

ARGVMENTVM.

Primū Proculeium laudat ob liberalitatē in fratres: Deinde ostendit, eum, qui suas cupiditates reprimit, pecuniāmque cōtemnere possit, solum regem, solum beatum esse.

Nillus argento color est, auaris Abdita terris inimice lamina Crispe Sallusti, nisi temperato

i iij

Splendeat vfu.
 Vtuet extento Proculeius aeo,
 Notus in fratres animi paterni.
 Illum aget penna* metuente solui
 Fama superstes.
 Latius regnes* auidum domando
 Spiritum,quam si Libyam remotis
 Gadibus iungas, & vterque Pænus
 Seruiat vni.
 *Crescit indulgens sibi dirus hydrops:
 Nec sitim pellit,nisi causa morbi
 Fugerit venis, & aquosus albo
 Corpore languor.
 Redditum Cyri solio Phraaten
 *Disidens plebi,numero beato-
 Rum eximit virtus:populumque falsis
 Dedocet vti
 Vocibus,regnum, & diadema tutum
 Deferens vni,*propriamque laurum,
 Quisquis ingentis oculo irretorto
 Spectat acruos.

NULLVS ARGENTO COLOR EST &c.] Horum verborum hæc sententia est, Nihil habet nitoris argentum, nihil splendoris, nihil pulchritudinis, nisi vfu modico ac moderato, id est, neque nimium profuso, neque nimium parco splendorem, & nitorem acquirit.

ADITÆ TERRIS INIMICE LAMNÆ] O Crispe Sallusti inimice laminis, id est, crustis tenuibus aureis, seu argenteis in terram defossis: qui odisti nimiam pecuniæ custodiam: liberalitatem autem & munificentiam diligis. *lamma* positum pro laminæ: vt epist. ad Vall. *venires lamma candente nepotii*. Diceret vrendos. falluntur autem, qui pertinaciter contendunt hic esse legendum *Abdito*. Nam planè hic est ordo verborum, O Crispe Sallusti, inimice lamnæ, seu laminæ terris abditæ, id est, in terras defossæ, Nullus est color argento abdito terris, nisi splendeat vfu temperato, nõnne esset ineptissimè locutus? Quid enim ineptius, atque absurdius, quam ita loqui, nullus est nitor argento in terras abdito, & ita deformi, & rubiginoso, nisi niteat: &c. Est enim simile ac si quis ita dicat, Nulla est mulieris, deformis gratia aut venustas, nisi formosa sit.

EXTENTO] longo, producto, translato, pro-

prie dixit epist. ad August. *Ille per extentum funem mihi posse videtur ire poeta*, & Od. 15. huius lib. *undique latius Extenta visentur Lucrino stagna lacu*.

ILLVM AGET PENNA MET. SOLV] Omnino sic est legendum: & ita repcri scriptum in omnibus codicibus, manuscriptis, denique hæc lectionem agnoscit Porphy. Corruperunt autè hunc locum arrogantès quidam, & indocti homines, qui, cū facillè animaduertèret hoc sentire Horatiū, Proculei nomen propter eius eximiam in fratres suos liberalitatè, immortalè futurum, existimarèntque, si *metuente* legeretur, planè aliam, & contrariam huius loci sententiã futuram, quasi penna metuens solui, sit ea, quam dies, aut vis aliqua sit solutura, negationè *hæud*, addiderūt. Sed quamuis nemo mediocriter doctus dubitet, quin hæc sit vera, & germana scriptura, cõstitui tamen, vt adolecentibus cõsulam, eius rationè explicare. Penna igitur metuens solui ea est, cuius nulla vniquã dissolutio est futura. Atque ita loquitur Virg. *Geor. 1. Arctos Oceani metuenteis aquore tingi*, quibus verbis nihil aliud significat Virgil. quàm arctos numquam occidere. & *metuenteis*, valet *φύλακτο, μέγας*: id est, caueteis. Est enim versus ille ex Arato ad verbū ferè expressus. *Αρκτοι κωλύει πεφυλαγμένα άκαιοιο*, quod idè est apud Homer. *Ιλ. α. de vrsã maiore Οἷν δ' άμμορός βετ' λοετρών άκαιοιο*. Sed cuius testimonium grauius nobis esse debet, quàm ipsius Horatiij, qui frequentissimus est in huiusmodi loquedi generibus: sic loquitur Sat. quinta libro secundo, *forti nubes procerã Corano Filia Nascita metuenteis reddere soldum*, nam *metuente* hoc loco nihil aliud esse puto, quàm nolentis. & lib. 3. *Ode x. 1. metuente tangeti Nuptiarum expers*, id est, non vult tangi. & *Od. 5. lib. 4. Culpari metuit fides*, id est, nemo est, qui violare fidem velit. & *Od. 2. 4. lib. 3. metuens alterius viri Certo sedere castitas*, id est, castitas ab altero viro abhorrens: & epist. 1. lib. 2. *sed turpem putat in scriptis, metuitque lituram*. & epist. ad Quinctium, lib. 1. *Labra mouet metuens audiri*, id est, nolens audiri. & ad Loll. 2. eod. lib. *si bene te noui metus liberrime Lollæ scurrantis speciem præbere professus amicum*. Sic & Perſius Saty. 1. *Non ego cum scribo si forte quid aptius exit, Quando hæc rara auis est, siquid tamè prius exit, Laudari metuum*.

TRALATIONÈ autem ducta esse ex eo puto, quod qui metuūt quippiam, id ipsum fugiunt, & vitant, quam maximè possunt. Itaque Virgil. hæc verbã Arati *πεφυλαγμένα άκαιοιο*, ita vertit, *Oceani metuenteis aquore tingi*, cum verbum Græcum *φύλακτο*, idem quod cauere, & vitare significet. Sic igitur hic locus est legendus: neque existat posthac quisquã vsq; adeo audax, atque impudens, vt, quæ apud bonos scriptores nõ intelligit, audeat corrumperè. Hæc ego cū M. Mureto Venetiis demonstrassem: quin ita esset, vt sentio, ne dubitandum quidem esse dixit: sed cum in iis exemplis, quæ sunt ab eo (vt dicebat) aliquot

aliquot locis emendata, hoc mendum herere vidisset, huius errati culpam in operas typographi cõtulit: & paucis post mensibus, cū libros variarum lectionum ederet, magnam partem eorum, quæ ad hunc locum in meis commentariis legerat, in sept. caput primi libri me conueniente & permittente retulit.

LATIVS REGN. AVID. &c.] Sententia generalis est. hoc enim significat, latiores vnumquemque regni finces habiturū, si suas cupiditates reprimat ac tescrènet, quàm si disuultissimas terrarum parteis possessionibus continuet, & coniungat.

SPIRITVM] *φρόνημα*. **CRESKIT INDVLGENS**] significat, auarum non sanari pecuniæ accessione, quemadmodum neque hydropicus cõualescit aque potu. sic Bion apud Eletem lib. de comparatione diuitiar. & paup. *Καὶ εἴ τις βέλτερος ἢ αὐτὸς ἐν δέσσει χεῖ ἀπείκως ἀπολυτῶσαι ἢ ἄλλοι τῶν ἀλλοίων, μὴ γρημαται αὐτῶ ζητήτα. ὁμοιον γὰρ φησι ὁ βίον, ὡς εἴ τις τὸν ὑδροπτικὸν βελόιδιος πᾶσαι τῆ δόλου, τὸν ἰδὴ ὑδροπτικὸν θεοραπτοί, χρεῖας δὲ χεῖ ποταμῶς αὐτῶ τῶν ἀπείκων. Οὐκ εἰς τὴν γὰρ αὐτὴν πῖνον ἀξίον ἔχει, ἢ πᾶσαι τῶ δόλου: οὗτος τε σὺν αὐτοτε ἰκασιθῆν, ὅταν ἢ ἀπληρης: id est, & si quis vult aut ipse indigentia, & inopia liberari, aut alium liberare, ne pecunias sibi, aut illi quærat. Simile enim fuerit, inquit Bion, vt si quis hydropicum siti liberare volēs, hydropa quidem non curet, fonteis autem & flumines ei apparet atque apponant. Nam & ille prius bibendo rumpatur, quam morbo lenetur, & hic numquam satis habuerit, cū sit insatiabilis.*

DIRVS HYDROPS] Hydrops, morbus est notissimus, & generis feminei est apud Græcos ἢ ὑδρωψ. Hydropicum nominant, qui eo morbo laborat. vide Corn. Celsum lib. 3. Videtur tamè hoc loco poni morbus pro agro. Quidam libri veter. habent, *durus*: quos non sequor. **FUGERIT VENIS**] fugerit è venis.

ET AQVOSVS ALBO CORP. LANG.] albo corpore, id est, pigro, languido, & inertis, *αργῶ*. sic Saty. 2. lib. 2. *pinguem vitis, albūmq; nec ostrea*, Nec scarus, aut poterit peregrina iunare Lagois. & Perſ. *Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauat*. Iam per hæc duo aquosum languorem, morbū significauit ὑδρωψ.

PHRAATEN] Fuit hic Phraates rex Parthorum. Iul. Flor. epist. 100. Cornel. Tacit. lib. 2. Strabo lib. 6. Hor. de eod. epist. ad Iccium lib. 1. *ius, imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor*. fuit & Phraortes (aduerſus quem pugnavit M. Antonius) rex Parthorum, Medorum, Persarum: de quo Plutarch. in Antonio. iccirco quidã hoc loco legi volunt *Phraortes*: à quibus dissentio. nihil enim vetat, quo minus Phraates idem & Parthorum, & Persarum regnum obtinuerit, vt Ode 5. lib. 3. Præterea Priscian. lib. 18. hunc

locum testem producens, vulgatam scripturam agnoscit.

REDDITVM CYRI SOLIO] in Cyri sedem & locū, id est, in regnū, imperiūmq; Persarū restituit. Est autem hæc huius loci sententia quam quidam indignis modis deprauat. Virtus igitur (inquit Horat.) à plebe distidens, Phraatem regem in numero beatorum non habet, populūmq; & multitudinem imperitam, quæ solet reges & dynastas in beatis numerare, immò verò eos solos beatos prædicare, dedocet his vobiscibus vti, falsis præfertim, dum ipsa eum solum verè beatum, ac verè regem iudicat, qui pecuniã contemnit, qui auri splendore non capitur, neque commouetur. hunc Phraaten commemorat epist. 12. lib. 1. *ius imperiumque Phraates Caesaris accepit genibus minor*. Est autem hic versus, *Disidens plebi numero beatorum*, hypermeter, & syllabacius vltima pertinet ad versum sequentem. cuius generis exempla alibi colligimus. Iam hoc *disidens plebi*, pro illo *disidens à plebe*. Horatianū est. vt sup. lib. 1. Ode 27. *Primo & lucernis Medus acinaces, Immane quantum discrepat, pro discrepat à vino & lucernis*. & epist. 2. lib. 2. in extr. *et tamè idem Scire volam, quantum simplex, hilarique nepoti discrepet*. & Satyr. 6. lib. 1. *longè mea discrepat ista, Et vox, & ratio*. & Satyr. 3. lib. 2. *quid discrepat ista, Qui nummos, aurūmq; recondit nefcius vit Compositio? & de arte poet. Primo ne medium, medio ne discrepet inum*. ibid. *et diuina futuri Sorilegis non discrepuit sententia Delphis*. sic apud eundem *distare & differre*. cum casu dadi coniungitur. Od. 9. lib. 4. *Paulum sepulta distat inertia Celata virtus*. & epist. ad Mæcen. lib. 1. *quid distent ara lupinus*. & epist. ad Loll. 2. eodem lib. *insido scurra distabit amicus*. de arte poet. *Nec sic enitar tragico differre colori*. &c. & Satyr. 4. lib. 1. *nisi quod pede certo Differt sermone, sermo merus*.

PROPRIAMQVE LAVRYM] id est, perpetuam, & quæ amitti, aut eripi non possit, vt Sat. 6. lib. 2. *nihil amplius oro, Maia nate, nisi, vt propria hæc mihi munera faxio*.

QVISQVIS INGEN. OG. IRR. &c.] Nemo mihi videtur hūc locum rectè explicare. Nam alij *oculo irretorto* interpretantur *sine cupiditate*, & *sine inuidia*: alij, *non reflexo à continentia ad cupiditatem*: alij, *non inuidente*: alij aliter, quæ omnia mihi sunt tenebræ. Ego verò huic pulcherrimæ sententiæ ab illis obſcuratæ potius, quàm declaratæ, lucem ex alijs scriptoribus afferre volo. Pindarus igitur *πυθ. ἑλ. γ. de Esculapio loquens*, non dissimili dicendi figura ait eum auri aspectu, ac splendore captum, Hippolytū mortuum ab inferis reuocasse, his verbis: *ἀλλὰ κέρδει χεῖ σοφία δέδεται ἔτραπτε κείκενον ἀγνοοει μωδῶ, χεῖρετς ἐν χεῖρετς φανείς*, id est, sed illius oculos reflexit, ac retorſit aurum splendens in alterius manibus conspectum: victa est oculorum eius acies auri splendore. Itaque ex his Pindari verbis, sic hunc Horatiij locū explico: **Vir-**
i iij

tus Phraatem è numero beatorum eximit, vni regnum deferens, qui ingentis auri aceruos ita spectat, vt oculos suos nullam in aliam partem reflectat, aut retorqueat : qui aurū rectis oculis intueri potest: cuius ea est oculorū animi acies, vt auri splendore non offendatur, neq; praestinguatur, id est, qui ita aspiciat, vt non concupiscat, aut corrūpatur. Est autem metaphora ducta ab iis, qui oculorum vitio lucem aspicere non possunt: sed oculos ab ea demouere, atque in aliam partem reflectere coguntur. vnde natae sunt haec apud Gracos, & apud Latinos loquendi figura: ὀφθαλμοὶ ὀμμοῖσι προσβλέπουν, ἀσκαρδαμύκτοι, ἀτέκτοι, id est, rectis, fixis, immotis, non reflexis oculis intueri, id est, sine dubitatione, & sine metu aspicere. I hoc ita dicitur: εἰ μὲν δὲ ἄσφομμοῖ, εἰ τὸ μετὰ μὲν ὀμμοῖσι τοῖς ὀφθαλμοῖσι προσβλέπουν, id est, molestè autem fero, si tu me aures rectis oculis intueri: si aspectus mei splendor & dignitas, meaq; praestantia non te deterret, quo minus aduertum aspicere audeas. Suet. in Augusto, vnde praebitam Antonio materiam putem exprobandi, ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instruat aciem. Aristoph. ἰππ. ἐλέγον εἰς ἐμὴν ἀσκαρδαμύκτους. Oppian lib. i. κωμικῶν. Ἡ πῶς ἂν δειδρῶ ἀσκαρδαμύκτους ὀπρωπῶς Αἰχνοῖσι λόγοι πεπιχρησμένοι ὀπρωπῶσι, Κῶν χαλκοὶ σελαιγυῖα, καὶ ἀσκαρδαμύκτους ὀπρωπῶσι [dicunt & ἀποφθαλμῶν Graci, & ἀποφθῶν ὀφθαλμοῖς ἀπὸ βλάπτειν.] Huc pertinet Plutarchi locus in Cicero, quo loco eum cum Demosthene comparat, ostenditque, illum aduersus munera, & corruptelas integrum, sanctum, castum, atq; vndique septum fuisse: hunc contra ad corrupendum tenerum ac facilem. Sic autem loquitur Plutar. τῶς τῶς δυνάεις βασιλέων ἀπὸ βλάπτειν Δημοσθένος οὐκ ἂν ἐτόλμισεν, id est, non ausus esset Demosthenes regum munera aduersis & irretortis oculis intueri: erat illi ita tenera & imbecilla oculorum acies, vt auri splendore praestinguere. Quemadmodum igitur ait Plutarchus Demosthenem non fuisse ausurum regum munera irretortis oculis intueri: quibus verbis significat, illum fuisse δωροδύον, id est, ad capiēda munera facilem, promptum ac procliuem: sic hoc loco Horat. dicit eum verè regnare, veròq; triumphos agere, qui magnam vim auri & argenti spectare possit oculis irretortis, id est, qui pecuniae magnitudine de consilio suscepto ac proposito non deducatur: qui pecuniam contemnat: qui habeat animum à pecunia incorruptum, integrum, inuictum. Est enim (vt dixi) tralatio ab oculorum sanitate, & integritate, ad animi magnitudinem & castitatem. Vtitur eadē similitudine M. Tull. in epist. quadam in Brutū, cuius initium est, Cum sapere litteris, &c. significans periculum esse, ne animus Octauiani vincatur à specie honoris falsa, his verbis, videtur enim in eo esse indoles: sed flexibilis aetas: multique ad deprauidandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, a-

ciem boni ingenij profingui posse confidunt. Quamobrem autem oculi splendore offendantur, eleganter reddit rationem. Lucretius libr. 4. Splendida porrò oculi fugitant, videntque tueri. Sol etiam cecat, cōtra si tendere pergas. Propter ea, quia vis magna est ipsius, & aliè Aera per purum grauius simulacra feruntur, Et ferunt oculos turbantia compositur. Praeterea splendor quicumque est acer, adurit saepe oculos, ideò quòd semina possidet ignis Multa, dolorem oculis qua gignunt insinuando. Quòd autem Turnebus ita hunc locum explicat, Quisquis ingentis oculo irr. Sp. ac. id est, quilibet non est auarus, nec aspectu pecuniae mouetur: planè idem atque ego, sentit, nihilque à me in eo discrepat sed cum addit: nam qui pecunia est auarus, & studiosus, ad eius aceruos subinde retorquet oculos, ac pene strabus efficitur: nec sic ab ea auelli potest, quin oculos saepenumero reflectat, vt eam aspiciat: cum, inquam, haec addit, à mea sententia longissimè discedit, & in communem aliorum multorum errorem reuoluitur. Ita enim dicitur, qui aliquid inuitus relinquit, aut aliquid vehementer concupiscit, identidem ad illud oculos retorquere. Est. Sed quid hoc ad huius loci explanationem pertinet? Nihil plus, quam exempla, quae colligunt. nihil enim in eis est, quod ad hunc locum accommodari possit. Alij enim Orphei exemplum afferunt, cui cum hac lege esset vxor reddita, vt sequeretur illa à tergo, prairet ipse, neque oculos ad eam retorqueret, id est, neque eam respiceret: ille Restitit, Euridicem, suam iam luce sub ipsa Immemor, heu, vichis que animi respexit. ibi omnis Effusus labor, atque inuitis raptia tyranni Federa, terq; fragor flagnis auditus Aueni &c. Alij Catilinae exemplum proferunt, qui cum ex vrbe eiecūsus esset, oculos saepe ad eam urbem quam inuitus reliquerat, reflectebat, ac retorquebat, eamque ex suis faucibus ereptam esse iugebat. Addunt & Quidij versum nescio quo ex libro, Ille dolore ferocē caput in sua terga retorfit. Sed haec exempla nihil habent, quod huic loco conueniat. Nam neque Orpheus vxorem suam Euridicem spectabat antè quam ad eam oculos retorfit, sed cum antecederet, oculosque ad ea, quae ante pedes erant, versos haberet, immemor conditionis, & legis, sub qua fuerat sibi vxor reddita, in vxorem ponè sequentem caput, & oculos retorfit. Sic Catilina cum urbem inuitus reliquisset, viāque Aurelia in castra Manliana proficisceretur, quae Fesulis erant, oculos in Etruriam versos habebat, urbem à tergo relinquebat: in quam propterea quòd eam, vt cupierat, non incenderat, saepe oculos retorquebat. idem de illo Quidiano, caput in sua terga retorquentem, dici potest. At hic, quem Horatius noster vult verè regem esse, verèque triumphare, spectat auri aceruos oculo irretorto, id est, ita spectat aceruos, vt oculos aliò non retorqueat, sed eos in aceruis defixos habeat: isti autem ita dicunt, aut certè ita debent dicere, si volunt, exempla, quae afferunt, ad haec accommodare, non retorquere oculum

oculum ad aceruos. At quomodo quis potest oculum retorquere ad id, quod spectat: hoc enim natura, & ratio postulant, vt qui retorquet oculos, aliò retorqueat, quam quòs versum habet, & quò intuetur, & spectat, vt Orpheus & Catilina aliò retorquent oculos, quam quòs oculos aduersos habent: eò autem oculos aduersos habent, quòd versus iter faciunt: Orpheus in eorū, qui viuunt, sedem, & lucem versus: Catilina in Etruriam. non enim Orpheus ab inferis ad superiores & ad hominum sedem vxore ponè sequente, rediens, oculos ad Orcum & inferos versus habet: nam instar nepae retrogredetur: neque Catilina ex vrbe in Etruriam proficiscens, vrbe aspiciat: sed & ille aspiciens quae ante oculos, & ante pedes sunt, iussorum Proserpine immemor in vxorem retorquet oculos: & Catilina via Aurelia iter facies, & in Etruriam aspectū & faciē directā habēs, dolore affectus ob id quòd consiliū urbis incēdēdæ ad exitū nō perduxit, subinde ad vrbe reflectit oculos, At hic noster beatus, qui ab Horatio describitur, quiq; ingentis auri aceruos spectans oculo irretorto inducitur, si oculum retorqueret, nōne ab aceruis in aliam partem retorqueret? Cum igitur aceruos oculo irreflexo, atque irretorto spectat, rectos, ac defixos in aceruis oculos habere intelligitur, & ita sanos, & acreis, & integros & incolumeis, qualis est Aquilae acies, quae fulgore solis non laeditur, neq; obrūditur: non teneros, & imbecillos, quales sunt lipporum oculi, qui quouis splendore offenduntur, ita vt lucem ferre nō possint, sed à re splendida, & lucida vel in aliam partem reflectendi, vel claudendi sint: quod nisi faciāt, totam oculorum aciem corrumpunt, & vel strabones, vel caeci fiūt. Atque hoc modo conuenit ad hanc sententiā illud Varronis, quod profert Turnebus: sed ille aliter intelligit. Multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, strabones facti sunt. Habet enim quiddam ἐκλεπτεῖν, id est, ad trahendū valens, prouincialis formosula vxor, significat enim Varro, multos esse magistratus, qui si quam in prouincia mulierem forma praestantem aspexerint, statim libidine incēsi, ea potiri velint: quia non habent oculos sanos, continētis, & rectos, sed imbecillos, prauos, & peruersos. Eos enim mulieris formosae aspectus corrumpit ac deprauat, quemadmodum nimius fulgor oculorum nostrorum aciem praestinguit, hebetat, & corrumpit. est enim allegoria quaedam, vt dixi, & translatio ab oculis corporis ad oculos animi. Potest tamen etiam hoc dici, translationem esse ab iis, qui iter facientes, atq. ambulantes, retorquent oculos ad dexteram, aut laeuam, ita vt strabi fieri videantur: Cuiusmodi illud quoque est ex Lucilio: Nulli me inuidere: non strabonem fieri sapinus delictis meisorum. Nimis fortasse longus fuit: sed refellenda fuit quorundam hominum peritina: qui eo ingenio sunt, vt quiduis, quantum inceptum, effutire, quam alterius inuenta ap-

probare malint. Huc pertinent Laberij versus, quos profert Gellius lib. x. c. 17. Democritus Abderites physicus, philosophus, Clypeum constituit contra exortum Hyperionis, Oculos effodere vt possit splendore aereo Radis solis aciem effodit luminis, Malis bene esse ne videret cimbis: Sic ego splendore fulgentis pecunia volo elucificare exitum aetatis mea, Ne in re bona videam esse nequam filium. Hos autem versus sic in suum modum, numerumque restitui.

AD DELLIUM.

Od. 3.

ARGUMENTVM.

Neque demittendum aduersis, neque efferendum secundis rebus animum: sed hilariter viuendum, cum aequa sit omnibus moriendi conditio.

AEQVAM memento rebus in arduis

Seruare mentem: non secus in bonis
Ab insolenti temperatam
Latitia, moriture Delli

Seu maestus omni tempore vixeris:
Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatam bearis

* Interiore nota Falerni.

Qua pinus ingens, albaque populus
Vnbra hospitalem consociare amant
Ramis, qua obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo:

Huc vna, & ungueta, & nimium breuis
Flores amanae ferre iube rosa:
Dum res, & aetas, & sororum

Fila trium patiuntur atra.
Cedes coemtae saltribus, & domo,
Villaque, flauus quam Tiberis lauit
Cedes: & exstructis in altum

Diuitiis potietur heres.
Diues ne prisco natus ab Inacho
Nil interest, an pauper, & infima
De gente sub diuo moreris,
Victima nil miserantis Orca,

Omnes eodem cogimur: omnium
Versatur urna: serius, ocyus,
Sors exitura: & nos in ater-
Num ex fulium impositura cymba.

ÆQUAM MEMENTO] æquam, id est, æ-
quabilem, non contractam, aut demissam, aut
fractam rebus aduersis, atque asperis: memento
æquo animo ferre res aduersas. sic Plaut. Aulul.
Pol. si est animus æquus tibi, satis habes, qui bene vitam
colas. Idem in Ruden. Ergo animus æquus optimum
est arumna condimentum. Teren. Adolph. ne nimium
molō bona tua ista nos rationes Mitio, & tunc iste a-
nimus æquus subuertat. Lucet. lib. 5. Diuitia grandes
homini sumi viuere parē. Equo animo, animus æquus,
his locis valet, tranquillus, sedatus, non com-
motus, non perturbatus. sic Horatius epist. ad
Loll. lib. 1. Det vitam, det opes: æquum mi animus ipse
parabo. Idem satyr. 5. lib. 1. conanteis haud animo æquo
Exspectans comites. Idem epist. ad Bullat. Est plubris,
animus si te non desicit æquus. Idem satyra 3. lib. 2.
Accipe, quid contra inuenis responderit æquus. inter-
dum non iratus, neque offensus. Cic. pro Rosc.
Amer. Concedo, & quod animus æquus est, & quia ne-
cesse est. idem in orat. perfect. Consequeris tamen, ut
eos ipsos, quos contra statuas, æquos, placatosque dimittas.
Horat. Od. 18. lib. 3. abestne paruis Equus alumnis,
& Ode 29. eiusd. lib. quod adest, memento Componere
æquus, & carmine saculari ad Deos: Si palatinus
videt æquus arcem. Idem epist. ad Scæuā lib. 1. Ten-
tantem maiora ferē presentibus æquum. & Od. 12. lib.
1. Te minor latum veget æquus orbem. & æquitas ani-
mi, est tranquillitas quædam, & placabilitas. M.
Tull. in Agrar. Quantum tibi agri vendet fover tuus?
Nemo ois æquitatem animi noni, vendet non inuitus.
Idem ad Attic. lib. 4. vlt. epist. perspicæ æquitatem
animi mei, & ludum, & contemtionem Seleuciana pro-
nuincie.

REBUS IN ARDVIS] in rebus asperis,
& aduersis. & τὰς ἀρδύς, & τὰς φοβερύς.
NON SECUS IN BONIS] in secundis. in
libro Donati, & Faëni scriptum est non secus ac
bonis, sed in libro Faëni inest litura.

SEVMÆSTVS OMNI, &c.] hæc cohæ-
rent cum superioribus illis, moriture Delli, hoc
modo, Delli, qui omnino moriturus es, siue te
per omnē atate marori, & ægritudini dedide-
ris, siue hilariter, & iucundè vixeris.

IN REMOTO GRAMINE] in loco ali-
quo viridi, & herbofo, ab arbitris remoto, ac li-
bero, in quo otiosus recubes, animumque re-
laxes.

TE BEARIS] te hilariter, & beatorum in
morem curaris: te vino præstatiſſimo inuitaris:
tibi bene feceris, vt loquitur Plautus. Vitur eod-
dem verbo Od. 8. lib. 4. Calo Musa beat. & epist. ad
Loll. 2. lib. 1. Munere te paruo beet. & epist. 2. lib. 2.
Latiumq; beabit diuine lingua.

INTERIORE NOTA FALERNI] vi-
no optimo & vetustissimo, & propter eximiam
bonitatem in intima cellæ vinariæ parte recon-
dito, & notam insignem, quæ ætatem significet,
nempe consulum nominibus inscriptis, præ se
ferētē: vel interiorē notam dixit pro meliore.
Solebant autem veteres illi (qui mos etiam ad
nostra tempora permanit) vini cados, testas, am-
phoras, in cellis condere, notatas, id est, insigni-
bus quibusdam litteris, aut aliis notis, sed maxi-
mè consulum nominibus distinctas, ad tempus,
ac præstantiam vini significandam. quo ex more
natum illud est loquendi genus, de meliore nota.
Curius ad Cic. lib. 7. Quare Cicero mi, per se uera con-
stanter nos conseruare, & Sulpicij successori nos de melio-
re nota commenda, &c. Cacl. ad Manlium: Quare,
quod scribis Perona turpe Catullo esse, quod hic quisquā
de meliore nota, Frigida defesso reperfecit membra cubili,
&c. Horat. autem propriè Saty. 10. lib. 1. vt Chio
nota nota si commissa Falerni est. M. Tull. in Bruto
de Thucydide. Orationes autē, quas interposuit, (mul-
ta enim sunt) eas ego laudare soleo. imitari neque possum,
si velim, nec velim fortasse, si possim: vt si quis Falerno
vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis consuli-
bus natum velit: nec rursus ita vetere, vt Opimum, aut
Anicium consulem querat. Atqui ea nota sumi opti-
me: credo: sed nimia vetustus nec habet eam, quam qua-
rimus. suauitatem, nec est iam sanè tolerabilis.

QUA PINVS INGENS, &c.] nunc lo-
cum describit, vbi Dellius iucundè & beatè vi-
uere possit: vmbrosū videlicet, amœnum, font-
ti perenni vicinum. sic Lucret. lib. 2. Tum tamen
inter se prostrati in gramine molli Propter aqua riuans
sub ramis arboris alie, Non magnis opibus iucundè cor-
pora habebāt. In nonnullis lib. antiquis scriptum
est: Quā pinus, quam scripturā secutus sum, sic e-
nim loquuntur boni scriptores. Tibull. lib. 2.
Tunc operata Deo pubes discumbet in herba, Arboris an-
tiqua quā leuis vmbra cadet.

PINVS INGENS] Od. 10. huius lib. Serpens
uentis agitatur ingens Pinus.
QUA OBLIQUO] Codices quidem vete-
res lanno d. Faëni. Torn. & vulgati habent, Quo
obliquo, sed secutus sum rationem ac veritatem,
præsertim aliorum librorum auctoritate con-
firmatam.

AMANT] φιλοσύν, id est, solent, more Græ-
co. vt Od. 16. lib. 3. Aurum per medios ire satellites,
Et perumpere amat saxa, potentius Ictus fulmineo. &
Ode 8. epod. Quid, quod libelli stoice inter seroicos Ia-
cere puluillos amant. sic loquitur Plato πολίτ. ε. οίκα
δὴ & πολέμω φιλεῖ, id est, qualia in bello amat.
Idem η. χξ) τῷ ὄπτι τὸ ἀγάν τι ποιεῖν, μετὰ δὲ
φιλεῖν εἰς ταναγρίον μεταβολῆδ ἀνταποδιδόναι,
id est, & reuera supra modum aliquid facere,
magnam amat in contrarium mutationem re-
ponere. sic item alij, vt Dionys. Halicarn. ἀρχ.
Ραμ. γ. οἷε δὲ φιλεῖ πάρειν τραπὰ νεοσλλεκτος,
&c. id est, qualia accidere amant exercitui reces
collecto.

LYMPHA

LYMPHA FVGAX] mirus, ac pæne di-
cam, diuinus Horatius est, in epithetis inuenci-
dis. Lympha fugax à cursu: alibi Lympha loquaces à
strepitu & murmure. vt Od. 13. lib. 3.

TREPIDARE] aptissimum verbum ad si-
gnificandum riuui tremulè, trepidèq; fluētis cur-
sum. est enim trepidare positum, pro trepidè flue-
re. iam verò, hoc totum laborat trepidare idem va-
let, quòd laboriosè fluit, laborat in fluendo, pro-
pter lapillos subiectos: & tralatio est à rebus a-
nimatis. trepidandi verbo autem sic vsus est e-
pist. ad Fulcum Arist. lib. 1. Quam, qua per pronum
trepidat cum murmure riuum.

HVC VINA, ET VNG. &c.] præter vina,
adhibebant veteres in conuiujs ad luxum &
delicias, rosas, & vnguenta. sic Od. 29. lib. 3. Thy-
rhena regum progenies, tibi Non ante verso lene merum
cado Cum flore Mæcenæ rosarum. & Pressa tuis balanis
capillis lamdudum apud me est. sic Anacreon. Εμοί
μέλει μύροισι Καταέρχων ὑπὲρ νῆω. E moί μέλεα
ρόδοισι, Καταέρχων ἰερέω, id est, Mihi curæ
est vnguentis madefacere cæsarium: Mihi curæ
est rosas coronare verticem. In hunc igitur locū,
quem modò descripsi, iube vina, & ceteras deli-
cias ferri.

ET NIMIUM BREVEIS, &c.] qui citò
deflorescunt.

DVM RES, ET ÆT. ET SOR.] sic su-
prà Od. 9. lib. 1. Donec virenti carities abest Morosa,
&c. res, οὐσία, τὸ ὑπέρρονα, bona, facultates, vt
sape alibi apud eundem.

SORORVM TRIVM] Parcarum: quas
noctis filias facit Hesiod in Theog. earū autem
nomina sunt è re ficta. Κλαῖα δὲ ὄψα, τὸ συχλά-
θην τὸ ἀγρηπῶνα, quia res humanas connectat:
ἢ δὲ Δάχρσις ὄψα, τὸ λαχρῶνα, cuius opera
suam quicq; fortunam sortiatur: tertia ἀτροπος
ὄψα, τὸ ἀμεταρῆστος, ἢ μοιεδίου ἀνάγκης:
id est, propterea, quòd necessitas illa fatalis nul-
lo modo hæcti, aut immutari possit, vt suprà di-
ximus.

LAVIT] semper ferè hoc verbo in tertia in-
flexione vitur: numquam in prima Od. 4. lib. 3.
Qui rore puro Castalia lauit Crineis solutos. & Ode 13.
eiusd. Neque dulci mala vino lauere. & Od. 6. lib. 4.
Phæbe, qui Xantho lauis igne crineis. & Saty. 5. lib. 1.
Ora, manusq; tua lauimus Feronia lympha. sic & Cat.
in Egnatium. Aut quilibet, qui puriter lauit dentis.
Virgil. Georg. 3. nec cum Præcipitem Oceani rubro la-
uit aquore currum. & Æneid. 3. Luminis effossi fluidum
lauit inde curuam. Accius Medæa, Lauere falsis (al.
falsis) vultum lacrymis.

FLAVVS TIBERIS] sic Od. 1. lib. 1. Pidi-
mus flauum Tiberim.

ET EXTRUCTIS IN AL. DIVI, &c.]
& diuitiis coacruatis, atque exaggeratis. sic lo-
quitur Lucr. lib. 6. scilicet hoc densis sit nubibus, &
simil aliè Extructis. insignis autem demētia esse,
incerti fortasse, aut certè ignoti heredis causa af-
siduè sollicitum, & anxium viuere, neque bonis

vel quaesitis, vel à patre, aut aliquo propinquo
acceptis vti animum inducere, multis locis o-
stendit Horat. eumque animi morbum grauissi-
mè infectatur epistol. ad Torquat. Parcū ob here-
dis curam, nimiumque seruus Aspidet infano. epistol.
ultima lib. 2. Vtar, & ex modico, quantum res poscet,
aceruo, Tollam, nec metuum, quid de me iudicet heres. &
Od. 7. lib. 4. Cuncta manus avidas fugient heredis, a-
mico Quæ dederis animo. & Saty. 3. lib. 2. Ni tua custo-
dis, auibus iam hoc auferet heres.

DIVÆNE PRISCO NATVS AB, &c.]
quia Pallida mori aquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turris. Od. 4. lib. 1. neque vlla Aut magno,
aut paruo lethi fuga, Saty. 6. lib. 2. lege, quæ colle-
gimus ad Oden 28. lib. 1.

INACHO] Rege Argiuorum, de quo & Od.
19. lib. 3.

SVB DIO MOR.] sub cælo viuas, sine te-
cto. sub dio est, qui non est sub tecto (inquit Fe-
stus.) Ode 2. lib. 3. Pūamque sub dio, & trepidis agas
In rebus. nihil autem refert sub diuo, an sub dio
scriptum sit. [Seruius tamen sub diuo legissè vi-
detur: qui profert hunc locum ad illud Virg. lib.
12. Dina deam: & interpretatur sub aère.]

VICTIMA NIL MIS. ORCI] videtur
Græcum epithetum exprimere voluisse, quod
Orco attribuit Hesiod in Theog. νηέες ἦτορ ἔ-
χοντες, quia scilicet nullius eum miserificat. Orco
igitur uictima, id est, tu mortalis, seu moriturus.

OMNIVM VERS. VRNA] sic Od. 1. lib. 3.
Omne capax mouet urna nomen. Virg. lib. Æneid. 6.
Questor Mimos urnam mouet. Porro hæc de vrna, &
fortibus fabula ex veterum more nata est: qui
pleraque fortibus decernebant, ac iudicabant.
Apud Homer. ἰλ. γ. cūm quaereretur vter prior
in aduersarium hastam iaceret, Parisne, an Aga-
memnon, res forti permiffa est. Itaque cūm vter-
que fortem suam dissimilem, aut aliqua nota. di-
stinctam in galeam coniecisset, Hæctorque for-
teis, agitando cōfundisset, Paradis fors prior è ga-
lea exitit. verba Homeri sunt hæc: Κλήρους ἐν
κλυῆν χαλκήρεϊ βάλλον ἐλότρης, Οππότερος δὴ
αὐεσθεν ἀφείν χαλκῶον ἐστῆος, &c. sequitur dein-
ceps, ὧς ἀρ ἔφην· πάλθεν δὲ μέγας κορυθαίω-
λος Ἐκτωρ Ἀ. ὄραων, Πάριος δὲ θῶας ἐν κλη-
ρος ἄρουσεν. & ἰλ. μ. vbi Hæctor, & Ajax singula-
re certamen ineunt ὧς ἔφασθ' οἱ δὲ κληρον ἐση-
μήσαντο ἔχαστος, Ἐνδ' ἔβαλον κλυῆν Ἀγαμέμνονος
Ἀτρεΐδαια, &c. id est, sic locutus est. illi autem for-
teis singuli suas notarunt, Tum in cassidem A-
gamemnonis coniecerunt. Quin etiam in iudi-
ciis, & actionibus, & quaestionibus fortes locū
habebant. M. Tull. Verr. de iure dicundo. Quod
ab eo pridie, cūm multis lacrymis eum oraret, atque obse-
craret Heraclius, impetrare non potuerat, id ei postero die
venit in mentem, è lege Rupilia sortiri dicas oportere: e-
ducit ex vrna tres: in, vt absentem Heraclium condem-
nant, imperat: itaque condemnant. Horat. satyra. 1. lib.
2. Ceruus iratus leges minitatur, & urnam. Atque
huc referendus est hic locus & tota illa de vrna

Minois fabula. Tum sacerdotia in Gracia fortitudo capiebantur, vt & in Sicilia. M. Tull. cad. Vcr. Syracufis lex est de religione, qua in annos singulos Iouis sacerdotem fortitudo capi iubet: quod apud illos ampliffimum sacerdotium putatur. cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res reuocatur ad sortem, &c. ibid. iubet ille sibi legem legi, recitatur: in qua scriptum erat, vt, quos essent veniunt, tot in hydriam sortes conijcerentur: cuius nomen exisset, vt is haberet sacerdotium.

OMNES EODEM COG.] compellimur. sic supra, Omnes una manet vox, Od. 28. lib. 1.

SERIVS, OCYVS, &c.] siue tardius, siue celerius aut citius, moriendum est. Sic Archinus πασιν ανθρώποις οφείλεται σκοπῶν ἢ οὐδ' ἕτερον, ἢ ἕτερον: id est, Omnes homines morti debentur, siue prius, siue posterius. Propert. lib. 2. ad Iouem pro amica agrotante. Longius, aut propius, mors sua quemque manet.

ET NOS IN ÆTER. EKS. IMP. CUMBÆ] Charontis. Theocr. eīd. 17. εἰς εὐρεῖαν χυδίων κυγῶν Ἀχέρωντος, quo loco fortasse legendum κυγῶν Ἰχθυότων, id est, in amplam cymbam tritistis Charontis. Sed non dissimulabo me scriptum reperisse in duob. lib. Vatic. & Tornef. in æternum exitium impos. &c. de qua scriptura iudicabit lector eruditus. Ego autem exsiliū Latinos dixisse, non exsilium, ab exsule. quod nomen à solo ductum est, non ab exsiliendo, vt vulgus putat. Solum (inquit Festus) quis dubitet, quin locum significet, cum exsules quoque dicantur loco pulsi?

AD XANTHIAM Phocœum. Od. 4.

ARGUMENTVM.

Quod ancillam amet, non esse, cur eum pudeat. multis enim magnis viris idem vsu venisse.

*Nescit ancilla tibi amor pudori Xanthia Phocœi, prius insolentem Serua Briseis niueo colore Mouit Achillem.

Mouit Aiace Telamone natum Forma captiua dominum Tecmessæi Arsit Arides medio in triumpho *Virgine rapta:

Barbara postquam cecidere turma Theffalo victore. & ademptus Hector *Tradidit fessis leuora tolli Pergama Graijs.

*Nescias, an te generum beati Phyllidis flaua decorent parentes. Regium certe genus, & penateis Mæret iniquos.

Crede non illam tibi de scelestâ Plebe dilectam: neque sic fidelem, Sic lucro auersam, potuisse nasci Matre pudenda.

Brachia, & vultum, tereteisq; suras *Fnieger laudo: fuge suspicari, Cuius octauum trepidauit ætas Claudere lustrum.

NE SIT ANC. TIBI AM. FVD.] sic in lib. de Arte poet. ne forte pudori sit tibi Mausæ lyra solers. ne enim hic non habet vim vetadi, sed negadi finem, vt supra Od. 33. lib. 1. Tibi ne doleas, &c.

INSOLENTEM] an qui non erat solitus amare: vt Ode 5. lib. 1. & aspera Nigris æquora ventis Emirabitur insolens. an elatum, & ferocem? vt Od. 16. eiusd. libri. imprimeriq; muris Hostile aratriū exercitum insolens.

SERVA BRISEIS] δουκίτη. Homer. δουράλωτος, de qua sic Achilles ἰλ. 1. ἢ μῆνοι φίλουσ' ἀλόχους μερόπων ανθρώπων Ἀτρεΐδαι, ἐπειῆ, ὅστις ἀγαθὸς καὶ ἐρῶραν, &c. quos versus mox testis producemus, eorumq; sententiam priore loco ponemus.

TECMESSÆ] in voce Tecmessæ liquecit m. vt in illo versu Catull. Gallimbr. n. in voce gymnasiis. Abero foro, palastra, stadio, atque gymnasiis.

MOUIT ACHILLEM] ita mouit, vt ea sibi ab Agamemnone crepta, tantisper bello abstinuerit, donec Patroclum ab Hectore interfectum viderit: neque prius muneribus ab Agamemnone sibi promissis, ac delatis placari potuerit. Hom. ἰλ. 1. Eodem loco sic loquitur Achilles: Agamemnonem exercitum comparasse, bellumq; Troianis intulisse non aliam ob causam, quam ob ereptam Menelao fratri Helenam: nō solos Atridas suas vxores amare: sed, vt quisque vir est optimus, & prudentissimus, ita ei suam vxorem esse carissimam: se item Briseida ex animo amauisse, quamuis bello partam, & seruam. verba Hom. sunt hæc: πῖ δὲ λαὸν ἀνήγαγεν ἑυθέδ' ἀγέρας Ἀτρεΐδης; ἢ οὐχ Ἑλένης ἑναιήκοιο; ἢ μῆνοι φίλουσ' ἀλόχους μερόπων ανθρώπων Ἀτρεΐδαι; ἐπειῆ ὅστις τ' ἀγαθὸς, καὶ ἐρῶραν, τίω αὐτῆ φίλει, καὶ κίθεται. ὡς καὶ ἐγὼ τίω Ἑκθυμῆ φίλει, δουκίτην ἄρ' εἶσαι, quem Hom. locum expressit Virg. Æneid. 9.

TELAMONE NATVM] Aiace Telamonium. ἐμοφαπῶς, multo enim præstabat Aiax Tela-

iax Telamonius Oileo. Homer. ἰλ. β. Ἀνδρῶν δ' αὖ μὲν ἄριστος ἔην Τελαμόνιος Αἴας, Ὀφρ' Ἀχλὺς μῆνιεν, & ibid sup. Oileum cum Telamono conferens, illum ait longè hoc fuisse minorem, his verbis: Δοκρῶν δ' ἠγαμέμνων Οἴλιος ταχὺς Αἴας Μείων, οὔτι τῶτος γὰρ, ὅσος Τελαμόνιος Αἴας, Ἀλλὰ πολὺ μείων.

ATRIDES] Agamemnon. VIRGINE RAPTA] Cassandra, Priami filia. Arsit virgine autem dixit, vt Od. 9. lib. 3. Donec non alia magis Arstisti. Quamquam Virgine rapta dici potest esse absolutè positum.

THESSALO VICTORE] Achille, vel Neoptolemo eius filio, vt quidam malūt, à quibus dissentio.

ET ADEMTVS HECTOR] quemadmodum Hectorem interfecerit Achilles, narrat Homer. ἰλ. χ.

TRAD. FESSIS LEVIORA TOLLI] multis locis declarat Homerus, maximum fuisse Troianis in Hectore præsidium positum non longè abiero. Andromacha ἰλ. χ. in extrem. Οἶος γὰρ σφιν ἔρυστο πύλας, καὶ τείχεα μακρὰ. Solus enim custodiebas ac feruabas portas, & mania vrbis Troiæ. sed sine dubio respexit Horat. ad eum locum, qui est ἰλ. α. vbi Homer occiso Hectore Priamum facit Troianos obiurgantem & increpantem, quod illos suspicaretur suis miseris letari, sibi que in suo luctu insultare: ipsos, quâtam iacturâ mortuo Hectore fecerint, propediem sensuros eorum enim eadem & cladem eo mortuo Græcis multo faciliorem futurâ. sic Homer. ἀπὸρ γνώσθε καὶ ἑυμῆς. Πῆτεραι γὰρ μάλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσθε Κείνου τεθνεώτος ἐναιρέμεθα, &c. cui non dissimile est illud eod. lib. vbi Andromacha, Hectoris caduere Troiâ aduecto, se ab Hectore viduam relictam esse querens, sic loquitur: puerum Astyanactem ad libertatem non esse peruenturâ prius enim Troiâ funditus deletum iri, cum interierit eius custos & propugnator. ὃ δὲ μιν οἶω ἠέλω ἴζεσθαι. τῶν γὰρ πόλις ἠδὲ κατ' ἀκρῆς Πέσσειται. ἢ γὰρ ὄλωλας ὅπισσοπος, ὅτε μιν αὐτῶ Ρύσειον, ἔχας δ' ἀλόχους κεδνας, καὶ νήπια τέκνα, eodem pertinet illud Virgil. Æneid. 9. Haud sibi cum Danaïdem faxo, & pube Pelasga esse putent, decimum quos distulit Hector in annum. Horat. lib. 3. Od. 3. nec Priami domus Periera pugnae cecidit Achilles Hectoreis opibus refingit. Ex his perspicuum est, quam obrem supra per Theffalum victorem, Achillem significari existimemus.

LEVIORA TOLLI] id est, faciliora ad euertendum, ac delendum olet hellenissimum, videtur spectare illud Homericum ἰλ. α. quod supra retulimus, Πῆτεραι γὰρ μάλλον Ἀχαιοῖσιν δὴ ἔσθε, &c.

NE SCIAS AN.] id est, incertum est, an te generum, &c. vel hoc modo, fortasse tali loco nata Phyllis est, vt tibi honestum sit eam amare.

PENATEIS MÆRET INIQVOS] deos

familiaris mærens accusat, vt parum sibi propitios, vt sibi inimicos, & præter meritum iratos, quod honestissimo & summo loco nata, nunc in alterius potestatem venerit, perpetuè seruitura.

DILECTAM] dilectam habent libri scripti Donati, Faer. Vrsin. Torn. fortassenò malè. Nam Festus ita scripsit: Dilectus militum, & is, qui significatur amatus, à legendo dicti sunt.

SIC LVCRO AVERSAM] abhorrentem à lucro: quam lucrum ad impudiciam non facile impellere potest, pecuniam contemnere, & lucrum aspernari in muliere magnum pudicitiae argumentum, atque adeò propugnaculum est. quemadmodum contrâ, lucri studium, & pecuniæ cupiditas omnium mulierum pudicitiam expugnat. οἱ πολλοὶ γὰρ ἠπίους τὸ κερδοῦναι. vulgus enim à lucro vincitur, sed maxime mulierum genus. auersam autem habent lib. Faer. ni, vnus Vatican. Vrs. Tornef. non auersam. & ita locutus est Saty. 3. lib. 2. Aversus mercaturis, quam scripturam, reiecta altera, probaui.

TERETISQVE SVRAS] longas & rotundas. Oda 11. epod. Aut teretis pueri longam renodantis comam.

CVIVS OCTAVVM] noli suspicari me Phyllidis tuæ brachia, facie, suras iccirco laudare, quod eius amore captus sim, cum annū quadragesimum natus sim. Sed quis credat, quod dicitur ab Horatio, siquidem hoc dicitur, virū annos quadraginta natum, ineptum iam esse ad res Venereas, languidū, atq; inertem: an hoc non dicitur, sed virum ea ætate minus esse incontinentem aut libidinosum, minusque ad res Venereas propensum ac præcipitem, quam adolescentem aliquem annos xx natum? Vnus est autem verbo ad significandum celerrimum ætatis nostræ cursum aptissimo. fluit enim & labitur ætas riuū aut fluminis instar, vt sup. Od. 3. quâ obliquo laborat Lympha fugax trepidare riuo. trepidare igitur hoc loco valet celeriter labi & fluere. nam & Virgilio trepidare, festinare est, vt Æneid. 9. Ne trepidate meas Tencri defendere nauis. Quod notat Nonius. sic & T. Liuius lib. 23. Annalium, Moxque dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies, &c. aliter ponitur Ode 11. huius libr. nec trepides in usum Poscentis anipanca. & Ode 19. lib. eiusd. Eux: recenti mens trepidat metu. & Ode 27. lib. 3. Non vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion? & Od. 29. lib. eiusd. si mortalis vltra Fas trepidat. de quibus dicemus suis locis. Od. 11. autè lib. quarto, hoc verbo vitur ad exprimendum flammæ celerem motum. flamma trepidant rotantes vertice fumum.

Od. 5.

ARGUMENTVM.

Reuocandam esse mentem à cupiditate virginis immaturæ.

N*Ondum subacta ferre iugum valet
 Ceruice: nondum munia comparis
 Equare: nec tauri ruentis
 In Venerem tolerare pon' us.
 Circa virentis est animus tua
 Campos iuuenta, nunc fluiuis grauem
 Solantis astum, nunc in vado
 Ludere cum vitulis salicto
 Praegestientis, tolle cupidinem
 Immitis vuae: iam tibi liuidos
 Distinguet auctumnus racemos
 Purpureo variis colore.
 Iam te sequetur: currit enim ferox
 Aetas: & illi, quos tibi demserit,
 Apponet annos, iam proterua
 Fronte petet Lalage maritum,
 Dilecta, quantum non pholoë fugax,
 Non Chloris: albo sic humero nitens,
 Ut pura nocturno renidet
 Luna mari, Cnidiūve Gyges:
 Quem si puellarum infereres choro:
 Mire sagaceis falleret hospites
 Discrimen obscurum, solutis
 Crinibus, ambiguoque vultu.

NOND. SVBACTA FERRE, &c.] Allegoria est, & translatio perpetua, ducta à iuuentute, seu boue, quæ nondum subiit iugum, qualis illa, quam apud Homerum *ἰλιάδ. κ.* pollicetur se immolaturum Palladi Diomedes. *Σοῖδ' αὖ ἐγὼ βέζω βοῦν κέω, εὐρυμέταπον, Ἀδμήτην, κέω οὐπὼ ἔπι Ζηνὸν ἠγάγει ἀνὴρ* quos versus mihi indicauit Germanus Valēs. significat igitur Horatius, hanc puellam nondū esse ad concubitum maturam: nondū ad rem Venerem, tempestiuam. Libet huc annotare, quæ vercundæ, quàm teētis verbis soleant poëta rei veneræ turpitudinem significare. Atq; ab Homero omnium principe initium sumamus. sic igitur ille *ὀδυσσ. ι.* de Vlyssē in patriam reduce, & Penelope. *Τάδ' ἐπεὶ οὐδ' Φιλότῃτος ἐταρπητὸν ἐρατεινῆς;* id est, posteaquam illi amicitia illa iucundiore, & cōplexu amatorio satis se mutuō oblectarūt. idem ibidem de Telemacho & Euricl. *ἴσα δὲ μὴ κεδνῆ ἀλόχῳ τίει ἐν μεγάροισι. Εὐνὴ δ' οὐπὼτ' ἐμικέλο,* id est, eam colebat tanquam vxorem: sed lecto cū ea nunquam cōmiscbatur: & *ὀδυσσ. α.* de Iasione & Cerere, *Ὡς δ' ὄπποτ' Ἰασίῳι ἑμὸς ἀδελφεὸς Δημήτηρ ἔθουμ' ἐξέσσει μίγην Φι-*

λότῃτι καὶ εὐνῆ, id est, suo animo obtemperans & indulgēs cum eo lectum habuit communem. & *ὀδυσσ. α.* sic Eumæus de sua matre à Phœniciibus decepta. *Πλωβόση τις ἄρῳτα μίγην νοίλη ἔσσει μίγην, Εὐνὴ καὶ Φιλότῃτι, τίειτε Φρένας ἠπείροπτεῦν, ὀδ. λ.* de Neptuno & Tyron *Ἄυσε δὲ παρθενίῳ Ζώνῳ, καὶ δ' ὕπνον ἐχέου.* quod vltimum genus supra exposuimus *Od. 30. lib. 1.* aliās verbum, in quo turpitudine & obscantitas inest, taceatur. vt *epod. Od. 12. Inachiam ser nocte potes.* Terent. Eun. *Ego illum Eunuchum, si sit opus, vel sobrius.* Catull. *paullū apertius atque improbius. Qui ipse sui nati minxerit in gremium.* sic & Horat. sed in satyris, in quibus licentia maior est sic, inquam, ille *fat. 7. lib. 2. neque sollicitum, ne Diitor, aut formæ melioris meiat eodem.* & *fat. 2. lib. 1. non alienas Permolere uxores.* & iterum *fat. 7. lib. 2. Quacumque excepit turgentis verbera cauda.* & *fat. 1. lib. 1. in re turpissima & flagitiosissima: Hunc perminxerunt colones.* ab eo igitur ab his flagitiis, & ad genera verecūdiora redco. Pindarus Apollinis cum Cyrena concubitū narrans, ita teētis verbis vtitur, vt ne virginales quidem aures eis offendi posse videatur hoc modo, *ἦγε καὶ σὺ λυγρὰν κείρεν μελίηδ' ἀ ποίαν,* &c. id est, licet ne ex eius cubili suauem herbam tondères & ibid. de Antei filia, quæ pater optime currenti præmium propofuerat. *ἄρυσσε φάει δὲ οἱ ἦλας καρπὸν αὐτῆς αὐτῆς ἀπὸ δρέφ' αὐτῆς ἕλεον,* id est, curiores autem florentem ei pubertatis aurea fructum decerpere volebant. *Lucr. lib. 4. in extr. de muliere mortū adhibente in cōcubitu. Eicit enim sulci recta regione, vidæque Pomerem, atque lucis auctis feminis idem.* sic enim hos versus emendauimus, vt & cōplureis alios: quæ quidē elegantissimū & purill. potētam propediē edemus in lucem longē, quàm antea, emēdatiorē. *Virg. de Vulcani & Veneris concubitu lib. 8. Optatus dedit amplexus, placidūque petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem.* Idem de re flagitiosa, *Palam. Nonimus est qui te transuersa tuentibus hircis, Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.* & Sileno, *Carmina, qua vultis, cognoscite: carmina vobis: Huic aliud mercedis erit.* Iam quōd ad hunc Horatij locum attinet, Plautus eadem translatione vsus est in *Curculione. Iamne ea fert iugum? Tam à me pudica est, quàm mea si soror sit.*

NONDUM MUN. COMP.] nondum eius, cum quo forte coniugatur, munus exæquare potest: nondum viro patranti, accipiēdo, seu potius (vt ita dicam) patiēdo respondere potest.

NEC TAURI RV. IN VEN.] tauri, id est, iuuenis firmi, validi, vegeti, ad concubitum prompti. sic *Od. 12. epod. pereat malè. qua te, Lesbia, quærētī taurum monstrauit inertem.* alias taurus pars est maris obscana.

CIRCA VIRENTIS, &c.] totus hic locus allegoriis tectus est, ita tamen, vt à quouis homine non tardissimo facilè intelligi possit.

SOLANTIS] leuantis. sic dixit *Virg. solari famē Geor. 1. Concussit, famem in filius solabere quereu.*

P R A E G E S T I E N T I S] magnopere cupientis, valdè gestientis. sic Priscian. declarat *lib. 15. vbi hunc locum testem producit. Vtitur & Catull. in carm. de Pelei & Thec. nupt. Qui dum aliquid cupiens animus praegestit apisci, Nil meruit iurare.* Festus autem gestire eum dicit, qui subita felicitate exhilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinem exsultat.

TOLLE CUPIDINEM] Jalia allegoria. animi cōtine & comprime à cupiditate vuae immatura, id est, puellæ impuberis, & ad concubitum, propter teneriorē atatem inceptæ. aut etiam minus, quo anni tempore fructus omnes maturantur, racemos tibi caruleo colore depinget, id est tempus subsequens, vnus & item alter annus, puellam istam tibi maturabit. fortasse autem ad nomen Græcū respexit *ὄπποτῳ,* quod apud Græcos tūm aut etiam tūm atatem illam puellarum ad Venerem, & coniugū maturā significat. sic & Pindarus *ἔδ. β. 10. μ.* puerorū atatem tenerā, & ad puerileis illos amores, quibus flagitiosè ardebant veteres, maturam, *ὄπποτῳ* appellat.

PURPUREO VARIIS COLORE] id est, distinctus, & ornatus purpureo colore, id est, pomis & vuis purpurei coloris. varius, nisi fallor, idē ferè valet, quod *πεποικιλμένος,* id est, distinctus, ac depictus. huc pertinet illud *Od. 2. epod. Certantem est vnam purpure.* Sed non celabo lectorem libros nonnullos veteres habere, *Purpureum vario colore.* quos non sequor: neque tamen damno, si quis fortè hac lectione magis delectetur.

CURRIT ENIM FEROX AETAS] sic *Ode 11. lib. 2. fugit retro Lauis Iuuentus.* & *Ode 14. Eheu, fugaces Postume, Postume Labantur anni.* verūm non hoc solum significat Horatius, annos labi, & fluere: sed puerilem atatem ad maturitatem, ac pubertatem celeriter peruenire: quem admodum, & adolescentiam, atatemque mediam ad senectutem vergerē.

ET ILLI, QVOS TIBI DEMS.] quos tibi annos detraxerit, videlicet florēteis, & integros, eos illi adijciēt: illa maturefcet, florefcet, & corroborabitur: tu atate ingrauefcēs, & senescēs. epist. ad Pison. de arte poët. *Multa serunt anni venientes commoda secum, Multa recedentes adimunt.*

PROTERVA FRONTE] ore duriore, & pane inuercundo, id est, non pudebit eam maritum petere,

VT PVRA NOCT. REN.] splendet, quādam puro lumine hilaritatem præ se fert. hæc enim vis est verbi *renidere,* vt dicemus *Od. 18. huius libri.* **GYGES.]** pueri formosi nomen.

QVEM SI PVELL. INSER. CHORO] si Gygem inter puellas collocares, de verbo inserendi, vide *Saty. 4. lib. 1.*

MIRE SAGACEIS FALL.] significat hunc Gygem ita mollem, tenerum, delicatū, ita facie, & crinibus, puellarum esse similem, vt, si quis, cui ille, sit ignotus, cum aspiciat, puellā esse

existimet, neque eum à puella facilè internosce re queat.

SAGACEIS] quantumuis acutos, & perspicacis.

FALLERET] lateret hospites, ab hospitibus ignoraretur.

DISCRIMEN OBSC.] parua admodum differentia.

SOLVTIS CRINIBVS] alebant enim comam pueri molles, & impudici: vt *Od. 10. lib. 4. Et, quæ nunc humeris inuoluant, deciderint coma.*

AMBIGVQVE VVLTV] id est, vultu candido, venusto, tenero, laui, polito, atque imberbi, ita vt incertū sit ei, qui aspiciat, sitne mas, an femina. sic sup. *lib. 1. Od. 7. ambiguum Salamina dixit.*

A D S E P T I M I V M
Od. 6.

ARGVMENTVM.

Tiburina & Tarentina regionis amœnitatem laudat.

Septimi Gadeis aditure mecum, & Scabruū indoctū iuga ferre nostra, & Barbaras Syrteis, vbi Maura semper Æstuat vnda,

*Tibur Argæo positum colono Sit mea sedes utinam senecta: Sit*modus lasso maris, & viarum, Militiæq;*

*Vnde si parca prohibent iniquæ: Dulce pellitis ouibus Galefi Flumen, & regnata petam laconi *Rura Phalantho.*

Ille terrarum mihi præter omneis, Angulus videt, vbi non Hymetto Mellæ* decedunt, viridique certat *Baca Venastro:*

Ver vbi longum, tepidâsq; præbet Iupiter brumas: & amicus Aulon Fertili Baccho, minimum Falernis *Inuidet vuis.*

Ille te mecum locus, & beatæ Postulant arcēs: ibi tu calentem Debita sparges lacryma fanillam Vatis amici.*

A D I T V R E] qui sis aditurus, si opus sit: aut, si vclim.

I N D O C T V M I V G A F E R R E N O S T R A] qui nondum didicit imperio populi Rom. parere. sic ferè loquitur od. 1. lib. 1. indocilis pauperem pari. deuicti sunt tandem Cantabri ab Agrippa. vt declarat epist. ad Icciu lib. 1. Cantaber Agrippa, Claudii virtute Neronis Armenius cecidit. cum hoc loco congruit ille Od. 8. lib. 3. Cantaber sera domitus catena. & ille Ob. 14. lib. 4. Te cantaber non ante domabilis, &c.

B A R B A R A S S Y R T E I S] de Syrtibus supra Od. 2. lib. 1. satis multa diximus.

T I B V R A R G E O P O S I T V M] conditum à Tiburno Argiuo.

S I T M O D. L A S S O M A R I S, E T V I A R V M] Tibur nauigationum, & itineru nostrorum, & militie finem lassus nobis afferat: Tibure nos lassu à peregrinationibus nostris, & militia conquisicamus. potest & ita dici, lassu maris. vt Virg. Æn. 1. Cerealiâq. arma Expediunt sepsi rerum.

D V L C E P E L L. O V I B. G A L E S I F L V M E N] quidam legunt, Galesum, vt infra Rhenum flumen. est autem Calabr. fluuius, de quo Virgil. lib. 5. Æneid. Quâ niger humectat flauentia culta Galesus.

[P E L L I T I S O V I B.] Pellitas oucis appellat Tarentinas, ex re ipsa & historia. nam vt earum lanae essent molliores, pellibus operiebantur. Laertius, πελασσοειπέλαστα.

E T R E G N A T A P E T A M L A C O N I.] regnata Laconi, id est, in quibus regnauit Phalanthus Lacon. Tarentina significat. sic loquitur Od. 29. lib. 3. Quid Seres, & regnata Cyro Bactra parent. & Od. 3. eiufd. Medio triumphatis. & Od. 19. Et pugnata sacro bella sub ilio. & epist. ad Quinct. lib. 1. si quis bella tibi terra pugnata, marique. Od. 1. epod. bellum militabitur. & Catull. ad contubernaleis, Pro qua mihi sunt magna bella pugnata. Plant. Amph. Hec illic est pugnata pugna ab usque mane ad vesperum. M. Tull. pro Murena. pugna cum Rege commissâ, & summa contentione pugnata. & T. Liuius lib. 6. inelytâque in ponte pugnam tum pugnatam. Idem sub finem lib. 8. Hoc bellum à Coss. bella tum quidam auctores sunt. ad idem genus pertinet illud Od. 9. lib. 4. non pugnavit ingens Idomeneus, sthenelidve solus Diocenda Musis prelia. & Saty. 5. lib. 2. Magna, minôrve foro si res certabitur olim.

P H A L A N T H O] de Phalantho sic Pausanias Phocâic. Τάραντα δὲ ἀπαγωγὴν μὲν Λακεδαιμόνιοι οὐκ ἔγνωτο ἀναρπάτης Φάλαγγος, iccirco Hor. Od. 5. lib. 3. Tarentum, Lacedæmonium appellat. At Virgil. Æn. 3. Herculeum, propterea quòd Phalanthus fuit ab Hercule oetauus.

R I D E T] renidet, χαλᾶ, amœnus, lætus, & gratus est. vide annot. ad Od. 18. huius lib.

V B I N O N H Y M. M E L L A D E C E R D.] id est, vbi mella non sunt melle Hymettio dete-

riora. tralatio est. decedere enim est locum superiori, & honoratori dare. epistol. 2. lib. 2. Ludere si rectè nescis, decedere peris. Cicero in Catone salutari, appeti, decedi, assurgere. Virgil. Georg. 4. Vicina iniret decedere ripa calori, id est, quod Græci dicunt ὑπερὸν ὑπέρι, idem Pharmac. Propter aqua riuum viridi procumbit in herba Perdita, nec sera meminit decedere nocti. Plautus Amphitr. Nam mihi quidem hercle qui minus liceat deo, munitarie populo, ni decedat mihi, quam seruulo in comædiis? proprie Lucret. lib. 2. de simplicibus illis & solidissimis corporibus. Incertis que locis spatio decedere paulum, tantum, quo ad momen muratum dicere possis. alia tralatione vtitur Virgil. cum idem significet tamen. Georg. 2. T molus & assurgit quibus, & res ipse Phanaus. tractus igitur Tarentinus mihi præter omnis ridet, cuius mella non sunt Hymettio melle inferiora, aut deteriora.

V I R I D I Q. C E R T A T B. V.] & cuius oliuæ côferri possunt cum oliuis Venafranis. Est autem Venafru Minturnis, & Fregellis, & Liri fluuii vicinum, in Campania litorre situm. ὄρεον (inquit Strabo) ἔλασσον, Certat Venafro autem Græcorum more dixit pro eo, quod est, certat cum Venafro. Nam ita loquuntur μάχομαι, quod genus & Catullus imitatus est. noli pugnare duobus. Horatius autem non semel. vt Od. 1. lib. 1. luctantem Itareis fluminibus Africum, &c. & Od. 3. eiufd. nec timuit præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus. & Od. 2. epod. Certantem & unam purpura. & vndecima. Desinet imparibus certare summotus pudor. & Saty. 5. lib. 2. haud ita Troia Me gesti certans semper melioribus. & 7. eiufd. Alterante libidinibus tremis ossa panore. sic Virgil. Georg. 11. Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus Laudibus Italiae certent. Idem in Daphnide, Montibus in nostris certet tibi solus Amyntas. Lucret. lib. 3. quid enim contendat hirundo Cyenis? Horat. epist. x. lib. 1. Non qui Sidonio contendere callidus ostro Nescit Aquinatam potantia vellera fucum, &c. & epistol. 18. eiufd. mihi contendere noli.

[V E R V B I L O N G V M] Ver assiduum dixit Virgil. Georg. 2. ἄσφοδον, Hic ver assiduum, atque alienis mensibus assus. ad quem versus profert hunc locum Seruius.]

E T A M I C V S A V L O N] credibile est collem, aut montem aliquem esse Tarento propinquum. alioqui eius commemoratio, nihil ad Tarenti laudes pertineret.

F E R T I L I B A C C H O] sic dixit, amicus Anlon Fertili Baccho, id est, gratus, sed potius carus, vt Od. 4. lib. 3. Vestris amicum fontibus & choris, &c. & Od. 11. eiufd. Nec loquax olim, neque grata: nunc & Diuitum mensis & amica templis, &c. & Od. 6. lib. 4. ego diis amicum sæculo festas referente lucas, Reddidi carmen. aliis verbis, eadem sententia dixit Tibullus. Bacchi cura Falernus ager. sed Passeratius putat legendum, Fertilis Baccho, vt sit vtrumq; Aulon & amicus Baccho, & fertilis Baccho. sic Martialis. Nobilis & lanis, & Baccho fertilis Aulon. Passeratium

Passeratium adiuvat codex vnus manuscript. in quo ita scriptum reperit.

M I N I M V M F A L E R N I S] habet vnas Falernis non deteriores. inuidemus enim eiusdem generis melioribus ac præstantioribus: quod docet Aristot. rhet. 2. Hor. Saty. 3. lib. 2. Inuidiam placare parvas virtute reliqua.

D E B I T A S P A R G E S L A C R Y M A] meos cineres lacrymis cõperges: me mortuum flebis. melius Ennius. Nemo me lacrymis decoret, neque funera fletu Faxit: cur? volito viuui? pea ora virum: quãtis Solon vnus è septem, mortem suam lacrymis carere nolit. Homerus autem hoc munus, atque hunc honorem ait mortuis deberi, sub persona Achillis, mortuum Patroclum deflentis. Πάτροκλον κλάωμεν, ὃ γὰρ γέρας ἔστι θανάοντων. & ἔδωκε δ. Pistratus negat se reprehendere, si quis mortuos lugeat, ac desecat: nullum enim alium honorem illis tribui posse, quàm vt tondeatur coma, genæque lacrymis perfundantur. lugebantur autem mortui in ipso funere, & cum sepeliebatur corpus. vide Od. 17. epod. Luxere matres Iliae additum feris, &c. vbi nonnulli legunt, Vncere.

A D P O M P E I V M Varum. Od. 7.

A R G V M E N T V M.

Cui reditum gratulatur.

O Sepe mecum tempus in vltimum Deducte Bruto militie duce, Quis te redonauit Quiritem Diis patriis, Italòque celo, Pompei meorum prime sodalium? Cum quo *morantem sæpe diem mero Fregi coronatus nitentis *Malobathro Syrio capillos. Tecum philippos, & celerem fugam Sensi relicta non bene parmula, Cum fracta virtus, & minaces *Turpe solum *tetigere mento. Sed me per hosteis Mercurius celer Denso pauentem sustulit aere: Te rursus in bellum resorbens Vnda fretis tulit astuosus. Ergo *obligatam redde Ioui dapem: Longaque fessum militia latus

A Depone sub lauru mea: nec Parce cadis tibi* destinatis. Obliuiofo lauia Massico *Ciboria exple: funde capacibus Vnguenta de conchis. quis vdo Deproperare apio coronas, Curat ve myrto? quem Venus* arbitrum Dicit bibendi? non ego sanius Bacchabor* Edonis. *recepto Dulce mihi* furere est amico.

T E M P V S I N V L T I M V M] id est, vsque ad extremum vitæ diem, si fors ita tulisset.

R E D O N A V I T] restituit. vtitur etiam hoc verbo Od. 3. lib. 3. & inuisum nepotem, Troica quem peperit sacerdos, Marti redonabo.

C V M Q V O M O R. S A P E D I E M] morantem, significatione (vt loquuntur Grammatici) absoluta, intellige longum, tardum. ponit & Catull. absolute, carmine in nuptias Iulie: sed moraris, abit dies. & Horatius Od. 3. sup. an pauper, & infima De gente sub dio moreris. & 20. neque in terris morabor Longius. & 17. quid moror altera? Aliàs actionem significat apud hunc poetam. Ode 5. lib. 3. Et populium reditus morantem. & epist. ad Iul. Florum lib. 1. An pinguis Asia campi, colle que morantur? & Epistol. ad August. si longo sermone morer tua tempora Casar. & epist. 13. lib. 1. Carmina, quæ post sunt oculo, aureisq. morari Casaris. & Ode 11. lib. 3. & riuos celestis morari. & Epod. Ode 9. Io triumphes, tu moraris aureos Curuis. & epistola ad Mæcenatem 2. lib. 1. ne te longis ambagibus ultra, Quam satis est, morer.

M E R O F R E G I] non totum diem siccus traduxi, sed diuisi, partemque in vino & poculis posui. vide quæ annotauimus ad Oden 1. lib. 1. ibi: Nec partem solido demere de die.

C O R O N. C A P I L L.] Hellenismus, id est, coronatis capillis.

N I T E N T E I S M A L O B A T H R O] vnguento Syrio delibutos, λιπαρὸς, vt supra Ode 4. lib. 1. nitidum caput. Solebant autem elegantiores & lautiores homines capillu vnguento perungere. Cic. pro Rosc. Amerin. de Chryfogono Syllæ liberto: ipse verò quemadmodum composito, & delibuto capillo passim per forum volitet cum magna ceteris togatorum, videtur indices. Catullus. Respondi id quod erat, nihil neque ipsi, Nec quaestoribus esse, nec cohorti, Cur quisquam caput vntius referret. Arcestratus apud Athen. libr. secundo. Αὐτὸ δὲ σερφάνοισι καὶ ἄλλοις ὁμοίαις δάπτει πικρὰ τοῦ Παιτοδαποῖς, οἷς ἐν γυμνασίοις ἔλασσον αὐτοῖ, καὶ χαλεποῖσι μύροις ἀγαθοῖς καὶ τῶν θεοῦ περὶ. quibus versibus hortatur ille sui simileis, vt semper habeant caput floribus omnis generis, quos terra ferat, redimitu, & vnguentis liquidis ac suauibus co-

mam delibutam. Iterum Horat. epist. ad villicū, *Quem tenues decuerit toga, nitidique capilli.*
NON BENE] iupiter. turpe est enim clypeum abijcere. notū illud de Epaminonda, tum deniq; sibi auelli spiculū iubente, postea quān ei percontāti dictum est, clypeum esse saluum, vt etiam in vulneris dolore a quo animo cū laude moreretur. *ῥιζώσπιδες* Græcis appellantur, qui abiecto clypeo fugiunt ē prælio. Itaque Aristotel. libro 2. rhetor. de pudore diffrens, posteaquā docuit, pudorem exsistere ob ea mala, quæ turpia videri solent, inter cetera turpitudinis exempla, hoc quoque ponit, *ἄποβάλλειν ἀσπίδα, ἢ φυγῆναι*, id est, abijcere, seu amittere clypeum, vel fugere.

ET MINACHES TURPE SOL. TETIG.] id est, occubuerunt, ceciderunt sic Virgil. *Æn. 11. Procubuit moriens, et humum simul ore momordit.* ib. *cruentam Mandit humum.* Ouid. *Metamorphor. 9. et arenas ore momordit.* Homerus *ἰλ. β. πολέες δ' ἀμφ' αὐτῶν ἐτάροι Πριεέες ἐν κοίησιν ὄδαξ λαζοία το γάμμ*, id est, multi autem circum cum amici proni humi dentibus terram mordeant. & *ἰλ. ω. ὄδαξ ἔλον ἀσπετον ὀδῆας*, id est, dentibus autem prehenderunt magnum soli spatium. & *ἰλ. χ. ἦν ἐπὶ παλλοὶ Γάων ὄδαξ ἔλον ἄσιν Ἰλιον εἰσαφικέθαι*, id est, Profecto præterea multi terram dentibus prehenderunt, prius quam Troiam peruenerint. Eurip. *Phœniss. Γῶων δ' ὄδαξ ἔλοντες ἀλλήλων πύλας Πύπυον ἀμφο*, id est, terram autem dentibus vbi momorderūt, alter propè alterum ceciderūt. tale est illud iterum ex Homero *ἰλ. λ. Αὐτῶς δ' ἐν κοίησι πρετῶν ἔλε γάμμ ἀρσῶ*, id est, ipse autem in pulueres collapsus prehendit terram canbito, vel, vt alij interpretantur, palma. quale est illud Ennianū 10. *Annal. Pinfabant terram genibus.*

SED ME PER HOSTEIS, &c.] Sic apud Hom. *ἰλ. γ. Venus Paridem nube tectum ē certamine eripit.* sic *ἰλ. ε. Phageum Vulcanus. Αλλ' Ἠφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτὶ χαλύβιδας*, id est, At Vulcanus eripuit, ac seruauit, nocte opertū, sic *Ancam Venus, eaque à Diomede vulnerata, & fugiente, in eius locum succedens Phæbus. Ἡ δὲ μὲν ἰάχυσαι ἄπο τοῦ χεῖραλεν ἴον, καὶ τὸν μὲν μετὰ χερσὶν ἐρύσαιο Φοῖβος Ἀπόλλων Κυανὴν νεφέλην*, id est, illa autem magno clamore sublato à se filium *Ancam* deiecit: Atque cum quidem inter manus suas seruauit *Apollo* nigra nube tectum. Horat. *infr. Saty. 9. lib. 1. sic me seruauit Apollo.* quamquam hoc Horatianum quidam aliter dictum volunt.

DENSO AERE] nube, vt Hom. *κυανὴν νεφέλην.*

FRETIS ÆSTIVOSIS] æstus marinos appellant boni scriptores, maris accessus & recessus: maris feruorem. Cic. de natura deor. lib. 2. *æstus marini tum accedentes, tum recedentes.* Idem de diuinatio. lib. 2. *Quid de fretis, aut marinis æstibus dicam?* vñdam autem reforescentem dixit, vt ex-

primeret vim nominis Græci *ἀμπωσις*, est enim *ἀμπωσις* quasi *ἰδρατος ἀνάποσις*, id est, aqua (vt ita dicam) reforescit, aut repotio, sic ferè locutus est M. Tull. in Bruto de Curione à Iuba interfecto, *sed hunc quoque absorbit æstus quidam non in solita adolefcentibus gloria.* & Catul. ad Manlium, *tanto te absorbens voritice amoris Æstus in abruptum detulerat barathrum.*

OBLIGATA M] promissam, votam, debitam. [Itaq; subiunxit *redde.* sic Catul. de coma Beren. *Quæ ego pro factis caelesti reddita cætu Pristina vota nouo munere dissulo.*] Priscianus lib. 7. hunc versum testem producit.

[DEPONE SVB LAVR. MEA] Seruius notat ad illud Virg. *Alex. Et vos, ô lauri carpat, licet Horatius dixerit, sub lauro mea.*

DESTINATIS] tibi reseruatis, tibi additis, & quasi desponsis: vel ad te tāquam ad scopum relatis hæc enim vis est verbi *destinandi*. M. Tull. ad Trebat *Quod tibi destinatus trapezophoron: si te delectat, habebis.* & Phil. 5. *qui ne sorti quidem fortunæ nostras destinauit.* Horat. Ode 18. huius libr. *Nulla certior tamen Regia Orci sine destinata, Aula diuitem manet Herum.* & *Saty. 3. lib. 2. Nescio, an Autigram ratio illis desinet omnem.* & ibid. *fortique marito Destinet uxorem.* Virg. *Æn. 2. et me destinata are.* videtur nonnumquam idem valere, quod constitutum in animo habere, vt Ode 13. lib. 3. *cornibus Primis et Venerem, et prælia destinat.* Cæsar lib. 1. de bello ciuili: *agere destinauerat.* Idem lib. 7. de bello Gall. *milites operi destinatos* appellat eos, quibus opus faciendum mandauerat.

OBLIVIOSO] quod argritudinum & molestiarum obliuionem affert, *εμερητικῶς*, aliter dixit M. Tull. in Cat. *Maiores obliuiosos senes.* sed quod ad sententiam attinet, de obliuione malorū, quam significat à vino oriri, siue per se vinū hanc obliuionē gignat, siue propter somnū, qui liberaliorem potū subsequitur: cum his cōsentanea maximè sunt illa Euripidis in *Pæcchis, ὁ Σαμέλης γίνος Βότρεος ὑχρόν πῶμ' εὔρε, κ' εἰσινεῖχετο Οἴησις, ὁ παῖαι τῆς ταλαπέρης βροτῆς Λύπησ, ὅτ' αὖ πηλοδῶσιν ἀμπελὺς ῥοῆς: ὕπνον τε λήθην τῆς χερσημέραν χερσὶν Δίδωσιν, οὐδ' ἔστ' ἄλλο φάρμακον πῶων*, id est, Semelæ filius potionem humidam reperit, & impertiuit mortalibus, quæ homines calamitosos mæore liberat, cū impleti fuerint vitis succo: Et somnum, quotidianorum malorum obliuionem, confert, neque vllum aliud est laborum ac dolorum medicamentum. Vinum Massici autem laudat Plin. lib. 14. cap. 6. *Nascitur in iis Campaniæ montibus, qui Massici nominantur.* commemorat & Athen. lib. 1. cum ceteris vinis Italicis, aitque esse austerum quidem illud, sed stomacho vtile. ætate maturefcebatur, austeritateque minuebat. Horatius Ode 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici, et c.* & *Saty. 4. lib. 2. Massica si celo supponas vina sereno, Nocturna, si quid crassis est, tenuabitur aura.*

LÆVIA] expolita, vt sup. Ode 2. lib. 1.

CIBORIA] vasa fabarum Ægyptiarū, quæ ciboria appellantur, in modū, ab inferiori parte in angustum contracta, vt docet Athen. lib. 1. his verbis: *τῆ δὲ κἀθῶνος εἰ μάλ' α. τρεῖς ἑκατόστοι λαζῶν ἐν τῆς, κίβωρων, ὡς ἔξορον κ' μεθῶν ἐνέροισι. Δίδυμος δὲ φησι ποτῆρ' εἶδος εἶναι, κ' τῶν ἀν' εἰν τῶν λεγόμενα σικυρία, ὧς τὸ κῆποθεν εἰς σπονδύων, ὡς τῶ ἀγρῶν κίβωρα.* id est, cūm potū liberaliori, quæ Græci κῶβωρα appellant, longius procederet, ille capto poculo quodam, quod ciboriū nominant Græci, eò inuinit hic tanquam bacchans & ebrius. Didymus ait hoc est poculi genus. Et fortasse sunt ea, quæ σικυρία appellantur, propterea quòd in angustum pars infima contracta est, vt ciboria Ægyptia. vide Dioscor. lib. 2. de faba Ægyptia. appellantur & κίβωρα. [Vide de ciboriis Adr. Turneb animaduert. lib. 1. cap. 10.

EXPLE] facti lib. habet *imple*, fortasse rectè. sequor tamè alteram lectionem: præsertim plurimum codicum auctoritate confirmatam, interpretorque ebibe, exhauri, & (vt idè alibi loquitur) sicca: vel, si quis mallet, *imple*: vt Lucre. lib. 6. in princip. de vase: *Vt nulla possit ratione explerier vniquam.*

CONCHIS] ex quibus fiebat vnguentaria, quæ propterea concha appellantur: nam & onyches testæ erant conchyliorū, de quibus dicemus ad Oden 12. lib. 4.

QVIS VDO DEPROPER. &c.] id est, quis ex vdo apio curat coronas deproperare? quod est valde properando efficere, & necdèret: autem frequens huius verbi vsus in voce agente, vt Ode 2. lib. 3. *Indigebis pecuniam Hæredi properet*, id est, properè querat, seu properet querere. & Ode 12. epod. *Muricibus Tyrus iterata vellera lana Cui properabantur?* id est, properè, & summo studio texebantur: sic Virg. *Æneid. 9. et pulchra properet per vulnera mortem.* idem *Georgic. 4. Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis.* Cum properant, id est, properè cudit, & *Georgic. 1. Multa, forent celo quæ mox properanda sereno, Matura datur.* Idem ibid. *Et quamvis igni exiguo properata maderent, et c.* Propert. li. 2. *Quod si forte tibi properarint fura quietem.* & iterum Horat. epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *Hoc opus, hoc studium parui properemus, et ampli.* sic & Pindarus *Pyth. carm. 3. verbū σπεύδων iunxit cū quarto casu μη φίλα λυγρόβιον ἀθλαστων σπεύδω*, i. ne care anime vitam immortalē propera. Quòd si quis illud, *deproperare apio*, dictū velit, p de apio properare, vt sit *ἀναστροφή* nō refellā: qualia sunt illa apud hūc eundè sat. 2. lib. 2. *cur improbe care Non aliquid patria tanto emetiris aceruo?* id est, è tanto aceruo metiris. & epist. ad Albium Tibullum lib. 1. *An tacitum silens interreptare salubris?* & de art. poet. *ne quid medios intercinat ætus.* & epist. ad Iul. Flor. *An freta vicinas intercurrentia turres?* & *Saty. 5. lib. 1. Hinc nos Cocceij recipit plenissima villa, Que superest Claudi camponas.* &

Saty. 2. lib. 2. vides, vt pallidus omnis Cena desurgens dubia. epist. 1. lib. 1. *Est, mihi purgatam crebro qui perfonet aurem.* ad Iul. Florum, *Quæ circumuoluit agilis thyma?* ad Vallam, *Dictaque cessantem nervis elidere morbum Sulfura cōtemni.* ad Numicium, *Ne plus frumenti dotalibus emetat agris Mucius.* Ode 2. lib. 1. *Quam locus circumuolat et Cupido.* Ode 14. eiusd. *Interfusa nitentis vites aquona Cycladas.* Ode x v. lib. 3. *Maturu propior desine funeri Interbudere virgines.* Ode 27. eiusdem libr. *utinam intererent Nuda leones.* Ode 16. epod. *Nec vespertinus circumgemit vrsus ouile.* & Ode 5. lib. 4. *te prosequitur mero Desusso pateris.* Nam Ode 31. lib. 1. perspicuè diuisit hoc verbum. *de patera nouum Fundas liquorem.* sic *Lucret. lib. 2. et altos Interat ramos egigni corpore uiuo.* idem lib. 3. *atque vnde animantium copia tanta Exos, et exsurgit tumidos perfluctuat artus?* idè lib. 1. *Permanat calor argentum, penetralique frigus.* idem lib. 6. *Qui faciant solem certa desurgere parte.* ibidem, *Glandiferas intercurabant corpora quercus.* ibidem, *Et frutices intercondebant squalida membra.* sic Virg. in *Mœride, sed argutus interstrepere anser olores.* & Tibull. lib. 4. ad Mell. *Fertilis hanc interposita est, interque rigetis.* & Catull. in *carm. de Iulia & Mālij nupt. Transfer omine cum bono Limer aureolos pades.* Accius, *Peruade polium.* quæ sic interpretatur Varro lib. 6. de ling. Lat. *vade per polium.* Omnino verbo *deproperandi* composito vtitur Plautus in *Pœnulo, deproperant sedulo sacrificare*, id est, valde properant: vt hoc loco, *deproperare coronas*, valde properè necdère & concinnare coronas, interpretari possimus. Placet tamè altera explicatio, vt sit *ἀναστροφή*, & vt de iungatur cum voce *apio*.

CONONAS] quæ solebant in conuiuiis adhiberi, vt supra ostendimus, fiebantque ex apio, myrto, & similibus. Theoc. eid. *ζ. πολυγνάμπεω τε σελίνω, & εἰδ'. γ. κ' θάλλοντα σέλινω.*

QUEM VENVS, &c.] Venus, id est, talorū iactus Veneris, qui tūm erat, cūm omnes tali iacti dissimiliter cadebant. Nam Veneris iactus regem, seu magistrum conuiuij efficiebat. Vide sup. Ode 4. lib. 1. *Nec regna vini sortiere talis.* de Venere autem, seu iactu talorum Veneris sic M. Tull. de diuinat. lib. 1. *Quattuor tali iacti casu venereum efficiunt.* Nam etiam ceteri veneros si *CCCC. talos ieceris, casu futuros putas?* Huc pertinet illud Plutarchi de Catone maiore in eius vita. *et δὲ τοῖς δέπνοις ἐμεληροτο σελὶ τῆς μελιδῶν. εἰ δὲ ἄπολάχοι τρωτῶν ἀρεν τῆς φίλων κελειόντων, ἔλεγε μὴ χαλῶς ἔχειν ἀκρίσιν τ' Ἀφροδίτης.* id est, in conuiuiis autem tempestiuus de portionibus rem sorti permittebat. Quòd si fors nō respondisset, hortantibus amicis vt primus tolleret, dicebat non decere inuita Venere. Denique Veneris iactus felix erat atq; optatus. Plautus in *Asin. ARGY. Tace pater talos, vt porro nos iaciamus.* *DEM. maxime. Te Philenium mihi atque uxori mortem, hoc venerium est. pueri plaudite.* Sueton. in Aug. *talis enim iactis, vt quisque canem, aut senionē miserat: in singulos talos, singulos denarios in medium*

conferbat: quos tollebat uniuersos, qui venerem iecerat. est igitur hæc horum verborum sententia: Cui regnum bibendi obuenerit venero iacto? quis regnum vini fortitò capiet? [Profert hunc locû Seruius ad illum Virgil. Georg. 3. Quem legere ducem, & pecori dicere maritum, vbi dixere interpreta- tur designauerunt, vt hic dicit designabit: quam- quam videtur legisse, dicit: quod fortasse rectum est.]

NON EGO SANIUS BACCH.] id est, libet mihi Edonos illos Thraciæ populos bi- bacifsimos intemperanter bibendo imitari. In- fanire inuat, vt Od. 19. lib. 3. de Thracibus autem diximus sup. ad Od. 27. lib. 1. Edonos commem- orat Theocrit. id. ζ. Εἴης δ' Ἠδωνῶν ἰδὸν ἐν ἔρει χέματι μέσση, id est, sis bruma media Edo- norum in montibus altis. [Edonas tamē appel- lat Thucid. lib. 4.]

R E C E P T O] recuperato. Od. 2. lib. 4. ὁ σὺ Pulcher, ὁ λαύαντε κανὰν ρεφτο Κεσάρη Φελίξ.

F V R E R E] insanire, bacchari, furenter po- tare.

IN BARINEN.

Od. 8.

ARGVMENTVM.

Non esse, cur ei iuranti credatur: Formo- sarum enim periuria à diis non vindicari.

V L L A si iuris tibi peierati Pœna, Barine, nocuisset vquam:

Dente si nigro fieres, vel vno

Turpior vngui:

* Crederem, sed tu simul obligasti

* Perfidum votis caput, enitefcis

Pulchrior multo, iuuenumque prodis

* Publica cura.

Expedit matris cineres operatos

Fallere, & toto taciturna noctis

Signa cum celo, gelidâque diuos

Morte carenteis.

Ridet hoc, inquam, Venus ipsa: rident

Simplices nympha, ferus & Cupido,

Semper ardentis acuens sagittas

Cote cruenta.

A Adde, quòd pubes tibi crescit omnis:

* Seruius crescit noua: nec priores

Impiæ rectum domina relinquunt,

Sæpe minati.

Te suis matres metuunt iuuenis:

Te senes parci: miseræq; nuper

Virgines nuptæ, tuâ ne retardet

Aura maritos.

V L L A SI IVRIS TIBI, &c.] iuris pe- ierati, id est, periurij, hoc igitur dicit. si periurio fieres vel minima corporis parte deformior, crederem tibi iuranti: sed hoc video tibi euenire, vt quo improbius peieras, eo pulchrior exo- riaris. Protagoras apud Platonem in Philebo, ait dici solere, Deos immortales iis ignoscere, qui in rebus amatoriis, & veneris peierant, qua- si voluptates, vt pueri, minimū mentis habeant. sic ille, ὡς δὲ λόγος, ἢ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς ἀει- ταῖ ἀφροδίται (αἱ δὲ μετὰ αὐτὰς ἀδικεῖν εἶναι) ἢ τὸ ἔπιπορκεῖν συγγνώμην εἰληφῆ τῶν θεῶν, ὡς, κα- θάπερ ποσειδῶν, τῶν ἡδονῶν, νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγον κερταμῶν. Callimachus hoc idem sic. Ὡμοσεν, ἀλλὰ λέγῃσιν ἀλαβία, τὸς ἐν ἔρωτι Ὀρκοὺς μὴ δύνειν ἔατ' ἐς ἀγέλῃτων, quorum versuum hæc ferè sententia est, quantumuis iurent amantes deos id negligere, quia verum sit prouerbium, iusurandum, quod cõcipitur in amore, nõ peruenire ad aureis deorum.

I VRIS TIBI PEIERATI] iuris iuradi abs te violati. tibi pro, abs te, huic poetæ vsitatif- simum.

S E D T V S I M V L] simul vt, simulatque, vt sup. Od. 4. lib. 1. quòd simul mearis.

S I M V L O B L I G . P E R F I D . & c .] simulat- que caput tuum obstrinxisti votis ac promissis, iuris iurandi religione confirmatis: quæ tamen non ex soluis, neque præstas: simulatque per ca- put tuum iurasti, te amanti gratificaturum, neq; fidem liberas tamen, multo pulchrior, quàm an- teà existis. potest & ita accipi nomē, votis, vt po- situm sit, pro precibus. id est, ἄρῃς, execratio- nibus. vt Od. 28. lib. 1. precibus non linquar inulcis.

Q U A L E S S U N T , N E V I V A M : Εἰμὶ χέμοι εὐρέϊα θάων. mihi tellus ima debiscat: & pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Veteres autem caput, sacrum esse existimabant: cuius rei hæc argumeta sunt, quòd per caput iurare solebant, quòd sternuta- menta, quæ è capite ortum habent, bonis omni- nibus, & amicis appreciationibus prosequébā- tur, quòd affensiones, capitis nutu declarabant. vide Athen. lib. 2.

I V V E N Ū M Q V E P R O D I S] ita pulchra exoreris post periurium, vt te vnā iuuenes ex- petant: tui vnus amore flagrent: tu vnā, vel cer- tē tu in primis eos sollicites, ac maceres. nulla enim

enim

enim grauior cura est, quàm quæ ab amore pro- ficiscitur.

E X P E D I T, & c .] si verum est, vt res ipsa de- clarat esse verum, te periurij, & fraudibus for- mosiore effici: expedit, id est, vtile est tibi, & cuius alij, parētis sepultos fallere, neq; ea, quæ illis promissa sint, persolvere, neque, si per eorū manes iuraueris, iusurandum seruare. sic verbo expedit, vsus est Od. 16. lib. epod. Forte, quid expe- diat, communiter, aut melior pars, Malis carere quaritis laboribus: vt sæpe & M. Tull. Vno, & altero exemplo contenti sumus. epist. ad Rustum. lib. 5. quid rectum sit, apparet: quid expedit, obscurum est. & lib. 3. ad Seruium, si, quid recti situm sit, quærimus, perspicuum est: si, quid maxime expedit, obscurum.

M A T R . C I N . O P E R T .] id est, matrem mortuâ. sic in epist. ad Pison. de arte poet. vtrum Minxerit in patrios cineres. sic Virgil. dixit cinerem, & manes sepultos. Æncid. 4. Id cinerem, & manes cre- dis curare sepultos? natum ex veterum consuetu- dine, qui mortuorum corpora cremabant, cine- resque in vrnis cõseruabant. M. Tullius Verr. 3. cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus iniussisti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset commodum, condona- res? Idem ibid. obscurauit per fr atris sui mortui cinerē, & c . Idem 7. Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum: sed ex tua calamitate cineri, atque ossibus filij sui solitium vult aliquod reportare.

T A C I T V R N A N O C T I S S I G N A] cre- bra sunt hæc apud poetas, nocte silenti: silentia noctis. Virgil. Æn. lib. 7. Hæc responsa patris Fauni, moniti que silenti nocte datos, & c . ibid. Cesarum o- nium, sub nocte silenti Pellibus incubuit stratis. Tibull. lib. 1. Nota nouem Veneri nocte silenti dedi. Catull. ad Lesb. Aut, quàm sidera multa, cum tacet nox, Furtiuos hominum vident amores. Casar lib. 7. de bell. Gal- lic. tamen silentio noctis Cesar egressus. Lucret. lib. 4. Et sonitus audire, seuera silentia noctis vndique cum cõ- stant. neque ab his alienum est illud Od. 5. epod. Nox & Diana, quæ silentium regis. Nocturna cum fuit sacra, & c . aliud est autem silente nocte, aliud luna silente, vt docet Plin. lib. 28. cap. 7. nam silentium luna, interlunium intelligitur, id est, tempus id, quo luna non lucret. Virg. Æncid. lib. 2. tacita per amica silentia Luna.

G E L I D A Q V E D I V O S M O R T E C A - R E N T E I S] ἀδανάτας.

R I D E T H O C, & c .] Quinetiam ipse (vt ait Tibullus) periuria ridet amantum Iupiter, & ventos irrita ferre iubet. qua de re supra.

S E M P E R A R D . A C V E N S S A G .] de sagittis & arcu Cupidinis diximus ad Od. 27. lib. 1. nonnulla: ad quæ non me pigebit addere id, quod est apud Etripi. Iphig. in Aul. Vbi cho- rus ait, Cupidinem duos arcus intendere sole- re: vnum prosperum, & vitæ beatæ effectorem: alterum vitæ perturbatorem, & corruptorem. sic Eurip. ὅθι δὲ Δίδυμ' ἔρωτος, ἡευσκόμας Τόξ' ἐργάνεται χεῖρτων, Τὸ μὲν ἐπ' εὐαίρων πτόμω,

A Τὸς ἔθι συχρῶσι βιοτάς.

C O T E C R U E N T A .] cur cruenta? an pro- pter opus rei veneræ, quod cruentum est? se- men enim genitale cruor est, siue sanguis. non placet. an propter cædeis ex amore orienteis? quod verisimilius est.

S E R V I T V S C R E S C I T N O V A] crescūt noui amatores, qui tibi seruiunt, tuam perfidiâ, & impietatem non experti.

N E C P R I O R E S, & c .] neque veteres ta- men, quibus tui mores perspecti sunt, & cogni- ti, qui tuorum periuriorum testes sunt, in quos tu te sæuam, & immitem, & perfidiam præbui- sti, quamuis sæpe minati sint, se tibi seruire de- situros, à tuis adibus, ac foribus descedere queunt.

S A E P E M I N A T I] vt ille apud Terent. ex- clusit: reuocat: redeam? non, si me obsecret.

S V I S I V V E N C I S] suis filiis adolescen- tibus.

M I S E R A Q V E N V P E R, & c .] nouæ nu- ptæ te quoque metuunt, ne tua venustas, & oris pulchritudo, & fragrantia oculorum suos mari- tos efficiat in se tardiores, aut etiâ abs sese alienet. aura hoc loco, ducta translatione à ventis, qui nauem quò lubet, impellunt, oris nitorem, venustatem, elegantiam significat. Virg. ad auri splendorem trãtulit Æncid. sexto. Discolor vn- de auri per ramos aura resulsit. propriè dixit Lucr. lib. 2. cum primis quarere par est, Quo ad licet ac possis, reperire inolentis olim Naturam, nullam quæ mittat na- ribus auram.

AD VALGIUM.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Vt mortuum puerum aliquando flere desinat.

N O X semper imbres nubibus hi- spidos

Manant in agros, aut mare Caspium

Vexant inæquales procellæ

Vsque: nec Armenis in oris,

Amice Valgi, stat glacies iners

Menseis per omnes, aut Aquilonibus

Querceta Gargani laborant,

Et foliis viduantur orni.

Tu semper vrges flebilibus modis

*Mythen adenatum: * nec tibi vespero
Surgente decedunt amores,
Nec rapidum fugiente solem.
At non ter auo functus amabilem
Ploravit omneis Antilochum senex
Annos: nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiae sorores
Flevere semper. * desine mollium
Tandem querelatum: & potius noua
Cantemus Augusti tropaea
Caesaris, & rigidum * Niphaten,
Medumque flumen gentibus additum
Victis, minores voluere vorrices:
Intraque praescriptum * Gelonos
Exiguus equitare campis.*

HISPIDOS] horridos, deformeis propter hiemem.

MARE CASPIVM] quod est in Scythia. INAEQUALIS PROCELLAE.] quae mare (quod sua sponte tranquillum, atque aequale est, unde aequor appellatur) inaequale reddunt. Nam mare nulla ventorum vi agitur, nullis procellis concitatum, aequale est: tempestate autem coorta, & procellis excitatis, tum fit inaequale. M. Tull. de natura deorum, lib. 3. haec quattuor coniungit, imbreis, nimbo, procellas, turbines. sic & Philippica 5. haec causa, cur lex tam praecleara, maximo imbrī, tempestate, ventis, procellis, turbibus, inter fulmina, & tonitrua ferretur?

GLACIES INER S.] quae & fluuios, & agros, inertes quodammodo efficit, illos ad navigationem inceptos: hos steriles & incultos. aliter terram inertem nominat Od. 4. lib. 3.

QVERCETA GARGANI] Garganus mons Apuliae, seu Iapygiae. Idē epist. ad August. Garganum mugire putei nemus, aut mare Tuscum. Virgil lib. 11. Aeneid. Illo urbem Argyrippam patria cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygiae agris.

VIDVANTVR.] spoliatur. vide annot. ad illum locum viduus pharetra, Od. 10. lib. 1.

ORNII] sup. Od. 9. lib. 1. Nec veteres agitantur omni.

VRGES FLEBILIB. MOD.] insequeris carminibus ad flendum accommodatis, seu potius ad flendum prouocantibus. sic M. Tull. Tuscul. quaest. 1. Haec cum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinnuntur, &c. aliter sup. Od. 2. 4. lib. 1. Multis ille bonis flebilis occidit. valet enim illo loco, deffendus, deplorandus, vt diximus. dicimus autem Latine, vrgere opus, vrgere forum pro eo, quod est, assidue in opere, & in foro versari: sic dictum hoc loco ab

Horatio vrges flebilibus modis Mythen, puerum tibi creptum, pro eo, quod est, Mythen mortum assidue deploras, ac desles. in cod. Donati scriptum est vrgues, vt saepe alibi.

NEC TIBI VESP. SVRG. DECED. AM. NEC RAP. FVG.] id est, nec vesperi, nec mane. sic Virgil lib. 4. Georg. Te dulcis coenae, te solo in littore secum, Te veniente die, te decedente canebat. sic Cinna, Te Matutinus stentem conspexit Eous, et stentem vidit paulo post Hesperus idem: ex Seruio. quos versus mihi indicauit Passeratius. Stella Veneris eos Phoros, seu Phosphoros à Graecis, Lucifer à Latinis appellatur, cum solem antegreditur orientem: eadem Hesperos, id est, vesperus dicitur, cum solem occidētem subsequitur, quam isidorus hēliō, τὸς ἑσπέρης, ait esse Plato in Timaeo, id est, cursum conficere Solis celeritatis parem: idēque de Mercurio: sed eos vim quandam adeptos esse Soli contrariam: ex quo fieri, vt hi tres, Lucifer, Sol, Mercurius sua cōuersione alij alios superent, vicissimque superentur.

AT NON TER AVO FVNCT.] Nestorem significat: de quo sic M. Tull. in Catone maiore: Pidesisue, vt apud Hom. Sapiēsimē Nestor de virtutibus suis praedicit? tertiam enim iam aetatem hominum uiuebat, &c. quae sunt ex Homero sumpta Iliad. a. τὸ δ' ἦδη δύο μὲν γυνεῶν μερόπων ανθρώπων Εφθιάθ', οἱ οἱ παρ' ἑὸν ἄμα πράφει, ἦδ' ἐγένοντο Εν Πύλῳ ἠγαθῶν, μετὰ δὲ πρῆτα τοισιν ἄμασεν. Sciendum est autem, aetatis appellatione annos triginta intelligi, vt hoc dicat ἐν παρόδῳ, quod declarat locus apud Plutarch. in Catone maiore, vbi tradit, illum sex, & octoginta annos natum in iudicium adductum fuisse, atque hanc nominis delationem propemodū fuisse quinquagesimam: quattuor autem annis post, nempe annos nonaginta natum, Ser. Galbam accitasse. ex quo dici posse Catonem, vt Nestorem, ad treis hominum aetates & vita, & rebus gestis peruenisse. Verba Plutarchi sunt haec: Σαρδία Γάλα κρηνηρρησεν ἐγγονησονται γεροντὸς ἔτη, Κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, ἐς πενηντὴν τῶ βίῳ, ἢ τῶν παρ' ἑὸν κρηνηρρῆν. cum Plutarcho congruit T. Lilius lib. 39. annal. his verbis: Qui (Catonem describit) sextum ἔσ' ὀσσεσῖμου annum agens causam dixerit, ipse pro se orauerit, scripseritque: nonagesimo anno Ser. Galbam ad populi iudicium adduxerit. Quod item ex Dionys. Halicar. probari potest. Herodotus autem in Euterpe, aetatem treis & triginta annos vult continere, his verbis: Καὶ τοὶ πενηντῶν μὲν ἀνδρῶν γυνεῶν δ' ἑξήκοντα μύρια ἔσται. γυνεῶν γὰρ πρὸς ἀνδρῶν ἕξῃστον ἔσται. ἔσ' id est, atqui trecenta hominum aetates, annorum decem millia valent. nam tres aetates hominum, centum anni sunt.

AMABILEM] ἀγαπητὸν, τηλὺστον, vel natum minimum, vel in extrema senectute natum, & ita carissimum: vel dic vnicum, ceteris exstinctis, ac de medio sublatis.

ANTILOCHEM] Hom. in Iliade, mortem Antilochi

Antilochi non narrat, quemadmodum neque Achilles. tantummodo ὀδυσ. γ. Nestor Telemacho de parte Vlyssē percunctanti, filium suum Antilochum inter eos, qui ad Troiam occubuerint, numerat his verbis, Εἴθε μὲν Αἴας καὶ τὰ Αρπίος, ἐνθάδ' Ἀχιλλεύς, ἐνθάδ' ἕμιος φίλος υἱὸς ἄμα κρατερὸς, ἢ ἀμύμων Ἀντίλοχος, & ὀδυσ. δ. à Memnone interfectum esse ait. Τὸν ῥ' ἦοις ἔκτεψε φαιωνῆς ἀγλαδὸς υἱός, iam verò Pindarus Πυθ. εἰδ. γ. scribit, Antilochum, dum patrem seruare cupit, Memnonisque vim, atque impetum sustinet, ab eo caesum esse, de pietate in parenteis loquens: ἐγένετο ἢ παρ' ἑστῆρον Ἀντίλοχος βιατὰς, νόημα τὸτο φέρων, ὅς ᾤφειθ' ἴτο πατὸς σαρμύροτον ἀμύμων πρῶτα φρον Διθιόπων Μένονα. Νέστωρον γὰρ ἴππος ἄρμ' ἐπίδα Πάελος ἐκ Βελιῶν δαίρηθ' εἰδ. ἔφευτε κράταον ἔγγυος. Μεσσηνίης δὲ γέροντος δοναθείσα φρὶν βόασε πάδα ὄν. Χαμυπατῆς δ' ἄρ' ἔπεσε ὄσκα ἀπερρίψεν αὐτῶ. Μένων δ' ὁ θεῖος ἐνὶ πρῶτα ἴθ' θανάτῳ χαμύδων πατρός, &c. id est, Fuit & antea Antilochus violentus ac fortis, hac mente praeditus, qui pro patre mortem oppetuit, cum virorum interfectorem ac spoliatorem sustinuisset duce[m] Aethiopum Memnonem. Nestoris enim currum equus impediēbat ac morabatur, Paridis telis vulneratus. Ille autem hastam validam gestabat. Senex porò Messenius conturbatus, filium euocauit. Vocem autem inanem non misit, neque sermonem inutilem habuit: sed manens ille, planē diuinus vir, salutem patris à se recuperatam morte sua redemit.

NEC IMPVB. PAREN. TROILON.] Troilus Priami filius, de quo Virg. Aeneid. 1. Infelix puer, atque impar congressus Achilles. & M. Tull. Tusculan. 1. Quamquam non malē ait Callimachus, multo sapius lacrymasse Priamum, quam Troilum.

DESINE MOLLIVM, &c.] omittre querelas muliebres, virumque minime decentis. Graecorum more autem locutus est, vt solet. illi enim cum verbo λήρω, quod valet, desinere ac finem facere, patrium casum itungunt. Eurip. in Hippoly. Ἀληθὲ μὲν κρηῶν φρεῶν. Idem Phoeniss. Ἐξελθ' ἀκίστον Οἰδίπυ κρηῶν δάμαρ Ἀλέσ' ὀδυμυθῶ πειθίμων τε δακρύων. Theocrit. eἰδ. a. Ἀληγετε βασιλοκίας, Μάσσι ἴτε, λήγετ' ἀοιδίας. Heliod. ἔργ. γ. ημ. φύλλα δ' ἔραξ' ἔχει, πῶροθι τε λήγει Ἰλν. Homer. Iliad. a. Ἀλλ' ἄγε, λήγ' ἔλεδος, μὲν δὲ ἔξίφος ἔλκεε χυεῖ. id est, Verum age, fac finem contentionis, neq; enscm manu ē vagina extrahē.

ET RIGID. NIPH. MEDUMQVE, &c.] hunc locum sic explico. & cantemus haec, vide licet Niphaten Armeniae, & Medum Mediae fluuios, quasi victos cum Armeniis & Medis, acceptaque cladis sensu, ac dolore affectos, angustius, ac lenius fluere. Est autem Medus proprium fluuij nomen, non Araxes, aut Tigris, aut Euphrates, vt alij arbitrantur, intelligendus: idque ex Strabonē cognoscere licet lib. 15. vbi

commemorat, quos fluuios traiecerit Alexander Magnus, cum Persidem peragraret, ferrōq; vastaret. eius verba sunt haec, πρὸς αὐτῶ δὲ Περσέπολιν τὸν Ἀρξέλιον διέσκη. καὶ δὲ ἡ Περσέπολις ἔχουσα βασιλεία Σικωροπῆ, ἢ μαλιναίη πολυτελεία τῶν κειμένων, πρὸ δ' ὁ Ἀρξέλιος ἐκ τῶν παρατάων συμβάλλει δ' ἐς αὐτῶ ὁ Μήδος ἐκ Μιδείας ὀρμηθεῖς, &c. id est. Ad ipsam autem Persēpolim transit Araxem. Habebat porò Persēpolis basilicas magnificas & praeclearas, maximēque excellēbat sumtu & pretio rerum in ea re conditarum. Fluit autem Araxes ex Parētacis. influit autem in eum Medus ē Medea ortus. Neque verò est, quodd quisquam miretur, Horatium ita locutum esse Medum flumen, si Medus proprium fluuij nomen est. Nam sic eum reperimus duobus locis esse locutum, vno lib. 4. Od. 4. Quid debeas ὁ Roma Neronibus, Testis Metawm flumen: altero in epist. ad Pison. Aut flumen Rhenum, aut pluuus describitur arcus. licet & addere tertium, qui est sup. Od. 6. huius libr. Dulce pellit in ouibus Calesum flumen. sic enim scriptum est in quibusdam libris calamo exaratis. Atqui Metaurus, Rhemus, Galefus, propria sunt fluuiorum nomina.

VOLVBERE] κελύιδεω, sic enim Homer. ἰλ. λ. το δὲ κύμα κελύιδεω.

INTRAQVE PRAESCR. GEL. &c.] & cantemus hoc, nempe Gelonos intra finis angustiores, & à victoribus praescriptos acquirere. sunt autem Geloni Scythiae Europae populi.

AD LICINIVM.

Od. 10.

ARGVMENTVM.

Retinendam esse mediocritatem, & animi in vtraque fortuna, aequabilitatem.

RECTIVS viues Licini, neque altum
Semper vrgendo: neq; dum procellas
Cantus horrescis, nimium premendo
Littus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsolei
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius aula.

Sapius ventis agitur ingens

Pinus: & celsa*graniore casu
Decidunt turres: feriuntque summos
Fulmina montes.

Sperat*infestis,metuit secundis
Alteram sortem bene*præparatum
Pectus.*informeis hiemes reducit
Jupiter: idem

Summonet. non si malè nunc, & olim
Sicerit.*quondam cithara tacentem
Suscitât Musam,*neque semper arcum
Tendit Apollo.

Rebus angustis animosus, atque
Fortis appare. sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

NEQUE ALTVM SEMP. VRG.] id est,
neque semper in alto mari nauigando. virgere
enim est assidue persequi, occupare, premere, vt
diximus ad Od. 2. lib. 1. Od. 2. 4. eiusd. Ergo Quin-
tilium perpetuus sopor Virget? Od. 17. epod. Virget die
nox, & dies noctem.

HORRESCIS] reformidas, fugis, perti-
mescis.

NIMIVM PREMENDO] nimium vrgē-
do, nimium insultando.

LITTVS INIQUVM] iniquum, vel ina-
quale accipe, id est, curuum, & flexuosum: vel
nauibus iniquum, id est, inimicum, atque infe-
stum, vt epist. ad Pison. Sen cursum mutauit iniqui
frugibus annis.

AVREAM] omnibus rebus anteponebam:
maximi pretij sic Pindarus ἄργυρον, χρυσὸν ap-
pellat, id est, vt Græci interpretantur, τιμὴν. Idē
Pindarus Pyth. ἄδ. a. ait, se. cum intelligat me-
diocresis ciuium fortunas diutius florere, stabili-
oresque permanere, tyrannidum sortem, &
exitum detestari. τῆς γὰρ ἀπὸ πτόλιν εὐλοκων
τοῦ μέγα μακροτέρω σου ὄλεσθαι τεθαλότα μέμ-
φοι ἄσσαν τυραννίδων.

INVIDENDA] nimis magnificè, & sum-
tuosè ædificata. sic enim dicimus opes inuidio-
sas, & inuidiosam potētiam, propterea quòd in-
uidia cadit in ea, quæ maximè excellunt, si mo-
dò sint eiusdem generis, vt diximus sup. ad Od.
6. huius lib. sic Od. 1. lib. 3. postea inuidendos dicit,
nimis sumtuosos. Græci, domum sumtuosam, &
magnificè ædificatam, & ita inuidiosam, μέγα-
ρον, à verbo μεγαρῶν, quod valet inuideo vel à
μέγα ἄρῳ, id est magnum attollo.

FERIUNTQUE SVMMOS FVLMI-
NA MONTEIS] sic Lucret. lib. 6. de fulmine.
Atque cur plerumque petit loca, plurimæque huius

A Montibus in summis vestigia cernimus ignis? & lib. 5.
Inuidia quoniam, cui fulmine, summa vaporant Ple-
rumque, & que sunt aliis magis edita cumque. in om-
nibus ferè libris manuscripti, duob. Vatic. Tor-
nes. Nicotianis, Russardinis, Cleric. fulgura le-
gitur. Atque ita cenfeo reponendum, quâquam
lectio vulgata ferri potest. à fulgure autem dictū
fulguritum, quod est fulmine ictum: qui locus (in-
quit Festus) statim fieri putabatur religiosus, quòd eū
sibi Deus dicasse videretur.

[SPERAT INFESTIS, MET.] Cum ea
sit fortunæ mobilitas, inconstantia, & varietas,
vt nunquam eodem vultu, statūque maneat,
semper voluatur, & circumagatur, non est ho-
mini, neque in rebus secundis, nimis confiden-
dum, neque in aduersis, desperandum. Diodor.
Sicul.]

B ALTERAM SORTEM] alteram vitæ cō-
ditionem.

BENE PRÆPARATVM PECTVS]
animus bene institutus, & ad omnem euentum
præmunitus.

INFORMEIS HIEMES] informeis hie-
mes dixit ab effectu, quia terram informem effi-
ciunt. Virg. Georg. 3. sed iacet aggeribus niuis infor-
mis, & alto terra gelu.

SVMMO VET] Od. 16. eiusd. lib. Non enim
Gale, neque consularis Summonet lictor miseros tumult-
us Mæris & Saty. 9. lib. 1. dispeream ni summesses
omneis.

OLIM] post hæc. vt Sat. 5. lib. 2. Magna, minor-
ve fora si res certabitur olim.

QVONDAM] interdum.

NEQUE SEMPER ARCV M TEN-
DIT] id est, non semper hominibus pestem ten-
dit: non semper iratus est. Homer. ἰ. ἰδ. a. ὁ
γὰρ βασιλῆι χλωθεῖς Νῆστον ἀπὸ τραπὸν ὄρσε
χακλῶν, δλεῖλοντο δὲ λαοί. Nam etiam Festus tra-
dit Apollinem Peana dictum ἀπὸ τῆς πῶαν,
quod valet ferire, quòd eum sagittarū ictu no-
cere putabant. Vt igitur arcus Apollinis intētus
significat, eum esse iratum: sic remissus, propitiū
& placatum. huc pertinet illud carmine sæcul.
post epod. Condito lenis, placidūque telo, &c. lege
quæ annotata sunt sup. ad Od. 21. lib. 1.

REBUS ANGVST. ANIM. &c.] in re-
bus tenuibus, humilīq; & aduersa fortuna, for-
tem oportet animum præstare: in secundis, ani-
mum contragere, & summittere. nihil hac sen-
tentia tritius, nihil eadem virgilius. eam sic expri-
mit Isocrates ad Demonic. Νόμιζε μηδὲν εἶναι
τῆς ἀνθρωπίνων βέβαιον. ἔτι γὰρ ἔτ' εὐτυχῶν,
ἐστὶν ἀειχρήνης ἕτε δυστυχῶν, ἀειλύπτος. id est,
Existima nullam esse rerum humanarum, stabili-
lem ac firmam. sic enim neq; rebus secundis læ-
titia effere: neque aduersis, maxore contabe-
sces. Theogn. autē hoc modo, Μηδὲ ἄγαν χαλε-
πῶσιν ἀπὸ φρένας, μηδὲ ἀγαθοῖσι Χάρι, ἐπεὶ ἐστ'
ἀνδρὸς πάντα φέρεν ἀγαθῶν. Neq; rebus diffici-
libus & asperis animum tuum nimis excrecia,
neque

neque bonis nimium latere. Est enim viri boni
omnia ferre. Idem, Μητε χακοῖσι νοσῶν λυποῦ
φρένα, μητ' ἀγαθοῖσι Τερφθῆς ἕσταπῆναι, ἀπὸ τῆ-
λος ἀκρον id est, neque malis fractus men-
tem tuam macera, neque bonis nimium citò
latere prius quàm euentum vltimum videris.

CONTRAHES VENTO NIMIVM
S E C.] sic habent omnes nostri libri veteres, &
item vulgati. Quòd autem quidam testantur se
scriptum reperisse in vno vetere, contines: nō pla-
cet. Nam nullo modo neque hæc scriptura, neq;
contine, vt emendant, ferri potest. dicimus enim
Latinè contrahere vela, non continere.

AD Q. HIRPINVM.
Od. II.

ARGVMENTVM.

Omissis curis, iucundè viuendum esse.

Q Vid bellicosus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet, Adria
* Diuisus obiecto, remittas
Querere: nec* trepides in usum
Poscentis aui pauca, fugit retro
Læuis Iuventas, & decor, arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilemque somnum.
Non semper idem floribus est honos
Vernis: neque vno Luna rubens nitet
Vultu, quid* æternis minorem
Consiliis animum fatigas?
Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu iacentes* sic temerè, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo,
Potamus vncti? dissipat* Euius
Curas edaceis, quis puer ocynus
* Restinguet ardentis Falerni
Pocula* prætereunte lympha?
Quis* deuium scortum eliciet domo
Lyden? eburna, dic, age, cum lura
* Maturret incomitum Lacæne
More comam religata nodum.

CANTABER] sup. Ode 6. Cantabrum indo-
Ettinga ferre nostra. Cantabri ab Agrippa deu-
Et epist. ad Iccium lib. 1. Cantaber Agrippa, Clau-

di virtute Noronis Armenius cecidit. & Od. 9. lib. 3.
Cantaber sera domitus catena.

REMITTAS QVÆRERE] omittas quæ-
rere, seu potius, remissius quæras.

NEC TREPIDES IN VSVM PO-
SCENTIS] nec labores, nève sollicitus & an-
xius sis in vsu, id est, propter vsu vitæ: quæ
cùm brevis sit, pauca desiderat, bonorūq; me-
diocritate cõtenta est. tale est illud Od. 29. lib.
3. Rideique, si mortalis vltra Fas trepidat.

FVGIT RETRO] quia iuuenes fiunt se-
nes: meliores anni abeunt: subeunt curæ, cani,
rugæ, morbi, senectus.

LÆVIS IUVENTAS] imberbis, vt epist.
ad Pisones, Imberbis iuuenis tandem custode remoto
Gaudet equis. de Iuuentate iuuentæ dea, diximus
ad Od. 30. lib. 1.

DECOR] forma, pulchritudo.
ARIDA CANITIE] epithetum accom-
modatissimum. canities enim ex siccitate nasci-
tur, vt docet Aristot. Præterea senectus arida est,
& senes aridi. At per canitiem, significatur se-
nectus. Horat. Ode 9. lib. 1. Donec virentis canities
abeit Morosa.

PELLENTE LASCIVOS AMORES,
&c.] senectus & ad amores inepta est, & insom-
nia, vigilis que maximè vexatur, & cõsistatur.

FACILEM QVE SOMNVM] eodem epi-
theto vsus est lib. 3. Ode 21. siue geris iocos, seu fa-
cilem pia testa somnum. alibi leuis somnos appel-
lat, vt infra Ode 16. Nec leuis somnos timor, aut
Cupido sordibus aufert. eundem autem significari

puto, quem Theocr. γλυκερον, ἡδὴ ἐγρηγορον no-
minat: contra χαλκρον & νηγερον Homerus
mortem appellat: id est, somnum, è quo nemo
expergiscitur. idē interdū valet ὑδριος ὑπνος.
sed sapius pro suauī & longo, & alto, & tran-
quillo somno ponitur, vt & νηγερον.

NEQUE VNO LVNA RVB. NITET]
Nam (vt est Oda 18. huius libri) Truditur dies die,
Novaque pergunt int erire Luna. rubens autem hoc
loco est epithetum ad commendationem nito-
ris Lunæ pertinens, idem valet apud Propertiū
lib. 1. verbum, ruberet. Et mediū calo luna ruberet
aquis. ne quis fortè ruborem hīc accipiat, quem-
admodum Virg. vsurpat Georg. 1. At si virgineū
suffuderit ore ruborem, ventus erit: vento semper rubet
aurea Phæbe, varij autem sunt lunæ vultus, variæ
figuræ: vide annot. ad Oden 2. lib. 4. ibi: Fronte
curuatos imitatus igneis.

QVID ÆTERN. MIN. &c.] quid tu ani-
mum cogitationibus longissimis, ac pane dicā,
sempiternis, id est, quæ ad longissimi temporis
curam pertinent, conficis, quibus par esse ne-
queat? animi enim nostri cogitationes debent
breuissimo tempore terminari, cū vitæ nostræ
spatium angustissimis finibus circumscribatur.
Hæc autem loquor ex Horatij sentētia, cui ani-
morum immortalitas nō probatur, eodem per-
tinet sententia illa, quam profert Arist. lib. 2. de

arte dicendi, incerto auctore. Ογα τοδ...
... mortalia oportet mortalem, non immortalia mortalem...

VEL PLATANO, VEL HAC PINV]
platanus & pinus arbores sunt ad umbrā prae-

TEMERE]
... ut fors tulcrit: membris non ordine, aut arte compositis, sed ita, vt...

ET ROSA CANOS ODORATI CA-
PILLI. Id est, odoratis capillis. nam sic loquuntur...

ASSYRIAEQUE NAR. POT. VNCTI]
vncti oleo, seu vnguento nardino. sup. Ode. 7.

DVM LICET] vt supra Ode 3. Dum res, &
... & Ode 17. lib. 3. dum potes, aridum compone lignum.

DISSIPAT EVIVS] Anacreon, Σκεδν
... vide sup. Ode 7. lib. 1. nunc vi-

CVRAS EDACEIS] Hesiod. γυκοροος
... vide annot. ad Od. 18. lib. 1.

PRÆTEREVNTE LYMPHA?] aqua è
riuo, aut fluuio potius petita: aqua profluente: sic...

DEVI] quod non prostat in via publica,

cuius dom' a via publica remota est, & ita quod
minus est vulgare, minùque omnium libidini...

DIC AGE CVM LYRA, &c.] licet qui-
dem hunc locum sic explicare: dic age, ò puer,
Lyda, muret cū lyra venire, coma religata in...

AD MÆ-

AD MÆCENATEM.

Od. 12.

ARGVMENTVM.

Res graues & tragicas lyricis versibus nō coti-
uenire: soluta autē oratione, res gestas Au-
gusti, Mæcenatem ipsum perscriptutum: sc-

* Nolis longa fera bella Numantia,
Nec dirum Annibalem, nec
Siculum mare

Pæno purpureum sanguine, mollibus
Aptari citharæ modis:

* Nec sauos Lapithas, & nimium mero

* Hyleū, domitiosque Herculea manu

* Telluris iuuenes, vnde periculum

Fulgens contremuit domus

Saturni veteris: tuque pedestribus

Dices historiis prælia Caesaris

Mæcenas melius, ductaque per vias

Regum colla minacium.

Me dulcis domina Musa * Lycymnia

Cantus, me voluit dicere * lucidum

Fulgentis oculos, & bene mutuis

Fidum pectus amoribus:

* Quam nec ferre pedem dedecuit Ehoris:

Nec certare ioco, nec dare brachia

Ludentem nitidis virginibus, sacro

Diana celebris die.

Num tu, quæ tenuit diues Aethemes,

Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes,

Permutare velis crine Lycymnia,

Plenas aut Arabum domos:

Cum fragrantia detorquet ad oscula

Ceruicem: aut facili seuitia negat?

* Quæ poscente magis gaudeat eripi:

Interdum rapere occupet.

NOLIS LONGA] Tale ferè argumentum
est ode sexte lib. 1. Scribèris Varro fortis, & hostiū
Victor Meonij, &c. significat, res grauiore & bel-

NVMANTIÆ] quam deleuit Scipio Afri-
canus anno post Karthaginem euersam decimo
quarto, de quibus sic M. Tull. Offic. 1. Maiores no-

stri Karthaginē, Numantiāq; funditus sustulerūt, &c.
A NEC DIRVM ANNIB.] nonnulli codi-
ces habent dirum, quos non sum secutus, nam &

NBC SICVLM MARE] primus Cn.
Duilius cos. Pænorū classē deuicit, primūq;
omnium Rom. victoriæ naualis triūphum egit.

NIMIVM MERO] intemperanter & im-
moderatè se vino inuitantem. sic sup. rixas immo-
dicas mero appellauit, ex immodico vini potu na-

HYLEVM] vnum è Centauris.

TELLVRIS IUVENES] γυγονεις, terre fi-
lios, Gigantes, quos ope & subidio Herculis
& Bacchi superatos esse annotabimus ad Oden

PEDESTRIBVS] soluta & profla oratio-
ne scriptis. sic Græci πεδον λόγον nominant. Pla-
to in sophista: πεδον τε αδει εραστοτε λεγων, και με-

DVCTAQVE PER VIAS] ducta in triū-
dphum.
MINACIVM] liber Donati & Vrsini ha-
bent minantium: at Faër. duo Vaticani, & Torn.

DVLCEIS MOD.] dulcis cantus, vt Ode
9. lib. 3. dulcis docta modos. & ita scriptum est in

DOMINÆ] amica tua. solēbat enim aman-
tes, amicas suas, dominas appellare. Tibul. eleg.
5. lib. 1. sepe aliam tenui, sed iam cum gaudia adirem,

Admonuit domina, deseruitque Venus. Idem nomē
& vxoribus tribuebāt. Ouid. lib. 3. de tristibus:

1 ij

Nuntiet huc aliquis dominam venisse, resurgam. Virgil. lib. 6. Aeneid. Et dominam Diis thalamo deducere adorti.

Lycymnia] Licinnia habet liber Donati, ut & vulgati. at Faern. & Tornel. Lycimnia: alij Lycymnia, quos sequor.

LUCIDUM FVLGENTEIS OCVLVS] lucidum fulgentis, ex illo genere est, quod supra annotauimus ad Oden 22. lib. 1. ibi, Dulce videt.

QVAM NEC FERRE PED. DEDEC.] non dedecuit inferre pedem in choros: non dedecuit saltare. non dedecuit autem, quia nec extra numerum mouetur, & puella est eximia forma. dedeceret, si anus esset, qualis Chlorida describit Ode 15. lib. 3. qua hortatur, ut ad moriendum vicina, ludere inter virgines, Et stellis nebulam spargere candidis desinat.

SACRO DIANA] die festo Dianae, qui colitur a virginibus.

NUM TU, QVA TENVIT] num tu velis, quicquid vniquam possedit Achamenes Persarum rex, aut Mygdonis opes, aut Arabum domos, omnium reru copia instruitas ac refertas, crine Lycymnia redimere? Num tu Persaru gazas, aut Phrygiae opes, aut Arabum thesauros mereri velis, ut Lycymnia complexibus & osculis careas: de verbo mutandi, vide quae annotauimus ad Od. 16. lib. 1.

ACHAMENES] Plato in Alcibiade a. scribit Persarum reges ab Achamene originem ducere, oi Περων βασιλεις Αχαιιδης ο υεροιοι.

AVT PINGVIS PHRYGIAE MYGDONIA] Sic omnes quidem habent libri & vulg. & manuscr. Sed Seruius ad illum Virg. versum Aeneid. 2. Troianas ut opes, &c. hunc locum proferes, sic videtur legisse, Aut pinguis Phrygia, aut Mygdonia op. Ego tamen nihil mutandum censeo. Scribit enim Stephanus, Μυγδονια ποιεα Μακεδονιας, η ετερα Φρυγιας η μεγαλης Σποδης Μυγδονος, id est, Mygdonia, pars Macedoniae, & alter Phrygiae eius, quae magna est, a Mygdone, seu Mygdono Thraece. infra Od. 17. lib. 3. Quam si Mygdonis regnum Haliaticis Campis continuem.

DVM FRAGRANTIA] fragrantia quidem scriptum est in quattuor codicibus manu scriptis: sed fragrantia excudendum curavi, partim ratione adductus, partim quod in vno cod. ascriptum reperi, aliis fragrantia: in vno ad oram libri annotatum, id est, beneolentia. Catull. cubile seruis, & syrio fragrans olivo. Fragrantia tamen non damno, quod valet, ardentia.

AVT FACILI SAEV. NEG.] saevitia simulata: quod simile est, ac si diceret, facili difficultate, ut declarant ea verba, quae deinceps sequuntur: Quae poscente magis gaudeat eripi, id est, quae oscula puellae erepta maiore voluptate cari afficiant, quam cum ipsum, qui poscit atque eripit, videlicet amantem. Ostendit autem artem, astutiumque puellarum, quae sepe numero dissimulant id se cupere, quod vehementer exo-

ptant: quod quidem faciunt, vel ut desiderium amantium magis exacuant, atque incendunt: vel pudore deterrita. Quemadmodum autem Horat. hic dixit eripere osculum, sic Catull. surripere suauium. Sic ille ad Iuuenicum: surripui tibi, dum ludis, mellite iuuenici, suauiolum dulci dulcius ambrosia.

INTERDVM RAP. OCC.] interdum anteuertat, & prior osculetur.

IN ARBOREM, CUIVS casu in agro Sabino paene oppressus est.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

Numquam homini satis exploratum esse, quid vitare debeat. Sapphonis & Alcaei laudes.

ILLE & nefasto te posuit die, Quicumque primum, & sacrilega manu

Produxit arbos, in nepotum Perniciem, opprobriumque pagi.

Illum & parentis crediderim sui Fregisse ceruicem, & penetralia

Sparsisse nocturno cruore Hospitis: ille venena Colchi-

Ca, & quicquid usquam concipitur nefas Tractauit, agro qui statuit meo

Te, triste lignum, te caducum In domini caput immerentis.

Quid quisque vitet, nunquam homini satis Cautum est in horas. nauita Bosporu

Poenus perhorrescit, neque ultra Caeca timet aliunde fata.

Miles sagittas, & celerem fugam Parthi: catenas Parthus, & Italum

Robur, sed improuisa lethi Vis rapuit, rapietque gentis.

Quam paene furuae regna Proserpinae, Et indicantem vidimus Aecum, Sedesque descriptas piorum, &

Aeolis

Aeoliis fidibus querentem Sappho puellis de popularibus? Et te sonantem plenius aureo, Alcae, plectro dura nauis, Dura fuga mala, dura belli? Virumque sacro digna silentio Mirantur umbra dicere: sed magis Pugnas, & exactos tyrannos Densum humeris bibit aure vulgus. Quid mirum, ubi illis carminibus stupens Demittit atras bellua centiceps Aureis? & intorti capillis Eumenidum recreantur angues? Quin & Prometheus, & Pelopis parens Dulci, labore decipitur, sono: Nec curat Orion leones, Aut timido s agitare lyncas.

NEFASTO DIE] Σποφεδι ημερα dies nefastus, infelix, infaustus, ad omnes res gerendas ineptus habebatur. quin nec eo die lege agere licebat, quod declarat vulgatiissimus ille Ouidij versus, Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. tria verba sunt do, dico, addico quae sunt pretoris. eius enim est actionem & iudicium dare: ius dicere: rem, de qua cotrouersa est, addicere, aut possessione alteri ex litigatoribus dare. Plutarchus in Camillo scribit, ab Heraclito recte reprehensum esse Hesiodu, quod alios dies fastos, alios infaustos, & infelices itauerit, tanquam ignorans vnam dierum omnium esse naturam: his verbis, ορθως Ηεσυχαιτος επεπληξεν Ησιοδω πας μηδ αγαθας ποιημενος, πας δε φασλας ημερας, ως αγνοουσι φυσιν ημερας μιν & σαν. hanc arborem autem, quam dicit die nefasto esse satam, iterum commemorat ode 17. Me truncus illar'us cerebro sustulerat, &c.

SACRILEGA MANU] impia. PRODUXIT IN NEP. &c.] producere est, vel in longum tempus, vel foras, & in locum publicu ac propatulu ducere. sic dicimus producere conuiuui in multam noctem, & producere testes. sic hoc loco in nepot. pernicio. &c. productam arborem intellige arborem satatione & cultura e terra prolatam & propagata in posterorum perniciem, & totius vici infamiam.

FREGISSE CERV.] frangere ceruices apud M. Tullium vsitatum: ut orat. in Vatin. Fregisse ceruices in carcere illi ipsi Vercis, ne quod indicium corrupti iudicij extaret. Horat. autem infra Od. 3. Epod. impia manu senile guttur fregit.

BT PENETRALIA SPARS.] id est, &

in intima aediu parte noctu hospite interfecisse. VENENA COLCHICA] venena presentissima, venena venenis Medae, quae venefica fuit nobilissima, potentiora. Ode 17. epod. Cales venenis officina Colchicis. Admonendi autem sunt adolecetes, tertiam syllabam nominis Colchica, pertinere ad principium versus consequentis. est enim hic versus hypermeter. Sed tamen non dissimulabo, me in aliquot lib. manuscriptis, vno Ruffardino, & duobus Nicotianis, & nonnullis aliis reperisse scriptum, ille venena Cholca. quae scriptura non est fortasse reicienda: immo verum, ut Horatio vsitata, recepta anteposenda. talia enim sunt illa Od. 22. lib. 1. Mauris iaculis: & Ode 12. lib. 4. sulphur horreus: & epist. 12. lib. 1. steritium acumen, & similia.

CADVCVM] telignum, quod incidisti in meum caput.

IMMERENTIS] qui nihil commerueram, quia obrem in caput meum irueres. Od. 6. Epod. immerentis hospites, & 7. immerentis Remi sacer ne potibus cruor.

QVID QVISQUE VITET, &c.] In duob. cod. calamo exaratis, innotet. & Faern. scriptu est, Quod quisque vitet, &c. de qua scriptura lector eruditus iudicabit. Degreditur ad sententiam generalem & vniuersam neminem sibi in posteru ita cauere posse, ut non improviso genere mortis extinguatur: quae & Pindarus posuit Olymp. eid. C. Ητοι βροτ' ης κερταται περας οπι θαλασς, ουδ' ασχημιον αμεραν οπότε παυδ' αλιου απειρει ουδ αγαθω τελωτησιν ουδ. id est, nullus mortalium certus constitutus est mortis terminus: & incertum est quado quietum, & presentem diem, solis filium, stabili cum bono finituri simus.

BOSPORVM] Thracium, Ponti fretum, in quo est Byzantium. Bosporum autem, non Bosporum imprimendum curavi, quod Graeci βοσπορον dicunt, a nominibus βοις & πορος, non βοσπορον. Praeterea in libro Faerni, Bosporum scriptu reperi, & vno Vatic. De Bosporo sic interpretes Apollon. lib. 2. αρροναυτ. βοσπορος ονομαζεται αλα το δουειν τλω ια βειν & (αυ αλα πορευεσ) το εσο βοζαυτης η Καλχιδονος αλα σθημα, &c. η αλα το παντας της γης πορθωδς, βοσπορος καλεισθαι. reliqua vide suo loco. id est, Bosporus nominatur propterea quia Io cum vacca esset, videatur spatium illud, quod est inter Byzantium & Chalcedonem, transiisse, &c. aut propterea quod omnia angusta freta, Bospori appellantur.

NEQUE ULTRA CAECA TIMET] neque ab alio periculo sibi metuit, quam a Bosporo. Caeca autem sunt, quorum causa ignoratur. Praeterea animaduerte hic poni tribrachyn pro dactylo: met ali, ut saepe alias.

ET CELEREM FUGAM PARTHI] quia fugiens pugnat, ut sup. Od. 19. lib. 1. & versis animosum equis Parthum dicere.

SED IMPROVISA LETI VIS] episto. 6. lib. 1. Improvisa simul species exterrēt utrumque.

QUAM PÆNE FVRVÆ] quantulum afui ab inferis, id est, à morte: Furuum (inquit Festus) nigrum, vel atrum, hinc dicta sunt furuus, furuus, furia, fuligo, &c.

PROSERPINÆ] quæ Orci vxor est, vitæ, & mortis arbitra. vide suprâ ad Od. 28. lib. 1. nullum Sana caput Proserpina fugit.

ET IVDICANTEM VIDIMVS ÆACVM] Plato in Gorgia de Æaco, & Rhadamätho, ἐξέταρος δὲ ῥαδάμανθυον, id est, vterque virgam tenens ius dicit. vide Od. 7. libr. 4. & de te splendida Minos Ecceit arbitria.

SED ESQVE DISCRIPTRAS PIOR.] campum Elysum: de quo sic Homer. ἰδδου. δ. Ἄλλ' ὅ' ἐς ἡλύσιον πῆλον, ἢ πέλας γαίης Ἀβυρατοὶ πέμψασιν, ὅθι Ἐσθὸς Παδάμανθος. & Virg. 3. Æneid. non me impia namque Tartara habent, tristisq; umbra, sed amana piorum Concilia. descriptas autem excudendum curauit libros septē veteres secutus: in quibus omnibus ita legitur: nisi quod in vno, & altero legitur descriptas. descriptas autem, id est, διέγραψε γράφας, dispositas, digestas, distributas. sic epist. ad Pison. Descriptas seruare vices, operumque colores, Cur ego sic nequeo, &c. Putant tamen quidam ferri posse discretas. Est enim vox Latina & bonis scriptoribus vtitata. Lucret. lib. 5. Et diuisa colatur, discretaque tellus. quamquam ibi legendum potius est, discretaque tellus, vt habent libri nonnulli veteres.

QUERENTEM SAPPHO] querentē de puellis Lesbii, vel quod illa se ad turpem amorem impulsissent, vel quod sibi in amore nō responderent.

SONANTEM] lyra canentē sonantem enim agendi significationem habet, & cōiungitur cū vocibus, quæ sequuntur, dura fuge mala.

FVGÆ] exfulij, τῆς φυγῆς, nam Græci exfulium φυγῆν appellat, & exfulare φεύγειν dicunt, vel fugam intellige eorum, qui clade accepta è prælio fugiunt.

VTRVMQVE] Alcæum & Sapphonem. SAGRO SILENTIO] cur factus an quod in rebus diuinis, quæ publicè fiebāt, imperabatur, vt linguis fauerent id est, vel bona verba loquerentur, vel silerent? quod scribit M. Tull. de diuinat. lib. 1. & itē scribunt Græci. hinc illa, fauete linguis. Od. 1. lib. 3. & malè nominatis Parcite verbis. Od. 14. lib. 4. an propter Bacchi, & Cereis mysteria, quæ religiosissimo silentio constabāt: an quod Pythagorei silentiū, diuinū quiddam esse existimabant, atque ob eam causam eius vsus in sacris erat maximus? Oda 2. lib. 3. fidele appellat, ἔστ' ὅ' fidelι τῆσιν silentio Merces, &c. Itaque Seruius ad verum illum Virg. lib. 5. Æn. annotat, in sacris taciturnitatem, in ludis plausum, clamorem, strepitumque ac tumultuationem requiri.

MIRANTVR VMBR. DICERE] tale

est illud Virg. Georg. 4. de Orph. Et cantu commote Erebi de sedibus imis Vmbra ibant tenues, simulacraque luce carentum. idem ibid. Quin ipsa stupere domus, atque intima leti Tartara, caruleōque implexo crinibus angues Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora, Atque Ixioni vento vota conspuit orbis.

SED MAGIS, &c.] id est, sed attentius audit vulgus pugnas, & tyrānorū exactiones, quæ canuntur ab Alcæo, quàm res amatorias, quas Sappho suis versibus persequitur. canebat tamē & Alcæus res amatorias, vt didicim⁹ ex Od. 2. lib. 1. quamuis esset vir militaris, vt sup. dixim⁹.

DENSVM HVMERIS] frequens, confertum, spissum, ἐπαισὺν ὄρερον.

BIBIT AURE.] audit cupidissimē. sic Propert. lib. 3. Incipe, suscipis auribus ista bibam.

QUID MIRVM, &c.] Quid mirum, vmbas mortuorum, Alcæi & Sapphonis cātu teneri, ac delectari, cum carminibus illis delectatus, ac, pæne dicā, stupefactus Cerberus aureis demittat?

DEMITTIT ATRAS B. C.] aliter dixit Saty. 9. lib. 1. Demitto auriculas, vt iniqua mentis a sellis. atras, vel quia quæ sunt apud inferos omnia, nigra sunt, vt infrâ annotatū est ad illum locum Od. prox. Visendus ater, &c. vel intellige turpeis, vt epist. ad Pison. atrum Desinat in piscem.

BELLVA CENTICEPS.] Cerberū significat, fortasse propter centum angueis, qui eius caput communiunt, vt ait Od. 1. lib. 3. quamuis furiate centum Muaniant angues caput eius. Hesioidus autem in Theog. Cerberū πεντηκονταχέρονος, id est, quinquaginta capitum, eodēq; loco Echidnæ filium facit. sed præstat Hesiodi verba ascribere. sic enim ille de Echidna, Δεύτερον αὐτῆς ἔπειτα τῶν ἀμύμονος, ἢ πατρῆϊον Κέρβερον ἀμύμονος Αἰδέα κλυτὰ χάλκεο φωνόν, Πεντηκονταχέρονος ἀναΐδεια τε, κρατερὸν τε. id est, Secundo loco autem peperit ingentem, & incuitabilem, & nefandum Cerberum, crudelem Orci canem, voce ferrea, quinquaginta capitibus præditum, impudentem & validum. Pausanias autē in Laconicis scribit Hecateū Milesium probabilem quandam de Cerbero sermonē excogitasse: qui huiusmodi est: horribilem in Tanaro serpētēn fuisse, eumque Orci canem ideo esse nominatū, quia, quem cumque ille momordisset, eū necesse esset interire: tanta erat veneni pernicitas ac diritas: atque hunc serpentem ad Euryteum ab Hercule esse deductum. Iam primus Homerus eum Ditis, seu Orci canem appellauit, neque aliud ei nomen imposuit, neque vlla eum specie conformauit: Posteriores autem Cerberum appellarunt, eique canis similitudinē, ac figuram affinxerunt, triaque capita, nonnulli etiam quinquaginta attribuerunt, vt Hesiodus.

EVMBENIDVM] furiarum, appellatæ autē sunt Eumenides ab Atheniensibus. ἐὸφρημισμοῦ ἐνεχε, vel vt præbeant se εὐμενείς, id est, placidas, placatas, propitias. Dæ sunt cædis, & impietatis

pietatis vltices, eadē dicuntur à Græcis σιμωνά, δεινά, δεινῶπες, ἐμφοβοί, ποινημοί, χαλκόποδες, ἄνοι, id est, graues seu venerandæ, horribiles, horribili aspectu, terrificæ, vltices, æreis pedibus, abstemæ.

RECREANTVR ANCVES] vel furiarum crines, angues erant: vel furiarum crinibus angues erant implexi, atque implicati. Virgilius Georg. 4. caruleōque implexæ crinibus angueis. Idem lib. 7. Æneid. Huic dea caruleis vnum de crinibus anguem Coniicit, inque sinum præcordia ad intima subdit. Catull. de nuptiis Pelei & Thet. Eumenides, quibus anguineo redimita capillo Frones exspirantis præportat peletoris iras.

QVIN ET PROMETHEVS] De Prometheo diximus ad Od. 3. & 16. lib. 1.

ET PELOPIS PARENS] Tantalus. de quo dicemus ad Od. 19. huius lib. & Sat. 1. lib. 1. sed de eius supplicio, reicio lectorē ad Æschylum: cuius extat tragedia, Prometheus nomine.

LABOREM DECIPITVR] Si legamus laborum, vt habent omnes libri vulgati, & aliquot manu scrip. existimo ab Horatio dictū esse decipitur laborum exemplo Græcorum, qui ita loquuntur, ὁππῶς λαθῆναι πόνων, id est, decipitur, vel fallitur, vel obliuiscitur laborum. de verbo autem λαθῆναι, quod valet latere, seu fallere, diximus ad od. 10. lib. 1. norissimum enim est iis, qui hunc poetam terunt, fallere apud eum, idem valere, quod latere, obscurum, & incognitū esse. qualia sunt illa, Da mihi fallere, da iussum, sanctorum videri, & fallentis semita vitæ. & illud, saceris & sceleribus Falle sorores. quo sensu & Verbum decipio vsurpauit sat. 3. lib. 2. amatorem quod amica Turpia decipiunt cecum vitia, id est, quod amica vitia ab amatore ignorantur, vel non animaduertuntur. non dissimile est illud Plautinum in Epid. nec satis excaudiebam, nec sermonis fallere tamen. & ita Virgil. Æneid. 4. dixit insandum si fallere possit amorem. quod etiā Græci dicunt βδολαεῖν ἔρωτα. i. solatia quædam, & oblectamēta adhibere, quibus animi egritudinem ex amore natā leuare possimus, aut quibus animum ab amoris cogitatione auocemus. sic Horat. Saty. 7. lib. 2. fallere curam dixit. Iam vino quarens, iam somno fallere curam. hoc igitur totum, decipitur laborum, cōiunctē legendum, vt rectē annotauit Porphyrius. valētque, obliuiscitur laborum suorum dulci sono, id est, carminibus Alcæi delectatus, suorum laborū sensu leuatur. Sed & Porphyrio videtur legisse laborem, & ita habent nonnulli veteres codices. Atque hanc puto rectam esse scripturam. Genus autem loquendi à Græcis sumtum est. Sic enim dicunt illi, Κλέπεται τὸν πόνον, seu τὴν λύπην: id est, non sentit laborē, non sentit dolorem. Iam cum hoc loco congruit ille, qui est Od. xi. lib. 3. Quin & Ixion Τυγὸςque vultu Resist inuito, &c.

NEC CVRAT ORION, &c.] de Orione diximus sup. ad Od. 28. lib. 1. sed quod hic dicit Horatius, non curare eum apud inferos leo-

nes agitare, &c. id est, studium venationis intermittere, dum Alcæum, & Sapphonem canentibus audit, sumtum est ex Homero ἰδδου. λ. vbi Vlyses narrat Alcinoō se illum vidisse apud inferos in prato Asphodelo, quas feras in desertis montibus interfecit, eas vinum in locum cogentem, sic Homer. Τὸν δὲ μετ' ἀείωνα πηλάγειον εἰσένοσον. Θῆρας οὐκ εἰλαυτά κείτ' ἀσφὸδελον λειμῶνα, Τὸς αὐτὸς χερσπεφειν ἐν οἰοπόλοισιν ὄρεσσιν, Χερσὶν ἔχων ῥόπαλον παρ' ἄλλων αἰὲν ἀγῆς. Videtur autem Horatius toto hoc loco Pindarum amulatus esse Πυθ. εἰδ. α. apud quem, aquila illa, quæ sceptro Iouis infidet, Apollinis cantu delectata, primum sensum vtramque alam remittit, ac relaxat: deinde palpebris tenebroso vapore perfusus (sic enim loquitur Pindarus) obdormiscit. Itēq; Martis animus alioqui ferocis, armis relictis, ferrōq;posito, eodem cantu permulcetur. verba Pindari non ascribam, ne sim longior.

TIMIDOS] timidus habet Faërii codex, sic Virg. pharmaceu. quorum stupescitæ carmine lynce. alij ferē omnes, timidus, quos secutus sum.

AGITARE] δάκνειν, persequi. LYNCEAS] Virgil. Georg. 3. Quid lynceus Bacchi varia? Horat. Od. 6. lib. 4. Delia tureta dea, fugacis Lynceas, & ceruus cohentis arcu, &c.

AD POSTVMVM.

Od. 14.

ARGVMENTVM.

Mortem vitati non posse.

HEV, fugaces, Postume, Postume; Labuntur anni: nec pietas moram Rugis, & instanti senectæ Afferet, indomitæq; morti. Non, si trecentis, quotquot eunt dies, Amice places illacrymabilem Plutona tauris: qui ter amplum Geryonem, Tiryōnque tristi Compefcit vnda, scilicet omnibus, Quicumque terra munere vescimur, Enauiganda, siue reges, Siue inopes erimus coloni. Frustra cruento Marte carebimus, Fractis que rauci fluctibus Adria: Frustra per auctumnos nocentem

Corporibus metucmus Austrum.
 Visendus ater flumine languido
 Cocytus errans, & Danaï genus
 Infame, damnatusque longi
 Sisyphus Æolidēs laboris.
 Languenda tellus, & domus, & placens
 Vxor: neq; harum, quas colis, arborum
 Te, prater inuisas cupressos,
 Vlla breuem dominum sequetur.
 Absumet heres Cacuba dignior,
 * Servata centum clauibus: & mero
 * Tinguet pavementum superbum
 Pontificum potiore cenis.

EHEV, FVΓACES, &c.] videntur hæc ex Anacreonte expressa, si modò sunt Anacreontis. πολλοί μὲν ἡμῖν ἦδ' ἄν Κρόταφοί, χέρες δὲ λευκόν: Χαρίεσσα δ' ὄσα ἔβ' ἦεν Πάρεα, &c. id est, Cana iam nobis sunt tempora, caput albescit: venusta pubertas defluxit, &c.

POSTVME, POSTVME] ἀπαδ' ἄλλωσι, seu reduplicatio ad maiorem acrimoniam comparata: sic Od. 17. ciuisd. lib. ἰβιμύς, ἰβιμύς, &c. sic Sappho, Παρθενία, Παρθενία, ποὶ με λιποῖσα Οὔλη, id est, Parthenia, Parthenia, quòd, me relicta, abis?

NEC PIETAS MORAM, &c.] id est, ob pietatem neque tardius senescas, neque tardius morieris. sic Od. 7. lib. 4. dicit, Torquatium, cum semel diem suum obierit, neque propter genus, neque propter facundiam, neque propter pietatem reuicturum. Cum semel occideris, & de te splendida Mimos Fecerit arbitria, Non, Torquate genus, non te facundia, non te Restituet pietas.

INDOMITAE] ἀμειλίχῳ, seu potius ἀμημέρω, seu ἀπ' ἄστυτῳ, seu ἀπ' ἄτητῳ.

NON, SI TRECEN. QVOTQ. EVNT DIES] id est, non si quotidie trecentos tauros Plutoni immoles. sic Theognis Oud' ἂν ἄποινα διδούς θάνατον φύροι, ἔδδ' βαρβείας Νύσσους, οὐδ' ἄ κρυόν γήρας ἐπερχομένων, id est, ne pretio quidem ad se redimendum dato, mortem quisquam effugiat, neque graucis morbos, neque malam senectutem aduenientem. & Sophocles Electra: Ἀλλ' οὗτοι τὸν γ' ἔξ Αἰδᾶ Παλαίνου λίμνας πατήρες ἀπήσας, οὐτ' ἔρ' οὐτε λιταῖσιν, id est, sed ex Orco & palude omnium communi patrem neque lacrymis, neque precibus excitabis. Et Æsch. Μόνος θεῶν γὰρ θάνατος οὐ δῶρων ἔρεε. Sola Dearū mors muneribus non delectatur. què versum vsurpat Aristoph. βατραχί, sic epist. 2. lib. 2. si metit Orens Grandia cum paruis non exorabilis auro: trecentis autem habent duo cod. Vatic. &

Don. quos secutus sum.

ILLACRYMABLEM] id est, qui lacrymis neq; mouetur, neque flectitur. Virg Georg. 4. de diis inferis, Νεσίδα que humanis precibus mansuescere corda. Od. 9. autem lib. 4. illacrymables significat, qui lacrymis ab inferis reuocari, vel redimi non possunt. Germanus Valens, quem semper honoris causa nominatū velim, putabat hoc loco illacrymabilem ἐπαιρητικῶς positum pro eo, qui non lacrymatur, aut qui lacrymari non solet, vt Græci interdum ἀκλαιῶν vsurpant pro eo, qui non plorat. Homerus ὁδ. δ. Ατρεΐδην, μὴ ταῦτα διαίρειν: οὐδέ τι σε γρηΐδ' ἰδ' ἰδ' οὐδέ δ' ἀκλαῖναι ἐμὸν νόον, οὐδέ σε φημί Διὸ ἀκλαιῶν ἕσσομαι, ἐπεὶ κ' εὐ πάντα πάθηαι, id est, Atride, ne me ista percunctare. non est opus ea te scire, neque meam mentem cognouisse: & verò te negotiu sine fletu futurum, vbi probè omnia audieris. & item ἀδάκρυτος ab eodem vsurpatur pro eo, qui non lacrymatur. ἰλ. α. Αἴδ' ὄφελος ὁδὸν ἴσθαι ἀδάκρυτος καὶ ἀπῆμων ἦρσται ἐπεὶ νύ τοι ὄσα μιμηθᾶσθ' οὔ τι μάλα δῖω, quorum duorum versuum explanationem reperies annotat. ad Odam 16 eiusd. lib. ibi, Ἀψύλλις clarum, &c. idem ὁδου. α. Μοῦσαι δ' ἔνενα πᾶσαι ἀμειλίχῳ οὔ τι καλῇ Θρῆσειον. ἔθ' α καὶ οὔτιν' ἀδάκρυτον γ' ἐνόησας Ἀργείων. Τοῖον γὰρ ὑπόρρητα μέσαι λίγεια, id est, Mula autem nouem omnes alternis canentes voce suaui lugebāt, seu lamētabantur. vbi neminem lacrymarum expertem animaduēristis Argiuorum. talem lucē excitaui mufa vocem claram edēs. Sic & lib. epigr. Græc. Pluto dicitur ἀμειλίχτος, id est, qui minimè rideat. Tale est & illud Eurip. πολυδάκρυτος, quod significat multum lacrymantem. Sic ille in Alcest. γῆραι δὲ καὶ τις ἀμφὶ τ' εὐρου εὐρώται λακάρινα πολυδάκρυτος ἐν δόμοις κόρα, id est, Gemit autem & aliqua circum Eurotam liquiddè fluctentem Lacena lacrymosa domi puella.

TER AMPLVM GERYONEM] ter amplum vel triplicem, vt vult Hesiodus: vel trium corporum, vt alij. Itaque Virgilius tergeminum appellat Æneid. 8. & Lucret. lib. 5. Eum interfecit Hercules boues suas suffurantem. Hesiod. in Theog. Χρυσάωρ δ' ἔπειτα τρεῖς ἀόρηνον Γηρυονῆα. Τὸν μὲν ἀρ' ἐξενείχε βίη ἰς Ἡερακλῆην Βεσὶ παρ' εἰλιπόδοσι παρ' ἑρῆτω ἐν ἐρυθρίῳ, &c. id est, Chrysaor autem genuit triplicem Geryonem. hunc autem interfecit per vim virtus Herculeæ iuxta boues pedibus incuruis in Erythæa circumflua. De Geryone Pausanias in Atticis ita scribit: Ἐνταῦθα παρὰ τὸν γένετος λόφου Διὸς χειμῶνας, ὅσα ἐφ' ἀνὴ τὸ χεῖμα παρ' ἐρχοντα, εἰς πηγυέναι ἔστιν, ἀθρόωτον. ἐπεὶ Διὸς μεγάλου, ὅσα ἐστὶν ὅπως ἂν ἐδοξε. Αὐτῆς δὲ λόγος ἦλθεν εἰς τὰς πολλὰς. Γηρυονῆς τῷ γεισσορος εἶναι μὲν τὸν νεκρὸν εἶναι δὲ τὸν θρόνον, &c. id est, hic effraictō colle vi tempestatis ossa extiterunt, figuram & habitum præbentia, quoad credere licet, hominis. nam propter magnitudinem, non poterant ossa

offa hominis videri. Statim rumor vulgò diffisatus est, Geryonis Chrysaoris filij & cadauer esse, & sedem. Idem Eliacor. primo, καὶ Ἡερακλῆους ἔστιν ὁ πῶρος γηρυονῆος ἀγαθὸς ἀνδρῶν γηρυονῆος εἰσὶν ἀλλήλοισι παρ' ἐρχομένοι, id est, & Hercules est cum Geryonis certamen. Tres autem viri sunt Geryo, inter se conueniēti, & continentes.

TITYMQUE] Iupiter Elora potius Iunonis suspcionem, dolorēq; illū muliebrem veritus, eam in terra defodit. Terra ingenti statura filium edidit, qui Tityus nominatus est. Hunc Latona amore captum, eisque vim afferre conatum Apollo fagittis confodit, vt tradunt multi. Pindarus autem Πῶθ' εἶδ' ἰδ. cum Dianæ fagittis confixum esse scribit his verbis, καὶ μὴ Τιτυὸν βέλος Ἀρτέμιδος θηρῆσε κραπῖνὸν ἐξ ἀκλαῖτε φαρύνης ὀρνυμῶν, ὄφρα τις τᾶν ἐν δυνάτω φιλοπῆται ὄπιθεν ἔραται, id est, Tityum porrò celere Apollinis iaculum confodit, ex inuicta pharetra erumpens, vt anet quis fequi voluptates concessas & permissas. De Tityo plura ad Odam 4. lib. 3.

VINDA SCILICET OMNIBVS, &c.] Sophocles in Electra λήμιλλο πάϊνονον, id est, paledem omnibus communem vocat.

QUICVMQVE TERR. MVN.] videtur expressisse illud Homericum ἀρέρης κερπὸν, id est, terræ fructum comedētes. & illud nescio cuius poetæ, quod profert Plutarch. lib. ὅτι φιλαδελφία. εὐρυδου ὅσοι κερπὸν ἀνύμεθα ἔρονος, id est, Qui cumque lata fructum terre sumimus. & illud Phanoclis, Ἀλλὰ τὸ μοιρῶν νημῶν ἀλυτον, οὐδέ τι εἶναι Εὐφυγένον ὑπόστοι γλῆν' ἔπι φερβόμεθα, id est, Sed Parcarum fila solui non possunt: nec quicumq; terræ munere vescimur, effugere mortem poterimus. Sic iterum Homerus ἰλιάδ. η. Ὁς θνατός' εἶν, καὶ ἔδδι δμῆνίτερος ἀκτελῶ, id est, qui sit mortalis, & Cereris munere vescatur.

SIVE REGES, SIVE INOPES ERIMVS COLONI] sic sup. Od. 3. Διὸς περὶ πρίστο νατις ab Ithaco, &c. & Od. 4. lib. 1. Pallida mors aequo pulsat pede, &c. & familia, qua collegimus ad Odam 28. lib. 1.

INOPES COLONI] sup. Od. 35. lib. 1. Te pauper ambit sollicita prece Kyria colonus. Colonus, qui agrum alienū mercede colit: vt saty. 2. lib. 2. videas metato in agello Cum pecore & natis fortem mercede colonum, &c.

FRVSTRÀ CRVENTO MARTE, &c.] frustra periculum hoc, vel illud vitabimus: frustra omnem diligentiam, cautionēq; adhibebimus, vt vitam q̄ longissimè producamus. nam, quod genus mortis non timebamus, eo nobis erit fortasse moriēdum. huic loco similis est ille Oda superiore. Quid quisque vitet nunquam homini fati Cautum est in horis. tale est & illud Hom. ὁδου. π. οὐδέ τι μὴ θάνατον προμῆσσαι ἄνωγα. Εὐ γὰ μνηστῆρον, θεόθεν δ' ὄσα ἔστ' ἀλλέου, id

est, neque cum hortor vt mortem à Procis extimescat: à deo verò non licet effugere.

CRVENTO MARTE] μεταφῶν, βροτῶλοι γὰρ ἀμαρτῆρι. FRAC TIS] à scopulis, & littoribus frangitur fluctus, vt sup. Od. 11. annotauimus ad illum locum, seu plures hyemes, &c.

A VSTRVM] Saty. 6. lib. 2. nec plumbens Auster, & ætumnus que grauis, Libitina quasius acerba.

VISENDVS ATER, &c.] moriendum. ater autem Cocytus, vel quia tristis & horribilis, vel quia fluius infernus: vt supra annot. ad illum locum Od. proxima, Demittit atras bellua Centiceps.

FLVMINE LANG. COC. ERR.] id est, aqua languida, vel agmine languido. vt Virgil. leni fluit agmine Tiberis. & Hor. alibi, Galeis flumen. Ordo verborum hic est, Cocytus errans flumine languida, &c.

COCYTVS] Homer. ὁδου. κ. Cocytum fluium facit è Styge deriuatum, & cum Phlegontē in Acheruntē confluentem. Ἐθα μὲν εἰς Ἀχέρωντα Περφλεγοῦθωντα ῥέουσι, Κοκκυτός θ' ὅς δ' ἠ' ἐρηθῆς ὑδατῶς ἔστιν ἄσπορῶς, id est, hic quidem in Acheruntē Phlegeton fluit, & Cocytus: qui oritur & manat ab aqua Stygia. Pausanias autem in Atticis (vt supra diximus) scribit, Cocytum, & Phlegontē fluios esse Theoprotia: cuius verba sunt hæc, πῶρος δὲ τῆ Κιχύρω λίμνητ' ἔστιν Ἀχερουσία καλουμένη, καὶ ποταμός Ἀχέρων. ῥεὶ δὲ καὶ κοκκύδος, ὑδῶν ἀταρπέτατον.

ET DANAÏ GENVS] Danaï filia, de quibus dicemus ad Odam 11. lib. 3.

DAMNATVSQVE LONGI SIS. EOL. IAB.] hunc laborem narrat apud Hom. Vlysses ὁδου. λ. Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσέδδον κρατέρ' ἀλγᾶ ἔχοντα, Δάων βασιλεύοντα πελώριον ἀμφοτέρησι. Ἥ ποι ὁ μὲ συνεπέσομνος χερσίντε, πόσιντα Λάων ἄνα ὄησε ποτὶ λόφον. ὅτε μέλλοι Ἀκρὸν ἰσθμῶν ἔλαλεν, τότ' ἄσπορῶτασε κραταί' ἰε, κ' ἀδ' ἠε ἔπειτα πέδονδε κωλύοντα λάας ἀναδ' ἠε. Αὐτὰρ ὄγ' ἄψ' ὄσασε πτανόμνος, καὶ δ' ἰδ' ἠε εἰρήσεν ὅτι μελέων' κονή δ' ὄσα κρατὸς ὄραρει, quorum versuum hæc ferè sententia est. Et verò Sisyphū vidi magnis doloribus affectum, ingens saxum portantem vtraque manu. Atq; ille quidem manibus & pedibus nixus, saxum sursum trudebat in montis verticem: sed cum iam non longè abesset, quin cacumen montis superaret, tum vis quædam validâ saxum repellēbat, & ita in planitiem reuoluebatur. Ille autem denuò connitens & contendens sursum trudebat. sudor autem ex omnibus mēbris manabat. Huc pertinent hi Lucretij versus ex lib. 3. in extrem. Nam petere imperium, quod inane est, nec datur unquam, neque in eo semper durum sufferre laborem: Hoc est aduerso nixantem trudere monte saxum, quod tamen à summo iam vertice rursus voluitur, & plani raptim perit equora campi, & illud ex vetere poetâ: illud quod si-

Sisyphus versat saxum sudans nitendo, neque proficit bolum? profert M. Tull. Tuscul. quæst. lib. 1. Huius autem laboris talem causam afferunt. Cum Iupiter Æginam Aëtopi filiam ex Phliunte in Oenōnen per Corinthum transtulisset: Sisyphū Aëtopo filia suam inuestiganti, eam à Ioue esse raptā enuntiauit, locumque, quod delata esset, indicauit: ex quo Iouis in se odium grauissimum concitauit. Quare mortem in illum, vt cum exanimaret, immisit. Ille mortem durissimis, & solidissimis vinculis constrinxit. morte à Sisypho vieta, eueniebat, vt nemo moreretur, donec morte soluta, Sisyphum ei vicissim constringendum, domandūque tradidit. Ille autem prius quàm moritur, vxori mandat, vt sibi parentalia celebret, inferias ad inferos mittat. id non præstat vxor. ille Orcum orat, vt sibi ad vxorem reuerti liceat, hanc iniuriam exoptulatum, impetrat. Corinthum proficitur: cum vxore, & suis, vt olim solebat, sese oblectat, neque iam de reditu ad inferos cogitat. Vix tandem sensio confectus ed ingratiis retrahitur: ibi saxum voluere iubetur, ne se subducatur, iterūque ad superos profugiat. Hæc Eustat. ἰλ. ζ. Plato quoque, seu Xenocrates, siue Æschines Platonicius potius in dial. *de bonitate* hæc omnia, atque etiam plura enumerat, quæ hic Horat. *Χάρων ἀστράων ἢ Δαναίδων ὑδρέας ἀτέλεις, καὶ Ταντάλου δίψας, καὶ Τριτος ἀπλάγχα, καὶ Σίσυφου πέτρων.* Alij autem scribunt, iique boni auctores, Sisyphum multarum rerum cognitione præstitisse, eaque fretū, immortalitatem sibi comparare studuisse. quod confirmat Theognis, cum ostendit, rebus omnibus diuitias anteponi, ceteras res omnes præ diuitiis pro nihilo putari, etiam si quis plura (inquit) Sisypho sciat. *πλείονα δ' εἰδέναι Αἰολίου Σίσυφου.* Hom. ἰλ. ζ. *Εὐθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, δ' κέρδιος γένετ' ἀνδρῶν.* id est, hic autem Sisyphus erat, qui astutissimus hominum fuit. vnde prouerbiū, *Σίσυφου μηχανῶν*: quod vsurpat Aristoph. *Αγχιον.* Æschines oratione *de Demosthenem* Sisyphum appellat maledicti loco, vt callidum & versutum. de hoc etiam Horat. Od. 17. epod. *Optat supremo collocare Sisyphus in monte saxum.*

NEQUE HAR. QV. COL. ARB.] siue fertiliū, siue steriliū, & tantummodò ad voluptatem, & delicias comparatarū, quales sunt platanus, pinus, laurus, & similes.

CUPRESSOS] quas appellat funebres Od. 5. epod. *tubet sepulcris caprificos erucas, tubet cupressos funebres,* &c. Virgil. *Æn.* 6. *feraleis cui frondibus atris Intexunt latera, & feraleis ante cupressos.* & *Æn.* 3. *atram cupressum. stant manibus ara Cereleis maesta vittis, atraque cupressis.* Cur autem cupressus adhibeatur in funebribus, hanc vulgò causam afferunt, quòd semel excisa, numquam renascitur: & ita Sex. Pompeius. ego existimarim potius initidò iccirco adhiberi cæptam esse, vt corpus humanum ab anima, animòque iam derelictum,

diutius seruetur, ac maneret incorruptū. Varro quidem putat iccirco cupressos in rogis adhiberi solitas esse, ne cadauerum, interea dum vrentur, odor narcis offenderet. Plinius præterea eam arborem Diti sacram esse scribit. Seruius item notat, cupressum, Proserpinæ dicatam esse. cod. Iann. & duo Vatic. habent *cupressus*.

BREVEM DOMINVM] te dominum non diu victurum, non diu arboribus tuis, & ceteris deliciis fruiturum: *δασότιον ὄλιγο χρόνιον.*

DIGNIOR TE, quia vteretur, fruetur, cum tu parcas, vt sacris. Euenit autem hoc ferè, vt, quæ summa cura, omniq; studio quaesierunt, & custodierunt homines, ea effusimè largiantur, & consumant heredes. Theoc. *εἰδ. 5. Χρημαται δὲ Λόωτες ἀμαλδύβισι θυρότων,* id est, pecunias autem mortuorum vitii consumunt. & Saty. 3. lib. 2. *Filius, aut etiam libertus ut ebibat heres, Diis inimice senex custodit?*

SERVATA CENTVM CLAVIBVS] quibus parcas, & quæ custodis accuratissimè.

ET MERO TINGVET PAVIM.] ita vino nò parcat, vt etiam eo solūm respergat: vel tantum bibet, vt statim effundat, atque euomat. M. Tull. Philipp. 2. *At vero te inquisitio (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pavimenta vino, madebant parietes.* Athenæus scribit lib. 15. Alexandrum magnum solitum fuisse vnguento præstantissimo, vinòque fragrantissimo solū respergere. Potest & ad veterem conuiuiorum morem referri, in quibus solebant puerorū aut puellarum, quas amabant, aut amicorū suorum nominibus cōmemoratis, ac prolatis vinū in humū fundere: quod declarat versus Theoc. *εἰδ. id. Ἡδὴ δὲ παρσιότος ἔδοξ' ἑπιχρῆσθαι ἀραχτῶν,* id est, iam autem progrediente conuiuio, visum est merum infundere. Neque verò mihi displiceat, si quis dicat, hinc significari ab Horatio illum Græcorū morem, qui erat huiusmodi, vt is, qui prior bibebat, cum aliquantum hausisset, reliquum sic è poculo effunderet, vt id resonaret. quod dicebant *σπικροπῆσιζεν.* Xenoph. *ἑλλην. βίβλ. β. de Socrate, καὶ ἐπέγρα σπικροπῆσεν ἀναχρῆσῆμος τὸ κώνειον ἐπιε, τὸ λεπτόιδρον ἔφασαν σπικροπῆσιζαντα, εἰπέν αὐτὸν, Κερίσος τῶτ' ἔγω, τῶ καλῶ.* quæ verba vertit M. Tull. Tuscul. sed more suo, id est, paulò liberius, quàm audeat religiosus interpres, hoc modo: *qui, cum coniectus in carcerem triginta inssis tyrannorum, venenum, vt sciens, obbibisset,* (vel, vt doctissimi viri legunt, *obduxisset*) reliquum sic è poculo eiicit, vt id resonaret. Docet autem Athenæus lib. 11. cottabum à Siculis primū introductum esse in conuiuio, tantumque studij in eo ludo veteres postuisse, vt etiam præmia, quæ *κοπῆσια* dicebantur, proponerent. & calices (inquit) qui ad eam rem maximè vtilis, & idonei esse viderentur, conficiebantur. [Vide apud Suidam de cottabo plura.] Tum rotunda domicilia edificabantur, vt omnes cottabo in medio locato, ex æquo interual-

lo, & locis similibus, ac paribus de victoria certarent. non enim solū magno studio contentebant, vt ad signum propositum poculi reliquias eiicerēt: sed etiam vt singula, quæ in eoludo intercedebant, venustè, ac decetèr efficerent. Oportebat enim lauo cubito innitentem, & laticam, id est, reliquum, quod eiiciebatur è calice, dextera manu circumagentem, molliter eiicere. Vide apud eundem Athenæum plura de cottabo lib. 15. ego tamen simpliciter de solo resperfo hunc locum intelligendum esse puto. Non est porrò omittendum, in cod. Iann. Vrf. tribus Vatic. scriptum esse, *Tingunt*: quos secutus sum.

SUPERBVM] sic legendum esse arbitror, non *superbo*, non nullorum veterum codicum auctoritate fretus. pavimentum superbum autem intellige marmoreum. M. Tul. de leg. 2. *pavimenta marmorea, laqueis testæ.* Tib. lib. 3. eleg. 3. *Aurataq; trabes, maxime utinque solum.* vel pavimentū domini superbi, vt Porph. & ita Lucr. lib. 4. *Posteisq; superbos vnguit amaracino.* id est, posteis puella superba & amatorem fastidientis ac spernentis.

PONTIFIC. POTIORE CENIS] vino meliore, quàm, quod adhibetur in cenis pontificiis, quæ solent esse magnificentissimæ, atq; apparatusissimæ. *Προσολικῶς* dictum.

*Sumtu inbentes, & deorum
Templa nouo decorare saxo.*

REGIÆ MOLES] aedificia sumtuosa & re-gibus cōuenientia, molis instar. sic M. Tull. pro Milone *substructionem insanas moles* appellat, aedificia illa Clodiana. addit ei epithetum, *regiæ*, vt significantius declaret suæ ætatis hominum in edificando insolentiam, luxuriam, insaniam.

E XTENTA] extenta latius, id est, porrecta & producta latius, quamuis Acron, & Porph. aliter sentiant.

STAGNA] *Stagnum, quod Græcè στεγνόν,* (siue *στεγνον*) inquit Varro. Et Festus, *Stagnum, quod in eo aqua perpetuo stet: alij quòd is locus à Græcū στεγνός dicitur, quia bene continet aquam.*

LVCRINO LACV] Cæsar Augustus portum Iulium ad Baias effecit, immisso in lacum Lucrinum, & Aucernum mari. Suet. in Augusto. Virg. Georg. 2. *An memorem portus, Lucrinòque ad-dita claustra? Atque indignatum magnis stridoribus æquor, Iulia quæ ponto longe sonat unda refluxo? &c. Lucrina Peloris* ab Horatio dicta, in lacu Lucrino capta. Saty. 4. lib. 2.

PLATANUSQVE CÆLEBS] quæ non solet adhiberi ad vitæ sustentandas, vt vlmus, sed ad vmbra comparandam, vt sup. Od. xj. *Cur non sub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes, &c. Potamus vncti? & M. Tull. de Orat. lib. 1. Nam me hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad opacandū hunc locum parulis est diffusa ramis, quàm illa, cuius vmbra secutus est Socrates.* & Virgil. Georgic. 4. *Idmā ministrantem platanum parantibus vmbra.* *Αμφιλαφὴν πλάτανον* appellant Græci, ramofam, & latè explicatam.

VLMOS] & populos, vt Ode 2. epod. *Alia maritæ populos.*

TVM VIOLARIA, ET MYRTVS, &c.] nihil est hoc loco corrigendum, vt quidam volunt: neque choréus erit *myrtus* sed spondéus, numero multitudinis. violaria autem sunt loca, in quibus violæ nascuntur. de myrto diximus supra ad Od. 30. lib. 1.

OMNIS COPIA NARIVM] omnes flores, omniq; virgulta, ex quibus odor suavis naribus afflatur. eadem autem ratione ea omnia, quæ ad narium delectationem nata sunt, nariū copiam appellat Horatius, quæ hircum Catullus id, quod narcis offendit, *nasorum postum.*

SPARGENT OLIVETIS, &c.] id est, ex oliuetis fiet violaria, myrteta, roscta, &c. & quibus in locis oliuæ nascebatur, in iis myrti, violæ, & suauissimi flores decerpentur.

TVM SPISSA RAM. LAVR.] lauri non numerantur in arboribus vmbiferis, neque vel ramos habet ita explicatos, vel frondeis ita densas, vt earum vmbra solis ardorem arcere possit. verumtamen tantus est (inquit Horat.) hominū

IN SVI SÆCVLI LV-
xuriam. Od. 15.

I AM pauca aratro iugera regia
Moles relinquent: undique latius
Extenta vsentur Lucrino
Stagna lacu: platanusque *caelebs
Euincer vlmos: tum violaria, &
Myrtus, & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem,
Fertilibus domino priori.
Tum spissa ramis laurea *feruidos
Excludet istus: non ita Romuli
Præscriptum, & inonfi Catonis
Auspiciis, veterumque norma.
Priuatus illis census erat breuis:
*Commune magnū: nulla decempedis
Metata priuatis, opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cæspitem
Leges sinebant, oppida publico

luxus, tam inuitata: deliciae, tantum deniq; no-
uarum, & exquisitarum voluptatum studiū, vt
etiam lauri arte adhibita frondibus siluefcant,
latissimūque ramos suos diffundant ad exclu-
dendos solis ardores.

F E R V I D O S E X C L V D E T I C T V S] sic le-
gendum, & ita habent emendatiorēs libri & ve-
teres, & impressi. Nam quōd in quibusdā legi-
tur *Excludet astitus*, nata haec scriptura est ex anno-
tatione, & declaratione verborum *feruidos istus*,
cūm ad ea ascripserit studiosus aliquis bonarū
litterarum, id est, solis astitus. Eleganter enim & eru-
ditē dixit Horat. *feruidos istus*, pro caloribus so-
lis. sic Lucret. lib. 2. Luminis istum dixit. *Qui quo-
niam quondam gignuntur luminis istus*. & paullo an-
tē de colore. *Resista, aut obliqua percussus luce resulget*.
& lib. 5. *Luna potest solis radis percussa nitere*. Itaque
apud eundem *vela diei laepe vsurpatur* pro luce
diei & lumine solis. & radiorum istus, pro solis
calore. eod. lib. 5. *Et radij solis cogebant undique ter-
ram Verberibus crebris extrema ad limina apertam*, &c.
ibid. *Et queat accēdi paruis ardoribus istus*. ibid. paul-
lō post. *Astiferum ut tantum radiorum exaugeat istus*.
& lib. 6. *Aur dissoluntur solis super ista calore*.

N O N I T A R O M . P R A E S C R . & c .] ordo
& structura haec est: non ita praescriptum est au-
spicij Romuli, & Catonis, veterūque norma.
C E N S V S] census est, tota rei familiaris aesti-
matio: lege annotation. ad illum locum, *Præconē
tenui censu*. epist. 7. lib. 1.

C O M M V N E M A G N V M] commune, τὸ
κοινόν, quo Latino vititur M. Tull. non vno loco.

N V L L A D E C E M P E D . M E T . & c .] nulla
illis erat priuata porticus obiecta septentrioni-
bus, in qua inambularent aestiuo tempore, ita la-
ta, vt decempedis eam commetirentur. vide Vi-
truu. *metata* autem positum videtur pro *mensa*, id
que παρθηκίως, quod probat Prisc. lib. 8. Natum
ex veterum more, qui in agrorum diuisione at-
que assignatione perticis ac decempedis agro-
rum modum exquirebant, quod erat metiri, &
metari. solebant iidem limitibus & metis agro-
rum modos & formas circumscribere atque in-
cludere. Virg. diris. *Pertica, quae nostras metata est im-
pia agellos*. & Horat. saty. 2. lib. 2. *videas metato in
agello Cum pectore & natis fortem mercede colonum*.

E X C I P I E B A T] Sat. 4. lib. 1. *Neque enim cum
lectulus, aut me Porricus excepit, desum mihi*.

N E C F O R T V I T V M S P E R N .] vetabant
leges, ne quis locum ruri forte fortuna oblatum
sperneret, in quo iaceret: quia non sinebant vil-
las sumtuosas, & porticus adificare. ita necesse
erat in fortuito caespite recumbere, vel ex caespiti-
bus & luto domunculas adificare.

C A E S P I T E M] agellum ἐλάττωσις, vel caespiti-
tem, locum intellige, in quo negotiis soluti qui-
escerent ac recumberent, vel lateres à caespite,
vnde adificarent.

N O V O S A X O] non rediuiuo lapide, sed no-
uo, & viuo. vt apud Virg. Aen. 1. *Inuis aqua dulces*,

A viuūque sedilia saxo. De templis Deorum conficiē-
dis Od. 6. lib. 3. *Delicta maiorum immeritus luce, Re-
mane, donec templa refeceris Adesque labentis Deo-
rum*. & Satyr. 2. lib. 2. *quare Templa ruunt antiqua
Deūm?*

AD G R O S P H V M .

Od. 16.

A R G V M E N T V M .

Traquillitatem animi optari ab omnibus: eam
verò non congerendis opibus, honoribusve
consequendis, sed coercendis cupiditatibus
comparari.

* O T I V M diuos rogat in patenti
Prensus Aegæo, simul atra nubes
Condidit Lunam, neque certa fulgent
Sidera nauis:

Orium bello furiosa Thrace,
Orium Medi pharetra decori,
Grosphæ, non gemmis, neque purpura ve-
Nale, neque auro.

C Non enim gaze, neque consularis
Summonet licitor miseris tumultus
Mentis, & curas* laqueata circum
Tecta volanteis.

Viuuitur paruo* bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leueis somnos timor, aut Cupido
Sordidus aufert.

Quid breui fortes* iaculamur auro
Multa? quid terras alio calenteis
Sole mutamus? patria quis exsul
Se quoque fugit?

Scandit aratas vitiosa nauis
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbo
Ocyor Euro.

* Letus in presens animus,* quod ultra est
Oderit curare: & amara lento
Temperet risu, nihil est ab omni
Parte beatum.

Abstulit

Abstulit clarum cita mors Achillem:
Longa Tirhonum minuit senectus:
Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.

Te greges centum Siculaeq; circum
Mugiant vacca: tibi tollit hinni-
Tum apta quadrigis equa: te bis Afro
* Murice tinctæ

Vestiunt lanae mihi parua rura, &
* Spiritum Graiae tenuem camoenæ
Parca non mendax dedit, & malignum
Spernere vulgus.

O T I V M] otium hoc loco accipere vitam tran-
quillam, pacatam, & quietam, vt apud M. Tull.
in Rull. ad Quirit. *ita incundum est otium, vt &
vix, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir ma-
ximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio
posset esse, praesertim in imperio ac dignitate*. aliud otium
describit Catullus ad Lesbiam, iners videlicet
& ignauium. *Otium Catulle tibi molestum est: Otio ex-
sulas, nimiumque gestis: Otium & reges prius, & bea-
tas Perdidit urbes*.

P R E N S V S A E G A O] is, qui in medio mari
Aegæo nauigat. Aegæū mare ab insulis appel-
latum est, quæ in eo mari caprarū similitudinē
præ se ferunt: seu quōd in eo Aegæa Amazonū
regina perierit. siue quōd eō Aegæus Thesei pa-
ter se precipitauerit. Festus. vide & quæ annota-
ui ad epist. x. lib. 1. Quidam libri veteres ha-
bent *Pressus*.

A T R A N V B E S] Virg. lib. 10. Aen. *sed sub-
lime volans nubi se immiscuit atra*.

C O N D I D I T] texit, obduxit, & quasi sepeli-
uit. N E Q V E C E R T A F V L G E N T] sic
Virg. Aen. 1. *Eripiumt subito nubes caelumque, polūm-
que*. T H R A C E] Graecum est Θρηάκη. sic Od. 25.
lib. 3. *Hebrum prospiciens, & niue candidam Thracen*.
alibi Thracia, vt epist. ad Quinctium: *vt nec Fri-
gidior Thraciam, nec purior ambiat Hebrus*. & ad Iul.
Florum, *Thracæne vos, Hebrusque nivali compe de vin-
ctus, &c.*

G A Z A] diuitia immentæ, vt supra Ode 29. D
lib. 1. *teci beatis nunc Arabum inuides Gazæ*. simi-
lis sententia est epist. 18. lib. 1. *Non domus, aut sum-
mus, non aris aceruus & auri Aegroti domini deduxit
corpore febris, Non animo curas*. sic Lucret. lib. 2.
*Qua propter, quoniam nil nostro in corpore gaze Profi-
ciunt, neque nobilitas, neque gloria regni: Quod superest,
animo quoque nil prodesse putandū est, si non forte, tuas
legiones per loca campi Fecere cum videas belli simula-
tra cienteis, His tibi tum rebus timesacta relligiones Ef-
fugiant animo pauida, mortisque timores*.

C O N S V L A R I S L I C T O R] consulatus,
seu consularis potestas. Venustè autem cōsula-

rem licitorem dixit potius, quàm cōsulatum, si-
gnificās, consularis licitores nō habere potestā-
tem summonendarum curarum, & aliarū men-
tis perturbationū, quemadmodū turbam sum-
mouere solent ante incidentē consulem. sic fe-
rè Plinius lib. 9. cap. 34. vnionē dicit à feminis
in publico licitorem dicitari, quia, quemadmo-
dum licitor ante magistratus, ita vnio ante fe-
minas, turbā summouet. Dicit autem licitores
à ligando, vt docet Nonius. Hi ante prætorem
& consulem falceis & securis præferēbāt. *παλ-
δάρις*, appellant Graeci scriptores. habebat au-
tem & prætor suos licitores. Cic. in Rullū, *Dein-
de antebant licitores, non cum bacillis: sed vt hic præto-
ribus antecunt, cum fasces duobus*. consulatum au-
tem posuit pro quouis alio amplissimo magi-
stratu. iam vnde sint dicti licitores, docet Plu-
tarchus quæst. Rom.

M I S E R O S T V M V L T V S M E N T I S]
animi perturbationes, curas, angores, timores,
agritudines, quibus concitatus tumultuatur ac
trepidat.

C V R A S L A Q V . C I R C . & c .] curas, quæ
in domibus locupletum, & potentium, ac bea-
torum istorū, tum crebriores, tum molestiores
solent esse. *laqueata tecta* autem, laquearibus or-
nata. M. Tull. de leg. 2. *Magnificæque villas, & pa-
uimenta marmorea, & laqueata tecta contemno*. Lucrec-
tius lib. 2. *laqueata, auratæque templa*.

V O L A N T E I S] tralatio. sic Saty. 6. lib. 2. *si-
mul atras Ventum est Esquilias, aliena negotia centum
Per caput & circa saluunt latus*. potest etiam dici
esse *σωματοποίησις*, (σὺ σωματοποίησις), potētis val-
de vitatam.

V I V I T V R P A R V O B E N E] subaudi ab
eo, cui paternum, &c. id est, viuuit is paruo bene,
qui contentus est re sua familiari, & suppellecti-
li paterna, modicōque apparatu. Veteres salin-
orū appositu mētas sacras faciebāt, vt declarat
illud Arnobij lib. 2. *in penetralibus vesta ignis per-
petuos fauetis focos: sacras facitis mensas salinorum, &
simulacrorum appositus*. Præterea sal condimentum
est ciborum, immō verò obsonium tenuiorum.
Nam cūm præter panem & salem nihil habeat,
quod sibi apponant, pane, & sale famem exple-
re coguntur, vt Saty. 2. lib. 2. *Cum labor extuderit
fastidia, siccus, inanis sperne cibum vilem: nisi Elymetria
mella Falerno Ne biberis diluta: foris est promus, &c.*
Itaque per salinum, (id est, vas, quo sal contine-
tur) salem, vt primum omnium, quæ in mensa
apponuntur: & per salem, tenuem, & commu-
nem omnium hominum apparatus, mini-
mēque sumtuosum victum significari puto.
Aduuat me quod vulgò dicitur, *multos modios sa-
lis simul edendos esse, vt amicitia munus expletum sit*:
quod est apud M. Tullium in Laelio: & apud A-
rist. lib. 8. de mor. ad Nicom. *ἔτι τὸ πλεονεχία
γὰρ οὐκ ἐστὶν εὐδῆσαι ἀλλήλους τῶν τῶν λεγο-
μένων ἄλας σιωναλάσας*, id est, Verum enim
illud prouerbiū est, Multos modios salis simul
m

edendos esse, ut homines inter se norint. Et Demosthenes, ut est in Oratione Aeschini *Κατὰ κτησιφ.* in simularum ab Aeschine hospitem suum necandū curavisse, respondit audiente populo, *σε τὴς τῆς πόλεως ἀλας τῆς ξενικῆς τραπέζης ἐπὶ πλείονος ποίησαι*, id est, civitatis saltem pluris fecisse hospitali mensa, ad hunc locum pertinet illud ex Saty. 3. lib. 1. *modo sit mihi mensa tripes, et Concha salis puri.* & illud Persij Sat. 5. *ebrius Vane regustatum digito terere salinum* Contentius perges, si vivere cum Ione tendis. Idem satyr. 4. *Ingenit, hoc bene sit, tunicatum cum sale mordens Cere, et farinatum pueris plaudentibus ollam.* & illud Diogenis Cynici, quem cum Craterus rex ad se inuitaret: *βούλομαι, ἔφη, ἐν ἀβύσσῳ ἀλα λείψαι, ἢ ὡς Κερε, τερῶν ἢ πολυτελοῦς τραπέζης ἀπολαβεῖν.* id est, malo, inquit, Athenis saltem lingere, quam apud Craterum mensa sumptuosa perfui. & illud Plautinum ex Rudente, *sed hic rex cum aceto pransurus est, et sale, sine bona pulmento.*

CYRIDO SORDIDVS] cupiditas sordida, id est, amor, seu cupiditas pecunie: que in hominem verè magni & excelsi animi cadere non solet. Et animaduertat adolescens harū litterarum studiosus, Cupidinis nomen etiam pro cupiditate apud hunc poetam semper esse generis masculini, ut Ode 16. lib. 3. *Contrafacto melius parua Cupidine Vestigalia porrigam.* & epist. 1. lib. 1. *Feruet auaritia, miseròque Cupidine peccus.* & Saty. 1. lib. 1. *Et bona pars hominum decepta Cupiditate falso.* & Ode 24. lib. 3. *Eradenda Cupidinis Pravi sunt elementa.* Atque hæc, quamuis non ita magni ponderis, quidam, cum scirent à me esse occupata, sibi iniustissime arrogarunt. neque tamen viderunt, hinc Cupidinem esse Dei nomen. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis auctor est *ἡ πλάτος.*

QVID BREVI FORTES, &c.] id est, quid nos, qui ad brene tempus floremus, valcimus, & viuimus, multa nobis proponimus, multaque desideramus? *iaculamur*, id est, quasi iaculando petimus, destinamus. & est tralatio à sagittariis. *τοξαζόμεθα.* Illa autem breui auro fortes, coniuncte sunt legenda, id est, ἀλγυροί, & (ut Homeri verbo utar) *μικροθάδιοι*, id est, breuis vitæ, seu breui tempore morituri: exiguum tempus victuri.

QVID TERR. ALIO CAL. SOLE] D quid proficiscimur in terras longinquas, & peregrinas patria relicta? nō dissimile est illud Pindari Πυθ. εἰδ. γ. ἔστι δὲ φύλον ἀνθρώπων μοταροταρον, ὅστις ἀρχαίων ἑπιγέμετα παπιδων, τὸ πρῶτον μεταμῶνια θηρεύων ἀκρωταις ἐλπίσι, id est, Genus est hominum vanissimū, quod despiciens domestica, & patria, lōginqua circumspicit, & persequitur, res inancis fallaci spe captās, Sed Virgil. Georg. 2. magis ad rem, exsulioque domos, et dulcia limina mutant, Atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem. *Alia sole, carmine læculari ad Deos, aliisq; et idem nascitur.*

PATRIAM QVIS EXSVL. &c.] si hæc Græcè exprimat, magis appareat totius sententiæ venustas, hoc modo, *τις πατρίδος φυγάς ὢν, καὶ ἑαυτὸν ἐφυγάε*; Nam exsulum Græci *φυγάδα* nominant, & exsulare *φυγεῖν* dicūt, id est, fugere. Itaque hanc paronomasiam lingua Latina imitari non potest. sed is tamen, qui Græcè sciat, facile eam agnoscat. iam exsulē à solo Nonius ait esse nominatum, ut extorem à terra: vide mirū est ab exsule vulgò exsilium, nō exsulum dici. hanc sententiā autem copiosè persequitur Litteret. lib. 3. in extremo *Exiit sepe foras magnis ex adibus ille, esse domi quem peractum est, subitòque reuertit: Quippe foris nihil melius qui sentiat esse: Currit aegens mannos ad villam hic precipitanter, Auxilium rectis quasi forte ardentibus instans: Ofscit extemplo, texit cum limina villa, Aut abit in somnum grauis, atque obliuia quatit: Aut etiam properans urbem petit atque reuifit. Hoc se quisque modo fugit: at, quod scilicet (ut sit) Effugere haud potis est, ingratis h. arer, et angit, &c.* Eodem pertinet illud Saty. 7. lib. 2. *Non horam tecum esse potes, non otia recte Ponere, teque ipsum vitas fugitimus et erro.* Ad hunc locum pertinet etiam illud Aristot. lib. 9. de morib. ad Nicom. *ζητοῖ δὲ οἱ μαθητοὶ μὲθ' ὧν διωμμερεύουσιν, ἑαυτὸς δὲ φεύρουσιν, &c.* nam ea reperies annotata, satyra illa 7. ad illum versum *Non horam tecum, &c.*

SCANDIT ARATAS] eadem ferè Od. 1. lib. 3. *sed timor et mina scandunt eodem, quò dominus, neque Decedit arata triremi, et Post equitem sedet atra cura.* Vberius autem Lucret. lib. 2. *Quòd si ridicula hæc, ludibriaque esse videmus, Reuerdque metus hominum, curaque sequaces Nec metuum sonitus armorum, nec fera tela, Adadactylæque inter Reges, verumque potentis Versantur, neque fulgorem reuerentur ab auro, Nec clarum vestis splendorem purpureæ: Quid dubitas, quin omne sit hoc rationis egestus? &c.*

ET AGENTE N. OCYOR] Virg. lib. 12. *En. Ni fuga subsidio subeat, fugit ocyor Euro.*

IN PRÆSENS] non in posterum, aut futurum tempus. Suadet enim ut in diem viuamus: ut Ode 8. lib. 3. *Dona præsentis cape lætus hora. Et 29. lib. eod. ille patens sui, lætiisque deget, cui licet, in diem, Dixisse, vive: cras vel atra Nube polum pater occupato.* & epist. ad Bull. lib. 1. *Tu, quancumque Deus tibi fortunauerit horam, Grata sume manu, nec dulcia differ in annum.* Nam (ut idem ait Ode 7. lib. 4.) *Quis scit, an adiciant hodierna crastina vite Tempora dii superi?* Quin Pindarus, qui multo seuerior Horatio est, multoque grauiora tractat argumenta, ait se diurnam oblectationem persequentem, sensim senescere, atq; ad mortem progredi. eius verba sunt hæc. *εἰδ. ἀκτὸ δὲ ἀθανάτων μὴ θρασυπέτα φρονός, ὅτι τερπιδὸν ἐφάμερον διώκων, ἔχελος ἔπειμι γλαυκός, ἔς τε τὸν μωρισμὸν ἀγῶνα. & ἰδμ. εἰδ. ἡ ἀπερτίους: quicquid ante pedes est, esse melius, eoque esse fruendum, cum dies is, qui vitæ nostræ cursum terminat, capitibus nostris semper impendat.* sic Pind. τὸ δὲ ἐπὶ πειδὸς, ἀ-

ρεῖον αἰεὶ χεῖμα πᾶν. δόλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέματα ἐλίπασον βίῳ τε πόροι. Denique Theognis monet, ut conuiuio & sermonibus honestis in presentia oblectemur: futura autē Diis curanda relinquamus. sic Theogn. *Νῦν μὲ πῖνοιτες τερπόμεθα καὶ λέγοντες: Ἄσφα δ' ἔπειτ' ἔσται, ταῦτα θεοσι μέλει, id est, Nunc oblectemur potantes, scita loquentes. Sicut autem cura postera diis superis, quibus concinunt illa Euripidis in Alcest. *ταῦτ' οὐδ' ἀνέστας, καὶ μαζῶν ἔμοῦ πάρος, Εὐφρομένη σαυτὸν, πῖνε, τὸν καὶ ἡμέραν βίον λογίζου σὸν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης, id est, His igitur auditis, & ex me cognitis, Te ipsum oblecta, bibere diurnam vitam, tuam esse deputa: cetera fortunæ.**

QVOD VLTURA EST] id est, quod futurum est, nam presentia dumtaxat nos attingūt: futura autem nondum ad nos pertinent. Quemadmodum hic futurū per id, quod vltra nos est, significatur: quia nondum ad illa peruenimus: ita Od. 29. lib. 3. per id, quod retrò est, prateritū, quia illa prateritū, non tamen irritum *Quodcumq; retro est Efficiet, &c.*

LENTO TEMP. RIS.] sic reperi scriptum in sex libris calamo exaratis, Don. Faer. Vrsini, Tornef. Ruffardin. Nicotiano, cum libri vulgati habeant *leio.* quam tamen scripturam, si quis malet, non refello, neque admodū improbo. sed *lenio* magis probò: idque interpretor, moderato, non profuso.

NIHIL EST AB O. P. BEATVM] Pulchre Pindarus Πυθ. εἰδ. γ. ostendens idem, quod hic Horat. nihil esse ab omni parte beatum, ait, Deos immortalis vni bono hominibus dato, duo mala admiscere solere: hæc autem mala insipientis moderatè ferre non posse, suamq; aduersam fortunam fronte & vultu declarare & prodere: & si quid boni habeat, stultitia sua obruere, atq; exstinguere: sapientis contra distimulando sua quidem mala occultare: bona autem semper in promptu habere, & his suas molestias consolari ac leuare: sic Pinda. *πῆμαται σὺν δνο δάονται βροτοῖς ἀγῶνατοι. τὸ μὲν ὢν οὐ δύνασθαι νήπτοι κόσμου φέρειν ἄλλ' ἀγαθοὶ τὸν καλὰ τέρψαντες ἔξω, adde cet. quæ deinceps sequuntur de Peleo, Cadmo, Achille. illum autem Pindari locū videtur Theognis expressisse his versibus. *οὐδέ τις τοι πάντ' ἐστὶ πανόλβιος, ἀλλ' ὁ μὲν ἐσθλὸς Τολμᾶ ἔχων τὸ χακόν, καὶ ὄσσε ἑπίδηλος ὁ μωρός: Δειλὸς δ' ἔτε χειροῖσιν ἑπίσταται, ἔτ' ἀγαθοῖσιν Οὐμῶν ἔχων μίμνεν, id est, Nullus est omnis ex parte beatus: sed vir bonus quiddè audeat fortunam aduersam excipere & subire: neque tamen præ se fert agritudinem, aut casum suum aduersum. At improbus & ignauus neq; in malis, neq; in bonis constantem animum retinens manere potest. Rursus Pindarus Νεμ. εἰδ. ζ. disertè negat fieri omnino posse, ut aliquis vnus vnuerfam beatitudinem sit consecutus. *τυχεῖν δ' εἰ' ἀδύνατον εὐδαιμονίαν ἀπασαν ἀνελάμβον.***

Eodem pertinent tres Eurip. senarij in Steneb. *ὄσα ἔστιν ὅστις πάντ' ἀμὴρ εὐδαιμονεῖ. Η γὰρ πεφουκὸς ἐσθλὸς ὄσα ἔχει βίον. Η δυσγενὴς ὢν πλάσσει αἰοὶ πλάσσει, id est, non est quisquam qui omni ex parte beatus sit. Nam aut bonus natura factus viuendi facultatibus caret: aut ignobilis & humilis natus, agros fertiles & opimos arat.*

ABSTVLIT CLAR. CITA MORS] A c h n.] apud Homerum Achilles se *μικροθάδιον* à matre editum esse, id est, vitæ brevis hominē, dicit: *Μήτηρ, ἐπεὶ μ' ἔτεκας γὰ μικροθάδιόν κερύοντα, Τιμῆς κερ μοι ὄφειλεν ὀλύμπιος ἐχθυσταλίζου, id est, Mater quandoquidem me peperisti brevis vitæ hominem, At certe Deus mihi honorem & gloriam tribuere debebat. cui sic respondet Thetis, *Ω μοι τριγὸν ἔμῳ, τί νυ σ' ἐπεφρον ἀνὰ τεκῶσα; Αἰὶ' ὄφειλες κερ τῶσιν ἀδάκρυτος, καὶ ἀπτήμων Ησθται, ἐπείνυ τοι ὄσα μικροθάδιον, ἔπι μάλα δην, id est, Hei mihi, filii mi, quam obrem te sustuli & alui, posteaquam cum dolore peperisti? Vtinā ex pers lacrymarū, & malorum ad nauis sederes: quādoquidem breuis tibi vitā à diis concessa est, neque admodum diu victurus es. & eadem pro filio Iouem orās, Τιμῶν μοι ἔδν, ὅς ἀνωμωρώτατος ἄλλων Ἐπλετο: id est, filium meum honore afficito, qui breuissimæ inter alios homines vitæ natus est. & ἰλ. 1. ipse Achilles narrat se de mare audiuisse, si gloria studeat, sibi breui esse moriendum. *Μήτηρ γὰρ τε με φησὶ, &c.***

LONGA TITHONVM] immortalitatem quidem Tithonus, quam optauerat, consecutus est: sed eam senectus infuauit, atque amararam reddidit, cum se omnibus profus voluptatibus atq; oblectationibus, ætatis culpa, priuatū esse sentiret: quē ob id in cicadam versum esse aiūt. Narrant Tithonū ab Aurora immortalitatem quidem impetrasse, quam petierat, sed non ἀγλασσαι, id est, vitam senectutis expertem, & perpetuam iuuentam, quam petere eum fugerat. Ita factum est, ut in cicadam versus sit, animal aridissimum & siccissimum, & canorum, & garrulorum: quæ senectuti conueniunt. [Senectus enim natura est loquacior, ut scribit M. Tullius in Catone Maiore, & sola vox ferè in senibus remanet. quod notat Seruius hunc versum proferens, ad illum Virg. lib. 12. *En. 4. Tithoni croceum linquens, &c.* Admonet autem Eustathius ad primum versum ἰλ. 1. Tithoni nomen vsurpari solere de senibus infelicibus, & laboriosis. Sup. Od. 28. lib. 1. *Tithonūque remotum in auias.*

PORRIGET] producet, prorogabit: seu, si quis malet, præbebit.

TR EGES CENTVM, &c.] circum te greges centum, & Siculæ vacca mugiunt. Diuitiæ olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant positæ. Hom. ἰλ. 1. *Ενδ' ἀνδρες γόβισι πολυρρήϊες, πολυβύτα, id est, in ea autem urbe*

habitans viri agnis, & bobus abundantes. & Herod. ἐργ. ἢ ἡμ' ἀνδρες πολὺ μιλιοί τ' ἀφροί τε id est, viri ouibus, & diuitiis affluentes. & Hero. οὐραν. Ἐργαῖα καὶ ἰσχυροὶ ἔπι μισθῶν ἑσθ' ἰσχυροὶ βασιλεῖ ὁ μὲν ἰσχυροὺς νέμων, ὁ δὲ βίβας, ὁ δὲ νεώτατος ἀνδρῶν Περδικκῆς τὰ λεπτά τῶν ἀεγμάτων. ἔσων γὰρ τὸ πάλαι καὶ αἱ τρυφάνιδες τῶν ἀνθρώπων ἀδυνατεῖς ἀρημασῶν, οὐ μόνον ὁ δῆμιος. id est, hic etiam hi tres fratres mercede conducti regi seruibant: alius equos pascens, alius boves, alius, qui erat natu minimus, Perdicca, oueis. Erant enim olim reges pecunia tenues & infirmi, non solum populus.

TOLLIT HINNITIVM] edit hinnitum. vltima syllaba nominis hinnitū p̄tinet ad principium versus deinceps subsequētis, hoc modo: tibi tollit hinni. T' apra quadrigis equa. vt sup. Ode 13. ille venena Colchi. Ca. & quicquid, &c. tollere hinnitum autem sic dictum, vt tollere cachinnum, risum, clamorem lib. de arte poet. Romani tollent equites, pediteque cachinnum. & ibidem, Ne spissa risum tollant impune catervae. & M. Tullius lib. 2. ad Qu. Fratrem epist. 1. deinde eius opera repente a Graecostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt. & epistol. tertia, opera Clodiana clamorem sustulerunt. & Lucret. lib. 3. tollant clamores, quasi si ingulerentur ibidem. & Virg. Aeneid. 3. Clamorem immensum tollit.

APTA QVADRIGIS EQVA] etiam hoc loco refelli, & coargui possunt ij, qui quadrigas, quattuor equos esse sine curru putant. Nā si hoc ita sit, quomodo hic locus explicari possit. nō video. sed res est ita in promptu posita, vt silentio potius p̄tereunda, aut risu eludenda, quā argumentis aut exemplis sitrefellenda.

TE BIS AFRO MYRICE TINCTA.] lanas bistinctas murice, seu purpura, δισαφείς Græci vocant. ex quo M. Tullius purpuram bistinctam dibaphum nominat epist. ad M. C. celiū, lib. 2. epist. Curtius noster dibaphū cogitat, sed eum infector moratur. Murex autem piscis ē genere testaceorum, ex cuius sanguine conficiebatur color purpureus. Horat. epist. 2. lib. 2. Argentum, vestes seculo murice tinctas.

SP. GR. TEN. CAM.] sic Pindarus ἐπ. θ. Olymp. ait se Parca beneficio & benignitate eximiaqum Gratiarum hortum depascere, id est, ex artis poetice studio flores lectissimos carpere. οὐ τινι μοι εἶδω παλάμῃ ἐξαιρέτων χηρίτων νέμομαι χεῖρον. Significat autem Horat. sibi à Parca, aut à facis tributā esse vim & facultatem poetice ex Græcis poetis expressam. sic Od. 30. lib. 3. Dicar, quā violens obstrepit Ausfidus, Et quā pauper aqua. &c. ex humili potens Princeps Aoliū carmen ad Italos Deduxisse modos. Tenuem autem camœnæ spiritum dicit, vt Od. 6. lib. 1. imbellisque lyra musa potens vetat Laudes egregij Caesaris & tuas culpa deterrere ingent.

PARCA NON MENDAX] sic Parcas veteribus appellat in carmine saculari, post epod.

M A T I G N V M] illiberale, inuidum, iniquum, sup. Od. 29. lib. 1. ne parce malignus. & epist. ad August. laudare maligne.

A D M A E C E N A T E M agrotum. Od. 17.

ARGVMENTVM.

Negat se ei superstitem esse velle.

Ue me querelis exanimas tuis? Nec Diis amicum est, nec mihi, te prius

Obire, Macenas, mearum Grande decus, columenque rerum.

Ab, te me a si partem anime rapit Maturior vis, quid moror altera, Nec carus aequē, nec superstes

Integer? ille dies vtramque Ducet ruinam: non ego perfidum

Dixi sacramentum: ibimus, ibimus, Vtrumque praecedes, supremum

Carpere iter comites parati. Me nec Chimerae spiritus ignea,

Nec si resurgat centimanus Gyas, Diuillet vquam sic potenti

Iustitia, placitumque Parcis. Seu Librae, seu me Scorpius aspicit

Formidolosus, pars violentior Natalis horae, seu tyrannus

Hesperiae Cabricornus vnda: Vtrumque nostrum incredibili modo

Consentit astrum, te Iouis impio Tutela Saturno resurgens

Eripuit, volucrisque fuit Tardauit alas, cum populus frequens

Latum theatris ter crepuit sonum: Me truncus illapsus cerebro

Sustulerat, nisi Faunus ictum Dextra leuasset, Mercurialium

Custos virorum, reddere victimas, Aedemque votiuam memento:

Nos hnmilem feriemus agnam.

EXANIMAS

EXANIMAS] occidis, interimis, seu conturbas, & maiore afficis. M. Tull. pro Milone. Me quidem, iudices, exanimant & interimunt haec voces Milonis, quas audio assidue, &c. Horat. Saty. 4. lib. 1. auidos vicinum finnis vt agros Exanimat: mortisq, metu sibi parere cogit.

NEC DIIS AMICVM EST] à Græcis sumit hoc loquendi genus. sic enim illi, οὐ θεοῖς φίλον, id est, non est diis amicum: quod Latine redderemus, non placet Diis. Hom. ἰλ. η. ἀμείπηρ ἕμμι φίλον καὶ ἠδὲ γένοιο, id est, siquidem vobis amicum & iucundum fuerit. idem ἰλ. ἰω. τα. οὐτω περ διὲ μέλλει Ἐσθ' ἀμείπηρ φίλον εἶναι, id est, sicque videtur Ioui potētissimo amicum esse. & Theognis, Ζεῦ πάτερ, εἴγε γένοιο θεοῖς φίλον. ὁ Iupiter pater, vt inam hoc fit diis amicum. rursum Hom. ἰλ. α. Αἰετοὶ τὸ χεῖρ' ἔσθ' φίλα φρεσὶ ματωμέναι, id est, semper tibi amicum est mala vaticinari. Plat. in Theateto. ἀλλ' εἰ εὐποῖς, ὦ Θεοδωρῆ, σοὶ φίλον, οὐδ' ἐμοὶ ἐσθ' ἄρδον, φασὶν οἱ παρομιμαζόμενοι, id est, At si sic, ὁ Theodore, tibi amicum est, nec mihi inimicum est, vt est in proverbio. Callimachus in Delum, ἦναι τὸ με βέζον, ὅ, τοὶ φίλον. Eurip. Phœniss. ἃ γὰρ σὺ βούλει, ταῦτ' ἐμοὶ, μάτηρ, φίλα, id est, Nam quae tu vis, ea mihi mater, sunt amica. Hesiodus ἐργ. καὶ ἡμ. σοὶ δ' ἐργαφίλ' ἔσθ' μέγιστα κοσμεῖν, id est, tibi autem amicum esto res modestas, & temperatas ornare & administrare.

MEARVM GRANDE DEC. COL.] decus, hoc est ornamentū: columen, hoc est, praesidiū, & robur. Ode 1. lib. 1. οὐ πρῆσθιδιαι, & dulce decus meum.

AH, TE MEAE SI PARTEM ANIMAE] Pithagoricum est hoc. σώματα δύο, ψυχή δὲ μία, id est, corpora quidem duo, animus autem vnus.

RAPIT] epist. 14. nupto de fratre dolentis insolabiliter.

MATVRIOR VIS] mors immatura: vel maturior, id est, celerior, quā natūra fert.

NEC CARVS AEQVE, NEC, &c.] sensus est: ego nec carus mihi aequē futurus, nec integer, si tibi, qui meae animae pars vna es, sum superstes, quid moror altera?

ILLE DIES VTRAMQVE DVGET] non occides, aut morieris, quin ego eadem fati necessitate domitus atque oppressus exstinguar. eodem, quo tu morieris die, moriar: qui dies te eripiet, ille vtrumque eripiet: ruere aut mori nō potes, quin ego eodem casu labefactatus concidam. NON EGO PERFID. DIXI] id est, non ego peieravi. translatio ducta à militari sacramento. sic enim loquitur Caes. lib. 1. de bello ciuili. Milites Domitianus sacramentum apud se dicere iubet.

IBIMVS, IBIMVS.] concinna ἀναδιπλασία, id est, reduplicatio. sic Alcæus, Δίεξαι με κομμάζοντα, δέξαι: λίσσομαι σε, λίσσομαι, id est, recipere me comissantem recipere: obsecro te, obsecro. sic Oda 20. eiusd. libr. non ego pauperum san-

quis parentum: non ego, quem vocas, Dilecte Macenas, obibo.

VTCVMQVE PRAECEDES] vbiicumque, vel quodcumque; praecedes, vt annotauimus ad Oden 17. lib. 1.

SVPREMVM CARPERE ITER] extremum vitæ diem tecum obire parati. supremum valet extremum, vt epistola ad Torq. Supremo te sole domi Torquate manebo. carpere iter autem etiam vsurpauit Saty 5. lib. 1. vt pote longum Carpentis iter factum corruptum imbrī.

CHIMERA SPIRITVS IGNEA] Pindarus Chimeraem appellat πῦρ πνέουσα, id est, ignem spirantem, vt diximus supra ad Od. 27. lib. 1. vbi plura de Chimera.

RESVRGAT] qui nunc iacet à Ioue prostratus. vsurpauit hoc verbum etiam lib. 3. Od. 3. Ter si resurgat murus athenens, &c. & Virg. lib. 1. Aeneid. illic fas regna resurgere Troia.

CENTIMANVS GYAS] & hoc loco, & Od. 4. lib. 3. ibi. Testis mearum, &c. secutus eram initio scripturam, quæ in quibusdam libris calamo descriptis reperitur, & quam Priscian. lib. 6. & 17. agnoscit, centimanus Gyges. Præterea Hesiodus Cottum, Briareum, Gygen fratres centimanos facit in Theogon. Ἄλλοι δ' αὖ γώμης τε καὶ οὐρανοῦ ἐξέγονον Τρεῖς παῖδες μεγάλοισι καὶ ἄμβροστοι, ὅσκι ὀνομαστοὶ Κόττος τε, Βριάρεος τε, Γύγης δ' Ἐσθ' ἰσχυροὶ τέσσαρα τέσσα, τῶν ἑκατὸν μὲ χεῖρες ἀπ' ὀμων ἀποστοντο, id est, Alij autem ex Terra & Cælo nati sunt tres filij magni & validi, nō nominandi Cottus & Briareus, & Gyges, superbi scetus: ē quorum humeris centum manus affurgebant, &c. Præterea interpres Apollonij lib. 1. scribit Briareum, Aegæona, Gygen vnum & eundem esse distimilibus nominibus idem significantibus. illius verba sunt hæc, Βριάρεος δὲ καὶ Αἰγώνων καὶ Γύγης ὁ αὐτὸς λέγεται σιωπύμοτος. Hom. autem ἰλ. α. sub Achillis persona narrat, Briareum centimanum à Theride euocatum Ioui, cū eum ceteri Dij vincire vellent, aduersus illos opem tulisse: sic Achilles Thetidi. Ἄλλὰ σὺ τὸν γ' ἐλθέσσι θεῶν ὑπελύστοιο δεσμιῶν Ὡχ' ἑκατόν χεῖρον καλέσσο' ἐς μακρὸν ὄλυμπον, Ὁν Βριάρεον καλέσσοσι θεοί. At tu Dea illum (Iouem) profecta vinculis soluisti, celeriter Centimano euocato in longum Olympum, quem Dij Briareum appellāt. Sed cū hos commentarios iam typis, operisq; permittere cogitarem, iniectus mihi scrupulus est, ex duob. locis Hor. in quibus nomen Gyges, quamuis gigas in iis nō designetur, producit. Od. 5. lib. 2. Cnidiusque Gyges. & Od. 7. lib. 3. Constantis munem fide Gygen: & ex vno Ouidiano, in quo gigas idem, qui hoc loco, describitur, Centimanum Gygen, semibouemque vnum: Non esse enim verisimile alibi produci idem nomen, alibi corripit: quamuis in nonnullis nominibus propriis hoc vsu venire sciam. Mouit me præterea Apollodorus, cuius hæc sunt verba in principio. Οὐρανοῦ ἑκῶτος τῶ πτωτός

ἰδὺν ἄνευσε κόπρου. Γήμεις δὲ Γλιό, ἐτέμνωσε
 ἀπώρτες τὲς ἐρετοίχης ἀπὸ γαυροῦ ἰνῆρας
 Βελίπεων, Τύβω, κοίον: id est, Caelum, seu Caelus
 primustotius mundi imperium obtinuit. cū autem
 Terram uxorem duxisset, suscepit ex ea liberos
 primos, Briareum, Gyam, Cæum: qui centimani
 sunt appellati. His testimoniis, & argumētis
 adductis, sententiam priorem mutavi, & apud
 Horat. utrobique centimanus Gyas legendum esse
 existimaui: quam scripturam probat item M. Anton.
 Muretus, eamq; se in quibusdam veteribus
 libris reperisse testatur. ego, ne mentiar, nusquam
 eam reperi, nisi quod in lib. Façini, & vno Vaticano,
 hoc nomen in litura, tamquam in luto demersum
 est. ex qua suspicari licet initio scriptū fuisse
 Gyas, & postea ab ignaris litterarū deprauatum.
 Hanc igitur scripturam si recipimus, emēdādi
 sunt Hesiodus, & Apollonij scholiastes, & ubi
 vulgò legitur Γύμεις, scribendum Γύς, eadēmq;
 opera puto apud Hesiod. non Κόστω, sed Κοίον
 legendum esse. Quod autem libri plerique veteres
 habent Gyas, ego hanc scripturam ex deprauata
 antiqua Gyas nata esse puto: quāquam si quis
 eam sequi volet, non repugnabo.

SEV LIBRA, SEV ME. &c.] Mathematici, & Astrologi
 ab aspiciendo, quo verbo hic vtitur Horatius, aspectus
 appellant: sed ij aspectus intelliguntur stellarum
 erratium, inter se: non ad homines referuntur:
 quo modo velle videtur quæ scribit M. Tull. de
 diuinat. lib. 2. sed ut ratione utamur omnis
 rebus, sic isti disputant, qui hanc Chaldaeorum
 natalitia predicta defendunt. vim quandam esse
 aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακός
 dicitur, talem, ut eius orbis unaquaque pars alio
 modo moueat, immutetque calum, perinde ut
 quæque stella in iis signis sit partibus sint quoque
 tempore eamque vim v. u. moueri ab iis
 sideribus, quæ vocantur errantia. Cū autem
 in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit
 ortus eius, qui nascatur, aut in eā, quæ a
 coniunctum aliquid habeat, aut consensiens: ea
 triangula illi & quadrata nominant, &c. seu me
 igitur (inquit Hor.) Venus, cui Taurus, &
 Libra attribuuntur, aspiciat: seu Mars, cui
 Scorpius, & Arius: seu Saturnus, cui Capricornus:
 nostra astra incredibiliter consentiunt & conspirant.

FORMIDOLOSVS] horribilis, metuēdus.
 PARS VIOLENTIOR NATALIS] significat, se eo
 temporis momento natum esse, quo Mars in
 orbis signiferi parte sibi imminente, & propinqua
 fuerit. Est autē Martis stella, vt & Saturni,
 malefica, & inclemens, Astrologorum sententia.

SEV TYRANNVS HESPERIÆ] id est, qui tempestates
 in Oceano occidentali, & quouis alio mari,
 excitat oriēs: Capricornus autem Saturno
 ascribitur. Aiunt quidam tyrannos, & eos, qui
 patriam suam antea liberam sibi seruire cōegerunt,
 Capricornum pro natalitio signo habere solere:
 iccirco Capricornum tyrannum ab

Horatio appellari, quasi nascētibus ortu suo regnū
 & tyrānidem promittentem, ac præparatē. [Immo
 Capricornum iccirco Hesperiae, id est, Italiae,
 tyrannum dicit, quia Saturnus in Capricorno
 grauiissimas pluias excitat, vt notat Seruius
 commentar. in lib. 1. Georgic. ibi, Frigida Saturni
 sese quò stella receperit, & maximè, inquit ille,
 in Italia: Vnde & Horatius ait, seu tyrannus Hesp.
 Capric.]

TE IOVIS IMPIO, &c.] Iupiter prosperus, &
 salutaris est: Saturnus maleficus, perniciosus,
 pestilens. significat igitur, cū Mæcenatis ortus,
 diēque natalis Iouis, & Saturni sit particeps,
 Iouis stellam prosperam, ac salutarem, Saturni
 inclementiam contulisse, ac discussisse: à Mæcenate
 denique pernicipem ei imminētē, ac presentem
 auertisse. Iouis tutela igitur, id est, Iouis
 stella, quæ te tuetur. Ostendit autem etiā M. Tull.
 epit. ad Fab. Gallum lib. 7. Saturnum esse
 perniciosum, & inclementem. sic enim ille, Martis
 verò signum quò mihi pacis auctori? Gaudeo nullum
 Saturni signum fuisse. hac enim duo signa putarem
 mihi as alienum attulisse: contra Iouem, salutarem,
 lib. 6. de rep. Deinde est hominum generi prosperus,
 & salutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis. sic Virgil. Georg.
 1. Frigida Saturni sese quò stella receperit. Iterum
 M. Tullius lib. 1. de diuinat. Quid habet astrologus,
 cur stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad
 ortus puorum salutaris sit, Martisque contraria?
 [Denique Mars & Saturnus Dij sunt ἀνεπηχοί: id est,
 qui habent vim de medio tollendi, quique
 intercidere solent vitæ rationem si aspectu suo,
 aut radiis suis ortum genituræ attigerint. notat
 Seruius ad illum Virgilij locum Æneid. 4. & dij
 morientis Elisse: & hunc locum profert.]

VOLVCRISQVE FATI TARD. AL.] & mortis
 celeritatem, ac propinquitatem retardauit:
 mortem impendentem & iam iam aduentantem
 repellit. Quidam libri manu script. habent,
 volucrisq; &c. [Rectè tardauit: quia necessitas
 fati impediri quidem potest, & retardari: sed
 non proforsus elidi, aut præcidi. notat ibidem
 Seruius.]

REFVLGENS] suo fulgore contrario fulgens,
 & Saturno repugnans.

LÆTVM THEATR. TER CREP.] ter tibi applausit,
 vt sup. Od. 20. lib. 1. datus in theatro Cum tibi
 plausus. Propert. eleg. 8. lib. 3. Et manibus
 faustos ter crepuere sonos. Virgil. lib. 2. Georgic.
 hunc plausus hiantem Per cuneos geminatus enim
 plebisque patrūque Corripuit. ter autem valet,
 sæpius. vt Od. 3. lib. 3. Ter si resurgat murus
 æneus. vide quæ annotaui ad Od. 1. lib. 1. si
 plura exempla requiris.

ME TRVNCS] de hoc trunco, aut de hac arbore,
 vide suprà Od. 13. Ille & nefasto te posuit
 die, &c.

ILLAPSVS CEREBRO] in Oda suprà dicta,

dicta, te caducum In domini caput immerentis.
 SVTVLERAT] sustulisset de medio, interemisset.
 sic Od. 1. lib. 3. Fulmine sustulerit caduco.

NISI FAVNVS ICT.] significat, Martis maleficientiam,
 & iniuriam, cui erat maximè opportunus, atque
 expositus, à Fauno, ac Mercurio esse repressam,
 ac propulsatam: quem admodum & Saturni pestilentiam,
 quæ Mæcenatis ceruicibus impendebat, Iupiter sua
 præsentia discussit.

MERCVRALIVM] ingeniosorum, quales sunt poète:
 qui sunt sub tutela Mercurij.

REDD. VICTIMAS,] reddere maiores hostias.
 reddere autem dixit, quia cas vouerat morbo
 affectus, si conualesceret. Admonet igitur Mæcenatem
 Horat. vt voti damnatus, nempe recuperata
 valetudine, voti se obligatione exsoluat.

ÆDÉMQVE VOT.] Magni, & clari, & potentes viri,
 in rebus aduersis, & periculosis ad deis sacras
 vouebant, si salui euaderent. cuius rei innumerabilia
 sunt exempla.

FEREMVS AGNAM] vt suprà Ode 4. lib. 1. seu
 postat agnam, sine malis hadum, humilem autem,
 id est, paruam, & quasi humo propinquā, seu
 humi repentem: nobis conuenientem scilicet, qui
 humiles sumus.

Od. 18.

ARGVMENTVM.

Se in re tenui, sua tamen forte contentum viuere,
 at alios nullum adificandi, nullum quarrendi,
 nullum rapiendi modum facere, nihil de morte cogitantis.

NON ebur, neque aurum Mea renidet in domo lacunar:
 Non trabes* Hymettie Premunt columnas
 Ultima recisas Africa: neque Attali, Ignotus heres,
 regiam occupauit: Nec Laconicas mihi Trabunt
 honesta purpuras clientæ. At fides, & ingenium
 *Benigna vena est: pauperemq; diues Me petit.
 *nihil suprà Deos laceffo: nec potentem
 amicum Largiora flagito,

Satis beatus vnicis Sabinis. Truditur dies die:
 Nouaq; pergunt interire Luna. Tu secunda marmora
 Locas* sub ipsum funus: & sepulcri Immemor struis domos:
 Marisque Baijs obstrepentis vrges Summouere
 littora, Parum locuples continente ripa. Quid,
 quod vsque proximos Renellis agri terminos?
 & ultra Limites clientium Salis auarus?
 pellitur paternos In sinu ferens* deos Et uxor,
 & vir, sordidosque natos. *Nulla certior tamen
 Rapacis Orci sine destinata, Aula diuitem manet
 Herum, quid ultra tendis? aqua tellus Pauperi
 recluditur, Regumque pueris: nec satelles Orci
 Callidum Promethea Reuexit auro captus.
 hic superbum Tantalum, atque Tantaligenus
 coercet. hic* leuare functum Pauperem laboribus,
 Vocatus, atque non vocatus audit.

RENIDET] quandam hilaritatem præ se fert,
 vt sup. Od. 5. Vt pura nocturno renidet Luna
 mari. & epod. Od. 2. circum renidentis Lares. &
 lib. 3. Od. 6. & adiecit prædam Torquibus exiguis
 renidet, id est, latatur, gloriatur. Catullus transfert
 ad animata, atque ad eadē ad homines. Egnatius
 quod candidos habet dentes, Renidet vsquequaque.
 Id est, ridet. quemadmodum & ridere transfertur
 ad inanima. idem Catull. de nuptiis Pelei. Quis
 permulsa domus iucundo risit odore. sic Lucret. lib. 1.
 tibi ridet aquora ponti. & lib. 4. Vnguenta,
 & pulchra in pedibus Sicyonia rident. Idem ad
 idem significandū vritur verbo renidendi. lib. 2.
 Nec domus argento fulget, auroque renidet.
 & Virg. Georg. 2. ac late fluctuat omnis Ære
 renidenti tellus. Horat. lib. 4. Od. 11. Ridet
 argento domus. & Od. 4. & pulcher fugatis
 Ille dies Latio tenebris: Qui primus alma
 risit adorea. Talis est vsus apud Græcos
 verbi γελᾶν. Hesio. Theog. γελᾶ δὲ τε
 δάμαρτα πατρὸς Ζεὺς ἐργυδᾶ ποιο, θεῶν ὄπι
 λειπέσση Σιδναμῶν. id est, m iiii

Rident autem domus patris Iouis grauitate crepantis, deorum voce candida diffusa. Theognis, *ἐλάσσει δὲ γαῖα πέλῳρι*, id est, risit autem ingens terra. Virgil. in Melibœo, *omnia nunc rident*.
LACVNAR.] laquear. vtitur M. Tull. Tusc. 5. in hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari, *scilicet equum appensum demitti iussit*. Virg. lib. 8. Æneid. *Erigitur, summique ferit laquearia teliti*. ad quem locum Seruius hunc locum profert.

NON TRABES HYMETTIÆ PREMUNT.] id est, non trabes ex monte Hymetto petiæ, columnis è lapide Numidico ab vltima Africa deuectis innituntur. trabes autem Hymettias vel lignecas intellige, puta abiernas: vel marmoreas, vt alij volunt, quod ego magis probō. Plinius quidem lib. 36. cap. 3. columnas Hymettias marmoreas commemorat: necui fortè hoc mirum, aut incredibile videatur, quod cum apud me Turnebus collega meus vir doctissimus legisset, retulit in Aduersaria sua, & vt aliquid amplius dixisse videretur, locum Plinij commemorauit, quem satis habui lectori indicare.

NEC ATTALI IGN. HER.] significat, se neque vi, neque blanditiis, neque aliis malis artibus, ac rationibus cuiusquã diuitis hereditatem expugnasse, quæadmodum populus Ro. Attali regis Pergami hereditatem sibi vendicauit, vt scribit Iul. Florus lib. 38. & simul auaritiã populū Ro. obscure notat, qui reges non solum armis & ferro, & aperto Marte, verum etiã simulatione iuris, & fraude, regnis auitis euerterit, ac spoliari non dissimile est, quod ait M. Tull. de regno Alexandrino in orat. Agr. contra Rull.

quæ verba libet hoc loco ascribere, vt quiuis ex iis intelligat, multa regna non testameti, aut victoriæ iure ad populum Rom. venisse, sed populū Rom. quo iure, qua iniuria omnium regum, ac liberorum populorum bona appetiuisse, & conciliasse, sic igitur M. Tull. *Quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum testamento regis Alexandrini populū Rom. esse factum? hic ego consul populū Rom. non modo nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem, profero. Magna enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiã ad dicendum videtur esse. Video, qui testamentum factum esse confirmet: auctoritatem senatus extare hereditatis aditæ sentio, tum, quando Alexandro mortuo legatos Tyrurum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent, &c. mox sequitur: Dicitur contra, nullum esse testamentum: non oportere populū Romanum omnium regnorum appetitum videri: demigraturos in illa loca nostros homines propter agrorum bonitatem, & omnium rerum copiam.*

NEC LACONICAS MIHI] sic habent omnes nostri libri vet. nullus, *Laconias*.

TRAHUNT.] nent. ex quo per translationem *tracta oratio* appellatur, id est, non vehemens, non contorta, nõ interrupta, neque concisa, sed fluens, & continens, & fusa. Cic. de Orat. 2. *verborum autem ratio, & genus orationis fufum, & cum lenitate quadam æquabili profuens*. Idem in perfect.

orat. *sed in his tracta quadam, & fluens expeditur, non hæc contenta, & acris oratio*. & tractus verborum apud eundem lib. 2. de orat. ad Qu. Fratrem, *qui timor: quæ dubitatio, tractusque verborum?* sententia autem huius loci hæc est meorum clientium vxores lanas mihi non carpunt, neque nent, ex quibus mihi conficiantur togæ prætextæ: cum obtinucri magiſtratū.

CLIENTÆ] ita admonet esse legendū Carriſius lib. 1. his verbis. *Clientis communis est. Inuenimus tamen & clientam apud Afranium in Pompea. interim tua clienta: & apud Horatium, Nec Laconicas mihi Trabant honesta purpuras clienta*. Atque hæc sunt annotata à M. Antonio Mureto. Verum quod ad hæc scripturã attinet, eã in vno dumtaxat libro vetere reperi, eoque Vaticano: quem tamè corruperat nescio quis imperitus litterarum, adiecta s. Plautus quoq; vtitur hoc nomine in Rudente, *Bene factum, & volupe est mihi, hodie his mulierculis Tetulisse auxilium: iam clientas reperi*. & in Mil. glor. *habeo eccliam clientam meam*. Denique ita legit Porphir. siue quis alius Pseudoporph.

BENIGNA] largæ, affluens, abundans. vide quæ diximus ad Odam 17. lib. 1.

VENA] epist. de arte poet. *ego nec studium sine diuite vena, Nec rude quid profiſt video, ingenium*.

NIHIL SVPRÀ DEOS LACESSO.] non fatigo deos precibus, vt plura donent. sic enim suprã locutus est. Od. 2. lib. 1. *prece qua fatigent, &c.*

NEC POTENTEM AMIC.] potentem amicum τὸν ἰσχυρῶτα φίλον appellat. sic autem licet eos hodie appellare, qui coluntur à tenuioribus spe vtilitatis alicuius: non autem dominos, cum his temporibus feruorũ vsus sublatus sit. sic idem epistola ad Lolliũ 2. lib. 1. *Tu cede potentis amici Lenibus imperiis*. idem appellatur rex, & ab ipso Horat. & à Plauto, nepe qui alit inferiorè. fortasse autem Mæcenatem significat.

SATIS BEATVS] agro Sabino cõtentus, & ita beatus.

TRVDITVR DIES DIE] id est, diem dies excipit: diem hesternũ hodiernus expulit, hodiernũ vicissim craftinus exturbabit. significat vitæ nostræ curriculum esse breuissimũ, & temporis cursum celerissimũ.

NOVÆ QVE PERGVNT INTERIRE LVNÆ] nouæ Lunæ primũ complentur: deinde decreſcunt, atque intereũt, & rursus oriũtur nouæ menstruo spatio confecto, vt Ode 7. lib. 4. *Damna tamen celeres reparant caelestia luna*.

TV SECANDA MARMORA LOCAS] id est, tu cõducis operas mercenariorum hominum, qui tibi marmora cædant ad ædificandũ: vel cũ redemptore aliquo pacifceris certa mercede, qui secanda cõter suo periculo. sic loquũtur Latini: *loco opus faciendum*, id est, cõduco eius operas, qui faciat opus: vel redemptori negotiũ do operis faciendi.

SVB IPSVM FVNVS] paullò antè funus: vt sup. Od. 9. lib. 1. *Tenditque sub noctem susurri*.
ET SEPVLCRI IM M.] id est, & oblitus breui esse moriendum, & ita cogitandum esse de sepulcro excitando, ædificas domos, quasi immortalis futurus.

BANIS OBSTREPENTIS] sic Ode 14. lib. 4. *qui remans Obstrepat Oceanus Britannis*.

VRGES SVM MOVERE] id est, in eo occupatus es, eique operi instas, in eam curam totus incumbis, vt summoueas maris littora quia iactis vltra littus in mare molibus, ædificas. Varius est autè verbi *urges* vsus apud hunc poetam. Od. 6. lib. 1. *Quis multa graculis te, puer, in rosa, Persifus liquidis urget odoribus?* id est, arctè amplectitur Od. 22. eiusdem, *Quod latius mudi nebula, malisque Iupiter urget*, id est, occupat, circumfundit. & Od. 9. huius libri, *Tu semper urges stebilibus liquidis Myſten ademũ*, id est, insequeris. quod perinde est, ac si diceret. tu assidue eius mortem luges, ac deploras. & Od. 24. lib. 1. *Ergo Quinctiliũ perpetuus sopor urget*: id est, opprimit, occupat, detinet: aliter Saty. 3. lib. 2. *puer, inquit, te malus urget*. ibid. *& medicum urget*. & Saty. 3. lib. 1. *optimus ille est, Qui minimis urgetur*. & epist. ad villicũ lib. 1. *& tamen urges lampridem non tacta ligonibus arua*. & Saty. 7. lib. 2. *Pars hominum vitium gaudet constanter, & urget Propositum*, id est, perſeuerat in suscepto, & proposito cõsilio. & Od. 17. epod. *Urget diem nox, & dies noctem*, id est, sine vlla intermissione excipit, ac subsequitur. Germanus Valens, vt Horatij Flacci, aliorumque elegantium & politorum scriptorum, ita & Virgilij studiosissimus, indicauit mihi, cum fortè hũc locũ vni legeremus, etiã apud Virg. huius verbi vsus esse varium ac multiplicem. Sic 9. Æneid. *Veſte regens, tibi quam nocteſtina, dieſque præcibam, & tela curas salabar anileis*. Idem 7. *abryiam sed currite ab alto Prægeri volucrum raucarum ad littora nubẽ*. Geor. 1. *namque urget ab alto Arboribusque, satisque Notus, pecorique sinister*. & lib. 4. *Cecropias innatus apes amor urget habendi*. & 3. *oculos stupor urget inerteis*. Æneid. 10. *Olli dura quies oculos & ferreus urget Somnus*. ibi. *seruo rumpenda per hostes Est via, quã globus ille virũ denſissimus urget*.

PARVM LOCVPL. CONT. RIPA.] terra continente non contentus, in mari ædificas, & mari ipsi littus adimis, vt Od. 1. lib. tertio, *Contracta pisces aquora sentiunt, iactũ in altum molibus*. eandem cupiditatem reprehendit Ode 24. lib. 1. *Cementis licet occupes Tyrthenum omne iuis, & mare Appulicum, &c.*

QVID, QVDD VSQVE] Quid quodd assidue vicinorum tuorum possessiones, & agellos reuulſis terminis occupas? [Quod verat Phocylides hoc versu, *Αγρὴ γυατονέοντος ἀπὸ χροῦ, μὴ ἀρ ἄσπῳς*.]

ET VLTVA LIM. CLIEN.] cum eos defendere, ac tueri debeas. lege annot. ad illum locum, *postico falle clientem*, epist. ad Torquatam.

Si potes archaici. lib. 1. epist.

PELLITVR PATERNOS] Sic Sallust. bello lugurt. *Interea parentes, aut parui liberi militũ, vt quisque potentiori affinis erat, sedibus pellebantur*.

R. O. F. D. A. D. MANET] diuiti imminet, parata est. lege annot. ad Od. 28. lib. 1. licet (inquit Horat.) in mari, & in alieno solo, iustis, & veris dominis eiectis, atque exturbatis, ædifices: nulla tibi tamè certior domus parata, ac referuata est, quàm inferiorum sedes. per verba illa *sine Orci destinata*, intelligo domicilium vltimum diuiti paratũ. finem vsurpauit in genere fami-neo, vt Od. 17. epod. *Quæ finis, aut quod me manet stipendium?* Sed lectorem celare non debeo, Seruium ad illum locum Virg. Æn. 6. *sedibus hũc refer ante suis*, videri legisse hoc loco *sede destinata*, non, vt habent omnes libri, *sine*. sic enim ille: aut dicit, refer hũc naturalibus sedibus terræ. Nam in aqua pericrat. verum tamè illud est, vt intelligamus, eam dicere, Sepeli cum. Nam sepulcrũ sedes vocatur. Horat. *Nulla certior tamen R. pacis Orci sede destinata Aula diuitem manet Herum*. Jam Orcum, rapacem appellat vel quia Proserpinã rapuit, vel quia mortaleis omneis rapit. Nam merit Orcus Grandia cum paruis non exorabilis auro, vt est in epist. 2. lib. 2. in extr.

ÆQVA TELLVS PAVPERI] sic supr. Od. 27. lib. 1. *Pallida mors aquo pulſat pede pauperum tabernas, &c.*

REGVM QVE PVERIS] id est, & regum filiis: vt Od. 12. libro primo *Dicam & Alciden, puerisque Ledæ*: & eiusd. Od. 19. *Thebanaque iubet me Semeles puer*. [Sed non celabo lectorem, meminisse me, in duobus codic. Vatic. & in Faern. scriptum videre, *Regumque natis*. quomodo & postea scriptum reperi in vno Nicotiano, Cleric. Ruffardino meo.]

SATELLES ORCI] Charon, Orci minister. epist. 1. lib. 1. *Virtutis vena custos, rigidusque sacelles*. Alij tamè Cerberũ significari volunt: à quibus dissentio, adiuuat me verbum *reuerxit*, quod statim sequitur, quamquã (ne quid diffimulem) in quibusdam libris veteribus scriptum reperi *Reuixit*.

CALLIDVM PROMETHEA] Hesioidi epitheta expreſſit *ποικίλον*, id est, varium, *ποικιλώπιον*, & mox *ποικιλόχρον*: id est, varia cõsilia capientem, & variè consultantem, seu variũ in consultantando. [Fertur Prometheus, vir prudentissimus, & consultissimus fuisse. Quapropter etiam dictus est *ἀπὸ τῆς προμηθείας*, id est, à prouidentia, vel *ἀπὸ τῆς προμαθείας*, à prædiscendo, seu præintelligendo, vt notauimus ad Od. 16. lib. 1. Idem primus astrologiam Assyriis indicauit: quã residens in monte altissimo, Caucaso, magno studio, magnãque cura, & sollicitudine deprehendit. deprehendit & fulminum rationem, hominibusque aperuit. vnde ignem caelestem furatus esse dicitur. de eodem plura ad Od. 3. lib. 1.]

AURO CAPTVS.] nec orcus ipse auro capitur: vt epist. ad Iul. Flor. lib. 2. si meum Orcus Graecia cum paruis non exorabilis auro? vide annot. ad Od. 14. huius lib. Non si trecentis, quotquot eunt dies, &c.

TANTALVM] Vlyss. ὄδυσσ. λ. narrat Alcinoon se Tantalum vidisse apud inferos iis poenis affectum, quibus omnes auaros plesti scribit Horat. Sat. 1. videto quæ annotauimus ad illum locum.

TANTALI GENVS] Pelopem, Atreum, Agamemnonem, Orestem.

HIC LEVARE FVNCTVM, &c.] audit leuare, id est, audit vt leuet. Siue mortem optet, siue extimescat, & horreat pauper aliquis, & calamitosus, cōtinuō aderit illa, vt cum calamitate leuet, ac liberet. omnium enim rerum mors est extremum, vt ait M. Tull. epist. ad Toranium. lib. 6. Et Demosth. orat. Ἐλὲ σφάντι πέρας ἅπαντων ἀνθρώποις τὸ βίε θανάτου, id est, extremū omnibus hominibus est mors. quem locū mox integrum afferemus. & M. Tull. Catil. 4. mors est aut necessitas natura, aut miseriarū quies. Et Eurip. τὸ γὰρ θανάτου. Κακῶν μέγιστον φαρμακῶν νομίεται, id est, mori enim maximum malorum medicamentū existimatur.

VOCATVS, ATQVE NON VOC.] natum ex Apollinis oraculo Lacedæmonis reddito καλῆς ἰδύος τε καὶ ἀκλήτου θεὸς παρέταται: id est, vocatus, & non vocatus, Deus aderit.

IN BACCHVM.

Od. 19.

ARGVMENTVM.

Sibi licere Bacchi laudes, vt eius numinis pleno & concitato peccore, canere.

BACCHVM in remotis carminarupibus

Vidi docentem. credite posteris: Nymphasque discentes, & aureis Capripedum Satyrorum acutas. Eucæ, recenti mens trepidat metu: Plenoque Bacchi peccore turbidum Latatur eucæ, parce Liber, Parce graui metuende thyrso. Fas peruicaceis est mihi thyadas, Vinique fontem, lactis & vberes Cantare riuos: atque truncis

Lapsa cauis* iterare mella. Fas & beata* coniugis additum Stellis* honorem, rectaque Penthei Dissecta non leui ruina, Thracis & exitium Lycurgi. Tu flectis amneis, tu mare barbarum: Tu separatis* vniudus in iugis Nodo* coërces viperino Bistonidum sine fraude crineis: Tu, cum parentis regna per arduum Cohors gigantum scanderet impia, Rhæcum retorsisti leonis Vnguibus, horribilique mala: Quamquam choreis aptior, & iocis, Ludoque dictus. non sat idoneus Pugna ferebaris: sed idem Pacis eras, mediisque belli. Te vidit* insons Cerberus aureo Cornu decorum, leniter atterens Caudam, & recedentis, trilingui Ore pedes, tetigitque crura.

BACCH. IN REM. CARM.] poetæ, vates, ebrij, amantes, & similes multa sibi videre videntur, quæ reuera non vident. Sic igitur Horat. Bacchum carminum doctorem, & satyros cum Nymphis auditores & discipulos vidit.

CREDITE POSTERI] credat iudæm Apella Non ego.

CAPRIPEDVM SATYR.] lubet ad huc locū ea ascribere, quæ Pausanias in Atticis narrat se à quodam Euphemo Care de satyris accepisse. Dicebat igitur Euphemus (inquit Pausanias) cum in Italiam nauigaret, se vi ventorum, & tempestate abreptum, à recto cursu lōgè admodum aberrasse, atque in mare peregrinū, & inauditum, in quo denique nauigari non solet, delatum esse: in eo mari insulas esse multas desertas atque incultas, in quibus habitaret tamē homines feri, & agrestes, & rufi: quibus caudæ nō multo caudis equinis minores ad coxas vsq; propenderent: insulas autem illas appellari Satyridas. Hæc Pausanias. reliqua de satyrorum profusa libidine, turpissimāque contumelia, & petulantia in mulierem illam barbarā illis traditam ac permissam, pudore reuocatus non persequar. Nonnulli scriptores, Satyros dicunt esse tanquam Silenos & Panas, eosque ad libidinē & rem Veneream admodum propensos esse: satyrosque Σάτυρος esse appellatos, quæ vel est inflam-

est inflammata rei veneræ cupiditas, vel πρὸς, id est, τὸ ἀρρεῖος μέλος, membrum virile. Battus quidem ille apud Theocritum εἶδ. δ. caprarium quædam libidinoflorem, dicit genere & cognatione cum Satyris, aut Panibus esse coniunctū, atque etiam cum illis libidine certare posse. Εἶν' ὃ ἀνθρώπων φιλοφρα: τὸ τοι γένος ἢ Σατυροῖσις Εχθρῶν, ἢ Πάνεος: χειροκνήμοισι ἐλσὸς δ. Capripedes autē etiam Lucretius appellat libr. 4. Hæc loca capripedes satyros, Nymphasque tenere Finitimis fingunt. vt erque expressit epithetum Grecum ἀγρῶπδες, seu πρῶπδες, seu πρῶπιδες: quamquam hoc postremum, nō capripedes, sed capriciuros significat.

A C V T A] attentas, ad audiendum erectas. hinc satyri, Bacchi sunt auditores: Bacchus doctor: aliis iisdem auditoribus Silenus doctor: vt apud Virgil. in Sileno. vel dic proprie acutas ἀξέαιας. Nā satyri ὄξαις τὰ ὠτα etiam à Luciano dicuntur.

E V O E] Euoī vox est Bacchantium mulierū. Pausan. in Messen. scribit, montem quendā Ithoniæ vbi vicinū Euan appellatum ab ea voce Bacchica, quam Bacchus ipse, & mulieres cum eo bacchantes illo primū loco ediderunt.

TREPIDAT] tremit, conturbata est.

PLENOQVE BACCHI PECC.] concitato, commoto. Od. 15. lib. 3. Πυλοθύρας ὠτι concita τυμπανῶ.

TURBIDVM LATATVR] lætitia afficitur turbida, minimè que liquida. huic similia multa loquēdi genera collegimus supra ad Od. 22. lib. 1.

PARCE GRAVI MET. TH.] metuēdus est Bacchus, quia offensus, furore mentis cōcitat ac perturbat: placatus autem, lætitia, & voluptate afficit. notat Seruius ad illum Virg. locum. Æn. 1. Assit lætitia Bacchus dator.

THYRSO] à thyrso, quæ erat virga, seu hasta Bacchica, thyrsofigeri dicti: ναρθροφόρος appellat Græci. thyrso pampineas hastas vocat Virg. Æneid. 7.

FAS PERVICACEIS] fas est, δυνατὸν ἔστι, vt Ode xi. lib. 1. Vult autē, ex eo, quod possit Bacchi Thiasas, & mysteria cantare, se poetam Deo dignum existimari: & ita sentit Porphyry. alij (quos non refello) fas est, hoc loco, valere volūt idem, quod, licet.

PERVICACEIS] proteruas, pertinaceis impudētis. Nonius nomen peruicax ait esse laudi, pertinax probro. lib. 3. Od. 3. Musam suam peruicacem nominat. Desine peruicax Referre sermones Deorum.

ITERARE] iterum atque iterum cātare, vt supra dixi annot. ad Od. 7. lib. 1.

VINIQUE FONTEM, LACT. ET] videtur planè Horatius, cum hæc de fontibus vini, lactis, mellis scriberet, locum illum Euripid. in Bacch. habuisse sibi ante oculos propositum, vbi Baccharum alia saxum thyrso pulsante fons

aquæ profilit, alia in terram thyrsum deiiciēt, fons vini promanat: alia lactis cupida summis digitis terram scindentes, lactis copiam habebāt: ex thyrso autem ederacis mellis riuus fluebant. Sic Euripid. Οὐρσὸν δὲ τις λάβεισ' ἐπιμασσει εἰς πίπρασιν, Ὅθεν δρακόντις ἰδαίτος. Οὐρσὸν δὲ νάρθητι ἐς πέδον κρήνης γίγισ. Καὶ τῆς κρήνης ἐξῶντι οἶος θεὸς Ὀσας δὲ λευκὸς ποταμὸς πῶδος παρῆν, ἀκροῖσι δακτύλοισι διαμασσει θῶνα, Γάλακτος ἰσοῖος εἶργον. Ἐν δὲ κασσιανὸν Οὐρσὸν γλυκείαν μέλιτος ἐρατῶν ποσῶ.

BEATA CONIUGIS] Ariadnæ, quæ quæ admodum Thefei amore capta, Minotauri fratris interficiendi rationem ac viam ei ostēderit, ab eoque postea Athenas reuertente relicta sit: quas, & quā lugubris querelas effuderit: postremò, vt eam sibi Bacchus vxorem adoptarit, elegantissimis versibus explicat venustissimus poeta Catullus: quamquam hoc vltimum de Baccho copiosius persequitur Ouid. metamorpho. 8. & Eustath. ceterique Homeri interpretes. Hesioidus item eandem fabulam tangit in Theogonia: θεουσιόμης δὲ Διόνυσος ξανθὸν Ἀειδάδην Κέρην Μίναος θαλασπῶ ποιήσαι: ἀκοίτην. Τῆς δὲ οἱ ἀθάνατον ἢ ἀγήρα θῆκε κροῖδης, id est, Dionysus autem aurea coma flavam Ariadnam Minois filiam teneram sibi sumisit vxorem. Hanc autem ei immortalē, & senectutis expertem fecit Iupiter. Homerus autem ὄδυσσ. λ. longè alia narrat de Ariadna: nempe eā à Thefeo quidem esse è Creta Athenas auēctā: verū nullum fructum, nullāque voluptatē illum ex eo facto esse consecutum: propterea quod eam Diana impietatis apud se à Baccho accusatam, quia in eius templo rem cum Thefeo habuisset, interemit. Homeri versus sunt hi, καλέει τ' ἀριάδην Κέρην Μίναος ὀλοόφρονος ἰὺ ποτε θεοῦς. Ἐν Κρήτης ἐς γένον Ἀθηνῶν ἱεράων Ἥης μῆν, εἶδ' ἄσπιντο, πέρος δὲ μιν Ἀρτεμῖς ἔκτα Δῆν ἐν ἀμφιρύτῃ Διόνυσος μαρτυρήσει, &c.

ADDITVM STELLIS HON.] coronam, quam Bacchus Ariadnæ à se raptæ donauit, quāmq; postea ceteri dij Baccho gratificari cupientes, inter sidera collocarūt. de qua sic Arat. Αὐτῆ κακῆνος σφραγος, τὸν ἀγαθὸς ἔθηκε Σῆμι ἔμμεναι Διόνυσος Σπυργιδῶνς Αειάδης, Νῶτα ὄπιπρῖφεται κεκμηῶτος εἰδῶλοιο. id est, ibi & illa corona, quæ Dionysus admiratione dignus, seu admirandus, signum fecit sui in Ariadnam mortuam amoris, vertitur in tergo laborantis imaginis.

TECTAQVE PENTH. DIS.] Pausanias hæc de Pentheo scribit in Corinthiacis: illum tūm alia in Bacchum aufum esse, atque admisisse per contumeliam, tūm ad extremum in Citheronem ascendisse, vt mulieres Bacchantes, in quibus erant mater, vxor, & foror, spectaret. ita arbore conscensa, quæ ab illis fiebant, prospexisset: illas autem, simulatque eum viderunt,

Pentheum discerpisse, & viuentis adhuc ac spirantibus membra alia aliò distraxisse. Plautus in Mercat. *Pentheum diripiisse aiunt Bacchas: nuquas maximis fuisse credo, praeus, quo pacto ego diuorsus distrahor.* lege eadem de re Philostratum in Imaginib. & Euripidis Bacchas. & Ouid. Metamorph. 3. Dicens & nonnulla ad Saty. 3. libri secundi. Fuit autem Pentheus rex Thebarum, epist. ad Quin. lib. 1. *Vir bonus & sapiens audebit dicere, Pentheu Regem Thebarum, & c. dementem appellat Virg. lib. 4. Aeneid. Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus, Et solem gemini, & duplicis se ostendere Thebas.*

NON LENI RVINA] sic legendum, & cita habent aliquot libri manuscripti. non lenis ruina autem intelligenda, aspera, saeva, & ab irato atque ad iracundo deo illata: quæ admodum supra Od. 37. lib. 1. dementis ruinas appellauit, quas demens Cleopatra minabatur vrb. & ibid. pauimentum superbum, pauimētum domini superbi.

THRACIS ET EXIT. LYC.] Homerus in 7. Diomedem facit à Glauco querentem qui sit, Deūne aliquis è caelo delapsus, an mortalis. nolle se cum Diis immortalibus decertare. non enim Lycurgo Dryantis filio sua amentiam bene processisse, qui cum Diis contēderit, eorumque inimicitias sibi conflauerit, Bacchi nutricibus in fugam versis, Bacchōq; ipso perterrito, atque in mare compulso. Lege Homerū & Eustathium ad eum locum.

EXITVM] pessimum exitum. Festus. Has suæ impietatis pœnas dedit Lycurgus, quòd oculis à loue priuatus est, atque etiā vita. Homerus in 1. eodem lib. *Τῶ μὲν ἔπειτ' ὀδύσαντο θεοὶ ῥεία, ζῶοντες Κῆρ μὲν τρυλὸν ἔθνευ Κρόνι παῖσι, & δ' ἄρ' ἐπὶ Νέω Ηῦ, ἐπὶ δ' Ἀθανάτοισιν ἀπὸ θεοῦ πᾶσι θεοῖσι:* id est, ei postea irati fuerunt dii facile, & placidè viuentes: Eumque caecum fecit Iupiter Saturni filius, neque ille diu vixit, quoniam diis omnibus immortalibus inuisus fuit. alij dicunt ab ipso Baccho fuisse interfectum.

TV FLECTIS AMN.] in veris flumina retro: vt loquitur Virg. lib. 4. Aeneid.

VVIDVS] vino madidus, & c. *περὶ μέδους.* Ode 5. lib. 4. *dicimus vuidi, cum sol Oceano subest.*

NODO COËR. VIPER. BISTON.] coligis in nodum, Thraciarum mulierum bacchantium comas, earumque capitibus serpentis coronarum instar imponis.

SINE FRAVDE] id est, sine vllò damno. impudè, sic carm. facul. *Cum per ardentē sine fraude Troiam Castus Aeneas patriæ superstes Liberum munivit iter.* Tit. Liuius lib. 34. *nihil praterèd cum consule pacti, quam vt sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad consulem transferunt signa.* Sed quòd ad Baccharum crineis attinet, Euripid. in Bacchis ait Bacchum ipsum statim vt è femore Iouis editus est, serpentibus fuisse coronatum. *σφάρασσεν τε δρακόντων σφάρασσι: ἔθεν ἀρξάν θηροτρό-*

φοὶ μὲν ἀδὲς ἀμφὲς ἀλλοτῶν προξέμοις. id est, Et coronauit cum serpentium coronis. hinc agram Manades ferarum nutrices crinibus suis implicant. est autem ἀρξάν serpentis genus: quo nomine Demolthenem aiunt esse appellatum.

TV, CVM PARENTIS, & c.] Cùm in Phlegra Dij cum Gigantibus ancipiti prœlio diu decertassent, aiunt Terram Ioui dixisse non aliter Deos Gigantibus superiores futuros, nisi duos semideos sibi belli socios & adiutores adiungeret. Ita Bacchus & Hercules accessit: quorum opera & virtute Dij immortales victoria sunt potiti. De Hercule autem supra Od. 12. *& Dominos Hercules manu Telluris iuuenes.*

COHORS GIGANTVM SCAND. IMPRIA] eò impia, quòd cum diis pugnarit. ex quo *θεομαχίαν*, id est, cum Diis pugnare.

KHACVM] de quo Ode 4. lib. 3.

LEONIS VNG. HORR.] aiunt enim Bacchum specie leonis induta, cū Gigantibus decertasse, eòsque vnguibus, & dentibus, tāquam leonem, deuicisse.

QUANQVAM CHOREIS] Lucianus in eo dialogo, qui inscribitur *περοσλαλίδ, ἢ Διόγυτος*, scribit, Bacchum, bello aduersus Indos suscepto, exercitu iam in Indiam adducto, ab illis in initio cōtēntum, ac derisum esse, quia totus ille exercitus partim ex mulieribus bacchantibus, partim ex iuuenibus rusticis, nudis, cōrdaea saltantibus (est autem cordax mollis & lasciuæ saltationis genus) edera coronatis, furiosis, atque insanis constare videretur: sed ad extremum illos vim, & potentiam Bacchi suo magno malo sensisse.

PACIS ERAS, MED. QVE BELLI] id est, vtilis eras ad bellum, & ad pacē: ad vtrūque aptus & paratus eras, siue pax colenda, siue bellum gerendum esset. vel hoc significat, vinū modò homines ad arma, & pugnam excitare: modò etiam feros & immitis animos domare, lenire, & mitigare.

TE VIDIT INSONS] ita te vidit, vt tibi nulla ex parte nocuerit ad inferos descendēti. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virg. Aen. 4. *Et nunc magna mei sub terras ibit imago.*]

CORNY DECORVM] Baccho cornu tribuunt poëtae, quòd ij, qui liberaliùs biberint, ad vim & pugnam parati sunt, atque instruit: ob eandēq; rationem Bacchum tauro, & pardalo similem faciunt, vt scribit Athen. lib. 2. his verbis. *ὃ τῶν παρρησίῃσι τὸν Διόνυσον, καὶ παρδάλει, ὃ δὲ τὸ πρὸς βίαν τρέπεσθαι τῆς ἐξομοιοῦνται. εἰσὶ δ' οἱ καὶ θυμικὸν γίνονται. τοιοῦτος δ' ὁ ταῦρος, Εὐεπίδης, ταῦροι δ' ὕδαται, καὶ κέρως θυμικῶν, & c.* id est, Tauro similem faciūt Dionysum, & pardali, seu pardo, propterea quòd qui supra modum vinum biberunt, ad vim se conferre soleāt. sunt & qui iracundiores euadant. talis autē taurus. Euripides, Tauri autem proterui & petulantes, & cornu intentato iracundi

iracundi. Propert. lib. 3. *Quod superest vitæ, per te & tua cornua viuam, Virtutisque tuæ, Bacche, poëta ferar.* Festus item scribit, cornua, Liberi patris simulacro adici, quòd homines nimio vino truces fiant, vt bellua. Euripides Bacchis, Bacchū *ταυρόκερον θεόν*, id est, taurinis cornibus præditū appellat. & Eustathius ad hunc locum in 1. lib. β. *ἢ καὶ ζυγὰς ἀρξάν, & c.* notat, Bacchum cognomento diētū esse *ταῦρον κερειοφόρον*, id est, taurum cornigerum, quia vino madidi ad arma capiēda sint prompti & parati. Idem ad alium locum in 1. sub principiū, admonet, Bacchi statuam apud Cyzicenos specie tauri positā esse, & *κερατοφῶν*, id est, cornutum fingi, eundēq; taurum appellari, vel quòd ebrij sint pugnaces, & ad pugnandū expediti, vel quòd veteres cornibus pro poculis vt solabant. huc pertinet illud, quod est Oda 21. lib. 3. *& addis cornua pauperi, Post te neque iratos trementi Regum apices, neque militū arma.*

LENITER ATTERENS CAVD.] id est, adulans. *Adulatio* (inquit Festus) *proprie blandimentum carum est.* Accius, Prometh. *sublimè adulans Pennata cauda nostrum adulat sanguinem.*

BT RECEDENTIS, TRILINGVI ORE PEDES] & ore suo trilingui tuos pedes, tuāq; crura redēitis ad superos demulsi: quod est in cane amoris & gratulationis argumentū: neque hoc nisi dominis, aut certè notis facere solet, vt scribit Plato politic. lib. 2. & M. Tul. de nat. deorum. lib. 2. *canum tam fida custodia, tamque manus dominorum adulatio.* Bacchum autem etiam ad inferos descendisse, vt vxorē Ariadnen reduceret, fabulantur poëtae, Et Pausanias in Corinthiac. scribit, se Alcyoniam paludem vidisse, per quam ille descendisse dicitur: de cuius immēsa altitudine vide apud eundem ibidem.

AD MÆCENATEM.

Od. 20.

ARGVMENTVM.

Famam suam æternam fore.

NON visitata, nec tenui ferar
Pena biformis per liquidū æthera
Vates: neque in terris morabor
Longius: inuidiāque maior
Vrbis relinquam. non ego pauperum
Sanguis parentum, non ego, quē vocas,
Dilecte Mæcenas, obibo:
Nec Strygia cohibebo vnda.
Fam iam residunt cruribus aspera
Pelles: & album mutor in alitem

* *Supernè nascunturque leues
Per digitos, humerōsque pluma.
Fam Dadaléo ocyor Icaro,
Visam gementis littora Bospori,
Syrtesque Getulas canoras
Ales, Hyperborēosque campos.
Me Colchus, & qui dissimulat metum
Marsæ cohortis, Dacus, & ultimi
Noscent Geloni, me peritus
Difcet Iber, Rhodanique potor.
Absint inani funere naniæ,
Luctūque turpes, & querimonia.
Compescere clamorem, ac sepulcri
Mitte superuacuos honores.*

NON VISITATA] significat Horatius, sibi suos versus, suāque poëmata nomē immortale peperisse, se seque exteris, atq; ad eò barbaris nationibus nobilem & clarū futurum, nomen denique suum toto orbe terrarum celebre & gloriosum fore. sic Theognis significans suis versibus Cymo nominis immortalitatem esse comparatam, dicit se tales ei alas dedisse, quibus auium in morem sublimis totum orbem terrarū peragrare, & mare immensum atque infinitum peruolare possit, & c. *Σοὶ μὲν ἐγὼ πτερὰ ἔδωκα, σὺ δὲ οἷς ἐπὶ ἀπείρονα πόντον Πρωτόγη καὶ γλυπτάσσαν ἀειρόμενος Πηϊδίας, θοινοῦς δὲ καὶ εὐλαπτήησι παρῶσσι. Ἐν πάλαις, πολλῶν κείμενος ἐν σβ-μασιν.*

id est, *Donavi tibi ego pennas, quibus æquora uellus, Et terras omnes peruolare queas.*

Et cunctis epulis intersis perpete fama

Multorum astidne postus in ore virum.

Iam Plato in Phædro scribit *πᾶσι τῶ πρὸς φύσιν κειμένων κένει μάλα καὶ θεῶν*, id est, alæ naturam commune aliquid habere cum Deo.

BIFORMIS] vates lyricus, & satyricus. alij quia nuper homo, nunc ales. à quibus dissentio.

PER LIQVIDVM ÆTH.] Virg. Aeneid. 7. *Stridore ingenti siquidem trans æthera uellæ, & c.*

INVIDIÅQUE MAIOR] superior. sic Od. 3. lib. 4. *Et iam dente minus mordeor inuido.* nam inuidia in eos, qui multo ceteris antecellunt ac præstant, imbecilla est. & intellige tum demum inuidia maiorem futurū, cum excesserit è vita, vt epist. ad Aug. lib. 2. *Comperit inuidiam supremo sine domari:* quod & Plutarchus præclare ostendit libro *περὶ φθόνου καὶ μίσους*, his verbis, *Αἱ δὲ τῶν εὐτυχημάτων ἁρσυχῆ, καὶ λαμπρότητες πολλὰς τῶν φθόνου καταισθένεισιν. οὐδὲ γὰρ εὐχὸς Ἀλεξάνδρου τινὰ φθονεῖν, οὐδὲ Κύρου κρατήσασσι, καὶ γυναικῶν κελείσιν ἀπάντων: ἀλλ'*

ἀσπερ ὁ ἥλιος ἀνὰ τὸν ἄστρον κορυφῆς γένηται κεν-
 τερὸν ἄστρον τὸ φῶς, ἢ παντοῦται πῦρ σιάν ἀ-
 νάλει, ἢ μικρὸν ἐπιπύσει, ἢ πῦρ πολὺ τῆς εὐτυ-
 χματων ἕως λαβόντων, ἢ γενεθλίων κτ' κεφα-
 λῶν ὁ φθὸς, σπυλλεται, ἢ ἀναχρησὶ καταλαμ-
 πόδης. Id est, rerum secundarum praesentia &
 exsuperantia, & fulgores saepe invidiam exsting-
 guunt. non est enim probabile quemquam A-
 lexandro inuidere, neque Cyro, rerum potitis,
 & omnium nationum dominationem consecutis.
 Sed quemadmodum sol, quorum super ver-
 ticem versatur, lumen suum iaculans, aut pror-
 sus eis umbrā admittit, aut parvū efficit: ita post-
 quam res secundae ad magnā altitudinem per-
 venerunt, & ascenderunt ad invidiam verticem,
 cōprimuntur, & cōteretur illa, & sommovetur,
 à splendore rerum secundarum illustrata. quem
 locum mihi Germ. Valens indicavit.

PAUPERVM SANGVIS] obscuro loco
 natus: libertini hominis filius. cōtra Od. 27. lib.
 3. nisi herilemaus Carpere pensum Regius sanguis.

DILECTE MÆCENAS] fortasse coniu-
 ctē hęc sunt legenda, non, ut alij distinguunt,
 quem vocas Dilectē. sic sup. Od. 20 lib. 1. Care Mæce-
 nas eques. nisi fortē illo loco legendum est Clave
 Mæcenas. de utroque iudicet lector.

OBIVO:] obibo mortem, vel obibo diem
 meum.

NESCITVGC. COHIB. VINDA] De Sty-
 ge diximus sup. ad Od. 3. 4. lib. 1.

ALBVM MVTO IN ALITEM] cyc-
 num, quē statim canorum appellabit. Cycni autē
 in tutela sunt Apollinis, ut ostendimus ex Pla-
 tone ad Od. 3. lib. 4. Et poēta, cycni appellātur:
 ut Od. 2. lib. 4. Multa Divceum leuat aura cycnum.

SVPERNÆ] C. τῆς ἄνω, mutor à partibus
 superioribus. sic enim legendum, non superna. &
 ita habent sine vlla varietate omnes libri manu
 scripti, quibus vsus sum. neq; verō dubium est,
 quin vltima syllaba vocis, superne, brevis sit, ut
 docuimus in scholiis Lucretianis.

LÆVES] non aspera, ut galeaeque leues, Od. 2.
 lib. 1. & lamia saxa Od. 17. eiusdem.

DÆDALO] Icaro Dædali filio. De Dæ-
 dalo & Icaro satis multa dicta sunt suprà ad
 Od. 3. lib. 1.

OCYOR] suprà Od. 16. & agēte nimbos Ocyor
 Euro. Quidam libri veteres habent, ocyorq; vn-
 de suspicantur quidam legendum esse, iam Dæ-
 dalaeque ocyor Icaro. Ego tamen nihil muto.

GEMENTIS BOSPORI] gementis, id est
 murmur edentis gemitus simile de Bosporo di-
 ximus sup. ad Od. 13.

SYRTISQVE GETVLAS] de Syrti-

bus diximus ad Od. 22. lib. 1.

CANORVS ALE] cygnus. Ode 3. lib. 4.
 o mutis quoque piscibus Donatura Cygni, si libeat, sonū.

HYPERB. CAMP.] campos suprà Aequi-
 lonem & Rhipatos montes, vbi sol non quoti-
 die, ut nobis, sed aequinoctio verno exortus, au-
 ctūnali occidit: ideōq; sex mēsum, dies: & to-
 tidem, nox vna perpetua est apud eos. Herodo-
 tus lib. 4. videtur negare esse Hyperborcos, quia
 si essent (inquit) Hyperborei, essent & Hyper-
 borei. Possidonius ait esse, & Alpeis, Italiae mō-
 teis, incolere. Festus Hyperborcos suprà Aequi-
 lonis flatu habitare scribit, dictos, quōd huma-
 nā vitā modum suerēt, viuendo vltra cente-
 simum annum. τῶν αἰώνων (inquit) ὄρος faculi
 humani.

GELONI] populi in Scythia Europea. Ode
 4. lib. 1. Et iam pharetratos Gelonos.

IBER] Hispanus. Virg. Georg. 3. Aut impa-
 caros à tergo horrebis Iberos Sed cur ab Horatio pe-
 ritus dicitur? Fortasse vsu peritus intelligēdus,
 idque propter longas & assiduas nauigationes,
 his enim multorum morum, multarūque re-
 rum cognitio comparatur.

RHODANIQVE POTOR] Gallus, seu
 Celta.

ABSINT INANI FVN. NEN.] pri-
 mūm vult abesse nannias à suo funere: deinde fu-
 nus, id est, omnem pompam, & sumtum fune-
 brem, inanē fore dicit, quia scilicet non sit mo-
 riturus, nec sepulcro possit cōtineri, sed immor-
 talis sit futurus, & in cygnum canorum mutan-
 dus: qui cantu totum orbem terrarum comple-
 turus est.

NANIÆ] carmina lugubria, ut suprà dixi-
 mus ad Od. 1. huius libri.

ACSEP. MITTE SVPERVAC. HON.]
 omitte mihi sepulcrum sumtuosum, & magni-
 ficum exstruere. nam sine sepulcro latis hono-
 ratus sum gloria ingenio parva. Pausan. Arcad.
 duo sepulcra admirabili pulchritudine, & ma-
 gnificētia commemorat: vnum Mausoli in vr-
 be Halicarnasso, structura & magnitudine vi-
 fendum: alterum mulieris cuiusdam, Helenæ
 nomine, Solymis.

MITTE] mitte, positum pro omitte: ut epist.
 5. lib. 1. Mitte leuēs spes, & certamina diuitiarum:
 D & epist. ad Pison. extr. Non missura cutem nisi ple-
 na cr. ir. & Virg. Aen. 1. maestūque timorem Mitte.
 & Terent. A delph. Hera, lacrymas mitte.

SVPERVACVOS] epist. ad Pison. Omne su-
 peruacuum pleno de pectore manas.

CARMI-

CARMINVM LIBER
 TERTIVS.

Od. I.

ARGVMENTVM.

Non opibus, aut honoribus: sed animi tranquillitate vitam beatam effici.



DI profanum vulgus, & arceo.

*Fauete linguis carmina non prius
 Audita, musarum sacerdos,
 Virginibus, puerisque canto.

Regum timendorum in proprios greges,
 Reges in ipsos imperium est Iouis,
 Clari gigantēo triumpho,
 Cuncta supercilio mouentis.

Est ut viro vir latius ordinet

Arbusta sulcis: hic generosior
 Descendat in campum petitor:
 Moribus hic, meliorque fama
 Contendat: illi turba clientium
 Sit maior, aqua lege necessitas
 Sortitur insignis, & imos:

Omne capax mouet verna nomen.
 Destructus ensis cui super impia
 Cervice pendet, non Sicula dapes
 Dulcem elaborabunt saporem:
 Non auium, citharæq; cantus
 Somnum reducent, somnus agrestium
 Lenis virorum non humileis domos
 Fastidit, umbrosamque ripam:
 Non Zephyris agitata Tempe.

Desiderantem quod satis est, neque
 Tumultuosum sollicitat mare,
 Nec saeuus Arcturi cadentis
 Imperus, aut orientis Hædi.

Non verberata grandine vineæ,
 Fundusq; mendax, arbore nunc aquas
 Culpante, nunc torrentia agros
 Sidera, nunc hiemes iniquas,
 Contracta pisces aquora sentiunt,
 Iactis in altum molibus, huc frequens
 Camenta dimittit redemptor

Cum famulis, dominusque, terra
 *Fastidiosus, sed timor, & mina
 *Scandit eodem, quod dominus: neque

Decedit arata triremi: &
 Post equitem sedet atra cura.
 Quod si dolentem nec Phrygius lapis,
 Nec purpurarum sidere clarior
 Delenit vsus: nec Falerna

Vitis, Aethamēniūque costum:
 Cur inuidendis postibus, & nouo
 Sublime ritu moliar atrium?
 Cur valle permitem Sabina
 Diuitias operofiores?

ODI PROFANVM VVLGV] arce-
 batur non initiati, & profani à sacris, quos Gre-
 ci βεβήλοι, ἢ ἀμνήτες appellant. Plato θεα-
 τήτω. ἄθρη δὴ ἀεικοσίων μῆτις τῆς ἀμνή-
 των ἐπακῆ; id est, contemplare igitur circum-
 spiciens nequis profanorum, & non initiatorū
 exaudiat. Theocr. in Amarillide. Ζαλῶ δὲ φίλα
 γυῖα; Ιασίωνα. Ὅς ἔρασαν ἐνύρησεν, ὅς οὐ
 πνευσίαι βεβήλοι, id est, fortunatum Iasionem
 existimo, qui ea consecutus est, quæ nō audietis
 vos profani. Res graueis & serias, atq; è media
 philosophia petitas, mysteriorum deniq; quo-
 dammodo simileis, non Iudicras, neque amato-
 rias cātaturus, homines prauis opinionibus im-
 butos & corruptos, atq; iccirco vtilissima ad vi-
 tam bene instituendam præcepta respuentis,

ab his carminibus,taquam profanos a sacris & mysteriis,arceat.

F A V E T E L I N G V I S] εὐφημεῖτε, bona verba dicite: malè nominatè Favete verbis, vt loquitur Od. 14. huius li. Tibull. eleg. 11. lib. 2. Dicamus bona verba (venit natalis) ad aras. Quisquis ades, lingua vir, mulierque faue. Virg. lib. 5. Æn. Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis. Eurip. Iphigen. 525. δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος, ᾧ τὸ δ' ἰδὲ μέλον, εὐφυλλίαν ἀνείπτε, καὶ στήν' ἔρατ' ᾧ. id est. Cùm autè in medio stetit Talthybius, cui hoc erat cura, bona verba, & silentiũ exercitui prædicauit. Fauentia (inquit Festus) bonam ominatiõnem significat. Nam præcones clamantes populum sacrificiis fauere iubebant. fauere enim est bona fari. Propert. lib. 3. de pugna nauali Ætiaca, Sacra facit vates, sint ora fauentia sacris. & bene ominari dicuntur, qui bona verba loquũtur. Cic. in Bruto. Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico. Melius, quã so, ominare, inquit Brutus. Idem lib. 1. de diuinatione. hominum voces vocant omina: quæ maiores nostri, quia valere censebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod bonum, sanctum, fortunatumque esset, præfabantur: rebusque diuinis, quæ publicè fierent, vt fauere linguis, imperabatur: i. quæ feris imperandis vt libris & iurgis se abstinerent.

MVSARVM SACERDOS] ego Horat. vates, & qui mularum sacra tracto. sic Virgilius Georgic. 2. Me verò primùm dulces ante omnia misse, Quarum sacra sero ingenti percussus amore, Accipiunt, &c.

VIRGINIB. PVERISQVE] vt castis, integris, incorruptis, & ab omni flagitij & sceleris macula puris.

CLARI GIG. TRIUMPHO] de quo Hesiod. in Theogonia. & diximus supra ad Od. 19. lib. 2. & idem Hor. Od. 4. huius lib. Scimus vt impios Titanas, immanemque turmam Fulmine sustulerit caduco.

CVNCTA SVPERC. MOY.] Hom. il. α. η. καὶ κλειῆσιν ἐπ' ὀφρύσι νεύσε Κρονίαν. id est, dixit, & nigris superciliis annuit Iupiter. sequitur paullo post. μέγαν δ' ἐλέγχεσ' Ὀλυμπον, id est, magnum autem commouit Olympum. & Virg. 9. totum nutu tremefecit Olympum.

EST VI VIRO VIR] sic loquũtur Græci: ἔστιν ὧν, vel ἔστιν ὅπως. i. fieri, vel euenire potest, vt: rursum, non est, vt: ὄχι ἔστιν ὅπως. episto. ad Iccium lib. 1. non est vt copia maior Ab Ioue donari possit tibi. Ostendit, varia hominum esse ingenia ac studia. Fieri, inquit, potest, vt alius alio plus agri habeat, quod arboribus ordinatim cõferat: alij se ad honorum petitionem conferant, atque horum rursus alius nobilitate fretus petat: alius moribus & bona existimatione sit superior: alius plures habeat clientes.

IN CAMPVM] Martium, in quo comitia habebantur. verbo autem descendendi vsus est, quia ex vrbe Roma antiqua in campum Martium venienti descendendum erat. M. Cælius

epist. 4. ad Cicer. lib. 8. At qua spe, quàm certa opinione descendat?

NECESSITAS] ἀνάγκη, eadem (vt quidam volũt) quæ ἐμπαρδόν, id est, Parca. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. Plutarchus tamen necessitatem distinguit à Parca, seu fato.

SORTITVR] λαγχάνει, forte ducta capit. ex quo Δόχαις, quæ temeritate quadam, & sine delictu homines vita spoliat: & qua arbitra, alia alij viuendi & moriendi condicio (quã Horatius fortem nominare solet) contingit.

INSIGNEIS ET IMOS] pallida mors a quo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres: Od. 4. li. 1. vide plura ad Od. 28. lib. 2. insignis autem, id est, ὀπίσθητος, ὀπίσθενος, claros, & nobiles, & in summo honoris gradu constitutos: sup. Od. 34. lib. 1. & insignem attenuat Dem.

IMOS] infimos, humileis, obscuros. OMNE CAP. MOY. VRNA NOM.] vide, quæ de vrna & sortibus diximus sup. ad Od. 3. lib. 2.

DESTRICTVS ENSIS CVI] ei, cuius ceruicibus impendet ensis destrictus, nullæ quãtumvis apparatus, & opiparæ epulæ, suauis, aut gratæ poterunt esse. respicit autem notissimam de Damocle Dionysij assætatore historiã: qui cum in sermone copios, opes, maiestatem illius dominatus commemoraret, ac prædicaret, negareque vnquã quemquam beatorem fuisse: in sit eum Dionysius fortunam experiri suam: collocandum curauit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo textili stragulo, magnificis operibus pecto, abacòsque complures ornauit argento, auròque celato. tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere. aderant unguenta, corona: incendebant odores, mensa conquisitissimè epulis exstruebantur. fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatus fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demittit iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Ita nec pulchros illos administratores aspiciat, nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam: iam ipse desinebant corona: demique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quod iam beatus nollet esse. Hæc sunt M. Tull. Tusc. lib. 5. declarabat autem Dionysius (inquit idem Tull.) nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendat.

SICVLÆ DAPES] Siculæ dapes, & Syracusanæ mensæ prouerbij locum obtinent. lege Athen. lib. 12. Plato. lib. 3. de republ. Συρακιώτιον δὲ ὡ φίλε πρῶτον ἐστίν, καὶ Σικελικὸν ποικίλον ὄλον, ὡς εἰκοσι, αἰνεῖς. M. Tull. lib. 2. de finib. sit voluptas non minor in nasturto illo, quo vestri Persas esse solitos scribit Xenophon, quàm in Syracusanis mēsis, quæ à Platone grauiter vituperantur. Idem lib. 5. Tuscul. Quò cum venissem, vitæ illa beata, quæ ferebatur, plena Italicarum, Syracusanarumque mensarum, nullo modo mihi placuit, bis in die saturum fieri, &c.

DVLCEM ELAB. SAP.] id est, exquisitissimã, summòque artificio, & studio conditã, & apparatus epulæ, ei videbũtur insuauis, cuius in animo curæ graues, & terrores, & angores, ceteraq;

ceteraq; animorum pestes infideant. elaborabunt autem scriptum est in cod. Don. Faër. Vatic. 2. Torn. non, elaborarunt, vt habent vulgati.

SOMNVN REDVCENT] in nonnullis veteribus cod. scriptum est reducet: sed secutus sum cod. Don. Faër. 2. Vatic. Torn. & vulg.

SOMNVS AGREST. LENIS] somnus lenis nõ spernit humileis agrestiu hominum domos, neque vmbrosam ripam, id est, dormiunt plerunque suauis in suis tuguriolis rusticis, & tenues homines, quàm reges & dynastæ in suis ædibus sumtuosissimis, atque instructissimis.

FASTIDIIT] spernit. Semper Horatius hoc verbum cum accumulandi casu cõiungit: quod nõ item solet M. Tull. exẽpli causa, epistol. 3. lib. 1. Fastidire lacus & riuos ausus apertos.

TEMPER] sup. Od. 7. lib. 1. Thessala Tempe.

DESIDER. QVOD SATIS EST] qui quantum satis est, desiderat, non nauigat, neque se maris periculo committit, vt mercibus commutãdis rem faciat, atque augeat. sic Od. 29. huius lib. Non est meum, si mugiat Africis Malus procellis, ad miseris preces decurrere. sic Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμ. de iis, qui iustitiam colunt. θάλασσαν δ' ἀγαθοῖσι Διῶν, μητέρες, ἔδ' ὅτι νεῶν Νείων σποντα. καρπὸν δὲ Πέριε ζείδωρος ἀργύρου.

TVMLTVOSVM] quod timorẽ multum incutit. Tumultus enim est perurbatio tanta, vt maior timor oritur, vnde etiam nomen ductum est, tumultus. Cic. Philip. 8.

SOLLICITAT] sollicitum reddit, & quasi è sede mouet.

NEC SÆVVS ARCT. CAD.] Plaut. in Rudente, Arcturus signum sum omnium quàm acerrimum: vehemens sum exorrens cũ occido, vehementior.

AUT ORIENTIS HÆDI] oriuntur hædi statim post Capram, sole Sagittariũ permeritẽ. Virg. Georg. 1. Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis, Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis, Quàm quibus in patriam ventosa per aquora vestis Pontus, & Auspiferi fauces tentantur Abydi. ὅταν ἀνατέλλωσιν οἱ ἕλωροι (inquit interpretes Theoc.) ἀρχαίνετασ ἢ θάλασσαν, id est, orientibus hædis scuit mare.

NON VERB. GRAND.] epist. ad Albinoan. lib. 1. non quia grando Contulerit vitæ. χαλαροπῆλα nominant Græci.

FVNDVSQVE MENDAX] γῆ ἀπίστος. D fundus infidelis, fundus, qui non respondet votis, aut expectationi agricolæ. epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. Spem mentita seges. cõtra Od. 16. huius lib. & segetis Certa fides mea. videtur autem hoc loco sterilitatis agrorum causas enumerasse, nimiam siccitatem, imbreis immoderatos, incendiu, hiemis præter modum frigida iniuriã: quæ omnia ponit & Xenoc. in Axiocho his verbis: γυῖν ἰδὲ αὐχλὸν, γυῖν δὲ ἐπομβρίας, γυῖν δὲ ὀπίσθησιν, γυῖν δ' ἐρυσίβειν, γυῖν δὲ θάλασσαν ἀκαμφοῦ, ἢ χερύς. id est, nunc enim siccitatem, nunc imbreis immoderatos, nunc rubiginem, nunc calorem in-

tempestiuum, aut frigus: & Xenoph. in Oeconomico: Ἐπι δὲ τῆς γεωργίας τὸ πλεῖστον ἐστὶν ἀθρόατα ἀδύατα ὀπίσθησι, καὶ γὰρ χαλαρά, καὶ πάραυτον ἐπίσθησι, καὶ αὐχλὸν, καὶ ὄμβροι ἐξάσιοι καὶ ἐρυσίβειν, καὶ ἀλλὰ πολλὰ καὶ χαλῶς ἐγνωσμένα καὶ πεπονημένα, ἀφαιρουῦται. id est, Præterea plurimæ res artis agri colendi, eiusmodi sunt, vt eas homo prouidere non possit. Nam & grandines, & pruina, & siccitates, & imbres immoderati, & rubigines, & alia quædã sæpenuerò, quæ pulchrè sunt cogitata, prouisa, & effecta, de manibus eripiunt. & Lucret. lib. 5. Et tamen interdum magna quæsta labore, Cum iam per terras frondent, atque omnia florent, Aut nimis torret feruoribus ætherius sol: Aut subiti perimunt imbres, gelidæque pruina, Flabraq; veterum Violento turbine vexant.

NVNC TORR. AGR. SID.] ἀπρόβρολιστων, & σφακελιστων putabat significari Germanus Valens: id est, siccitatem, quæ tũm euenit, cùm arbores pestifero aliquo sidere afflatur, atque adeo percutiũtur. ex quo ἀπρόβρολι, seu ἀπρόβρολι dicuntur. ego putabam vel ὀπίσθησιν describi, id est, incendium, seu æstum immoderatum, ex quo ruidago oritur: vel vredi-nem. tale ferè illud est Od. 16. epod. nullius astri Gregem astuosa torret impotentia.

CONTRACTA PISCES EQVORA] postea quàm immodicũ pecuniæ quærẽdũ studium reprehendit, atque insecutus est, incipit nunc suæ ætatis hominum luxuriam, atque edificandi insolentiã exagitare, qui terra continente non contenti in mari ædificant. eleganter autè, & venustè piscis ait sentire maria fieri contraiora ædificiorũ magnitudine, & fundamentorum, quæ in mare iaciuntur, molibus. vide Oden 15. lib. 2. Iam pauca aratro iugera Regia Moles relinquunt.

CÆMENTA] cæmenta dicta sunt à cadendo: itaque appellantur lapides cæsi. Od. 24. huius libri. Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuus: & mare Apullicum.

DIMITTIT] sic habent libri ver. vulg. Demittit.

REDEMTORE] redemptores dicuntur, qui opus aliquod faciendũ suo periculo, certa mercede pacta conduxerunt: ἐργολάοι dicuntur à Græcis. epist. ad Iul. Florum lib. 2. Festinat calidus mulis, Gerulisque redemptor. Redimere enim interdum idem valet, quod conducere, ex quo redemptor idem, quod conductor.

TERRÆ FASTIDIOSVS.] qui terra spreata, in mari ædificat.

NEQVE DECEDIT ÆR. TRIR.] sic sup. Od. 16. lib. 2. Scandit aratas vitiosa nauis Cura.

POST EQVIT. SEDET ATRAC.] similis sententiã est apud Lucr. lib. 2. in princip. Quod si ridicula hæc, ludibriãque esse videmus, &c.

ATRA CVRA] atra, id est, tristis. sic Od. xi. lib. 4. mimuentur atra Carmine Cura.

QUOD SI DOL. NEC PERY. LAP.] vide quæ annotauimus ad Oden illam 16. lib. 2. ita igitur concludit hunc locum. Si neque ædificia magnifica, neque purpureæ vestes, neque Falerna vina, neque vnguenta Persica morbis animi medentur, cur me meæ fortunæ pœniteat, diuitiâsque cōfēcter, & concupiscam ampliores? *Delmīr* habent 2. Vat. cod. & Torn. cōgruit cum hoc loco ille, epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Non domus, aut fundus, nō eris aceruus, & auri. Auro domini deduxit corpore febres, Non animo curas.* per Phrygium autem lapidem columnas Phrygias significat, quibus fulciebantur & ornabatur atria domorum sumtuosarum. Tibull. lib. 3. eleg. 3. *Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Tenare siue tuis, siue Cariste tuis?*

FALERNA VITIS] sic habent libri Iann. & 2. Vat. quam scripturam probo. nā in Vulgatis impressum est *Falerna Vitis*: quam lectionem qui recipiunt, subintelligunt *σπυδο κούρε υψος*.

ACHÆMENIUM QVE COSTVM] Persicum vnguentum ab Achæmene Persarum Rege. sup. Od. 12. lib. 2. & Od. 13. epod. *nardum Achæmenium.* de costo vide Plin. lib. 12. cap. 12.

INVIDEND. POSTIB.] sumtuosis, magno pretio emtis. sup. Od. x. lib. x. *aulam inuidendam* dixit. postibus autem, id est, ostiis, seu foribus: vel simpliciter trabibus.

CVR VALLE PERM. SABINA] id est, cur spretio, & reiecto meo fundo Sabino, in quo vallis est peramœna, diuitias curarum, & molestarum plenas, & plurimo labore partas, & quæstias amplectar? de verbo *mutandi* vide annot. ad Od. 16. lib. 1.

DIVI TIAS OPEROS.] id est, laboriosiores, vel maiores & ampliores, vel in quibus & parandis magno labore, magna que opera, & custodiendis magna cura opus est. Oda 2. lib. 4. *operosa paruos Carmina fungo.*

Od. 2.

ARGVMENTVM.

Pueros ab incunte ætate assuefaciēdos esse paupertati, rei militari, vitæ laboriosæ.

Angustam, amici, pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat: & Parthos ferocis
Vexet eques metuendus hasta:
Vitamque sub diuo, & trepidis agat
In rebus, illum ex mœnibus hosticis
Matrona bellantis tyranni
Prospectans, & adulta virgo,
*Suffiret: eheu, ne *rudis agminum

*Sponsus laceſſat regius asperum
Tactu* leonem: quem cruentæ
Per medias rapit ira cædeis.*

Dulce, & decorum est pro patria mori.

**Mors & fugacē persequitur virum:*

Nec parci imbelligis iuuentæ

Poplitibus, timidoque tergo.

**Virtus repulsæ nescia sordidæ*

Intaminatis fulget honoribus:

Nec sumit, aut ponit secureis

Arbitrio popularis auræ.

Virtus recludens immeritis mori

Calum, negata tentat iter via:

Cæcisque vulgareis, & vdam

Spernit humum fugiente pennæ.*

Est & fideli tuta silentio

Merces, vœtæbo, qui Cereris sacrum

Vulgarit arcana, sub iisdem

Sit irabidus, fragilémque mecum

Soluat fascium, sæpe Diespiter

Neglectus, incesto addidit integrum.

Rarø antecedentem scelestum

Deseruit pede pœna claudo.

ANGVSTAM, AMICI, PAUPERIEM] Suadens Horatius vt in exercitatione fortitudinis, & paciētiæ pueri versentur, nō temerē paupertatem sumit, vt vñ ē malis humanis, in quo perferendo & insignis patientia desideretur, & animi fortitudo magnopere acutatur. Od. 9. libr. 4. *rectius occupat Nomen beati, qui deorū Muneribus sapienter vti, Dum amque calles pauperiem pati.* M. Tull. in Rullum, veteres quosdam Romanos cōmemorat non solum populi honoribus, rebūque gestis, verū etiam patientia paupertatis ornatos. Tūm Aristoteles lib. 3. de moribus ad Nicomach. *τὴν πένειαν*, id est, paupertatem in rebus malis, & formidolosis numerat: & pater Ennius ita ferebat duo, quæ maxima putantur, onera, vt eis pœne delectari videretur. sœuā appellat Horat. Od. 12. lib. 1. Duram Od. 9. lib. 4.

ET PARTH. FER.] qui ipsi sunt equites. **VITAM QVE SVB DIVO**] omnes ferē libri calamo exarati habēt, *sub diuo*, quos sequor, quamquam etiam *sub dio* ferri potest.

ET TREPIDIS AGAT IN REBVS] Arist. *ἐν τοῖς φοβεροῖς*, id est, in rebus formidolosis, & horribilibus. Idē lib. 2. de mor. ad Nicom. ait nos, dum assuecimus res formidolosas contemnerē,

temnere, eiq; perferre, & perpeti, fortis fieri sic locutus est T. Lilius lib. 4. *Et senatus, vt in trepidis rebus, dictatorem dici Mamercū Amilium iussit.* Idem lib. 34. *orant, ne se in rebus tam trepidis deserat.*

ILLVM EX MOENIBVS HOSTICIS] illū, nempe militem Rom. prospiciens ex mœnibus hostilibus vxor Regis alicuius barbari, cum quo bellum gerat populus Rom. suscipiet hoc modo, atq; hæc queribunda voce loquatur.

MATRONA BELL. T.] id est, vxor tyranni bellum gerentis, quid intersit inter matronam, & matrem familias docent Festus, & Nonius, & Seruius ad illum locum Virg. *Æneid. xi. sum muros varia cinxere corona Matronæ, pueriq;.*

RVDIS AGMINVM SPONSVS] non exercitatus in præliis: imperitus rei militaris.

ASPERVM TACTV LEONEM] militem Rom. sœuum, & formidolosum in congressu, seu conflictu. *δυσπρόσπτον*: translatio est.

QVEM CRVENTA PER MED. RAP.] mansit in translatione. leones autē maximē esse iracundos testatur his gratissimis versibus Lucretius lib. 3. *sed calidi plus est illis, quibus acria corda, Iracundæque mens facillè efferscit in ira. Quo genere in primis mens est violenta leonum, Pectora qui fremunt rumpunt plerunque gementes: Nec capere irarum fœctus in pectore possunt.*

DVLCE ET DECORVM EST, &c.] hanc sententiam paulò vberius exprimit Pind. *ἰσχυρὸν ἄδ. ἐξόμω. ἴστω γὰρ σαφέστερον ἐν ταῦτα νεφέλαι χροῖα, ἐν ὀμίματος ἀφ᾽ ἧς φίλας πατρῆας ἀμυβέται, λογιῶν ἀμυβῶν ἐναγίτην τρατῶν, ἐστὼν γενεῶν μέγιστον κλέος αἰζῶν, ζῶων τε καὶ θανόντων.* sciat enim qui in hac nube grandinem sanguinis pro patria pugnat, & exitium propulsat aduersario ciuiū exercitū, sc̄ suis posteris, suōq; generi maximam gloriam relinquere, & viuentem, & mortuum. Lucianus in encomio patriæ scribit hanc in præliis cohortationē plurimū valere, si quis dicat bellum esse pro patria susceptum: neminēq; esse, qui hac voce audita mortem extimescat, aut periculum metuat. Efficit enim (inquit) nomen & commemoratio ipsa patriæ, vt qui est aliqui timidissimus, ignauissimūq; naturā, fortissimus existat. Tyrtaus autem, qui *mores animos* (vt ait Horatius lib. de arte poet.) *versibus exacuit*, hanc eadem sententiam duobus versiculis ita complexus est. *Τεθνῶμεθα γὰρ καλὸν ἔστι πατριῶν μαρτύριον, quorum versuum hæc fere sententia est, Pulchrum est virum fortem pro patria pugnatē & cadentē inter eos, qui in primo ordine dimicant mori. Accedat his Homerus *ἄς οἰανδὸς ἀεὶ κτος ἀμυβέας, τῶν πατρῶν*, id est, optimum est auspiciū pugnatē pro patria. Et M. Tull. offic. 1. *sed omnes omnium caritates patria una complexa est. pro qua quis bonus dubitet moriem oppetere?**

MORS ET FVG. PERSEQ.] immo: verò sapius seruiantur ē prælio, qui fortiter pu-

gnat, quàm qui in fuga spem salutis constituit quod declarat Hom. *ἰλ. ε. Αἰδομένων τ' ἐδρόων Πλέονες σόοι, ἢ περὶ αὐτῶν Φευρόντων δ' ὄχι ἀρ κλέος ὄρνυται, οὔτε τις ἀλλοί.* Hæc igitur huius loci sententia est, Si immortales essent futuri, qui pro patriâ cū vitæ periculo armis decertare nolunt, turpis esset quidem illa, sed esset aliqua tamen ignauroū causa, ac defensio, cūm dicerent se fugiendo salutem consulere maluisse, quàm contrā nitendo, & repugnādo occumbere. Nunc autē cū belli periculo vitato, sexcenta nobis alia mortis genera impendant: longè pulchrius, ac laudabilius est pro patria fortiter pugnantem, mortem oppetere, quàm vitam naturæ, aut necessitati referuare, quod itē M. Tull. Philipp. 10. ornatisissimis verbis persequitur. *Ita præclara est recuperatio libertatis, vt ne mors quidem sit in repetenda libertate, fugienda. Quod si immortalitas sequeretur periculi fugam, tamen eo magis ea non fugienda videretur, quod disturnior esset seruitus. Cū verò dies, & noctes omnia nos undique fata circumstent, non est vestri, Romanique nominis dubitare eum spiritum, quem natura quis debeat, patria reddere.* in illis autem verbis Ciceronis, ea non fugienda videretur (vt dicam *ἐν παρόδῳ*) subaudiendum est mors. Nam si sine negatione legas, vt in vulgatis, subintelligetur immortalitas, sed priorem lectionem magis probo. Sarpedon præterea apud Homerum *ἰλ. δ. δ. μ.* verbis idē planè significantibus Glaucum ad fortiter pugnantem excitat. *ὦ πέποι. εἰ μὴ γὰρ πόλεμον ὄξει τῶνδε φυρόντες, Αἰεὶ δὴ μέλλομεν ἀγῆρωτ', ἀδαιέτω τε Εὐσεῖδ', οὔτε κεν αὐτὸς εἴη ἀρωγτοῖσι μαχομένοισι, Οὔτε κέ σε τέλλομεν μάχῃ ἐς κωδὸν ἔπειραν. Νυθὸν ἔμπης γὰρ κήρες ἐφ᾽ ἑστέων θανοῖτοιο Μυεῖαι, ἄς ὄχι ἐστὶ φυγῆν βροτῶν, οὐδ' ὑπαλύξαι.* id est, o mollis: si ex hoc bello nunquam agra senectus saluus, palida mors nunquam nocte integat atra: Non equidem primos inter pugnatē cruentus sustineam, neque te ad pugnam, aut ad vulnera mittam: At nunc circumstant nos mille pericula lati, qua effugere haud unquam liceat mortalibus agris. Sic & Theopompus, *Εἰ μὴ γὰρ ἰὼ τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα, ὁ γὰρ φυρόντας ἀδαιέας ἀγῆρωτ' ἔστι τὸν ἔτιλοιπον χρόνον, ὄχι ἐν τῷ γαυμασθῶν φιλοψυχεῖν, νυθὸν δὲ ποσάτωι κήρες τῶ βίῳ ἀδαιέωσιν, ὥστε τὸν ἐν ταῖς μάχαις γάναστον ἀρῆστότερον εἶναι δοκεῖν:* id est, Nam si fas esset præsentī periculo declinato, ac vitato, reliquum vitæ tempus securè & sine metu traducere, non esset mirum si quis retinendę vitę studio teneretur, Nunc autem tot vitam humanam fata circumuallant, vt mors in prælio oppetita longè optabilior esse videatur. huc eodem pertinet illud *Æschyli. Αλλ' οὔτε πῶλλὰ τραύματα ἐν σπέρμοις λαβῶν ὀνησὶ τις, εἰ μὴ τέρμα σωτηρίας βίῳ, Οὔτ' ἐν σπῆγι πειθήμιος πᾶρ ἐστὶ Φεύγει τι μάλλον τὸν περὶ αὐτῶν μῆρον.* id est, At neque quisquam multis in pectore vulneribus acceptis moritur, nisi vitæ terminus addit: neq; domi suæ aliquis sedens ad focum eo ma-

gis mortem naturalem, & fato destinatam effugit. Demosthenes itē in oratione *περὶ τερφάνου*, A quam dudum Latinam fecimus, propē diem edemus, eandem ferē sententiam ponit: *πέρας μὲν γὰρ ἔστιν ἅπανιν ἀνθρώποις τὸ βίου θάνατος, καὶ εἰ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἀναστανεῖν, ἀλλὰ τὸν χρόνον πρὸς τὸν θάνατον ἐπιχειρεῖν ἢ ἅπανιν αἰετοῖς καὶ ἀετοῖς, φέρον δ' ἄνθρωπος ὁ θεὸς διδάσκει γενέσθαι*, id est, omnium, inquit, hominum vitæ mors est extremum, etiam si quis se domi suæ inclusum contineat, omnēque belli periculum fugiat, ac declinet: sed oportet viros fortes semper egregia, & præclara facinora conari bona spe fretos in posterum: quicquid autem Deorum voluntate euenerit, generoso, fortisque animo ferre. [Lyfias *ὑπερταφία τοῖς τῶν κορυθαίγων βοήθοις* in extremum. *Εἰ μὲν γὰρ οἷον τε ἡμῶν τοῖς τῶν πολεμίων κινδύνους ἀναφύρουσιν ἀθανάτους ἕνοι καὶ λοιπῶν χρόνον, ἀλλ' οὐ τοῖς χρόνοις τὸν ἅπαντα χρόνον περιεῖν τῶν τεθνεώτατος καὶ ἢ τε φύσις, καὶ νόσος ἢ πῆλον καὶ γήρας, ὅτε δ' αἰμῶν ὁ πῶν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχῶς ἀπαρῶντητος.*] Accedat ad superiores illos oratores, & poetas, lyricorum princeps Pindarus, cuius sunt hæc *ἔδ. α. ὄλυμπε, θάνατον δ' οἷσιν ἀνάγκη, τίς τις ἀνάνυμιον ἡμέρας εἰ σιότω καὶ ἀθάνατος ἐπὶ μάταν, ἅπαντων καλῶν ἀμμορός*, id est, cum sit omnibus mortalibus necesse mori, quid est, quod quisquam in tenebris residens senectutem ignobilem, & ingloriam frustra producat, omnium rerum honestarum ac præclararum expertus? Sed videtur Horatius Simonidis versum ad verbū ferē expressisse. *ὁ δ' αὖ θάνατος ἐφ' ἡμᾶς καὶ τὸν θυρόματιον*, quem M. Ant. Muretus annotauit. in cod. Iann. & 2. Varic. *prosequitur virum*, scriptum est.

IMBELLIS *INVENTÆ* ἀπὸ λέμου.

POPULITIVS] per poplites iuuentæ imbellis, significat iuuenes ignauios atq; ad fugiendum, quàm ad pugnandum, expeditiores. poplites enim cernuntur eorum, qui fugiunt, quemadmodum & terga. hoc interest, quod ignauiorum fugientium terga plerumque inhonestis vulneribus locum præbent: poplites celeriter explicati, salutem expediunt.

TIMIDÓQUE TERGO] homines ignaui, actimidi, cum fugere, quàm pugnare malint, si fortè vulnus accipiant, à tergo vulnerantur: Contra fortes, aduerso pectore. Catullus Carm. de Pelei inupt. Parcas canēteis, & Peleo, ac Thetidi prædicētis facit, Achillem eis nasciturum *Hostibus haud tergo, sed forti pectore natum*. Ita M. Antonius orator (vt scribit M. Tull. li. 2. de orat. ad Qu. Frat. & act. 5. in Verr. de suppliciiis) M. Aquilium multis auaritiæ criminibus, testimoniisq; conuictum, causā propē perorata, ipse arripuit, constituitq; in conspectu omnium, tunicamq; eius à pectore abscedit, vt cicatrices populus Ro. iudicētisque aspicerent aduerso corpore acceptas. in cod. Rainuti j Farnes. Card. & in vno Vat. & Torn. scriptum est, *timidóve tergo*.

VIRTUS REPVLSÆ NESC.] cur repulsæ nescia? quia virtute præstantes viri à populo, aut à regibus honores non petunt, neq; se ei periculo committunt, vt repulsam ferre possunt: sed honore proprio, solido, fixo, ac stabili contenti sunt, qui virtuti debetur, atq; aded defertur, etiam si eam Reges, & populi inornatam atque inhonoratam iacere patiantur. huic loco similis ille est Ode 2. libr. 2. *Redditum Cyri solio Phraaten* *Disfidens plebi, numero beatorum Eximit virtus, populūque falsis Deducet vii Vocibus, regnum, & diadema tuum Deferens vni, propriamque laurum, Quisquis, &c.* Itaque vir bonus & sapiens non est consul *vnus anni, sed quoties bonus atque fidus Iudex honestum proutit vtili, &c.* quæ sunt Od. 9. lib. 4.

INTAMINATIS] puris, liquidis, non contaminatis. Sic autē habent omnes libri veteres, & quos in Italia vidi, & quos hīc in Gallia. Cleric. Nicot. Russar. ceteri præter vnū: quod iccirco admonui, nequis hīc legendum pertinaciter contendat, fretus sola auctoritate codicum antiquorum, *incontaminatis*, vt syllaba prima huius nominis pertineat ad versus superioris syllabā vltimam, quæ est illud *uxoris amnis* Od. 2. lib. 1. quam scripturam tamen non improbo, neque damno, si doctis probatur. quin receptę antepono.

NEC PONIT, AVT SVMIT] id est, nec deponit, aut capit honores arbitrio popularis leuitatis: & meritò. Nam qui virtuti debentur honores, debent esse certi, proprii, & stabiles. at honores à populo delati, incerti, breues, & fluxi sunt, & ab eodem, qui dedit, eripi possunt: vt epist. ad Quint. lib. 1. *Qui dedit hoc hodie, cras, si volet, auferet: vt si Detulerit fasces indigmo, detrahet idem. Pene: meum est, inquit. pono, tristisque recedo.* sic autem hoc loco securis pro consulatu, seu prætura posuit, vt Od. 16. lib. 2. *licetorem consularē* pro consulatu. solebant enim, & consules Romę, & prætoribus in prouincia fasces, & securis præferri: nisi quodd in Oda illa 16. licetorum consularium munus spectauit, quod erat, turbam summouere ante consules: qui tamē curas summouere non possunt: hīc consularē potestatem simpliciter. Cic. oratione in Verr. de suppliciiis, quærit *quamobrem fasces prætoribus, præferantur: cur securis data.*

SECVRIS] præturas, consulatus, denique honores & magistratus, Lucretius lib. 3. *Qui petere à populo fasces, sanāque securis Imbibit, & semper vitæ, tristisque recedit.* vide annot. ad Sat. 6. lib. 1.

ARBITR. POPVL. AVRÆ] popularis auræ nomine populi leuitatem ac mobilitatem significat in mandandis magistratibus, in ferendis suffragiis, in cotionibus, & similibus. Eodem pertinent illa apud M. Tull. *Ventus popularis, & concionum ventis*, epist. ad Curium, *eorum ventorum, quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator*. Idem orat. de Harusp. resp. *sulpicium logius, quam*

quam voluit, popularis aurora prouenit. pro Murena. *viam opinionem parua nonnumquam commutat auram vniuersi.* T. Liuius lib. 4. 2. annalium. *Perfens magis auræ popularis erat.* Virg. lib. 6. *Æneid. quem incedit sequitur iactantior Ancus.* Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris. ad quem locum sic Seruius, *auris, id est, fauoribus. unde etiam aurarij dicuntur fauores.*

VIRTUS RECLVD. IMMER. MO. **CÆL. &c.**] virtus, quæ cælum aperit latide præstantibus viris, quales sunt ij, qui ab omni cupiditate remoti sunt ac liberi (iis enim gloria debetur immortalis, neq; iisdem terminis eorum fama, quibus vita, circumscribitur.) vias difficilis & impeditas indagat, & humilium hominum spretio contubernio in cælum euolat.

RECLVDENS] aperiens. virtus hoc verbo suprâ Ode 18. lib. 2. *æquæ tellus Pauperi recluditur.* & Ode 2. 4. lib. 1. *Non lenis precibus fata recludere.* & epist. ad Torqu. lib. 1. *Opera recludit.* & ad August. lib. 2. *reclusa Manè domo vigilare.*

IMMERITIS MORI] iis, qui nō meruerūt mori. qui meriti sunt immortalitatem. sup. Od. 17. lib. 1. *immeritamque vestem.* & Od. 28. *Negligis immeritis nocituram Post modò te natis fraudem committere forsit.* & infr. Od. 6. *Delicta maiorum immeritis lues.* & Sat. 3. lib. 2. *immeritisque laborat Traiu natus paries. Diis, atque poëtis.* & epist. ad Villic. lib. 1. *Stultus vitæque locum, immeritum causatur iniquæ.*

NEG. TENT. ITER VIA] iter sibi, & suis patefacit per vias desertas, incultas, interclusas, inuitatas, neque ab aliis tritas.

TENTAT ITER] Od. 4. eiusd. lib. *Insanientem nauita Bosporum Tentabo, &c.*

VDAM SPERNIT HVVMVM] sic sæpe loquuntur poëtæ. idem in epist. ad Pison. *Aut dum vitas humum, nubem, & inania capret.* Virgil. Georg. 3. *tentanda via est, quæ me quoque possim Tollere humo.* contra idem Horat. epist. ad Pison. *Serpis humi curus nimium, tumidiisque procellæ.*

EST ET FIDELI] laudata abstinentia, & animo ab omni cupiditate libero, ac soluto, rerumque humanarum contemto, degreditur, ac, pane dicam, aberrat ad laudem silentij: neq; postea reuertitur ad sermonem institutum. Est enim poëtarum, tãquam spiritu diuino afflatorum, & mentis agitatione concitatorum, nō semper in proposito sermone hære: sed ad alia nōnumquam aberrare, sententiãque longè à principio diuersa carmen concludere, cuius rei exēpla sunt in Od. 13. lib. 2. & Od. 7. lib. 1. & Od. 3. eiusdem: & alia multa. apud Pindarum autem quàm plurima.

SILENTIO] Pindarus *ἔδ. α. Νεμ.* ait noni semper esse laudabilem, neque vitilem orationis veritatem, quæ os suum (vt loquitur ille) nudet, ac retegat: sed sæpe prudentis hominis esse scire tacere. Pindari verba sunt hæc: οὐτοῖ ἀπασι κερδῶν φάγοισι ἀλάθειαν ἀπρεκλίς

καὶ στυγῶν πολλὰς ἐστὶ σφώτατον νοῦσον. **VETABO**] vetabo, inquit, qui Cereris sacrum enuntiarit, mecum habitet, & mecum nauiget.

QVI CERERIS SACRVM, &c.] quod religiosissimo silētio cōtinebatur, cum cymbalis autem & tympanis etiã fiebat, quasi ea, cum filiam suam Proserpinā ab Orco raptam quæreret, ab omnibus sciri vellet, quid quæreret. Quam cum inuestigare, & conquirere vellet, dicitur inflāmasse tædas iis ignibus, qui ex Ætnæ vertice erumpunt: quas sibi cum ipsa præferret, orbem omnium peragrassè terrarum, vt scribit M. Tull. actione in Verr. 4. de signis. Hesiod. in Theog. paucissimis verbis hanc fabulam tãgit. H (de Cerere loquitur) *τῆκε Περσεφόλυ λευκώλεπον, ἡδ' Αἰδωνεύς Ἡρπασεν ἢς ᾤδῃ μιντρός.* Interpres Theocriti annotat ad illum locū *ἔδ. δ. Ζαλω δὲ φίλῃ γυύου ἰασιώνα, ὧς πόσων ἐκλήρησεν, ὅσ' οὐ πεισοῦθε βέβαλοι*, amorem & concubitum Cereris cum Iasionē Minois filio etiã ad mysteria Cereris pertinuisse. M. Tul. ead. orat. narrat, ad sacrarium Cereris aditū non paruisse viris: sacra autē per mulieres & virgines administrari & confici solita. vide ad sat. vlt. lib. 2. de canephoris. Per eum igitur, qui Cereris sacrum vulgarit, intellige hominē linguæ incōtinentis, futilem, ac rimarum plenum, qui cōsilia arcana, & recondita tacere aut non possit, aut non velit. cod. Farn. habet *Cereris sacra.*

SVB ISDEM SIT TRABIVS] sub eodem tecto. iisdem parietibus contineatur: in eodem domicilio maneat: sit mihi contubernalis: *ὁμορόφιον μοι ἔναυ ἀπέπιπμι ἄν.*

FRAGILEMQVE MECVM SOLVAT] & in eadem nauī nauiget.

SÆPE DIEB. NEGL. &c.] sæpe Deus vnus impij scelus, piōrum, & innocētium pœnis luit. sæpe casti, & integri viri cum sceleratis, & incestis plectuntur. sic Euripid. *ἰκετὶδ. Κοινὰς γὰρ ὁ θεὸς τὰς τύχας ἡγούμενος τοῖς τῶν νοσηλώτων πῆμασιν διώλεσεν* Τὸν οὐ νοσηλώτα, καὶ οὐδὲν ἡδυνώτα: id est, communeis enim deus fortunaſ ducens eius, qui ægrotat morbis & malis, eum, qui non ægrotat, & qui nihil peccauit, perdere solet. & Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμᾶ. πολλὰ καὶ δὴ ζύμματα πόλις καὶ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, ὅστις ἀλιτρώσει, καὶ ἀπαθάλα μηχανάται.* Τοῖσιν δ' οὐρανὸν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα χρόνιον, Διμὼν ὁμοῦ καὶ λοιμὼν: ἐποφθνήθησιν δὲ λαοί: Οὐδὲ γυναικῆς πικροσιν. μινύουσι δὲ οἶκοι Ζευὸς φραδμοσύνῃσιν ὀλυμπίου: ἄλλοτε δ' αὖτε Ἡτόνησ' ἐραλὸν εὐρυὴ ἀπέπλεσεν, ἢ ὁ γὰρ τεύχος, &c. id est, sed sæpe vniversi ciues plectuntur ob vnū, qui scelera admittit, qui res molitur iniquas. *His autem existium calo demittit ab alto Iupiter, & letale malum, pestemque famemque: Non pariumi nuptæ, minuumimur tetta, domisique Consiliis & mente Iouis patris aleitanianis: Nunc pereunt miserī cines: sæpe ille cohorteis Interimit totas: sæpe alias diruit vrbes, Et rapidis nauis*

iaetas obruit undis. [sic Phocylides, πολλὰ κεν
συνήκουσι κακοῖς οἱ συμπαρόντες.] Iupiter A
(inquit Varro lib. 4. de ling. Lat.) Diouis &
Diespiter diuus, hoc est, aër, & dies, id est, diei
& lucis pater.

NEGLIGENTVS] non cultus, aut etiam offen-
sus factus aliquo improbo, & impio.

RARÒ ANTEC. SCHEL.] rarò scelestus
admissi facinoris, aut culpe cõmissæ pœnam ef-
fugit. culpam enim cõsequitur pœna, si non sta-
tim, neque pari celeritate, at aliquãdo. Plato lib.
5. de leg. Τιμωρία δ' ἀδίκας ἀκόλῳτος πάσις,
ἢς, ὅ, τε πύρον, καὶ μὴ πυρρῶων, ἀθλιος ὁ ἰδύς,
ὅς κ' ἰατρειομῆδος ὁ δὲ, ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σὺ-
ζῶνται, Σπαλλόμενος, id est, pœna iniustitiæ o-
mnis comes est, quam & qui luit, & qui nō luit,
miser est: hic quidem, quia nō sanatur, ille autē
quia, vt alij multi salui sint, interit. Sentētia igitur
huius loci hæc est. rarò ita tarda fuit pœna,
vt scelestum assequi nō poterit, & de manibus
amiserit: & ita nomē tarda intelligitur adiuuare
vim verbi deseruit. potest & hoc modo explica-
ri. quamuis pœna tarda sit, assequitur, tamen &
comprehendit aliquando nocentem. tarda qui-
dem est pœna, & βραδύτης, id est, taro in cessit:
verum tamen scelestum hominem effugere non
patitur, sed aliquãdo eum assequitur. sic Eurip.
ἀλλὰ σὺ γὰρ, καὶ βραδύτῃ ποδὶ τ' ἐύχρησται μάστιγι
τὸς κακοῦς ὄταν πύρρον, id est, tacite, & taro pe-
de incedens pœna improbos cõprehendit, cum
fors tulerit. & Tibull. eleg. 9. *Ab miser: et si quis
primò periuria celat: Sera tamen tacita pœna venit pe-
dibus.* lege Plutar. *ὅτι τὸ θεῖον βραδύτως τιμω-
ροῦται.*

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Virtute præditū virum nihil extimescere. ora-
tio Iunonis de Troia euerfa, bello Troiano
finito, imperio Romano à Troianis initium
capturo.

I VSTVM, & tenacem propositi virū
Non ciuiū ardor praua iubētium,
Non vultus instantis tyranni
*Mente quatit solida, neque Auster,
Dux inquieti turbidus Adriæ:
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruina.
*Hac arte Pollux, & vagus Hercules
Innixus, arceis attigit igneas:

Quos inter Augustus recumbens
Purpureo bibit ore nectar.

Hac te merentem, Bacche pater, tuæ

Vexere tigres, indocili iugum

Collo trabentes: hæc Quirinus

*Martis equis Acheronta fugit,

Gratum elocuta consiliantibus

Iunone diuis, Ilium, Ilium

Fatalis, incestusque iudex,

Et mulier peregrina vertit

In puluerem, ex quo destituit deos.

Mercede pacta Laomedon, mihi,

Castæq; damnatum Minerva

Cum populo, & duce fraudulentò,

Iam nec Lacena splendet adulteræ

Famosus hospes: nec Priami domus

Periura pugnacis Achivos

Hectoreis opibus refringit:

Nostrisq; ductum seditionibus

Bellum resedit: protinus & graueis

Iras, & inuisum nepotem,

*Troica quem peperit sacerdos,

Marti redonabo, illum ego lucidas

Inire sedes, ducere nectaris

Succos, & ascribi quietis

Ordinibus patriæ deorum.

*Dum longus inter sæuiat Ilium,

Romamque pontus: qualibet exsules

In parte regnato beati.

Dum Priami, Paridisq; busto

*Insultet armentum, & catulos fera

Celent inulta: stet Capitolium

Fulgens, triumphatisque possit

Roma feroc dare iura Medis.

Horrenda latè nomen in ultimas

Extendat oras, quæ mediis liquor

Secernit Europen ab Afro:

Quæ tumidus rigat arua Nilus.

*Aurum irrepertum, & sic melius situm,

Cum terra celat spernere fortior,

Quam cogere humanos in usus,

Omne sacrum rapiente dextra.

Quicumq;

Quicumque mundi terminus obstitit,
Hunc tangat armis, visere gestiens,

*Qua parte debacchentur ignes:

Qua nebula, pluuioque rores.

Sed bellicosus fata Quiritibus

Hac lege dico, ne nimium pij:

Rebusque fidentes, auita

Tecta velint reparare Troia.

Troia renascens alite lugubri

Fortuna, tristi clade iterabitur,

Ducente victriceis catervas

Coniuge me Iouis, & sorore.

Ter si resurgat murus æneus

Auctore Phæbo: ter pereat meis

Excissus Argivus, ter vxor

Capta virum, puerosq; ploret.

*Non hæc iocosa conuenient lyra.

Quo Musa tendis? desine peruicax.

Referre sermones deorum, &

Magna modis tenuare paruis.

ET TENACEM PROPOSITI] constan-
tem in proposito, susceptoq; consilio, non quo-
uis tamen, sed recto.

NON CIVIVM ARDOR] non ciues ira-
ti, ira ardentis. hæc sunt referenda ad democra-
tiam: in qua populus reip. præest, vt olim Atheni-
nis. Quinetiam Romæ, vbi optimates cū popu-
lo reip. præerant, ita loquebantur, *populus iussit:*
& velint, iubeat Quiritis. praua iubētium igitur
vel sic explica, prauas leges ferentium, seu pon-
entium potius & condentium: vel res prauas
volentium atque imperantium.

NON VULTVS INST. TYR.] non præ-
fens tyrānus imperans quippiam minùs rectū.
hæc ad tyrannidem pertinent.

MENTE QUATIT SOLIDA] de sen-
tentia demouet, ac deturbat, id est, non habet
eam vim, vt eum sententiam mutare cogat.

NEQUE AVST. DVX INQV. TVRB.
ADR.] etiam supra Notum, id est, Austrum, ar-
bitrum Adriæ dixit, Ode 3. lib. 1.

NECVLMINANTIS] nec Iouis fulmi-
na, sic rubentem dexteram dixit sup. lib. 1. Od. 2.
Hoc igitur dicit: non populus ira incensus, non
tyrannus præfens, & virens, vt aliquid faciat
minùs rectum: non venti, non fulmen, virum
iustum ac sapientem, atque in sententia perma-
nentem, commouent, neque conturbant, neque
inducunt, vt à proposito, susceptoque consilio
desciscat.

SI FRACT. ILLAB. ORB.] denique si
cælum ruat, non terribitur ruinis. Non defue-
runt, qui cælum ex lapidibus constare, atque a-
liquando collapsurum dicerent: quorum prin-
ceps fuit Anaxagoras: de quo vide apud Dioge-
nem Laërt.

HAC ARTE] his artibus, id est, his virtuti-
bus, vel his viis ac rationibus, iustitia scilicet, &
propositi constantia dicit Pollucem, Herculem,
Bacchum, Romulū ex mortalibus immortalibus
esse factos. Congruunt cum his ea, quæ scribit
Pausan. Arcadicis, primos illos homines pro-
pter iustitiam & pietatem dignos esse habitos, à
quibus Dij immortales hospitio acciperentur,
& quorum mensis accumberent. Atque fiebat
(inquit) vt & bonis rectè factorum præmiū sta-
tim persoluerent, & de improbis ac sceleratis
pœnas sumerent. Nam & Dij fiebant ex homi-
nibus: qui etiam ad hunc diuinis honori-
bus afficiuntur, vt Aristeus Cyrenes, & Liber
Semeles, & Hercules Alcmene, & Amphiarus
Oiclei, denique Pollux & Castor Clytemnestræ
filij: contra credibile est Lycæonem feram esse
factum, & Nioben in saxum versam propter im-
pietatem. mea autem ætate (latè enim patebat
hoc tempore improbitas, atq; orbem terrarum,
vrbesque omnes occupat) nemo Deus ex ho-
mine effectus est, nisi si qui verbōrum ornamentis,
& orationis amplificatione, & assentatorum
artificio, in Deorum numerum ascripti sunt.

Hæc Pausan. vt quidē vertimus. Catullus quo-
que in carmine illo pulcherrimo de Pelæi &
Theæt. nupt. deos immortalibus olim cum homi-
nibus versatos & cõgressos esse fatetur his ver-
bis: *Præfentes namq; ante domos iniussere castas sapiens,
& sese mortali ostendere cætu Calicula, nondum spreta
pietate solebant. Sæpe pater diuinum fulgentia templum
reuisens, Annua cum festis venissent sacra diebus, Cõspe-
xit terra Cretum procurrare currus, &c.* Ne illa qui-
dem, quæ scribit Themist. iunior, Euphrades ab
eloquentia cognomento dictus, ab his aliena
sunt, his verbis: *δύσχεα μὲν δὲ καὶ οἱ πάλαι ἑσπε-
ξαι ἀνθρώποι ἐφ' ἑρακλεῖ τῷ διὸς καὶ Ἀλκμή-
νης, Σπορδαίσαντες τε αὐτὸν, καὶ ἑσπεῖ (Ἰ)δὲ κα-
τασκευάσαντες, καὶ θυσίας ἴδοντες οὐ μόνον ὄσας
ἦραι θύεν κελεύειν, ἀλλὰ ὄσας δαίμονι ἠδύαλλ-
λὰ καὶ ὄσας θεῶ: ὅτι Ἡρακλῆς ὁ Σπορδαίσιμα ἐγά-
νετο ἀρετῆς, καὶ πλεὺ γλυῖ ἀπασαν ἑπιφανήσας
τρογύων τε ἀμιόνητα καὶ θεῶν ἐκάθην ἀλλο-
κότων, &c.* id est, *tu tē autem fecerunt etiam veteres in
eo, quod Herculem Iouis & Alcmene filium in nume-
rum deorum retulerunt, etque templa propria constru-
xerunt, & sacrificia instituerunt, non ea solim, quæ he-
rōè digna sunt, verum etiam quæ iam deo, quoniam Her-
cules specimen & exemplum virtutis fuit, & totam
terram à se peragrata, tyrannorum crudelitate, & fe-
rarum ac monstrorum immanitate purgavit, ac libera-
uit.* Sic M. Tullius lib. 3. de offic. *Itēque magis est
secundum naturam pro omnibus gentibus (si fieri pos-
sit) conseruandus, aut iuuandis maximos labores, mole-*

fidēque suscipere, imitantem Herculem illum, quem hominum fama beneficiorum memor in concilio caelestium collocavit, quam vivere in solitudine, &c. Strabo autem lib. Geogr. primo ostendens, veteres longius ac latius nauigasse, pluresque terrarum regiones pedibus peragrassē, quam posteriores, scribit, Castorem & Pollucem, icircō maris procuratores ac tutores quosdā, nauigantiūque seruatores ac liberatores esse dictos, quod longissimē, latissimēq; nauigarint, & mari longinquo ac remoto bella gesserint: Bacchum verò, Herculem, Theseum, Pirithoum, propter eādem causam ad inferos descēdisse creditos. De Castore & Polluce plura diximus supra ad Od. 12. lib. 1.

VAGVS HERCVLES] vagus, qui multa maria, multasque & longinquas terras peragravit, πολύπλοκος: quam de Hercule famam confirmat & Pindarus ἰοσμ' εἰδ' ἄδ' ἔλυμπόνδ' ἔβη, γούρας τε πάσας, καὶ βαθυκρήνου πολιῆς ἄλδος ἔξευραν θένειρ, ναυπηλοῖσι τε πορθμῶν ἀμυρῶσας νῆω δὲ παρ' Αἰγύπτου κελύτρων ὄλβον ἀμφῆτων νάει, πεπῆματ' αὖ τε σαρξὶς ἀθανάτων φίλος, ἥσασ' ὅππῃε βουστῶν οἰκῶν ἀναξ, καὶ γαμῆρος ἥσας, id est, qui in Olympum ascendit, cum terras omnīs, cūmque mētris & profundi altitudinem reperisset, & nauigationibus fretum mansuetum reddidisset. nunc autem apud Iouem vita beatissima perfruens habitat, atque à diis immortalibus in honore habetur, & amatur: Tūm Heben, seu Iuuentatem habet in matrimonio, adiūmque atrearum dominus est, & Iunonis gener. sic Horat. de Komulo, Baccho, Castore, & Polluce, Hercule, epist. ad Augustum lib. 2. Remulus, & Liber pater, & cum Castore Polluce post ingentia facta, deorum in templa recepti, & Ode 8. lib. 4. sic Iouis interest optatis epulis impiger Hercules: Clarum Tyndarida Sidus ab infimis, &c. Virg. lib. 6. En. nec tantum Alcides telluris obuii, &c.

INNIXVS] quidam libri veteres, & ij sanē non pauci, habent, innisus, nonnulli, enisus.

RECUMBENS] immō accumbens potius. nam recumbere est toto corpore cubare & iacere, vt diximus ad Od. 2.7. lib. 1.

BIBIT] lib. Iannoct. & vnus Vatic. habent bibet: quam scripturam si probabimus, intelligemus, hoc dici ab Horatio, Augustum post mortem, in deorum numerum ascriptum iri. Sin, vt est in ceteris libris & manuscr. & vulg. bibit, legemus: vel dicendum erit hanc Odam Augusto mortuo scriptam esse: quod mihi quidem nō est verisimile: vel eō confugiendum, vt dicamus, significari ab Horatio, Augusto viuo, & videnti tribui diuinos honores: eūmque deum praesentem haberi: quod Passeratius placebat. sic epist. ad August. Praesenti tibi maturos largimur honores: Iurandisque tuum per nomen p. nimis aras. & Oda 5. huius lib. praesens diuus habetur Augustus, &c.

HACTE MERENTEM] hactē arte merentem praemium, nemp. immortalitatem, &

honores diuinos: vel merentem accipe absolutē pro militantiem: vt sit tratatio à militibus: quos merere dicimus.

TVÆ VEXERE TIGRES] icircō Bacchi currum tigres trahere finguntur, quia nullū est tam ferum, neq; tam immanē ingeniū, quin vino mansuescere, & cicurari possit: vt Od. 21. huius libri. Tu lene tormentum ingenio admoues Ple-rumque duro: &c. adiunguntur & lynces, quae significant, varias, & multum dissimileis inter se hominum naturas, ac menteis vino aperiri: immō fortasse vnus & eiusdem hominis ingeniū varium, multiplex, subdolum vino domitum, simplicissimum, & verissimum fieri. Propertius lib. 3. Lyncibus in calum uelata Ariadna tuis. eadem ratione iunguntur & Pardi.

MARTIS EQVIS] id est, bellis gerendis, seu arte militari.

ACHERONTA FUGIT] immortalitatem consecutus est.

GRATVM ELOCVTA CONSILIAN-TIBVS, &c.] Iunone placata: oratione liberali, & leni à Iunone habita, qua significaret, se praeteritas offensiones, atque inimicitias ex animo deponere: Romulum in ordinē ac ceterum Deorum admittere: Romanis in posterum fautura, aut certē nō obstituram, quominus imperij sui sineis quam latissimē proferant, ac propagent, dummodo ne Troiam de integro cedere, & reparare conentur.

CONSILIAN-TIBVS DIVIS] consultatibus, consiliū habentibus. Vtus est hoc verbo & epist. ad Pisones: Ille bonis fauētque, & consilietur amicis. & M. Tull. lib. 15. epist. ad Attic. ep. 10. difficili ad consiliandum legatione.

ILION, ILIO] ab hoc loco, Iunonis oratio initium capit. Hæc autem nominis iteratio affectum animi declarat, atque exprimit.

FATALIS, INCEST. QVE IVD. ET MVL. PEREG. V.] Paris & Helena exscidij Troiani causam sustinent. fatalis autem, id est, à fatis datus. sic sup. Ode 37. lib. 1. daret vt catenis Fatiale monstrum.

VERTIT IN PVLVEREM] ἠμάτωσε: quo verbo vsus est Homer. ἰλ. 1. πόλιν δὲ τε πύρ ἀμολυβεί, id est, urbem autem ignis in pulverem & cinerem vertit. Horat. epist. 15. lib. 1. Quisquid erat natū prada maioris, vbi omne perterat in fumum, & cinerem.

EX QVO DESTIT. DEOS MERC.] ab eo tempore, quo Laomedon Deos fraudauit pacta, id est, promissa mercede: seu nō persoluit pactam mercedem: & ita fidē fefellit. Nam hæc vis est verbi destituit. Sed quos Deos destituit Laomedon? Neptunum, & Apollinem. Hi enim Iouis iussu Laomedoti suas operas mercede locarāt, ad muros Troianos extruendos. At Laomedon perfecto opere, murisq; Troianis ad iustam altitudinem perductis, fidem nō seruauit, neque

neque pactā mercedem persoluit: quin eos ita fraudatos Troia expulit. qua de re Hom. ἰλ. 1. ἄδ. φ. vbi sic Neptunus Apollini: Μέμηται, ὅσα δὴ πάρομαι καὶ καὶ Ἰλιον ἀμφί, Μῆνοι γὰρ θεῶν, ὅτ' Ἀγέλοισι Λαομέδοντι Πάρ Διὸς ἐλθόντες θητεύ-σασκεν εἰς ἐμαυτῶν Μιοθρ' ὅππ' ἤρτω. Quamquam ex iis, quæ demiceps sequitur apud Homerum, apparet, solum Neptunum in muris Troianis ducendis operam Laomedonti nauasse: Apollinem autem eius boues custodisse. sic enim Homerus ibidem: Ἦτοι ἐγὼ Τρώεσσι πόλιν, καὶ τείχος ἔδειμα Εὐρύπτε, καὶ μάλα κελδὸν, ἢ ἀρ-ρηκτος πόλις εἴη Φοῖβος, σὺ δ' εἰλίπιδας ἐλκεας βούς βουκαλέεσας Ἰδης ἐκ κημοῖσι πολυπύχρ' ἰλνέσσης, id est, ego quidem Troianis urbem, & murum struxi, latum, & praclarum, vt urbs nulla vi frangi possit. Tu verò Phæbe, boues pascebas in collibus Idae. Verum Pindarus δ-λυμπ. εἰδ. η. vtrumque, Apollinem (inquam) & Neptunum, Laomedonti operas locasse ad muros Troianorū extructionē, narrat: Ἄεαυμ etiam adhibuisse sibi socium & adiutorem. sic Pind. Τὸν (Ἄεαυμ) ὁ Λαπῶν, εὐρυμέδων τε Ποσειδῶν Ἰλίῳ μέλλοντες ὅππ' ἔσθαιον τεύξαι, κα-λέσατο σιωπρῶν τείχος. Hac pœna autem eos affecerat Iupiter propterea, quod cum Iunone conspirauerant ad illum ē calo, regnōq; deturbandum, vt ait Hom. ἰλ. α. ὅπποτε μιν ἔωδῆ-σαι ὀλύμπιοι ἦθελον ἄλλοι, Ἠρητ', ἠδὲ Ποσειδῶν, καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων. sic enim legendum in secundo versu: non Παλλάς Ἀθηνῆν, vt habent codices vulgati. Horatius quoq; ipse Pindarum secutus, Apollinem vnā cum Neptuno muros Troianos extruxisse significat infra hac eadem Ode. Ter si resurgat murus aëneus Aulfore Phæbo. & Eurip. in Orciste, pergama, Apollinea vocat: Ἔσθ' ἄν περιγυῖον Ἀπολλωνίων Ελευσῶ ὄψοιτο, aliter Catullus in carmine de nuptiis Pelei & Thet. Vrbis Dardania Neptunia soluere vin-cta. & Virg. En. 5. cuperem cum vertere ab imo Stru-cta meis manibus peritura mœnia Troia. & 2. Neptunia Troia.

MIHI, CASTÆQVE DAMN. MIN.] Iuno & Minerua Troianos implacabili odio persequebātur. Itaque apud Virg. En. 2. partim hosteis arcessunt, partim ipse urbem incendunt. & apud Homer. Menelao fauent. Hom. ἰλ. δ. Δοῖα μὲν Μενελάῳ ἀρηγῆνες εἰσι θεῶν Ἠρητ' Ἀργείη, καὶ ἀλαλοκωμῆσις Ἀθλιῶν. Ac Iunonis quidem in Priamum odium declarat ea, quæ loquitur Iupiter eod. lib. Δαμνοῖν' Τί νύ σε Πελα-μος, Πελαμοῖο τε πῶδες τόσσα καὶ κέρε-σιν, ὅτ' ἀσπέρχες μινεαίμεις Ἰλίου ἐξαλαπάξαι εὐκτιμῆρον πολίετρον; Εἰ δὲ σὺ γ' εἰσελθούσαι πό-λαι, καὶ τείχεα μακρὰ, ὀμίον βεβρωῖαι Πελα-μον, Πελαμοῖο τε πῶδας, Ἀλλους τε Τρώας· τόπτε κελ' ὅλον ἐξαλέσαιο, quorum versuum hæc ferē sententia est. Infelix, quid in te tatum Priamus, & Priami filij commuerunt, quare per-secutū urbem Troiam euertere studeas? At si tu

Troiam ingressa Priamum crudum, & eius filios, aliosque Troianos deuorares, tum iram tuā expleres ac sedares. Rursus Palladis in Grecos studium ex illo loco intelligi potest, ἰλ. ε. ἐπει' ἰδὲ Παλλάδ' Ἀθλιῶν Οἰζυροδῶλε' ἢ γὰρ εἰσπέλει Δαναοῖσιν ἀρηγῶν, id est, postquam Mineruam discendentem vidit. hæc enim Græcis auxiliabatur.

DVCE FRAVDVLENTO] Laomedonte, qui fraudauit Apollinem & Neptunum mercede promissa.

HECTORIS OPIBVS] huc pertinet locus ille Od. 4. lib. 2. & ademptus Hector Tradidit seβis leuiora tolli Pergama Graiis. ad quem annotauimus pauca quædam ex Hom. quæ ad eandem rem pertinere videbantur.

FAMOSVS] semper hoc nomen in vitio locum habet: vt Od. 15. huius libri, Tandem nequitia fige modum tua, Famosisq; laboribus. Sat. 4. lib. 1. scarrus, aut alioqui Famosus. Sat. 1. lib. 2. Famosisq; Lupo cooperto versibus. & de arte poet. famosa moris amorem. & Sat. 7. lib. 2. Dimittit neque famosum, neque sollicitum, ne Diuor, aut forma melioris mejar eodem. HOS PERS] sic contra sup. Od. 15. lib. 1. Helenam Paridis hospitam dixit.

NOSTRISQVE DVCT. SEDITION.] notum est ex Hom. ἰλ. υ. Deos inter se dissidentis alios Troianos, alios Græcis fauisse, & consuluisse: Apollinē, Martem, Dianam, Latonam, Xanthum Troianis: Neptunum, Mineruam, Iunonem, Mercurium, Vulcanum Græcis. qua de re sic Homer. Ἦτοι μὲν γὰρ ἕναυτα Ποσειδάωνος ἀνακτος Ἐστ' Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχων ἰδὲ Περσέοντα, &c. ductum autem idem, quod productum. sic M. Tull. lib. 7. epist. suadere institui, vt bellum duceret. Idem Off. 3. C. Marius Q. Metellum cri- minatus est. apud populum Rō. bellum illum producere: vbi libri aliquot veteres habent, ducere. idem valet bellum trahere. Cicero ad Att. lib. 10. epist. cuius inuit. Et rei ipsa monebat, &c.

RESEDIT] compositum, & sedatum est, porrotenus, deinceps.

INVISVM NEPOTEM] Romulum. supra Ode 2. lib. 1. sine neglectum genus, & nepotes Respi- cis au' for.

TROICA] Ilia, vt Ode 8. lib. 4. Quid foret Ilia Mauorisque puer.

MARTI REDONABO] condonabo, & remittam, vel etiam restituum, vt Od. 7. lib. 2. Quis te redonauit Quiritem. Diis patriis, Italoque calo?

LUCIDAS INIRE SEDES] in caelum ascendere. Lucidas autem sedes, quas Homerus dicit δῶματα αἰγληντα, seu ἀσπέρβεντα.

DVCE] haurire, vt Od. 12. lib. 4. Sed pressum Calibus ducere Liberum si gestis, &c. ducere autem nectaris succos, idem valet, quod lucidas inire sedes, & item illud, quod sequitur, scribi quietis Ordini- bus deorum.

DVM] dummodo, modò vt.

S A V I A T] *ἄλπετον*, estuet. tralatio est ab animatis. Ordo & sententia horū verborū est, dum longus pōtus, seu longum mare interiectū sit inter Troiam & Rōtam: quibulliber in terris regnanto Troiani, exsules, & patria profugi, regnanto, inquam, beati ac fortunati.

D V M P R I A M] dummodo Troia ita deserta & inculta sit, vt in ea & armenta pascere, & feræ suos catulos occultare possint.

I N S V L T E T] *ἄθροσον*, hoc enim verbo vitur Eurip. in Electra, quo loco ait Agistum Agamemnonis busto insultare.

T R I V M P H A T I S] per triumphum ductis. sic Virg. Georg. 3. *Bisque triumphatus utraque ab litore gemitus*. vide anoth. ad Od. 6. lib. 2.

H O R R E N D A L A T È N O M E N] Roma exteris gentibus horribilis, longè, latèq; potentia suæ famam & gloriam porrigat ac proferat.

Q V Æ M B D I V S L I Q V O R] qua parte fretum interiectū diuidit Europam ab Africa. est autem fretum illud Gaditanū: de quo sic M. Tul. lib. 3. de nat. deorum, *Quid fretum Siciliens, Quid Oceani feruore illis in locis constantius, Europam, Libyamque rapax ubi diuidit vnda?*

Q V A T V M. R I G. A R V A N I L V S] *Egyptum Nilus irrigat, & cum tota astate obrutam, oppletamque tenuerit, tum recedit, molliorque, & oblimatos agros ad ferendum relinquit: Διονύσιος. Ἀλεξ. Οὐ γὰρ πρὸς ποταμῶν ἀλλήλων ἐπέπετο νεῖλον. Οὐτ' ἰλιὸν βαλεῖεν, οὐτε φρονὸς ὄλεον ἀέξεν.* id est, Nō enim vllus fluius Nilo similis est neque in adiiciendo limo, neque in augenda terræ fertilitate. Seruius ad illū Virg. locum, *Et viridem Ægyptum nigra facundat arena*; Georgicorum quarto; hæc, que sequitur, ascribit nouum enim limum semper trahit, qui efficit facunditatem. vnde & Nilus dictus est, quasi νέμιον ἰλιὸν trahens, id est, nouum limum. Herod. lib. 2. Nilum ἔργαστον appellat, id est, propemodum, aratorem, aut agricultorem. Pomponius Mela, *Non pererrat autem tantum Ægyptum, sed astitio sideri exundans etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum, alendumque, ut præter id, quod statet piscibus, quod hippopotamos, crocodilosque vastas belluas gignit, glebis etiam infundat animas; ex ipsaque humo vitalia effingat.*

A V R V M I R R E P E R T V M E T S I C, & c. D Ordo verborum hic, & hæc sententia est. Roma nomen suum in omnes oras terrarū proferat, Rōmā (inquam) fortior ad aurum spernendum, nondum reperit, id est, nondum ex auri fodinis effossum, aut erutū, & sic melius sitū, quam diu est in terræ latebris reclusum: quā ad vtdum aut profundendum. Piger ascribere hoc loco, quæ de malis ab auro in hominum vitam illatis, scriptores litteris & memoriæ prodiderūt. Athen. lib. 6. scribit, apud veteres illos Græcos aurum vsque adeo rarum fuisse, vt Anaximenes Lampacenus scriptum reliquerit, monile illud

aureum, quo accepto Eriphyla salutem viri sui prodidit, nullam aliam ob causam tam celebrem fuisse, quā propter auri illo tempore penuriam, ad Romanos autem multis post Romā conditam sæculis auri studium irrepisse: diūq; antea à principibus reip. auri spretum & contemtū esse: paupertatem verò maiori laudi, quā diuitias fuisse, testimonio sunt Fabricij, Curij, Corificanij, Lucinij, Acidini, Calatini, Pisones, frugi homines, (vt ait M. Tull.) nō solum honoribus populi, rebūque gestis, verum etiam patientiā paupertatis ornatam. Pindarus *ἄδ. 9. Νεμ.* Siculos laudās, ait apud eos esse nōnullos, qui & equorum studio ducantur, & pecuniā spernere, etiq; imperare possint *Ἐπίπτοι φίλοι πρὸς τὸ αὐτῶν, καὶ κτεάνων λυγρὸς ἔχοντες κριστονοῖς ἀνδρῶν.* huic pertinet illud, quod est Od. 9. lib. 4. *Non possidentem multa vocaueris rectè beatum, rectius occupat Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter vitæ, Duramque callet pauperiem pati, &c.*

C O G E R E H V M A N O S I N V S V S] conferre ad res necessarias ac voluntarias.

Q V I C V M Q V E M V N D I T E R M I N V S O B S T.] secutus sum aliquot libros manuscr. qui habent, *Quicumque mundi term. obst.* cum vulgati habeant *nundo*.

H V N C T A N G A T A R M I S] tangat, ἐλάσσει, seu μέλει, quam Latini extenuationem appellat: pro, pertrumpat ac perfringat. vel tangere armis dictum pro eo, quod est, arma vsque eo inferre. sic ferè loquitur infra Od. 26. *sublimi flagello Tangit Chlōen semel arrogantem.* Lili cret. lib. 1. de nat. diuina, *Ipsa sua pollens opibus, nihil indigna nostri, Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira, aliter Od. 20. lib. 2. & recedentis, trilinguis Ore pedes, tetrigue trura.* Ad hunc locum pertinet illud Ciceronis de L. Crasso, oratione in Pisonem, *L. Crassus, homo sapientissimus nostræ ciuitatis, spiculis propè securus est Alpibus, ubi hostis nō erant, ibi triumphum causam aliquam quaereret.*

V I S E R È G E S T. Q V A P A R T È D E B A C C H. I G N. Q V A N E B. & c.] id est, visere cupiens, qua parte mundis solis ardore torreatur, qua nubibus, & frigidibus immoderatis obrigescat, vt sup. Od. 22. lib. 1.

S E D B E L L. F A T. Q V I R. H A C L. D.] quæ fata eos belli gloria ceteris gentibus perdituros, impentiq; sui finis latissimè prolaturus, *ἄνιμνυμι πρὶ*] essent in eo. nimium pij, si quod à Troianis se profectos & oriundos esse sciant, Troiam instaurare, ac fecerè conarētū, nimium pij, id est, nimium amatores patriæ, nempe Troiæ.

M A L I T E L V G V B R I] malis auiibus, malis auspiciis. sup. Od. 15. lib. 1. *malis aui.*

T R I S T I C L A R E I T E R A B I T V R] iterum ferro & flammis vastabitur, vt supra dixi ad Od. 7. lib. 1. *CONIVGE MEMORIS EST S O R.]* Virg. lib. 1. *Est ego, quæ diuinum vitædo reginæ, Iouisque Et soror, & coniūx.*

M V R V S A Æ N E V S] murus firmissimus ac solidissimus, vt Ode 16. huius lib. *turrus ænea.* & epist. 1. lib. 1. *hic murus æneus esto.*

A V C T O R E P H O E B O] quidam testantur scriptum esse in antiquo codice nescio quo, *Ductore Phæbo.* Ego cum libris nouem manu scriptis perantiqvis olim in Italia vsus sum, & in Gallia postea præterea quinque aliis, in nullo eam scripturam reperi, sed vulgatam, & receptam. Neq; verò hanc puto altera deteriorè esse, præsertim cum ita locutus sit Virg. Georg. 3. *& Troiæ Cinthius auctor.* iam quod àiūt Latinis vsitatum esse *ducere muros*, vt & Horatio nostro infra Ode 6. lib. 4. *potiore ductos Ætne muros.* & Græcis ἐλάσσει τείχος: non continud mihi probat, hunc locum esse corruptum, & ductore, pro, auctore esse reponendum. Vtatur tamen suo quisque iudicio: si quis malet legi *ductore Phæbo*, contendere cum periuicacibus non est meum.

V I C T R I C È S] vitur hoc nomine epist. ad Iul. Florum lib. 1. paullò aliter, *Prima feræ edera vitricis premia.*

T E R P E R E A T M. E X S C I S S. A R G. T E R V X O R] Jex iis, que vrbis expugnationem consequitur, vrbem expugnatam & captā vult intelligi. Liber autè mihi hoc loco vrbis captæ imaginem à duob. bonis auctoribus, altero omnium pœtarum principe Hom. altero claro oratore Æschine depictā proponere. Apud Hom. igitur Ἰλ. 1. vxor Meleagru Cleopatra, virū suum orans ne Calydoniorū vrbem à Pleuroniis capiat, atque euerti sinat, sic loquitur: *Καὶ τότε δὴ μελέαχρον ἰύζωνος ἀδάλοισι Διοσεν' ὀδυρομένη, καὶ οἱ κατελέθει ἅπαντα Κηδὲ, ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει, τῆσ' ἄπο ἀλώων Ἀνδρῶν μὲ κτείνουσι, πόλιν δὲ τε πῦρ ἀμαρτωλοῖ: Τέκνον δὲ τ' ἄλλοι ἄρρυσι, βαθυζώνους τε γυναιχῶν. Τοῦ δ' ὄλεθρο θυμὸς ἀκούοντος κρηχὲ ἔργα.* quorum versuum hæc ferè sententia est. Tunc igitur Meleagrum vxor Cleopatra supplex lamētabili voce orabat, etiq; mala omnia enumerabat, quæ iis accidunt, quorū vrbis capta sit. Hostes viros capiunt, vrbis ædificia incendio vastant, atq; in cinerè vertunt: liberos & mulieres alij in seruitutè abducunt. Eius autè animus cōmotus est, vbi hæc atrocita facinora audisset. Æschines autem in orat. *Ἐπιπροσώπ.* hoc modo de Thebis ab Alexandro Macedone vi expugnatæ ac direptis. *Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς σώμασιν οὐ παρέγενεσθε, τὰς γὰρ ἀγροίας ἀποβλέψατ' αὐτὰς ἐς τοῖς συμφορῶν, καὶ νομισάτε ὅταν ἀλίσκοι ὀδύνη πῦρ πόλιν, τρυφῶν καὶ τοιαύτας, ἐμπαροῖσι οἰκίων, ἀροῦντας γυναιχῶν, καὶ παῖδας ἐς δούλειαν, παροβύτας ἀνθρώπων καὶ παροβύτας γυναιχῶν ὀδύνη μελαμυθῶν τῶν ἐλευθέρων, κλαίωντας, κτενοῦντας υμᾶς, ὄργησιν οὐ τοῖς πικροῦσιν ἄλλοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀπίοις.* quorum interpretationem, quamquam eam orationem à me in Latinū sermonem cōuertam prope diem sum editurus, subscribam tamen. *Peritum quando-*

quidem corporibus præsto non fuistis, saltem animis adeste, & cogitationibus vestris calamitates eorum contemplantini. Fingite vos videre urbem capi, muros suffodi, ac funditus eueri, domos incendi, mulieres & pueros in seruitutem abduci, senes, & anus libertatem serò dediscentes, plorantes, vobis supplicantes, irascentes non iis, qui tam crudeles ab ipsis pœnas expetierunt, sed iis, quorum opera, & culpa in hæc miseria inciderūt. Non admodum dissimile est illud ex Cornificio lib. 4. rhetoric. ad Herennium, *O feros animos, o crudeles cogitationes! O derelictos ab humanitate homines! qui agere ausi sunt, aut qui cogitare potuerunt, quo pacto hostes reuulsis maiorum sepulcris, deiectis manibus ouætes irruerent in ciuitatem: quomodo deum templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aliis abreptis in seruitutem, virginibus, matribus familiis, ingenuis pueris sub hostilem libidinem subiectis, vrbis acerbissimo cōciderat incendio conflagrata.* & illud alterum ex eodem lib. infra. *Nam neminem vestrum fugit, Quirites, capta vrbe quæ misera a consequi soleant. arma qui contra tulerunt, statim crudelissime trucidantur: ceteri qui possunt per aiatem & vrbis laborem ferre, rapiuntur in seruitutem: qui non possunt, vita priuantur, vno denique atque eodem tempore domus hostili flagrant incendio, & quos natura, aut voluntas necessitudine aut beneuolentia conuincit, distrahantur: liberi partim à gremiis parentum deripiuntur, partim in sinu ingulantur, partim ante pedes constuprantur: nemo iudices, est, qui possit satis rem consequi verbis, nec referre oratione magnitudinem calamitatis.* Eodem pertinent ea, quæ Cæsar apud Sall. ait esse ab iis, qui ante se sententias dixerant, de belli fauitia, disputata his verbis. *Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, compositæ, ac magnificè casum reip. miserari sunt: quæ belli sententia esset, quæ victis acciderent, enumerare: rapi virgines, pueros: diuelli liberos à complexu parentum: matres familiarum pati, quæ victoribus collibissent: fana atque domos spoliari: cadem, incendia fieri: postremo armis, cadaueribus, cruore atque luctu omnia compleri.* Accedat his Cremonæ excidium apud Cornelium Tacitum lib. 19. *Non dignitas, non atas protegebat, quo minus supra cadibus, cedes stupris miscerentur. Grandænos senes, exacta ætate feminas, vileis ad prædam in ludibrium trahabant. Vbi auctra virgo, aut quis forma conspicuus incidisset, vni manibusque rapientium diuisus, ipsos postremo directores in mutuum perniciem agebat. Dum pecuniam vel gratia auro templorum dona sibi quisque trahunt, maiore aliorum vi, truncabantur, &c.* [Quintilianus lib. 8. cap. 3. *Sine dubio enim, qui dicit expugnatam esse ciuitatem, complectitur omnia, quæcumque talis fortuna recipit: sed in affectus minus penetrat breuis hic si velut nuntius. At si aperias hæc, quæ verbo vno inclusa erant, apparebunt & fusa per domos ac templa flamma, &c.*] Excisus autem legendum, ab excindendo. qua de re alibi.

N O N H A C I O C. C O N V E N I E N T] sic habent libri ferè omnes veteres: pauci quidam, vt vulgati, *Non hoc ioc. conueniet, &c.* Nonnulli etiam, *Non hæc iocosa conueniunt Lyra, &c.*

QVO MVSA TENDIS?] sic sup. Od. 1. lib. 2. sed ne relinquit Musa proax iocis, &c.

MAGNA MOD. TEN. PARVIS] define res magnas & graueis carmine humili immiuere quodammodo, atque extenuare. fumus enim tenues: sermones autem deorum, res magna atque ampla sunt. Od. 6. lib. 1. Nec seuam Pelopis domum (dicere) Conamur tenues grandia: sequitur deinceps ibid. quod cum hoc loco cōgruit, dum pud. Imbell. que lya. m. p. v. Laudes egregij Caesarū, & una Culpa deterere ingenī.

AD CALLIOPEN.

Od. 4.

ARGVMENTVM.

Se à multis periculis, Musarum ope ereptum fuisse. Malè cessisē omnibus, qui aduersum deos aliquid moliri voluerint.

Descende celo, & dic, age, tibia Regina, longum, Calliope, melos, Seu voce nunc maui acuta, Seu fidibus, citharā ve Phabi. Auditis? an me ludit amabilis Infania? audire, & videor pios Errare per lucos, amena Quos & aqua subeunt, & aura. Me fabulosa* Vulture in Appulo, Altricis extra limen* Apullia, Ludo, fatigatumque somno, Fronde noua puerum palumbes. Texere: mirum quod foret omnibus, Quicūque celsa* nidum* Acherontia, Salis que Bantinos, & aruum Pingue tenent* humilis Ferenti, Vt tuto ab atris corpore viperis Dormirem. & vrsis: ut premerer sacra Laurōque, collatāque myrto, * Non sine Diis animosus infans. * Vester, Camena, vester in arduos Tollor Sabinos: seu mihi frigidum Prænesti, seu Tibur supinum, Seu liquida placuere Baia.

A Vestris amicū fontibus, & choris, Non me Philippis versa acies retro, * Deuota non exstinxit arbor, Nec Sicula* Palinurus vnda. **V**icunque mecum vos eritis: libens Insanientem nauita Bosporum Tentabo, & arenteis arenas Littoris Assyriū viator Visam Britannos hospitibus feros, Et letū equino sanguine Concanum. Visam pharetratos Gelonos, Et Scythicum inuiolatus amnem. **B** Vo: Casarem altum, militia simul Fessas cohorteis abdidit oppidis: Finire quarentem labores Pierio recreatis antro. Vos lene consilium & datis, & dato Gaudetis alma. * scimus, ut impios Titanas, immanemque turmam Fulmine sustuleris caduco Qui terram inertem, qui mare temperat Ventosum, & vrbeis, regnāq; tristia: **C** Diūsque, mortalesque turbas Imperio regit vnus aquo. Magnum illa terrorem intulerat Ioui Fidens, iuuentus horrida, brachiis: Fratresque tendentes opaco * Pelion imposuisse Olympo. Sed quid Typhoëus, & validus Mimas, Aut quid minaci Porphyrion statū, Quid Rhæcus, euulsis que truncis Enceladus iaculator audax, **D** Contra sonantem Palladis* Ægida Possent ruentes? hinc audius stetit Vulcanus: hinc matrona Iuno, & Numquam humeris positurus arcum, Qui rore puro Castaliæ lauit Crineis solutos: qui Lycia tenet Dumeta, natalēque siluam, Delius, & Patareus Apollo. Vis consilī expers mole ruit sua: Vim temperatā Dij quoq; prouehūt

In maius

In maius: iidem odere vireis Omne nefas animo mouenteis. Testis mearum centimanus* Gyas Sententiarum notus, & integræ Tentator Orion Diana Virginea domitus sagitta Iniecta monstis terra dolet suis: Meret que partus fulmine luridum Missos ad Orcum: nec perēdit Impositam celer* ignis Ætnam: Incontinentis nec Tiryi iecur Relinquit ales, nequitia additus Custos, amatorem trecenta Piriuhoum cohibent catena.

DESCENDE CAELO, ET] habent enim etiam Musæ suam in cælo sedem, vt Iouis filia. Itaq; dicuntur ab Homero & aliis poëtis etiam δλυμπιάδες, nō solūm Pierides, aut Heliconiades, aut Lebethrides, &c. Et lib. 2. il. Apollini cithara canenti, voce respondent. Μουσάων, αἱ ἀειδοῦ ἀμειρόμεναι ὅτι καλῶν. Rectè igitur Ennius. Musa, que pedibus magnū pulsauit Olympum. Videtur autem Alcmanem exprimere, aut certè adūbrare voluisse: cuius exstant hi versus apud Hephæstionem. Μῶσ', ἀγε Καλλιόπῃ, θύρατερ Διός, Ἀρχὴ ἱερῶν ἔπεων. ὅτι δ' ἱμερον ἴμερον ἔχει χροὸν: id est, O musa, Calliope, Iouis filia, age, incipe versus amabileis. Optabilem autem hymno, & lepidum chorū adiace. [Quot sint porro Musæ magna controuersia est. Ephorus (inquit Arnobius lib. 3. aduersus gentes) has numero esse treis effert: Mnaseas, quem diximus, quattuor: Myrtylus inducit septem: octo assueerat Crates: ad extremum Hesiodus nouem cum nominibus prodit. diis cælum & fidera locupletans]

AUDI TIS?] è fodalibus suis quærit audiante Calliopen canentem, quam paullò antè è cælo deuocarat, quasi ipse, vt pote poëta, eius cantum exaudiat: an insaniat, & erret. Errat autem, atq; adeò desipiunt, qui putant Horatium etiam hinc verba facere cum Calliope, & ex ea quærere num vocem suā audiat: vti autem verbo numeri multitudinis, quia Calliope sit musarum regina: vt Virg. Vos ò Calliope, &c. Cur igitur Horatius non dixit Descendite? Præterea ineptissima futura sententiā est, si hæc verba ad Calliopen, & musas referantur.

AN ME LVDIT AMAB. INSAN.] an me fallit, ac decipit infania optabilis, nēpe poëtica: de qua sic Plato in Phædro. ἡγεῖται δὲ ἡ δὲ μούσῳν κρατοχίτη, καὶ μαρία λαβούσα ἀπαλιό,

καὶ ἀπαλιόν ἰσχυρόν, ἐγγέγρασσι, καὶ ἐπιβαλὶ χροῦσσαι κατὰ τ' ὀδὸν, καὶ τὴν ἀλλῶν ποιήσῃ, μὲν τὰ παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσαι, τὰς ἐπινοημάτων παρὰ τοῦ ὄντος ἀν' ἀνευ μαρίας μετῶν ἔπι ποιητικῆς ἕνεκα ἀφικηται πεισθεῖς, ὡς δεξ. ἐν τέχνῃς ἰκανὸς ποιητὴς ἐστὶν ὁμοῦ, ἀτελής αὐτὸς τε, καὶ ἡ ποιησις ὑπο τῆς καὶ μνημονόχῃαν ἢ τῆ σαφρονοῦτος ἠφανίσθη, id est, Tertiam autem mentis concitatio & infania, quæ à musis proficitur, nacta animū tenerū, & recentem, nondūmque vllō quasi fūco tinctum, eūmque excitans, & Bacchico quodam furorē afficiens, cantibus & hymnis, & cetera poësi in numerabilia antiquorum facta exornas, posteros instituit. Qui verò sine Musarum furorē ad poëticas foreis adierit, sibi persuadēs, se arte bonum & probabilem poëtā euasurum, & is ipse, & eius sapientis & fami scripta imperfecta ab operibus furentium obscuratur. Sed plura hæc de re alibi. vel simpliciter infaniā accipe, id est, μαρία, qualis erat illius, qui se putabat miros audire τραγῳδοῦ: In vacuo latus sessor, planis que theatro. epist. 2. lib. 2.

ET PIOS ERR. P. L.] pios, id est, in quibus dii versantur: vel qui à diis incoluntur: vel quos violare impium & nefas est.

AMOENÆ QVOS ET AQ. SVB.] in quibus & auræ gratæ spirant, & aqua iucūda è fontibus manant. amena, id est, quasi ad se amandum, seu ad se amandas allicientes. Festus.

ME FABVLOS, &c.] hæc sunt ita coniūgenda, & hoc ordine collocada, mea quidem sententia. fabulosa palumbes me puerum fronde noua texere: non vt alij, extra limen Apulia, altricis fabulosa. Iam cur palumbes fabulosas dicat, si quis ex me quærat, responderem, eadem ratione dici fabulosas palūbeis, qua ratione fabulosus Hydaspes appellatur, & fabula manes. nempe quia de iis multa fabulantur poëtae. Veneri autem sacra, & dicatæ sunt colūbae. Virg. Æn. 6. Vix ea factus erat, gemma cum sortè columba. Ipsa sub ora viri cælo venere volantes: Et viridi sedere solo: cum maximus heros Maternas Agnoscit auis, laticis præcatur, esse duces, &c. Tum Veneris currum trahere dicuntur, vt & passerēs, propter incredibilem in eis innatam libidinem, ac salacitatem. Phærecrates ἐν πετάλῃ. Ἀλλ' ὃ ἀειτέλειοι ὁμοῖον Καλλιόπῃ, πέτρ' κόμισον δὲ μ' ἐς κόρυθα καὶ κόρυθα, id est, At ò columbula Callistheni similis, vola: deserto me in Cythera & Cyprum. Quamobrem verò se dicat lauro, & myrto à palumbis esse tectū, ne obscura quidem causa est. Primum enim laurus, quæ Apollinis est, significabat, eum poëtā futurū: deinde myrtus, quæ Veneris, res amatorias, & (vt ait ipse) prælia virginum, & iuuenium curas cantaturum.

ALTRICIS] id est, nutricis. codex quidem Rañnutij Card. habet, nutricis: cū quo & alij duo congruunt. ego nihil muto. M. Tull. in Timæo. Iam verò terram altricem nostram, que traiecit axe

sustinetur, diei, noctisque effreticem, &c.

VOLTURE IN APVULO.] monte Apuliae. falluntur qui hic legi volunt, *litore in Apulo*, libris omnibus reclamantibus, nulla ratione suffragante.

LYDO, FATIG. QVE SOMNO] ludo fatigatum, somno oppressum. Sat. 2. lib. 2. *equo ve Lassus ab indomito: vel si Romana fatigat Militia, assuetum gracari.*

FRONDE NOVA] id est, recenti, & viridi. aliter dixit Virg. lib. 2. Georg. *Miraturque novam frondeis, & non sua poma.*

QVICVNQVE CELSA NID. ACHERONT.] nidum Acherontiae idem dixit, quia Acherontia sita erat in mote. erat autem oppid. in Lucania. sic M. Tull. Ithacam, *nidulum* appellat lib. 1. de orat. his verbis. *tanta vis patriae est, ut Ithacam illam in asserimus saxulis, tanquam nidulum, affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponebat.* epist. ad Puscum Arist. lib. 1. per nidum, domum propriam significat. *Tu nidum servas: ego laudo vris amantissimos, &c.* sic Hesiodus *εργ. χη. ημ. Οὐκ ἀεὶ θέρος ἐοικέντοϊ ποιεῖτε χαλκός.* ductum ab auiibus.

SALTUSQVE BANTINOS] sic esse legendum, & veteres codices peruincunt, & Plinius confirmat lib. 3. cap. x. 1.

HVMILIS FERENTI] in valle positi. unde dicti Ferentani, seu Frentani potius. Plinius eod. lib. eod. cap.

VT] mirum vt: mirum quo pacto.

SAGRA] Apollini sacra, Od. 30. huius lib. *Delphica lauro.* & Od. 3. lib. 4. *Delis ornatum foliis ducem.* sunt autem haec frondes, laurus, oliua, myrtus, felices: & ita solent appellari.

COLLATA] congesta, comportata. epistol. de arte poetica. *Undique collatis membris.*

NON SINE DIIS] non sine diuino numine, *σὺ δὲ θεῶν ὄρεαι ἀγέει.* quo vititur Theocr. Europa. *Οὐκ ἀγέει γὰρ τὰ πάντα διέρχουσι ὕδα κέλευθα.* id est, non sine deo has transeo humidas vias. Sallust. *vt tanta repente mutatio non sine Deo videretur.*

ANIMOSVS INFANS] qui non terreret neque ab vris, neque à viperis.

VESTER, CAMOENAE] siue me contulero in Sabinos, siue Praeneste, siue Tibur, siue Baias, vester sum: vbi cumque fuero, vester sum.

TOLLOR] conscendo, seu vehor potius.

TIBVR SVPINVM] alibi vdam appellat, vt Od. 29. huius lib. *Ne semper vdam Tibur, & Aesula Decline contempleris aruum:* & in epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *vacuum sed vacuum Tibur placet, aut imbelles Tarentum.*

SEV LIQVIDAE] epist. 1. lib. 1. *Nullus in orbe locus Baiis praeleuet amans.* liquidas autem appellat propter aquas calidas.

NON ME PHILIPP. VERSA ACIES] non fufus & versus in fugam Bruti, & Cassij exercitus: quo in proelio Cassius sua se manu in-

terfecit: deinde & Brutus patris post diebus, vide Od. 14. lib. 1. & 7. lib. 2. *Tecum Philippus, & celerem fugam sensis voluta non bene parmula.* & epist. ad Iul. Flor. lib. 2. *Vnde simul primum me dimiserit Philippi Decisus humilem pennis, &c.* Erant autem in eo bello Horat. tribuns militum. Sat. 6. lib. 1. *Quod mihi pareret legio Romana tribuno.* Philippi vrbis in Thracia, seu Thessalia. [his autem verbis *versa acies retro*, expressit Graecum nomen *παλιώξις*, quamquam *παλιώξις* significat proprie persecutionem, & conuersionem, quæ fit ab iis, qui antea fugiebant, qualis describitur *ἰλ. ε.*]

DEVOTA NON EXSTINXIT ARB.] sacra, execrabilis, scelerata. Od. 23. huius lib. *Devota vitima.* Od. 16. epod. *deuoti sanguinis atas.* Od. 14. lib. 4. *Devota morti peccora libera.* Catull. de nuptiis Pelei. *devota perisuria.* Prop. lib. 2. eleg. 28. *Andromede monstris fuerat devota marinis.* Tibullus lib. 1. eleg. 5. *Tunc me discedens deuorum famina dixit.* de hac arbore vide Od. 17. lib. 2. *Me truncus illapsus cerebro sustulerat, &c.* & octauam huius. *prope funeratus Arboris iclu.* & totam 13. lib. 2. *Ille & nefasto te posuit die.*

PALINVRVS] promuntorium Lucaniae nõ lõgè à Velia, à Palinuro Æneæ gubernatore dictum, circa quod cum Horatius nauigaret, atq; è Macedonia in Italiam rediret, magno in periculo versatus est. Virg. Æn. 6. *Nam tua finitimi lõgè lateque per vrbes Prodigijs acti caelestibus ossa piabunt, &c.*

VT CVM QVE] quandocumque. vide ann. ad Od. 35. lib. 1.

INSANIENTEM] æstuosum, impotentem. sic Virg. Mærid. *Huc ades: insani feriant sine litorea fluctus.* supra Od. vit. lib. 2. *gemenstem* appellauit.

TENTABO] supra Od. 2. huius lib. *negata tentat iter via.*

ARENTEIS ARENAS] aptissimum epithetum. Lucr. lib. 2. *bibulam lauit aquor arenas.* Non dissimulabo tamen, in quibusdam exemplaribus antiq. scriptum esse, *urentis*: quam scripturam non minus probo, quam receptam.

CONCANVM] Concani Cantabriae populi. Concana enim numerat Ptolemæus in Catabriae vrbibus, lib. 2. in descriptione Hispania Tarraconensis: & quidem eam primam locat. Quod autem Horat. Concanos equino sanguine latos ait, nihil tale neque de Cōcanis, neque de vniuersis Cantabris vinq; legine ipse quidem Strabo, qui lib. 3. multa de Cantaborū vctu, cultūq; planè barbaro, agrestī, atq; immani memoriæ prodidit, quicquā tale commemorauit. At de Bisaltis & Gelon. sic Virgil. Georg. 3. *Bisalta quo more solent, acérque Gelonus, cum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum: Et lac concretum cum sanguine potat equino.* Scitem Martialis de Sarmatis: *Venit & epoto Sarmata pastus equo:* de quibus eadem Plinius narrat lib. 18. cap. 10. *Sarmatorum quoque gentes hac maxime pulre aluntur: & cruda etiam farina equino lacte, vel sanguine è cruris*

venit

venit admisso. Vnde existimant quidam, in his Nicolaus Mōtanus, iuuenis in primis doctus: qui superiores Virgilij versus ad huius Horatiani loci scripturam oppugnādam mihi proferebat: vel Concanum, sicubi terrarū reperitur (de hoc enim dubitabat ille) esse Scythia populū, nõ Cantabria: vel hic legēdum esse *Caucasum*. Cuius sententiam non sum secutus. Nam primū Concana, Cantabriae vrbē esse constat, si Ptolemæo credimus. cuius ciuis, dicitur Concanus. deinde non si Sarmatae, vel Geloni & similes Thraciae populi, sanguine equino vescuntur, cōtinuò sequitur nullas alias esse nationes, quæ simili victu vtantur. Postremò si non esset verū Concanos tali potu vfos esse, neque illi scriptores hoc tradidissent, tamen Horatij testimoniū ad fidem huius rei faciendam satis apud nos valere deberet, vt omnittam quòd poetis licet de gentibus longinquis, & barbaris, & immanibus multa ab historicis non testata, aut minus quaesita, pro suo iure confingere, & comminisci. De veritate autem huius scripturae non est dubitandum, cum omnes libri & manuscripti, & vulgati sine vlla varietate ita habeant.

VISAM PHARETRATOS GELONOS.] Virgil. Georg. 2. *Et gens illa quidem summis haud tarda pharetris.* Idem lib. 3. *Quæque pharetrata vicinia Persidū vrget.*

ET SCYTHICVM AMNEM.] Tanaim, de quo Od. 10. huius lib. *Extremum Tanaim si biberes Lyce: & Od. 29. Tanaisque discors.*

INVIOLATVS.] incolumis, saluus. **ALTYM**] magnū, egregium, principem. **SIMVL**] simul vt, simulatque. vide annot. ad Od. 4. lib. 1. ibi, *quò simul mears.*

FESSAS COHORTEIS ABD. OPP.] fessas militiae cohortes abdidit in oppida, propter anni tempus ad bellum gerēdum, & ad castra ineptum: in hibernis collocavit. Atque hac scripturam ita probo, vt tamen illa altera, quæ reperitur in codice Achillis statij, Donati, atque etiam Rainutij Card. mihi non displiceat: quæ est, *Fessas cohortes reddidit oppidis.* Iam hanc receptā codices item manuscripti optimæ notæ confirmant: in his duo Vatic. Faern. Vrf. Tornef. Adde complura similia loquendi genera apud bonos scriptores. non longè abiero. M. Tull. pro Arch. poet. *si quis ita se litteris abdidit.* & Horat. ipse epist. 1. lib. 1. *late abditus agro.* Iam in voce *fessas* aliquid inest scrupuli. nam propter verbum, *recreatis*, quod sequitur, videtur legendum, *Fessus*: vt fit hac sententia, vos Caesarem altum, fessum militia, simulatque cohortes in hibernis collocavit, Musarum studio recreatis, ac reficitis.

PIBRIO RECREATIS ANTRO.] reficitis & oblectatis studio litterarū, lectione, & scripture, & arte poetica. Per antrum Pierium, musarum recessus, & poetarum secessum significat.

VOS LENE CONSILIVM.] sili duæ bre-

tes pro vna longa. Nam cum post spondēum & jambū, vnam syllabam longā lex carminis postularet, duas breues in locum vnius longæ posuit. *vos lene consili.* sic infr. Od. 6. *Et in omne principium, huc refer exitum.* Significat, ex studio litterarum consilium & prudentiam manare, quæ plus valent in re militari, quam vires immanes.

IMPIOS TITANAS.] qui cum Diis pugnarūt. vide Hesiod. in Theog. M. Tull. de leg. 3. *nostrer verò Plato Titanum è genere statuit eos, qui, vt illi caelestibus, sic hi aduersentur magistratibus.* Arrepta hinc occasione, incipit ostendere, vireis, & potentiam sine sapientiae præsidio non admodū prodesse, immo obesse potius.

CADVCO] ita in caput Titanum, & gigantum immisso à Ioue, & contorto, vt è cælo cadere videretur. sic supra arborem illam, cuius casu pane oppressus fuerat, lignum nominat *caducum* in domini caput. Od. 13. lib. 2.

INERTEM] id est, immobilem. sic sup. Od. 34. lib. 1. *bruta tellus.* alioqui iners meritò dici nõ possit, quæ tot flores, herbas, fruges, atque arbores ex se pariat, ac profundat.

TEMPERAT] regit, gubernat. annot. ad Od. 8. lib. 1.

VENTOSVM] à ventis concitatum. aliter epist. 8. lib. 1. *Roma Tibur amem ventosus, Tiburæ Romanam.* & epist. ad Mæcen. tertia, lib. 1. *Non ego ventosa plebis suffragia conor.* & epist. ad August. *Quæ culic ad senam ventoso gloria curru, exanimat lentus spectator, &c.*

REGNAQVE TRISTIA] inferorum sedem. sic Virg. Æncid. 4. *alios sub tristia tartara mittit.* Idem lib. 6. *Et tristis sine sole domos, loca turbida adires.* Itaque mortuus Achilles apud Homerum *δδωσ. λ. dicit se malle apud superos, hoc est, in terris, homini non admodū diuiti mercede conductū seruire, quam in omneis mortuos regnū obtinere.* sic Hom. *Βυλομυλο ἐπὶ εἶρος ἐὼν ἦεν τευέμεθ' ἄλλω Ἀνδρὶ παρ' ἀκήραθ' μὴ βλοτος πολὺς εἶν, ἢ πᾶσι νεύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνέσσει.*

MORTALESQVE TVRBAS] corrupti sunt hoc loco omnes vulgati codic. qui habent *turmas.* legendum est enim *turbis*, vt est scriptum in antiquis.

FIDENS IVV. HORB. BR.] sic verba coniunge, iuuentus horrida, fidens brachiis. sic loquitur Hom. *ἰλιάδ. μ. ὄσ' ἀρὰ πὸ χεῖρας πειποιδότες, ἦδ' ἐβηθη.* id est, sic hi manibus fidentes & viribus, & ita Porphy.

FRATRESQVE TEND. OP. PEL. &c.] Virg. Georgic. 1. *Ter sunt conati imponere Pelio Ossum, tendentes, id est, contendentes, conantes.* sic epist. 2. lib. 2. *Tendunt extorquere poemata.*

SED QVID TYPHOEVVS.] Pindarus *τυφῶν* nominavit, pro eo, quod est *τυφῶνα*, vel pro *τυφῶνα* à recto *τυφῶς* quem olim (inquit ille) Cilicium antrum educavit: nunc autem hirsutū eius pectus Cumarū littora, & Sicilia op-

pressum tenent. Pindari verba sunt hæc: Πυθ. εἰδ' α τυφῶς ἐκείτων παχέρονος, τὸν ποτε κλιγέον θρέψας πολυώνυμον ἄντρον, νῦν γέ μιν τάλειον κίμας ἀλιερίεες ὄρωι, σικελία τ' αὐτῶν τιζέει σέρινα λαγυράεντα. De eodem sic Apoll. lib. secundo Argon. Ἐγὼ τυφῶνα φασὶ δῖος κρονίδαο κρεμμυῶ Βληδύδον, ὅτε πότε οἱ σὺ βαρῶς ἐπαρέξατο χεῖρας, Θερμῶν δ' ἀπὸ κρατῶς γείρει φόνον, id est, hic Typhonem aiunt Iouis Saturnij fulmine percussum, cum ei validas manus admouit, calidam à capite manauisse eadem. ad quem locum lege interpretem. Typhoeum igitur, seu Typhonem, Tartari, & Terræ filium in celo regnare conatum fulmine deturbauit Iupiter. cuius manus fuisse ad res magnas, & arduas conandas expeditas, & pedes numquam defessos, & ex humeris centum draconis capita existitisse, flammam ex oculis emicuisse, suam cuiusque capitis vocem fuisse, multaque alia portenta de eo scribit Hesiod. in Theogon. his verbis: Οὐλότατον τέκε πάδ' α τυφῶνα γαῖα πλώρη Ταρτάρου ἐφ' ἰλιότητι. Ἐξ ἡρῶν Ἀφροδίτην. Οὐ χεῖρες μὲν ἕασιν ἐπ' ἰχθυί' ἔργματ' ἐχέουσαι. Καὶ πόδες ἀκμάτοι κρατερῆς θεῶν. Ὅμοιοί τ' οἱ ὄμων. Ἦν ἐκείτων κεφαλαῖ' ὄφιοις κρατερῶσι δρόκοντος Γλασῶσι δνοφερῶσι λελεχμῶτες.

MIMAS] Mimantem Hesiod. in illa Centaurorum, & Lapitharum pugna, quam describit in Apfide, vnum facit e Centauris.

AVT QVID MIN. PORPHYR. STATV] Porphyriorem boues Herculis abigentem sagittis Apollo confixit. de quo Pind. Pyth. εἰδ. η, quem locum supra testē produximus ad Od. 14. lib. 2.

RNCVM] gigantem, vel centaurum. Virgil. Georg. 2. *Rhœtiumque, Pholiumque.*

ENCBLAVS] de quo Virg. *Æn. 3. & 4.*

AGIDA] Jlypeum Iouis, quo vitur & Pallas in prælio. Homer. *Il. 6. Η δὲ χιτῶν' ἐδύσατο Διὸς νεφέλη κρέτατο. Τεύχεσιν ἐς πόλεμον θωρήσαστο δακρυρόεντα. Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετ' αἰχλῆα θυοσταθῆσαν Δειλῶ, καὶ πᾶσι μὲν πάντη φέρον ἐσφαίρωτο. Ἐν δ' ἔκει, ἐν δ' ἄλλῃ, ἐν δὲ κρυβέστα ἰακῆ:* id est, hæc autem (Pallas) tunica induta Iouis nubium coactoris; in prælium lacrymosum armabatur. humeris autem ægida bullis aut fimbriis ornata circumiecit, horribilem, omni ex parte terrore circumdatam. in ea erat contentio, in eo vires, in eo aspera persecutio, seu horrorem incutiens clamor.

HNCT] à partibus Iouis, & Palladis.

MATRONA IVNO] cur matronam quia Iouis vxorem quia matrimonii præest, ex quo pronuba dicitur. Est autem matronæ nomē honestius, & honorificentius, quam matrisfamilias, præter alias differentias, quæ traditæ sunt ab A. Gellio, & Nonio.

AVDVVS] vel pugnae audis, vel refer ad ignis naturam celerem, & quodammodo audiam.

BT NYMQUAM HYM. POSI.] Apollo, quem Homerus, & eius exemplo ceteri poetæ Græci *Ὀκατηλέταρ*, & *Ὀκλήβλον*. i. longè iaculantem, longè que tela mittentem, nominant & apud Euripid. in Alceft. sic loquitur ille *σύνθεος αἰετῶντα βαράζων ἐμοί*, subaudi, *τόξα*, id est, semper hos arcus gestare soleo.

RORE PVRO] aqua sinceræ Castalij fontis, quem fontem caballinum Latini, Hippocrenen Græci vocant: neque laboro sine in monte Helicone, an in Parnasso: quamquam Parnassū & Heliconem vnum & eundem montem vult esse Seruius: à quo alij dissentiūt. Castaliam vrbem Ciliciæ numerat Stephanus, à qua alij fontem, eiusdem nominis dictum esse volūt: alij in Lycia esse tradiderunt. eum non est hanc controuerfiam diiudicare.

LAVIT] præsentis temp. vt sup. Od. 3. lib. 2. *flauis quam Tiberis lauit.*

CRINEIS SOLVTOS] passos, humeris spartos, non collectos in nodum, aut religatos.

NATALI M QVE SILV.] in qua natus est: quæ est in Delo insula.

PATAREVS] à Patara, vrbe Lyciæ, vbi edit oracula.

VIS CONSILII EXPERS] videtur ex Pindaro hanc sententiam expressisse. ordo verborum tantum apud Horat. est immutatus. Pindarus enim priore loco sententiam ponit: deinde exempla subiicit. sic Pynth. Pyth. εἰδ. η. βία δὲ καὶ μεγάλαιον ἔσφαλεν ἐν γόνοις τυφῶς κίλιξ πολυκίρονος ἢ μὴν ἄλλω, οὐδὲ μὴν βασιλεὺς γίγαντων. δμῶθεν δὲ κεραιῶν, τόξοισι τ' Ἀπόλλωνος, id est, vis etiam eum, qui gloriatur se ceteris præstare, percellere solet. Typhoeus Cilix multorum capitem eam non effugit, neque rex gigantum Porphyrio. Nam alter fulmine ictus est, alterum sagittis Apollo confixit. Etiam Nestor apud Homer. *Il. 1. 4. docet*, omnem ferè præstantiam, atque excellentiam in ratione & consilio potius, quam in viribus corporis esse positam, omniâque meliùs consilio, quam viribus explicari. sic Nestor. *Μῆτι τοι δρυτομος μέγ' ἀμείνων, ἢ βίῃφι, Μῆτι δ' αὐτὴ κλερνήτης ἐν οἴνοπι πόντῳ Νῆα βολῶ ἰθύνει ἐρεθρομήλιω ἀνέμοισι. Μῆτι δ' ἠνίοχος περὶ γένετα ἠνίοχιο.* id est, Consilio & ratione longè præstat lignator, quàm viribus: consilio gubernator nauem regit & gubernat, ventis agitatum: Consilio aurigam aurigam superat sic & Oppianus lib. 5. *ἀλευρ.* ait neque ex viribus corporis, neque ex pulchritudine tantum utilitatis proficisci, quantum ex consilio, & prudentiâ: viresque corporis consilij experteis, esse inutilis, & inaneis. *Ὡς ἔτ' ἠνορέης, ἔτ' ἔδοτος ἔσπετ' ὄνειρον τόσον, ἢ ἄσποντα πᾶσι δὲ ἀνεμῶλιος ἀφρών. Καὶ τε μέγα βελιάοντα κερτέσσοισι, ἢ δ' ἔσασσε βαυδὸς ἀντ' εὐμυπτις.*

VIM TEMPERATAM] consilio & ratione directam.

ANIMO MOVENTEIS] animo agitantis, cogitantis. *mo mo* complosio syllabarum. **CENTIMANVS GYAS**] aliàs centimanus Gyges, vt Od. 17. lib. 2. sed illa scriptura rejecta. hanc sequimur. al. gigas.

INTEGRÆ] castæ: intactæ: virginis.

TENTATOR ORION DIANÆ] vide annot. ad Od. 28. lib. 1. tentatorem autem dixit, vt Græci *πειραστήν* τὸ πειρᾶν.

DOMITVS] δαμνέει, superatus & confossus. **SVIS**] ex senatis. sup. Od. 12. lib. 2. *Telluris iuuenes.*

MÆCTQVE PARTVS] suos fetus interemtis marore profecquitur.

LVRIDVM] pallidum. sic Tib. lib. 3. eleg. 3. *Me vocet in vastos amneis, nigraeque paludem Dives in igneum luridus Orcus aqua.* Lucret. lib. 4. *Lurida præterea sunt, quæcumque iuentur Arquat.* infra Od. 13. lib. 4. *luridi dentes.* luridum dicitur à lura, quæ significat os culci, vel vtris, vt docet Festus. significat & virem ipsum, seu corium, vnde conficitur, à cuius calore luridum est nominatū. Lucilius. *Verum illud credo fore, in os prius accipia ipse, Quam gladius in stomacho, lura, ac pulmonibus sisto, &c.* proferuntur lib. 4. Tuscul. quæst.

NEC PEREDIT, &c.] ne vinquā mōtium, & terræ onere sibi imposito leuentur: & vt sit pœna impij eorum conatus sempiterna.

ÆTNA M] qua opprimūtur impij gigantes, vt fabulantur poetæ. Lucretius autem ignium Ætnæ causas multis verbis, itaque pulcherri- mus explicat lib. 6.

INCONTIN. NEC TITYI EC.] iecur libidinis est sedes, vt dicemus ad Oden 1. lib. 4. Tityum autem iccirco incontinentem appellat, quia Latonæ stuprum inferre conatus est. cuius pœnæ ex Homero, & Virg. & ceteris, notissimæ sunt. Hæc de eo Homerus, *ὄδυσ. λ. Καὶ πικρὸν εἶδον γαῖης ἑμυδῶς ἰδὸν Κεῖδρον ἐν δαπέδῳ ὄδ' ἐπ' ἐνεία κείτο τελεθερα. Ἴνπε δὲ μὴν ἐξέτερθε παρημόρω ἠπάρ' ἐκείρον, Δέρτρων ἴσω δύνοντες: ὄδ' ὄσκα ἀπαμύνοτο χερσὶ Λητώ γὰρ ἠλκυσσε δῖος κλυτὸν ὄφραμοιπν, &c.* id est, & Tityo vidi terræ gloriosissimæ filium, in campo iacentem: ille autem vsque ad nouem terræ iugera potrigebatur. Vultures autem duo vtrinque asfidentes ei iecur rōdebant, pellem penitus subeuntes ac penetrantes: at ille manibus etiam repellere non poterat. Nā Latomam Iouis amicā venerandam rapuerat. Virg. *Æneid. 6. Nec non ὦ Tityum terre omniparentis aluminum Cernere erat, per totā nouē cui iugera corpus Porrigitur: rostroque immānis vultur obunco Immortale iecur tendens, &c.* & Tibull. lib. 1. eleg. 3. *Porrethūque nomen Tityus per iugera terra Asfidius atro viscere pacite auis.* hanc autem fabulam de Tityo, & ceteras de Tantalo, & Sisypho, exagitat & refellit Lucre. lib. 3. his verbis, *Nec Tityum volucres inuunt. Acherunte iacenti: Nec, quod sub magno scrutentur pectore, quicquam Perpetuam ætatem poterit reperire profecto, Quamlibet im-*

A mani proiectu corporis extet, Qui non sola nouem disper- sis iugera membris Obtineat, sed qui terris totius orbem: Non tamen æternum poterit perferre dolorem, Nec præbere cibū proprio de corpore semper. sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem, Quem volucres lacerant, atq; excessi anxius angor, Aut alia quavis scindunt torpedine cura. Pindarus autē [Ibid. εἰδ. δ. hoc tantum de Tityo, illum Latonæ stuprum inferre conatum esse, atque iccirco ab ea telis confixū: vt annotauimus ad Od. 14. lib. 2. Commemorat Horatius & Tityū etiam Od. 11. huius lib. Tityūque vultu Risti inuito.

NEQVITIÆ] intemperantiam quandam, & libidinem rerum Venerearum significat hoc nomen. vtitur Od. 15. huius lib. *Tandem nequitia fige modum tua.* & Satyr. 3. lib. 2. *par nobile fratrum, Nequitia ὦ nugū, prauorum, ὦ amore gemellum.* & Saty. 2. eiusd. nos expulit ille: illum aut nequitias, aut vafri inscitia iurū.

NEQ. ADDITVS CVSTOS] id est, nequitiæ appositus custos. sic enim loquitur M. Tull. diuinatione in L. Cæcilium: *Custodem inquit Tullio me apponite.* sed licet etiam dicere, maiorem vim hic esse in voce *additus*, quàm vulgò putant: nempe additum valere idem ferè, quod inimicum, atque infestum: seu affixum, atque ita infestum: quod notatū est à Macrobio lib. 6. Saturn. cap. 4. ad illum locum Virg. *Æn. 6. nec Teucris addita Iuno vsquam aberis.* quo modo locutum antè fuisse Luciliū libro 14. ostendit ille ibidē. Sic Lucilius, *si mihi non prator fiet additus, atque agitet me: Non malè sic ille, vt dico, me extenderet vnus.* In quorum verbum posteriore, vt dicam *ἐν παρόδῳ*, mendum inesse puto: eumque sic emendandum, *Non malè sic ille, vt dico, me exenteret vnus.* & subintelligendum, seu repetendum *ἀπὸ κρι- νῆς*, hoc modo, *si non, &c.*

AMATOREM TREC. PIRITH.] Pirithous Ixionis & Diæ filius. is (vt est in fabulis) Proserpinā amauit, qua vt potiretur, cum ad inferos focio & adiutore Thefeo descendisset, à Cerbero discerptus est. Plutarch. in Thefeo scribit, illum Aidonei Molofforum regis filiam amasse, quam pater, Proserpinæ nomine appellat: cani autem suo Aidoneum nomen Cerbero imposuisse, cum quo filia suæ procos decertare cogebat: Regem autem, cum audisset venisse Pirithoum, non, vt filiam suam vxorem duceret, sed vt raperet, eum cani illi dilacerandum ac dilaniandum obiecit: Thefeum in vincula coniecit. Horat. & hic opinionem vulgi secutus est, & Od. 7. lib. 4. *Nec lethæa vales Thefeus abrumperè caro vincula Pirithoo.* sic & Virg. lib. 6. *Æneid. Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti, &c.*

AVGVSTI LAVDES.

Od. 5.

ARGVMENTVM.

Reguli constantia, & ad Pænos reditus.

CÆLO tonantem * credidimus Ionem

Regnare. præsens diuus habebitur Augustus, adiectis Britannis Imperio, grauibûsque Persis.

* Milesne Crasi coniuge barbarâ Turpis maritus vixit? & hostium (Pro curia, inuersiq; mores)

Consenuit focerorum in armis, Sub regē Medo, Marsus, & appulus, Anciliorum, & nominis, & togæ

Oblitus, aternâq; Vestæ, Incolumi Ione, & urbe Romæ?

* Hoc cauerat mens provida Reguli, Dissidentis conditionibus

Fædis, & exemplo irabenti Perniciem veniens in æuum,

Sr non periret immiserabilis

Captiua pubes. Signa ego Punicis Affixa delubris, & arma

Militibus sine cade, dixit,

Derepta vidi, vidi ego ciuium

Retorta tergo brachia libero,

* Portâsque non clausas & arua

Marte coli populata nostro.

Auro * repensus scilicet acrior

Miles redibit, stagitio additis

Damnum: * neque amissos colores

Lana refert medicata fuco:

Nec vera virtus, cum semel exccidit,

Curat reponi * deterioribus.

Si pugnat extricata densis

Cerua plagis, erit ille fortis,

Qui perfidis se credidit hostibus:

Et Marte Pænos proteret altero,

A Qui lora restrictis lacertis Sensit iners: timuitque mortem.

Hic, unde vitam sumeret, inscius,

Pacem duello miscuit. O pudor,

O magna Karthago probrosis

Altior Italia ruinis.

* Fertur pudicæ coniugis osculum,

Paruosque natos, ut * capitis minor,

A se remouisse, & virilem

Toruus * humi posuisse vultum,

Donec * labanteis consilio patres

Firmaret auctor nūquam aliâs dato:

Intérque merentis amicos

Egregius properaret exsul.

Atquæ sciebat, quæ sibi barbarus

Tortor pararet. * non aliter tamen

Dimouit obstantis propinquos,

Et populum reditus morantem,

Quam scilicet longa negotia

Dijudicata lite relinqueret,

Tendens Venafranos in agros,

Aut Lacedæmonium Tarentum.

C PRÆSENS DIUVS HABEBITVR]

Præsens diuus ambiguit dictum: vel vt præsens intelligatur, qui cernitur oculis, & qui adest, cum Iupiter contrâ ex tonitru & ceteris similibus credatur in cælo esse: vel vt præsens significet eum, qui vim ac potentiam suam exprimit ac declarat. Nam vt tonitrua, & fulmina, Iouem præsentem ac potentem esse docent: atque admonent: sic victoria Cæsaris potentiam, & diuinitatem eius arguunt. vide annot. ad Od. 35. lib. 1. Non admodum dissimile est illud in principio ferè epistolæ ad August. lib. 2. Romulum, Bâcchum, Castorem & Pollucem, Hercule post præclara in homines merita vita functos Deorum honorem esse consecutos, atque in cælum sublato: Augusto autem etiam viuo, ac videnti diuinos honores tribuit. Præsentis (inquit) tibi maturos largimur honores.

D GRAVIBÛSQUE PERSIS] vt Ode. 2. lib. 1. Quo graues Persæ melius perirent.

TURPIS] refertur ad animum, vt Ode 31. lib. 1. nec turpem senectam Degere. & Od. 37. ciufd. Contaminato cum grege turpium Morbo virorum. & Od. 33. ciufd. Quam turpi Pholoë peccet adultero. epist. 2. lib. 1. Sub domina meretrice fuisse turpis, & excors. epist. ad Quinct. Intra sum turpem, speciosum pelle decora.

S V B

SVB REGE MEDO.] sub rege Persa, & Partho, vt sæpe aliâs.

ANCILIORVM, ET NOM.] ancilium à recto ancile, erat vîtatum & verum. Notum est autem, ancilia (quæ erant scuta quædam breuia, numero duodecim) fuisse in æde Martis seruata: ex quibus vnum de cælo lapsum esse credebatur: vt scribit Liuius lib. 1. At Virg. omnia Æneid. 8. lapsa ancilia cælo Extulerat: vbi tamen Seruius notat, Virgilium numero multitudinis vsum esse pro singulari. De his vide Dionysium Halic. βιβλ. 2. δ. α. μ. ἀρχ. & Sext. Pomp. in nomine Mamurij. Dictum est autem ancile ab am, quod idem valebat, quod circum, & cædo idque confirmant & Sext. Pompeius eo, quem dixi, loco, & Varro lib. 6. de Ling. Lat. his verbis, ancilia dicta ab amisa, quod ea arma erant ab utraque parte, vt peltæ Thracum, incisa nam amcidere, seu incidere circumcidere est: eoque verbo vtitur Lucretius lib. 3. vt quidem legitur in quibusdam exemplaribus. Omnia iam seorsum cernes amisa recenti vulnere cortari. alij ancilia volunt esse dicta à Græco nomine ἀγκύλον: quod significat curuum, rotundum: quod si probabimus, ancilia scribendum erit per y. Alij, in quibus est Seruius, ancile dictū putat, quasi ἀμφίγυλον, id est, vndique labrum habens: alij quasi ἀμφίκολον, id est, vndique cauum. Is, quem iam commemoravi, Seruius ad illum locum: Virg. Æn. lib. 7. laudatque ancile gerebat, cum multa triadæ de ancili Numa regnante de cælo delapso, tum hunc locum Horatij profert. & Macrobi. lib. 1. Saturn. cap. 4. sed cum legamus, laudatque ancile gerebat, tamen anciliorum ab Horat. relatum est. & nominis autem adiecta copulatione, & excudendum curavi auctoritate fretus codic. Rainut. Card. Faern. Iannoct. trium Vatic. Tornef.

SVB REGE MEDO.] cuius in æde seruabatur ignis æternus: & iccirco custodiebatur à virginibus (vt tradit Dionys. Halicar. lib. 2. βιβλ. 2. ἀρχ. ὅτι πῦρ μὴ ἀμικάντω παρορθένος δ' ἀφθαρτον, id est, quia ignis quidem impollutū quiddam est: virgo autem, incorruptum: Quod si ignis: illæ aliquando interfectus esset: virgines à pontifice verberibus afficiebantur. Virgil. lib. 4. Ancili Centum aras posuim, vigilæque sacra nerat: ignem: Excubiis diuinis æternus: per æternam Vestam igitur, ignis æternus intelligendus est: πῦρ ἀσέβητον quem vigilem appellat Virgil. Vbi notat hæc Seruius: Quid est ignis peruisgil? excubiæ deorum. Excubiendum non vacat ratione, vt in aliquibus: tepis sit ignis peruisgil. nam potest adæ aut terrena sunt: aut æria, aut ætheria. sed quia vltimè ignis est, id eod. in ætheriarum potestatum: templis ignis est, vt reddatur eadem ego sui elementis. Est autem in templo Iouis, qui æther est: & in æria, quæ supra ætherem est. Pndæ de patris capite prostratus dicitur. Ad hunc locum pertinet illud M. Tullij lib. 2. de legib. Virgines vestales in urbe custodiuntur: ignem foci publici sempiternum sequuntur aliquanto post: Cumque vestæ quasi focum urbis,

vt Græco nomine est appellata, quod nos propè idem Græco interpretatum nomen tenemus, complexa sit: ei colenda virgines præsent, vt aduigilet facilius ad custodia ignis, & sentiant mulieres, in natura faminarum omnium deum castitatem pati.

INCOLVM IONE] Incolumi Capitolio: quæ Iouis erat sedes.

MENS PROVIDA REGVLI] mens Reguli: vel simpliciter, consilium Reguli: vel ἄελλος, Regulus, quod loquendi genus Græcis & Latinis poetis valde vîtatum est. Homer. ὀδυσ. β. ἐπὶ τῆς Τηλεμάχου, ὀδυσ. η. ἐπὶ ῥήθιος Ἀλκινόου, idem ἰλ. γ. Πηλεῖοιο βιβλ. ἰ. ἂν ἰείαο βίη τῶ ἄεσον ἀνάξει Heliod. Theogon. Ἀλλὰ εἰς ἑδὲ, μῶοςε βίης Ηγεκλειένης. Pind. ἐιδ. ἄ. Μεσσονίης δὲ γέροντος δὴ ἀθάνατος Φιλῶ Eurip. Phœniss. Ἐπεικλῆα, κλειώλις τε Πολυκλειέας βίαν. Apollon ἀργ. α. μέγα τὸ ὄνομα Ηγεκλῆος. Catull. de Pel. & Ther. nupt. Alethos iuuenes, simul & decus innuptarum, id est, innuptas. Lucret. lib. 3. Democriti quod sancta viri sententia ponit. Ibid. Nec tam doctus equi pullus, quam fortis equi vis. Horatius Od. 12. huius lib. Liparai minor Hæbi Eques ipso melior Bellerophonte. Od. 21. ciufd. Narratur & prisca Catonis sæpe mero caluisse virtus. Od. 3. 1. Perrupit Achærona Hercules labor. epist. ad Iccium lib. 1. Empedocles, an sterij delires acumen. Saty. 1. lib. 2. Virtus Scipiadæ, & miris sapientia Lali. Sat. 2. lib. 1. mactæ Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis. eodem fortasse pertinet illud Saty. 7. lib. 1. Proscripti Regij Rupili pui, atque venenum, id est, Rupilium Regis, hominem purulentum, & fugiendum. Iam de M. Atilio Regulo, hæc M. Tull. offic. 3. M. Atilius Reg. cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset duce Xanthippo Lacedæmonio: imperatore autem patre Annibali Amilcaris: iuratus missus est ad senatū, vt nisi redditi essent Pæni captiui nobiles quidam, rediret ipse Karthaginem. Is cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat: sed eam, vt res declarat, falsam iudicauit: quæ erat talis, manere in patria, esse domi suæ cum vxore, cum liberis: quam calamitatem accepisset in bello, communem fortune bellica iudicantem, tenerè consularis dignitatis gradum. In senatum venit: imò data exposuit: sententiam ne diceret, recusauit. quamdiu iureiurando hostium teneretur, non esse se senatorem: atque etiam reddi captiuos negauit esse virile: illos enim adolentes esse, & bonos duces: se iam consecutum senectute. cuius cum valisset auctoritas, captiui retenti sunt: ipse Karthaginem rediit, neque eum caritas patria retinuit, nec suorum: neque tamen ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci: sed iusturandum conseruandum putabat. Hactenus M. Tull. quibus verbis nihil significatur de captiuis Rom. quibuscum Karthaginenses voluerint suos permutari, quòd vt Regulus veruerit redimi, cum ostenderet eos: qui sese capi viuos & integros passi essent, numquam bonos milites, posteaquam auro redempti essent, futuros. At in primo disertè de commutandis captiuis scribitur: Sic enim Cicero, Regulus primo bello Punico captus à Pæniis cum

de captivis commutandis Romam missus esset, iura seique se rediturum: primum ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit: deinde cum retineretur à propinquis & amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. [Idem lib. 3. Itaque quid fecit in senatum venit, mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit: quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse se consulem, non esse senatorem, atque illud etiam, (ò stultum hominem, dixerit quisquam, & repugnantem utilitati suae) redit captivos negavit esse virile. illos enim adolecentes esse, & bonos duces: se iam confectum senectute, &c.]

[D I S S E N T I E N T I S C O N D. F. E T E X. T R.] id est, dissentientis à condicionibus fœdis, & ab exemplo trahente perniciem, &c. participium dissentientis iunxit cum dandi casu, quemadmodum verba pugnandi, & certandi, more suo, trahenti autem legendum esse sententia ipsa declarat: (quam tamē quidam συκοφαντησιν) id que aliquanto post editionem primam, iudicaram. Sed antequirit homo candidis moribus Gul. Cæterus, & prior admonuit libris omnibus inuitis sic esse scribendum, non (vt vulgò legitur) trahenti.]

C O N D. F O E D I S] de permutatione & redemptione captiuorum. attende autem particip. dissentientis, iunctum esse cum dandi casu, vt Od. 2. lib. 2. D. fidens plebi.

E T E X E M P L O T R A H E N T I] hæc est verborum & structura & sententia: Hoc caueat mens prouida Reguli, dissentientis à condicionibus fœdis ac turpibus, & ab exemplo trahenti, id est, quod traheret, perniciem in posterum. dicebat Regulus in senatu, redemptionē ac permutationem illam captiuorum non solū re, & in præsentī, sed etiam exemplo & in posterum, turpem & perniciosam esse. tali enim exemplo prodito, multò posthac ignauius milites esse pugnatos, scelerēque hostium potestati viuos tradituros potius, sperantis futurum, vt redimantur, quam fortiter pugnando morituros. Dicebat exemplum redemptorum captiuorum perniciem secum tracturum in posteram ætatem. Hortabatur, ne periculosam imitationem exempli in posterum proderent. Tale exemplum, quod secum perniciem in posterum tempus traheret non probabat, sed vehemēter improbat.

S I N O N P E R I R E T I M M I S E R.] si nō periret iuuentus illa. Romana captiua potius, quam militibus Karthaginensibus redditis, reddimeretur, indigna, cuius quisquam miseretur: vel, vt alij malunt, nisi iuuenes Karthaginenses necarentur, atque ita non redderentur.

S I G N A R E G O P V N I C I S] vidi (inquit Regulus) arma, quæ militibus nostris sine cæde fuerunt adempta, delubris affixa. Est autem flagitium in igne arma abicere, aut amittere sua propemodum voluntate, nullòque vulnere nec accepto, nec illato, vt sup. ad Od. 7. lib. 2.

D E R E P T A] id est, detracta, libr. Iannoct. habet arrepta. fortasse legendum Erepta. vulgata autem scriptura, direpta, mendosa est.

V I D I E G O C I V I V M] solent captiuorum manus & brachia à tergo reuinciri, vt epistol. 1. lib. 2. Mox trahitur manibus regum fortuna reortis. Homerus ἰλ. φ. τδς εἴργη θύρα. Ἐ. τδθηπότα. ἦν τε νεβροῖς Διοσι δ' ὀπισω χεῖρας εὐμυποισιν ἰμῶσι. id est, eos autem foras eduxit, expauescētos, tamquam hinulos. Manus autem in tergū loris reuinxit. & Demost. orat. ὅτι τδδρασε. ὁ δὲν ἄλλο φασήσονται, πλὴν τδδραδόντες Φιλίστιων & Ουκαίους Φαίλας. μὴν τδδ ὀπισω πὸ χεῖρε δῖσσαντες. id est, Nihil aliud videbuntur, quam Philippo & Thebanis Phocenais tradidisse, tantūm non manus in tergum vincientes.

B Virgil. Æn. 2. Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum, &c. Ait igitur se ciueis Romanos Karthagine vidisse manibus in tergum liberum reortis ac reuinctis. tergum autem liberum intellege ciuiū Romanorum, qui sese Karthaginensibus vltro dederāt. sic verò hunc locum esse intelligendum argumēto sunt illa, quæ paullo post sequitur, Qui lora restrictis lacertis sensis iners, &c.

P O R T A S Q V E N O N C L A V S A S] Hæc eò pertinent, vt ostendat Karthaginensium securitatem à Romanis, vt & ea, quæ deinceps sequuntur. hoc enim fit sublato hostiū metu: vt Pandantur portæ, &c. Virgil. Æn. 2. & Horat. de arte poet. & aperit otia portis.

E T A R V A M A R T E C O L I] & vidi ea arua colii, quæ fuerant iam à nobis populata ac vastata. populata παθητικόν, cuius ἐνεργητικόν, populo. Propert. lib. 3. Hic olim ignarus libetm populatur Achinos. Virg. Georg. 1. populaturque ingentem faris aceruum Curgulo, atque inopi meueni: formica senecta. Idem lib. 1. Æn. Non nos aut ferro Libyos populare penates Venimus, aut raptas ad littora vertere pradus. Idem 12. & littora vestra vi populat.

A V R O R E P E N S V S S C I L I C E T] auro repensus, id est, auro redemptus. Nam pēdebatur olim nummi, non numerabantur: & in emtionibus adhibebatur libra, & pondus, & libripēs. Est autem ironia: quemadmodum in illo Terēt. Andria. id populus curat scilicet. & Virg. Æn. 4. scilicet in superis labor est, ea cura quietos sollicitat. nō est (inquit) verisimile, militem auro redemptum, acriter aut fortiter pro patria pugnaturum.

F L A G I T I O A D D I T I S D A M N V M] flagitium, peccatum est ab aliqua animi mollitia, aut ignauia profectum, quod dedecus ac turpitudinem affert: scelus autem, vel cū aliqua crudelitate & cæde, vel cum impietate cōiunctum est. Itaque libidines flagitiosas dicimus: & flagitiosam vitā: & militē flagitium admisisse, qui locum non tenuit, qui hostē extimuit, qui fugit. sic M. Tullius lib. 2. de Finib. satisne ergo pudori cōsulat, si quis sine teste libidini pareat? an est aliquid per seipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia? idem

idem pro Cluent. Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, fortitione in quosdam animaduertetur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Idem ad Attic. lib. 9. spes me sustentabat fore, vt aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille tantum flagitij addideret. sceleratum Cæsarem flagitiosum Pompeium esse significat. T. Liuius lib. 44. annalium, nam neque manere in iugo inopi, neque regredi sine flagitio poterat. Horat. Od. 9. lib. 4. Petisfque luto flagitium timer. Milites igitur ignauos, & qui propter timiditatem, hosti sese tradiderunt: auro redimete, est turpitudinem damno cumulare. hinc de commutatione captiuorum, nullum verbum: immo quæ hinc dicuntur, non commutationem captiuorum non esse vtrinque faciendam, sed redemptionem captiuorum Romanorū esse terped atque inutilem significant.

N E Q V E A M I S S O S C O L O R E S] quemadmodum (inquit) lana, quæ prius erat candida, posteaquam aliquo colore tincta, & infecta est, numquam suum cædorem pristinum semel amissum recuperare potest: sic vera virtus vbi semel vitis ei contrariis inquinata, atq; ex animo deleta est, nūquam postea reparari ab iis qui corrupti sã, ac deprauati sunt, vilo pacto potest. hoc etiam pertinet ad significandū, nō esse redimēdos captiuos Roman. Animaduertendū est autem, eum, nomen medicata posuisse significatione patiendi à verbo medico, as: quo & Virg. vitur Georgic. 1. Semina vidi equidem multos medicare ferentis. & 4. ipse cōsedit medicatis sedibus.

C V R A T R E P. D E T] id est, solet, vel potest. tribuit sensum rei inanimæ. significat autē, virtutē vbi semel amissa est, si virtus amitti potest, numquam posse recuperari, numquamque ad eos posse reuerti, qui ea amissa facti sunt deteriores.

D E T E R I O R I B V S] deprauatis, & corruptis.

S I P V G N A T E X T R I C A T A] talis argumentatio est, qualis illa: si cælum ruct, aut si meridie non lucebit, reperietur mulier pudica. sic M. Tull. 1. epist. lib. 1. ad Attic. Catilina, si indicatū erit meridie non luceere, certus eris competitor. quamquam illo loco legēdum puto hoc modo, si indicatum erit, & asionem eius haberi liceat. corrupte autem scriptum est in quibusdam libris, sic pugnat extricata, &c. cum interpunctione post vocē plagis. Hæc enim horum verborū sententiā est: si fieri potest, vt cerua, fugacissimum animal ac timidissimum natura, è plagis elapsa, ac tēdiculis explicata, pugnare audeat: euenire etiam poterit, vt ille fortis sit, qui sese hostibus metu mortis coactus tradiderit, & cōmiserit: atque vt is, qui in hostium potestatem venerit, loræque & vincula senserit, denuò sit ad pugnandum alacrior, hostemque in fugam vertat.

Q V I P E R I D. S E C R E D. H O S T.] qui se permittit hostium potestati. hæc enim vis

est verbi credere hoc loco. aliàs fidei committere significat, aut cōmittere simpliciter. quorum omnium exempla reperiuntur apud bonos scriprores. M. Tull. epist. ad Marcell. lib. 4. aut enim renouare bellum comati sunt: & hi se in Africam contulerunt: aut, quemadmodum nos, victori sese crediderunt. pro lege Manilia, Quare nolite dubitare, quin huic vni credatis omnia, &c. Terent. Eunuch. credere exercitum, consilia. Idem Adelph. illi credunt consilia omnia. Idem Phorm. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, ei verere pecuniam credere? & Virgil. Georgic. 1. Inuita properes anni spem credere terra. & Æn. 5. Nate Dea, si nemo audeat se credere pugna. Idem lib. 4. solam nam perfidus ille Te colere, arcana etiam tibi credere sensus, &c. Idem 5. Æneam credam quid enim fallacibus Austris? & 6. Ausus se credere calo. Idem 11. Cautius vt seuo velles te credere Marti. Tibull. lib. 2. eleg. 6. spes sulcis credit aratri semina, quæ magno sanore reddat ager. & Horat. Od. 27. huius lib. Sic & Europe niuem dolose Creditit tauri latius. & ibid. age, te procella Crede veloci. Idem satyr. 1. lib. 2. Ille velut fidi arcana sedalibus olim Credebat chartis. ibidem, scena viuacem crede nepoti Matrem. sic & Græci loquuntur ἠπίστευσεν αὐτῶν τοῖς εἰρηνοῖς, sic loquitur Plutarchus in Catone Vticensi. οὐ τῶ εἴποι μόνον, ἀλλὰ ἔ τῶ γε φείω τὸ ἀνυπεύθυνον ἔ τὸ ἀνυπόδικον ὅτις εὖε. sic enim legendum est eo loco, non vt in vulgatis, τὸν ἀνυπεύθυνον, ἔ τὸν ἀνυπόδικον. loquitur autem de Cæsare Catonis acerbillimo inimico, qui, cum Cato fratrem Cæpionem magnificentissima sepultura affecisset, neque sumtus tamē, quos in ea re fecerat, coheredibus suis reputasset, nihilque repetiuisset: scripsit tamē in Anticatonib', illū mortui fratris cineres cribro percolasse, vt aurum in rogam à se coniectum colligeret ac recuperaret. sequitur iam illa Plutarchi verba, ἔ τῶς ἔ τῶ εἴποι, &c. id est, vt ego interpretor, ita auctoritatem illam suam ac licentiā à rationibus referendis ac iudiciis omnibus liberam ac solutam, non gladio solūm, verū etiam stilo credebat, ac permittebat. quod perinde est ac si diceret Plutarchus, Cæsar sua illa regia potestate abutebatur nō solūm ad occidendos homines, verū etiam ad criminandos, & scripto maledico insectandos. estque, meo quidem iudicio, in illis Plutarchi verbis tratatio perelegans. quemadmodum enim, quod alteri creditū est, eo ille suo arbitratu vt & abuti potest, quāuis interdum iure non faciat: quia eius est fidei commissum, potestati que permittum: sic auctoritas, nullis legibus, nullisque iudiciis alligata, elegāter & venustē dicitur à Plutarcho, stilo & gladio credita ea, quam quis vsurpat ad alterū scripto acerbo & famoso laceradum gladioque occidendum: qui locus ab aliis interpretibus est prætermisus: ab aliis perperam è Græco cōuersus. sed, ne virū doctis, eundemque mihi amicissimum. Gulier. Sirletum merita laude fraudē ac spoliem, is hūc Plutarchi locum sic scriptum

in codice manuscripto mihi Romæ ostēdit: quā scripturam, postea mihi confirmavit codex Do nati, anno octij manuscriptus.

ET MARTE PŒNOS PROT. ALT.] & altero prælio Pœnos superabit, ac subiget is, qui lora, &c. proteret progrediendo, seu porrò teret. paulo aliter vsurpauit Od. 7. lib. 4. *ver proterit astas.*

QVI LORA RESTRICTIS LACERTIS] ex hoc loco perspicuum est, ciuium Roman. captiuorum lacertos loris victos & astrictos fuisse, non, vt quidam putant, animi causa in tergum reiectos.

INERS] ignauus. aliter Oda superiore, *Qui terram inertem, &c.*

HIC, VNDE VITAM SVM. IN SC. & C.] huius loci hæc sentētia est. Hic miles nesciens, vitam ac salutē non esse ab hoste petendam, sed manu & victoria esse retinendā, & si belli fortuna victoriā hostibus adiudicet, pro libertate, & in libertate cadendum esse potius, quàm hostis beneficio in seruitute viuendū. pacem, quæ nulla debet esse cum hoste, quamdiu vita suppetit, nisi armis aut victoria ereptis, aut conditione positis, cum bello confudit.

PACEM DVELLO MISC.] quod nō fuit faciendum. Nam in bello, cum hoste acriter, & implacabiliter pugnandum: in pace, ab armis recedendum.

PROBROSIS] flagitiosis, turpibus, vituperabilibus.

VT CAPITIS MINOR] vt capite minutus, dictum est autem *capitis minor* eadem ratione, quia *maturus aui, integer vita*, & similia, de quibus vide annot. ad Od. 2. lib. 1. Germanus Valens dicebat, intelligēdum hīc sibi videri capitis minutionem, qua libertas quidem & ciuitas retinentur, status verò mutatur: qua de re cōsulendæ sunt institutiones iuris ciuiliis. Germanū Valētem adiuuat illud, quod scribit M. Tullius lib. 3. de offic. *sententiam in senatu dicere recusauit, quod diceret, quamdiu iurciurando hostium teneretur, non esse se senatorem.*

ET VIRILEM TORVVS HVMI POS. & C.] & vultu toruo oculos in terra defixos habuisse. hoc loco gestus est constantis, vt alibi dicemus. toruus: *τορῶσα ἰδὲν*, epist. ad Mæcenat. 3. *Quid si quis toruo vultu ferus, & pede nudo, &c.*

DONEC LABANTEIS CONSILIO] ordo est, donec consilio nūquam aliās dato firmaret patres labanteis, id est, nutateis, & in certa sententia non constantis, seu dubitateis: vel non satis firmos, non satis rectē sentienteis. huc pertinet illud Ennianum. *Quo vobis mentes, recta quæ stare solebant. Antehac, dementes sese flexere viati?* sic autem postremū versum restitui, qui sic vulgò legitur, *dementi sese flexere ruina?*

ATQVI SCIEBAT, QUÆ SIBI] M. Regulum illigatum in machina resēctis palpebris Carthaginenses vigilando necauerunt. M. Tull. in Pison.

Idem de offic. 3. *neque tamen ignorabat, se ad crudelissimum hostem, & ad exquisita supplicia proficisci, sed iusurandum conseruandum putabat.*

DIMO. OBST. PROP.] liber Rain. Card. habet, *amicos.*

MORANTEM] tardantem, impediētem. significat a cōtionem. aliter in Od. 7. lib. 2. *morantem diem dixit.*

DIIVDICATA LITE] transacta, decisa. TENDENS] meditans ire: iter habens, vt epist. ad Valam lib. 1. *quod tendis? non mihi Cumas est iter.*

VENAFRANOS] Venafrum, oppidum in Campania, vt sup. diximus ad Od. 6. lib. 2. *Vindique cerat, &c.*

LACEDÆMONIVM] à Phalátho Lacedæmonio cōditum. Od. 6. lib. 2.

AD ROMANOS.

Od. 6.

ARGVMENTVM.

Corruptos suæ ætatis mores insectatur.

Delicta maiorum immeritus lues
Romane, donec templa refeceris,

Ædēsque labenteis deorum, &

Fæda nigro simulacra fumo.

*Diis te minorem quod geris, imperas:

Hinc omne principiu. huc refer exitū.

Dij multa neglecti dederunt

Hesperia mala luctuose.

Iam bis Monasīs, & Pacori manus

Non auspicas contudit impetus

Nostros: & adiecisse prædam

Torquibus exiguis renidet.

Pæne occupatam seditionibus

Deleuit urbem Dacus, & Ethiops,

Hic classe formidatus, ille

Misilibus melior sagittis.

*Facunda culpa sacula nuptias

Primum inquinauere, & genus, &

domos.

*Hoc fonte deriuata clades

In parriam, populūque fluxit.

Motus doceri gaudet Ionicos

Matura

Matura virgo: & fingitur artibus

Jam nunc, & incestos amores

*De tenero meditatatur vngui.

Mox iuniores quarit adulteros

Inter mariti vina: neque eligit,

Cui donet impermissa raptim

Gaudia luminibus remoris:

Sed iussa coram non sine conscio

Surgit marito, seu vocat institor,

Seu nauis Hispana magister,

Dedecorum* pretiosus emtor.

Non his iuuentus orta parentibus

Infecit æquor sanguine Punico:

Pyrrhūque, & ingentem cecidit

Antiochum, Annibalēque dirum:

Sed rusticorum mascula militum

Proles, Sabellis docta ligonibus

Versare glebas: & seuera

Matris ad arbitrium recisos

Portare fustes, sol ubi montium

Mutaret umbras, & iuga demeret

Bobus* fatigatis, amicum

Tempus agens abeunte curru.

Damnoſa quid non imminuit dies?

Ætas parentum peior auis, tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosorem.

IMMERITVS.] immerens non meritis. vt sup. Od. 2. cod. lib. *Virtus recludens immeritis mori Calum.* & Saty. 3. lib. 2. *immeritisque laborat tratis, &c.* Immeritò autem dat pœnas posteri ob culpam maiorū suorum. pœna enim iure ciuili nō debet prodire extra eos, qui culpam commiserunt. quamquam Plato quodam loco peccatorū pœnas vsq; ad quartam prolem produci, & porrigi, atque in quarti gradus posteros interdum à Diis referuari existimat. [tale illud Oda 38. lib. 1. *Immeritis nocituram, &c.*]

DONEC TEMPLA REFECERIS] sic sup. Od. 15. lib. 2. *& deorum Tempia nouo decorata.*

DIIS TE MIN. QVOD GERIS] significat, imperij Romani perpetuitatē cæremōniis, religione, auspiciis, & solennium sacrorum ritu maximè contineri: populūque Rom. propter auspicia neglecta, religionēque contemtam maximis esse calamitatibus affectum.

HINC] à cultu deorum, & pietate in deos. A NEGLECTI] vel contenti, vel minùs diligenter, aut studiosè culti. vt sup. Od. 2. Iuuius lib. *sape disspiter Neglectus incesto addidit integrum.*

HESPERIA] Italia, vt sup. Od. 1. lib. 2. *anditūque Medis Hesperie sonitum ruina.*

BIS] semel Crasso, iterum imperatore Antonio, vel eius legato Didio Saxa.

MONASIS] Parthorum, & Persarū regis. In cod. Iannoct. Faër. duob. Vatic. *Monasīs* in patrio casu scriptū est, quos secutus sum, Aldo Manutio reclamante.

ET PACORI MANVS.] M. Tull. episto. ad Att. lib. 5. Pacorum quendam Parthorum Regis filium commemorat.

NON AVSPIC. CONTVD. IMP.] conatus nostros non auspicas, imaneis reddidit. tralatio est, propriè dixit epist. 8. lib. 1. *haud quā grādo Contuderit vires.* Insignem auspiciorū contemtorem fuisse Claudium Pulchrum traditū est, qui non pascentibus in Sicilia pullis, ac per contemptum religionis, demergi iussis, vt biberent, quando esse nolent, prælium nauale iniit, &c. vide Sueton. in Tib. M. Tull. autem lib. 1. de diuinatione, multis exemplis collectis ostēdit, non solū auspicia, verū etiā signa rerum futurarum neglecta, magnarum cladū Reip. causas fuisse: Claudium Appij Cæci filium, eiusque collegā L. Iunium Clæseis maximas perdidisse, quod vitio nauigauissent. *sed quid vetera?* [inquit ille] *M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta.* Idem lib. 2. *Flaminium non paruit auspicio. Itaque perit cum exercitu.* Sed hac de re vide plura apud Dionysium Halicar. libro 3. & P. Pau. [Quidam libr. vet. habent, *In auspicio contudit, &c.*]

ET ADIEC. PRÆD. TORQVIB. EXIG. RENID.] renidere valet, vt suprà diximus ad Od. 18. lib. 2. quādam hilaritatem præ se ferre, lætari, gaudere. renidet igitur adiecisse, &c. id est, lætatur se adiecisse prædā torquibus exiguis. quod perinde est, ac si diceret, lætatur, vel gloriatur, se nostris spoliis ornatiorem esse, quàm antea. nā cum paullo antè torquibus aureis, ceterisque ornamentis parcius vteretur: nūc nostris cladibus ornatiore incedit, prædāque ex nostris exuniis facta, & suis torquibus adiecta, auro iam totus collucet. & fortasse Græcorum more locutus est. sic enim illi dicerent *παλὸν τὸ τορῶθεναι, &c.*

SEDITIONIBVS] dissensionibus, & bellis ciuilibus. Plato lib. 5. de Rep. in extr. seditionē, morbum grauissimum ciuitatis appellat.

DACVS ET ETHIOPS] duce Antonio cum Cleopatra.

MELIOR] *ἡ βέλτερος*, vt sup. Od. 15. lib. 1. *Tyrides melior patre.*

FACVNDACVLPÆ SACVLA] vult ex matrimoniōrū corruptela, & adulteriis omnia reipub. mala manasse. Notat hæc tēpora &

Catullus. Consule Pompeio primum duo, Cinna, sedebant Maechilia, (vel, ut legit Auratus, Maechidia) facto consule nunc iterum, Manferunt duo: sed creuerunt nullia in unum Singula. fecundum semen adulterio. quos versus supra explicauimus ad Od. 17. lib. 1. Facunda culpa, id est, in quibus homines affluē peccant, crebroque culpam committunt.

HOC FONTE] ex nuptiarum maculis, & adulteriis.

MOTVS DOC. GAVD. IONIC.] molles, & impudicos, quales sunt Ionici. Plaut. in Stich. in extremo. Quis Ionicus, aut cimedicus, qui hoc tale facere potest? Athen. lib. 14. ubi dicitur quod Ioniae dicitur a παρῖος, Itaque lib. 3. de rep. Ioniae harmoniam, ut nimis mollē, parūque virilem ē sua ciuitate exigit Plato: sic ille.

INSTITOR] institutor appellatus est (ut scribit Vlpian. lib. 39. ad edictum) ex eo quod negotio gerendo instat: nec multum facit: tabernae sit praepositus, aut cuiuslibet alij negotiationi.

SEV NAVIS HISP. MAGIST.] idem Vlpian. ibid. Magistrum nauis accipere debemus eū, cui totius nauis cura mandata est.

DEDECOR. PRET. EMTOR] qui magno redimit turpem, & ab adulterio profectam voluptatem.

NON HIS IYVENT. ORTA PARENT.] sed iis, qui ius matrimonij castum & sanctum seruant: ipsi autem filij affiduo labori, & agriculturae assueti essent.

INFECIT EQVOR SANG. PVN.] supra Od. 12. lib. 2. nec Siculum mare Pano purpureum sanguine.

PYRHVM] Epirotarum regem: cuius vitam scripsit Plutarchus.

ANTI OCHVM] Syriae regem, quem vicit M. Acilius Glabrio.

ANNIBALÉMQVE DIRVM] Sic Od. 12. lib. 2. Nec dirum Annibalem. dirum autē, id est, tristem, infestum, & quasi deorum ira immisū: & ita Nonius.

MASCVLAM] non mollis, nec fracta voluptatibus, nec impudica.

SOL VBI MONTIVM, &c.] id est, vesperi. Virgil. in Tityro, Maiorēque cadunt altis de montibus umbrā. Idem Alex. Et sol crescentis decedens duplicat umbras.

ET IVGA DEMERET BOVS] demeret, id est, detraheret. idem tempus significat, quod iccirco à Græcis βυλυτον appellatur: Helych. βυλυτον, δειλη ώρα η το άροτρον λυεται τῆς βοων. id est, Bulyto tempus serotinum, quo aratro soluntur boues. Hom. ἰλ. π. ἦμος δ' ἡλιος μεταπίσσειτο βυλυτόνδε, id est, Cum autem sol transibat ad id tempus, quo tempore disunguntur boues, seu soluntur. Cicero ad Attic. lib. 5. Aduentabat autem βυλύσει cenātibz nobis. Et Aratus, Εργάζονται σταβυλόνδε βόες βουλύσιον ἄρην, id est, Euntēs ad stabulum boues eo tempore, quo tempore soluntur ac disunguntur. Nonnulli libri manuscripti habent Βυβυς fatigati.

CVI DONET IMPERMISSA] quidam ait in libro suo vetere scriptum esse improvisa, quam scripturam si probemus, intelligemus si-

gnificari ab Horatio insignem mulieris impudiciam, quae cuius homini, & profus ignoto, neque diu rogata, ac ne speranti quidem, gratificetur. impermissa tamen magis placet.

GAVDIA] iucundi nuper hic in Gallia in codices duos manuscr. in quibus scriptum erat, Ofcula pro eo, quod est in aliis, Gaudia.

SED IVSSA, &c.] puto hanc totius huius loci sententiam esse. non deligit sibi amatorem aliquem, cui furtim, & raptim, & luminibus remotis, inficiōque marito morem gerat, quod faciūt paulūm quae sunt tolerabiles mulieres: sed à quouis infitōre, aut mercatore arcessita, etiam audiente, & vidente marito, surgit ē lecto, & atq; ad illum liberalem flagitiorū emtorē properat.

INSTITOR] institutor appellatus est (ut scribit Vlpian. lib. 39. ad edictum) ex eo quod negotio gerendo instat: nec multum facit: tabernae sit praepositus, aut cuiuslibet alij negotiationi.

SEV NAVIS HISP. MAGIST.] idem Vlpian. ibid. Magistrum nauis accipere debemus eū, cui totius nauis cura mandata est.

DEDECOR. PRET. EMTOR] qui magno redimit turpem, & ab adulterio profectam voluptatem.

NON HIS IYVENT. ORTA PARENT.] sed iis, qui ius matrimonij castum & sanctum seruant: ipsi autem filij affiduo labori, & agriculturae assueti essent.

INFECIT EQVOR SANG. PVN.] supra Od. 12. lib. 2. nec Siculum mare Pano purpureum sanguine.

PYRHVM] Epirotarum regem: cuius vitam scripsit Plutarchus.

ANTI OCHVM] Syriae regem, quem vicit M. Acilius Glabrio.

ANNIBALÉMQVE DIRVM] Sic Od. 12. lib. 2. Nec dirum Annibalem. dirum autē, id est, tristem, infestum, & quasi deorum ira immisū: & ita Nonius.

MASCVLAM] non mollis, nec fracta voluptatibus, nec impudica.

SOL VBI MONTIVM, &c.] id est, vesperi. Virgil. in Tityro, Maiorēque cadunt altis de montibus umbrā. Idem Alex. Et sol crescentis decedens duplicat umbras.

ET IVGA DEMERET BOVS] demeret, id est, detraheret. idem tempus significat, quod iccirco à Græcis βυλυτον appellatur: Helych. βυλυτον, δειλη ώρα η το άροτρον λυεται τῆς βοων. id est, Bulyto tempus serotinum, quo aratro soluntur boues. Hom. ἰλ. π. ἦμος δ' ἡλιος μεταπίσσειτο βυλυτόνδε, id est, Cum autem sol transibat ad id tempus, quo tempore disunguntur boues, seu soluntur. Cicero ad Attic. lib. 5. Aduentabat autem βυλύσει cenātibz nobis. Et Aratus, Εργάζονται σταβυλόνδε βόες βουλύσιον ἄρην, id est, Euntēs ad stabulum boues eo tempore, quo tempore soluntur ac disunguntur. Nonnulli libri manuscripti habent Βυβυς fatigati.

CVI DONET IMPERMISSA] quidam ait in libro suo vetere scriptum esse improvisa, quam scripturam si probemus, intelligemus si-

gnificari ab Horatio insignem mulieris impudiciam, quae cuius homini, & profus ignoto, neque diu rogata, ac ne speranti quidem, gratificetur. impermissa tamen magis placet.

GAVDIA] iucundi nuper hic in Gallia in codices duos manuscr. in quibus scriptum erat, Ofcula pro eo, quod est in aliis, Gaudia.

SED IVSSA, &c.] puto hanc totius huius loci sententiam esse. non deligit sibi amatorem aliquem, cui furtim, & raptim, & luminibus remotis, inficiōque marito morem gerat, quod faciūt paulūm quae sunt tolerabiles mulieres: sed à quouis infitōre, aut mercatore arcessita, etiam audiente, & vidente marito, surgit ē lecto, & atq; ad illum liberalem flagitiorū emtorē properat.

INSTITOR] institutor appellatus est (ut scribit Vlpian. lib. 39. ad edictum) ex eo quod negotio gerendo instat: nec multum facit: tabernae sit praepositus, aut cuiuslibet alij negotiationi.

SEV NAVIS HISP. MAGIST.] idem Vlpian. ibid. Magistrum nauis accipere debemus eū, cui totius nauis cura mandata est.

DEDECOR. PRET. EMTOR] qui magno redimit turpem, & ab adulterio profectam voluptatem.

NON HIS IYVENT. ORTA PARENT.] sed iis, qui ius matrimonij castum & sanctum seruant: ipsi autem filij affiduo labori, & agriculturae assueti essent.

INFECIT EQVOR SANG. PVN.] supra Od. 12. lib. 2. nec Siculum mare Pano purpureum sanguine.

PYRHVM] Epirotarum regem: cuius vitam scripsit Plutarchus.

ANTI OCHVM] Syriae regem, quem vicit M. Acilius Glabrio.

ANNIBALÉMQVE DIRVM] Sic Od. 12. lib. 2. Nec dirum Annibalem. dirum autē, id est, tristem, infestum, & quasi deorum ira immisū: & ita Nonius.

MASCVLAM] non mollis, nec fracta voluptatibus, nec impudica.

AMICVM TEMPVS AGENS] id est, gratum, φίλον, ut Græci loquuntur, tempus adducens.

ABEVNTE CVRRV] fingunt poetae, solem conuersionem annuam, & diurnam conficiētem curru vehi. Theocr. in φαρμακείῃ. Σήμερον ἄνιχα πέρτε ποτ' ἔρανον ἔπευρον ἴπποι, &c. hodie cum in caelum currebant equi. vbi sic interpr. ἴπποι τῶ ἀρματός, δηλονότι τῶ ἡλίου. Pind. Olymp. εἰδ. ζ. de sole: ὁ γανέβλιος ἀπὸ τῶν πατρῶν πῶρ πνεόντων ἄρχος ἴππων. id est, Genitalis radiorum pater, ignem spirantium dux equorum. Virg. Georgic. 1. Νόσσην ὑβίπριμῳ ἐμῷ οριεν ἀφλαμῖ ἀνελίς. eodem pertinet principium Phœnissarum Euripid. ὦ πλῶ ἐν ἄστροις ἔρανον τέμων ὄδῳ, ἢ χρευσσολλητοῖσιν ἐμβέβας διφροῖς ἡλιε, τοῦς ἴπποισιν ἐλίοςων φλόγα. Ὡς δὲ δὲσυχῆ θήσασι τῆ τοῦ ἡμέρας ἀκτῆν ἐφῆκας, id est, ὁ sol, qui viam in astris cali frangis, quique sedes in curru aureo, celeribus equis flammam voluis. Quam infaustū Thebanis illo die radiū immisisti? Postremō intérpres Sophoclis in Aiacae Mætigophoro de Solis curru hæc scribit: ἢ ἡλιος, ὅς ποιεῖ πλῶ ἡμέραν ὅτι ἀρματός, φασιν οὐχ ἔλας, δύο ἴππους ἔχοντα λευκούς, γρόπποντα ἢ φασόντα, id est, solem, qui diem efficit, aut in curru vehi duos equos habetē albos, Charopontem, & Phaētontem. Horat. carmine saculari ad Deos, Ἀτμῆ sol, curru nitido διῆ qui Promis ἔρ' celas. Idem epist. ad Quinct. lib. 1. Laeuum discedens curru fugiente vaporis. Plautus autem in Amphitr. quadrigas soli attribuit signi die quid est. Me. cum quadrigas sol exsprens. & Accius Meleagro, sol, qui meancem candido curru, atque equis flammam citatis feruido ardore explicas, Quam natum aduerso augurio ἔρ' inimico omne Thebis radiatum lumen ostendis tuum! qui versus expressi sunt ex illis Euripidis Phœniss. princip. ὦ πλῶ ἐν ἄστροις ἔρανον τέμων ὄδῳ, &c. quos modō protuli.

DAMN. QVID NON IMMIN.] Aristot. lib. 4. Physic. audit. de princip. ostendit, omnia, quae sunt in tempore, non solum tempore contineri necessariō, quemadmodum & cetera, quae sunt in re aliqua: verbi gratia, quae sunt in loco, loco continentur: sed etiam à tempore affici. solemus enim (inquit) dicere: tempus consumit, & liquefacit: & omnia tempore confensunt, & tempore obliuiscuntur homines, quae sciunt, potius, quam discunt: denique nihil tempore fit recentius, aut pulchrius. Tempus enim per se rebus omnibus affert interitum. verba Aristot. sunt hæc, si quis fortē magis delectatur Græcis, quam Latinis, praefertim nostris: Διὸ ἀνάγκη πάντῳ τὰ ἐν χρόνῳ ὄντα ἀπολέσθαι. Ἐπὶ τῷ χρόνῳ ἄσπερ καὶ τὰ ἀλλὰ, ὅσα ἐν πνί ὄντι, οἷον τὰ ἐν τῷ τόπῳ, Ἐπὶ τῷ τόπῳ, ἢ πάσῃ δὴ τι ἔστω τῷ χρόνῳ, καὶ ἄσπερ καὶ λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι καὶ ἀπὸ τῆς ἀφαιρέσεως οὗ χρόνος, ἢ γινέσκει πάντῳ ἔστω χρόνος, ἢ ὅτι ἀπὸ τῆς ἀφαιρέσεως ἀφαιρέσει χρόνον, ἀλλ' ἢ με-

μαθῆσκαι: ἢ δὲ χρόνον γίνεσθαι, ἢ δὲ χρόνον φθίνεσθαι, ἢ δὲ χρόνον ἀφαιρέσει χρόνον.

ETAS PARENT.] sic Aratus, Οἷον γένεσσι πατέρες γενεῶν ἐλίπταιτο Χειροτέρῳ, ὁμοίως δὲ χειρότερον τὸ ἐξείσοθαι, & Lucret. lib. 2. in extr. Iamque adeo affecta est aetas, effataque Tellus: Vix animalia parua creat, quae cuncta creauit saecula, dedique ferarum ingenia corpora parua. & Hom. non vno loco videtur significare, suae aetatis homines breuioris esse staturae, quam superiores heroes illos, ut ἰλιάδ. ε. ὁ δὲ γαρμαδῶν λάσει χρεῖ Τυδείδης μέγα ἔργον, ὅν' ἔδω ἄνδρες φέροισι, Οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσιν. & μ. ἔδδ κα μιν ῥέα Χερεῖ γὰ τῆ ἔτερη φέροι αὐτῶ ἔδδ μάλ' ἦσαν, Οἷοι νῦν βροτοὶ εἰσιν. ὁ δ' ὕψος ἐμῶν ἀείρεται, id est, hic autem Tydeus saxum in manū sumit magnū, & graue: quod duo viri non ferret, quales nunc homines sunt & lib. 12. neque eum lapidē facile manu altera tollat vir; ne valde iuuenis quidē, quales nunc sunt homines: at hic sublato brachio intortit, &c. Piget ascribere versus illos Hesiod. vulgaris. de aetatibus: quarum primā facit auream, vltimā ferream. Platonis autē distichū non praeteribo. Αἰὼν πάντα φέρε δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβων Ουδῶμα, καὶ μὲρ φιλῶ, καὶ φύσιν, ἢ δὲ τὸν χρόνον. quod ego sic verti. omnia fert aetas: mutatur tempore longo Fortuna, ἔρ' forma, ἔρ' nomen, ἔρ' ingenium. quod fortasse adumbrare voluit Virgil. Gallo. Omnia fert aetas: animum quoque, hic est vnus ex iis locis (sunt enim cōpures) quos, cum quidam sciret à me in his commentariis tractatos esse: nescio quibus inanis gloriae stimulis excitatus, in commentarios quosdam à se editos retulit. De qua iniuria & per litteras, & coram cum eo expoistulauī. questus sum etiā apud clariss. quemdam virum, de me, ac de illo optimē meritum.

MOX DATVROS. PROGNIEM VITIOS.] mox, id est, paullo post. profert hunc locum cum Seruius ad illum Virgil. Gallo. Tēque adeo, quem mox qua sint habitura deorum Concilia, &c. Obserua autem hic bellam & venustam gradationem, ut appellat rhetorici magistri, à praeterito tempore in futurum progredientē, hoc modo: parentes nostri suis auis sunt peiores, nos parentibus sumus nequiores, progēniēs nostrā nobis deterior futura est.

AD ASTERIEN.]

Od. 7.

ARGVMENTVM.

Consolatur eam, de viri sui absentia maestam, ac sollicitam.

p iij

QUID fles, Asterie, quem tibi candidi
 Primo restituent vere Fauonij,
 Thyna merce beatum,
 Constantis iuuenem fide
 Gygen? ille Notis actus ad Oricum
 Post* insana* Capra sidera, frigidas
 Nocteis, non sine multis
 Insomnis lacrymis agit.
 Atquin sollicita nuntius hospite
 Suspirare Cloen, & miseram tuis
 Dicens ignibus vri,
 Tentat mille vaser modis.
 *Vt Pratum mulier perfida credulum
 Falsis impulerit criminibus, nimis
 Casto Bellerophonti
 Maturare necem, refert.
 Narrat pane datum Pelea Tartaro,
 Magnessam Hippolyten dum fugit
 abstinens:
 Et peccare docenteis
 Fallax historias monet,
 Frustra nam scopulis surdior scari
 Voces audit adhuc integer. at, * tibi
 Ne vicinus Enipeus
 Plus iusto placeat, caue:
 Quamuis non alius flectere equum sciens
 Aequè conspicitur gramine Martio:
 Nec quisquam citius aequè
 Tusco denatat alueo.
 Prima nocte domum claude: neq; in vias
 Sub cantu querula despicere tibi.e:
 Et te saepe vocanti
 Duram, difficilis mane.

QUID FLES] quid flendo desideras absentem amicum, quem, &c. Ex ipso nomine, quod non est Romanum, hanc puellam esse meretricem, non matrefamilias perspicuum est. In quibusdam sanè libris manuscr. talis inscriptio est, Ad Asterien meretricem.

CANDIDI] vel ed candidos dixit, quia veris sunt nuntij: vel quia virum desiderati vxori sunt restitutori: vt Catullus candidas sales dixit, id est, iucundos. Fulsere quondam candidi tibi soles. Vide

quæ annotauit ad Saty. 9. lib. 1. ad illum locum. **A** hunc Solem Tam nigrum, &c. vel quia serenitatis effectores, aut sereni, quasi ἀσθηνοί: quod tamen minus probat aliquis, propterea quod epithetum ἀσθηνοί, Boreæ tribuitur ab Homero. Dicamus igitur, candidos esse dicto: Fauonios, quia ver, cuius sunt nuntij, & quasi ἀσθηνοί, tepidum est, & quia Frigora misescunt Zephyris, vt est in Od. 7. lib. 4. sic Virgil. Georgic. 2. Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris, Laxant arua sinus: vel candidos intellige latos, & iucundos, vt nigra ferè omnia, tristia sunt.

THYNAM] id est, Bithynia, seu Bithynica. Cat. ad. Sirmionem. *Nix mi ipse credens Thyniam, atque Bithynos liquisse campos.*

THYNAMER, BEATVM] locupletatū meribus è Bithynia aduectis.

CONSTANTIS IUVENEM FIDE] cod. manuscr. Iann. Vt. duo Vatic. cum quibus congruit Tornesian nisi quod in eo scriptū erat, *fide*, non sine litura, habent, *fide*: alij duo Vaticani, Clerica. Russardinus vnus, Nico. vnus, *fidei*. vtraque lectio probabilis est. Nā si *fidei* probabitur, erit dissyllabum: si *fide*, patrius casus erit, antiquus: non sextus aut septimus: quā de reali constantis autem fidei Gygen dixit, id est, in amore mutuo perseuerantem.

ILLE NOTIS ACT.] ille (inquit) notis, seu autris pulsus ad Oricū, nocteis frigidis tradidit, ipse insomnis, id est, somni expers, non sine lacrymis. significat autem, Gygen non sua sponte tam diu abesse à patria, & à suis, sed tempestate retentum, atque à reditu prohibitum, imaginò huius puellæ desiderio affici, non esse quic insomneis curis somnum adimētibus, eraducere, siue sit vxor, siue amica.

ORICVM] portum, & oppidum in Epiro: de quo Cæl. lib. 3. de bello ciuili. *At ille expositus militibus, eodem die ad oricum proficiscitur: quo cum venisset L. Torquatus, &c.*

POST INS. CAP. SID.] posteaquā Capra, & Hædi occiderunt. *insana* autem appellat, quia eorum ortus imaginas tempestates excitat. sic Od. 30. huius lib. *Aquilonem impotentem* dixit. & Catull. *impotentia freta*. Oritur autem Capra ortu (vt loquuntur) inatutino, sole Capricornū prætereunte circiter solstitium brumale. De capra & hædis sic Aratus. *Εἰ δὲ τοι ἠνίορον τε καὶ ἀσπείρου ἠνίορον Σικεπείου δοκέει, καὶ τοι φάτις ἠλυθε αἴρος Αὐτῆς, ἠδ' ἐρίων, οἳ τ' εἰν ἀλί πορφύρεσσιν Πυλάου ἐπέλατο καδὰ Ζηνὸς ἀνθρώπων, &c.* quorum versuum hæc sententia est. *si vero tibi aurigam, & auriga sidera contemplari libet: & si ad tuas aureis Capra & hædorum fama peruenerit, qui saepe in mari vasto tactatus videre rates, hominesque pauentes, &c.*

ATQVIN SOLLICITÆ NUNTIVS.] Atqui nuntius (inquit) à Chloë ad virum, seu amicum tuum missus, narras ei illā eius amore pe-

rire, conatur eum variis modis corrumpere, & labefactare: affert exēpla Bellerophontis & Pelei, qui dum mulieres amantem spernunt, ac repudiant, in maximum vitæ discrimen adducti sunt. *Atquin* habent omnes ferè libri veteres: eos sequor. Vulgati, *Atqui*.

HOSPITÆ] Chloes, quæ tuum virum amat. **T**VIS IGNI BV S] id est, eo amore, quo tu virum, seu potius amicum tuum complēteris. igneis autem pro amore poni non est nouū. sup. Od. 27. lib. 1. *Non erubescendis admittit ignibus*. & Od. 13. eiud. *arguens Quam lentis penitus maceret ignibus*. Virgilium Palam. *meus ignis Amyntas*. Idem Daphnid. *Incipe Mopsē prior, siquos aut Phyllidū igneus, &c.*

VR] Od. 14. ad Mæcenat. epod. *Vreri ipse miser*. & Od. xi. ad Pectium. *Amore, qui me præter omnia expetit Molibus in pueris, Aut in puellis vrere*. Virg. Alex. *Me tamen vrer amor*.

VA FER] callidus, astutus, vt Sat. 3. lib. 2. *Quo vaser ille pedes lauisset sisyphus are*. & Sat. 2. lib. 1. *illum aut nequities, aut vasi inficitia vrer*.

VT PROETVM MYLIER] Bellerophon cum prius Hipponus appellaretur, postea Bellerō Corinthiorū principe interfecto, ab euentu Bellerophon, seu Bellerophōta dictus est. Erat autem re, & natura, Neptunū verbo, & opinionione hominum, Glauci filius. Acepto igitur à Neptuno, Pegafo equo alis prædito, qui ex ea appellationem traxerat, quod è collo Medusæ exsiliat, eo sublimis per medium æra vehebatur. Atque interfecto quidem Bellerō, cum Argos profugisset, vbi regnum Prætus obtinebat, ab eo cadis à se admittæ expiationem consecutus, & apud eum aliquandiu cōmoratus est. Interea Antea Præti vxor Bellerophontis amore capta, eius complexum, & concubium exoptabat, eoque potiri magnopere cupiebat. Is ab hoc flagitio auersus, negabat se vlla conditione adduci posse, vt tatum dedecus admitteret. Antea verita, ne ille suum amorem Præto indicaret, ac renūtiaret, præoccupatis Præti auribus, quæstæ est illum sibi stuprum inferre esse conatū. Quare audita, & credita, Prætus eum sua manu quidem interficere noluit, sed in Lyciam ad focerū Iobatam misit cum litteris in eius perniciem scriptis. cetera, quæ ad hunc locum non pertinent, suo loco dicentur ad Od. xi. lib. 4. versus autem Homeri, qui hanc siue historiam, siue fabulam exponunt, sunt *Ιλιάδ. ζ. Τῷ δὲ γυνὴ Πρωίτη ἐπέμινετο δὲ Ἄντεια Κρυπιδίη φιλότητι μνησθῆναι, ἀλλὰ τ' οὔτι Πῆδ' ἀγαθὰ φρονέοντα δαίφρονα Βελλεροφόντιω. Ἡδὲ ψευδομένη Προίτον βασιλῆα πειρομένη. Τεθναίνης ὡ Προίτ' ἢ κλέπτει Βελλεροφόντιω. Ὅς μ' ἐβλεψέ φιλότητι μνησθῆναι ὅσκι ἐβελούση, &c.* id est, Eum autē Præti vxor nobilissima femina Antea ita insana & perditè amauit, vt cum eo commiseri concupierit: sed Bellerophontem, vt potè cordato, & prudenti persuadere, vt tatum flagi-

tium admitteret, non potuit. Illa autem metiēs ita cū Præto locuta est. Aut morere Præte, aut Bellerophontem occide, qui mecū per vim rem habere conatus est.

CRIMINIBVS] criminationibus, vt Saty. 3. lib. 1. *vbi acris Inuidia, atque vigent vbi crimina*. & epist. ad Loll. lib. 1. *Vt, penitus notum si tenent crimina, serues*. Varro lib. 8. de lingua Latina. *ac singula crimine, quæ dicunt in analogia, soluemus*.

MA TVRARE NCEM] accelerare. sic Virg. lib. 1. *Æneid. Maturate fugam, regique hæc dicite vestro, &c.*

PÆNE DATVM PEL. TART.] Creteis, seu Hippolyta Hyppolyti filia, Acasti vxor Pelei amore capta, cum eum ad stuprum sollicitasset, neq; ei persuadere potuisset: dolore, odioque incensa, prior eum apud Acastum criminata est, vt improbum, & vim sibi inferre conatū. Ille autem his auditis, suōq; consilio celato, ac dissimulato, eū in Pelij mōtis solitudines, quasi aliud agens, deduxit. quo dormiente inter Centauros relicto, domum reuersus est. Dij autē Pelei miserti, sique suam integritatem, ac tēperatiam perniciosam esse iniquū arbitrati, Vulcanum ad eum miserūt: Hic ei gladium donauit quo Centauros in se irruētis percudit, atq; interfecit: reuersusq; in Thessaliam Acasto bellū intulit, & Iolcum expugnauit. Hæc Pindari interpres, & Pindarus ipse Nem. carmine quarto, & quinto: quibus duobus in locis hanc historiam persequitur, sed multò fusius quinto. verba Pindari sunt hæc, *Αἰ δὲ (de Musis loquitur) ὀρώπων μὲν ὑμῶσσαν Διὸς ἀρχιδουρα στυγῶν θέτην, πηλεάδ', ὡς τὲν ἄλλοι κρητῆς ἱππολύτα δόλω πειρώσασιν ἠδὲ ἐμῶσσαν Μαλίντων σκοπὸν πείσασ' ἐκοίταν ποικίλοις βουλεύμασι. ψεύσαν δὲ πομπῶν σωπέταξε λόγῳ ὡς ἀεὶ νυμφείας ἐπέεσσι κείνος ἐν λήκτροις ἀκίτου εὐνάς, τὸ δ' ἐναντίον ἔσκεν. πολλὰ γὰρ μὲν παρὶ θυμῷ πᾶρφαρμῶν λιπώνων. τῷ δ' ὄργαν κίτρον ἀππεινοὶ λόγοι. εὐρύς δ' ἀπαμείνατο νύμφων, ζηνίου πατρὸς γόλον δέσσαι, i. illæ autem primum cantu suo laudarunt, principio à Ioue ducto, venerandam Thetin, & Peleum: quemadmodum eum tenera Hippolyta Creteis dolo illaqueare studuerit, eum ipsa vxor, virum suū Magnetum regem callidis cōsiliis induxisset. Mendacem autem & fictum coagmentauit sermonē, illū Acasti cubile, vt cū eius sponsa rem haberet, inire voluisset. At Iogè aliter erat. ipsa enim sepe eū blādis verbis, toto pectore supplex exorauerat. At illius animum offendebat difficiles, & ardui sermones. & continuo aspernatus est faminam maritā, Iouis hospitalis iram veritus. eadem ferè legūtur apud Apollonij interp. lib. 1. in quarto porro carmine ait Acastum Peleo dormienti infidias gladio summa arte fabricato, struxisse: Chironem autem ei subuenisse, casumq; mortiferum à Ioue cogitatum ab eo depulisse. verba Pindari sunt hæc, *Τῶ δὲ δαδάλῳ δὲ μαχάρεσ**

Φύτειν οὐ γάλακτος οὐ λόγου πάλαι παῖς. ἄλλα δὲ Χέρων, καὶ τὸ μύριμον δίδωμι περὶ ἑσπερον ἐκφέρει.

ET PECCARE DOCENTEIS, &c.] monet eam historias, id est, redigit ei in memoria, vel proponit historias, quae peccandi rationem, ac viam ostendunt. Lege Euripidis Hippolytum coronatum, & annot. ad Od. 7. li. 4. de Hippolyto.

NAM SCOPVLEIS SVRDIOR] significat, eum non moueri, neque flecti verbis nuntij illius à Chloa missi. Sed quo modo audit, si surdior est Icarei maris scopulis? audit ille quidem: sed audit integer, ita audit, ut non commoueat, neque det manus. non adducitur eius oratione, ut tui oblitus amorem suum in Chloen transferat. Non temere autem, neque sine arte Horatius Alterien in officio continere, & ab amore alterius viri dererere volens, commemorat ei sui viri constantiam, & continentiam, & fidem. Nam si contra credat illa, Gygen virum suum aliò animum appulisse: facile sit ei persuadere, ut alterius viri libidini obtemperet. Nihil est enim, quod mulieri nuptae acriorem dolorem inurat, quòdque magis eam à viro alienet, quam pellex. Testem citabo Eurip. Androm. καὶ γὰρ θυγατρί, μεγάλη γὰρ κρῖνα τὰς Δάχτυς φέρεσθαι, σιμμελαγος καὶ ἡσυχίαι. Τὰ δὲ γὰρ ἄλλα δέυτεραι παῖχοι γυνή: Ἄνδρος δὲ ἀμαρτανύσσει, ἀμαρτανύσει βίου. id est, & ego filiae (grane enim esse existimo, lecto priuari) adiutricem me praebeo. Nam ceteros casus moderatè ferre debet mulier, sed viro orbata, orbatur vita. Quemadmodum autem Homerus dicere solet κῆμα κωφόν: id est, stultum surdum, qui non edit sonitum, seu qui non auditur, & βελδὲ κωφὸν dixit Ἰ. λ. telum, quod haud magno admodum impetu venit: sic & Horatius scopulos surdos, qui nihil sonitum edunt: nisi dicamus surdos eò esse dictos scopulos, quia nautis tempestate iactatis & opem implorantibus non respondeant, & quia vota facientis non audiant: quale illud Od. 17. epod. Non saxa nudis surdiora nauis.

INTEGER] incorruptus, ut Od. 4. lib. 2. Brachia, & vultum, teretesque furas integer laudo. & sup. Ode. 4. huius libri, & integra Tentator Orion Diana.

AT, TIBI NE VICINVS] virum habes in suo erga te amore obfirmatissimum, & constantissimum: sed tu vide, ne te Enipeus vicinus quantumuis equitandi, & natadi, & ceterarum artium peritissimus, labefactet, & percellat.

FLECTERE EQVVM SCIENS] in eo equitandi sciencia maximè vertitur, ut equus sessorii frenum moderanti pareat, & quanicumq; in partem velit ille, sequatur. quod declarat locus Caesaris lib. 4. de bello Gallico, ubi & eodè verbo vsus est, loquès de essedariis Britannicis.

ac tantum vsu quotidiano, & exercitatione efficiunt, ut in declini, ac praecipiti loco incitatos equos sustinere, & breui moderari & flectere, & per teinmem percur-

tere, & in iugo insistere, & inde se in currum citissime recipere possint. sic Virg. Aen. 1. caloque inuectus aperto flectit equos. & 9. Flectere ludus equos, & spicula tendere cornu.

GRAMINE MARTIO] campo Martio. Od. 1. lib. 4. iam volucrum sequor Te per gramina Martij Campi, &c.

TUSCO DENATAT ALVEO] secundo fluitio natat. decursionem Tiberinam significat. vide annotation. ad illum locum, Cur timet flauum Tiberim Tangere? &c. Od. 8. lib. 1.

PRIMA NOCTE] prima noctis parte.

QVERVLA TIBIA] cuius catu Enipeus, aut quivis alius amator, se amore tui perire significet, queratque se immeritò abs te sperni. Lucret. lib. 4. Chordarumque sonos fieri, dulcisci que querelas, Tibia quas fundit digitis pulsata canentium. Idem lib. 5. Inde minutatim dulcisci didicere querelas, Tibia quas fundit digitis pulscan. sic Hor. Od. 2. epod. Queruntur in siluis aues. μυνεζέων dicunt Graeci, ita canere, & tales querelas, μυνεζμοδος appellant. [Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij versum Georgic. 3. Et cantu querula rumperit arbusta cicada. & querula interpretatur canora.]

DESPICE] deorsum aspice.

DVRAM] id est, saevam, & difficilem, & inexorabilem, seu illiberalem. Sic patres feueriores, duri, & ferrei appellatur: ex quo duritas. Cicero in Catone, quanta in altero duritas? Sic eniim legi malo, reclamante & inuito Nonio, quam duritas.

DIFFICILIS] saeva & inexorabilis, & inexpugnabilis: χαλεπή. sic Od. 10. eiusd. lib. Non te Penelopen difficilem proci Tyrrenus genuit parè. Iam hoc totum difficile mane, Graecorum more dictu χαλεπή οὐσα Διγτέλει.

AD C. MÆCENATEM

Od. 8.

ARGVMENTVM.

Cur Kalend. Martii, cum vxorem non habeat, nihilominus sacrificet, & epuletur tamen.

Martius caelebs quid agat Kalendis: Quid velit flores, & acerra turis Plena, miraris, positisque carbo in Cassite vino, Docte sermones viriusque lingua, Voueram dulcis epulas, & album

Libero

Libero caprum propè funeratus Arboris ictu.

Hic dies, anno redeunte festus, Corticem astrictum pice demouebit Amphora, fimum bibere instituta Consule Tullo.

Sume Macenas cyathos amici Sospitis centum: & vigiles lucernas Perfer in lucem: procul omnis esto Clamor, & ira:

Mitte ciuileis super vrbe curas. Occidit Daci Cotisonis agmen: Medus infestus sibi luctuosus Dissidet armis:

Seruit Hispana vetus hostis ora Cantaber, sera domitus catena: Iam Scythae laxo meditantur arcu Cedere campis.

Negligens, ne qua populis laboret, Parce priuatus nimium cauere. Dona pefentis rape latus horae: Linque seuera.

MARTIIS CAELEBS QVID AGAM] kalendas Martias & amantes, & mariti religiosè colebat: illi, ut à puellis suis, hi ut ab vxoribus gratiam inirent: illi, ut omnia sibi laeta & fecunda in amore euenirent: hi, ut vxores castas & pudicas haberent domi. Ita que solebat vtrique ad matronas & ad amicas munera mittere. Atque iccirco Iuuenal. kal. Martias femineas appellat: & Martialis easdem Saturnalia muliebria. Scio certe, puo, vestra iam venire Saturnalia Martias Kalendas: Tum reddam tibi Galla, quod dedisti. Tibull. li. 3. Martii Romani festa venerè Kalenda: Exorients nostris hic fuit annus auis: Et vaga nunc certa discurrit undique pompa, Perque vias urbis, munera, perque domos. Dicite Pierides, quònam donecetur honore seu mea, seu fallor, cara Neera tamen. colebat eundem diem & puella. Idem Tibull. lib. 4. Sulpicia est tibi culta tuis Mars magno Kalendis: Spectatum è calo (si sapi) ipse veni. mittebant & sua matrona munera. Plaut. in Milite glor. Da mihi vir, Kalendis qua mittam, quom Martia venerint, &c. Martias autem kalendas matrona celebrabant (inquit Festus) quòd eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta est. Seruius autem ad eum Virg. locu Aen. 8. Tantiòque seni, Curibusque seueris: Iure, inquit, dixit seueris. Cum enim filias perdidissent Ceninenses, Antemates, Crustumij, Sabini, ceteris quiescentibus, soli

Sabini bellum susceperunt: qui interuenientibus triginta faminis iam enixis, de illis, quae rapta fuerant, pacem fecerunt: ex quarum nominibus curia dicta sunt. Præterea in communem mulierum honorem Kalendæ Martia feminis dicatae sunt. Horatius. Martius caelebs quid agam Kalendis. Iuuenal. Munera femineis tractat secreta Kalendis. Nec enim aliter congruit Kalendas Martius esse faminarum, nisi quia famina, ut diximus, bella sedarunt. Haecenus Seruius, quæ mihi indicauit Germ. Valens Pimpuntius. Nomen Kalendarum, secutus & nobilium grammaticorum auctoritatem, & veterum marmorum, ac lib. testimonium, & doctorum virorum vsum, per k, excudendum curauit.

CAELEBS] qui nec vxorem, nec vllam faminam, quæ mihi vxoris loco sit, domi habeat.

IN CASPITE VIVO] supra. Od. 19. lib. 1. Hic viuum mihi caspitum, hic Verbenas pueri ponite.

ET ALB. LIBERO CAPR.] cur Baccho caper immoletur, omnibus notissimè est. Virg. Georg. 2. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris Caditur. notum est illud epigramma, quod extat epigrammatum Grecorū libr. 1. cuius hæc sententia est, Etiam si tradicitus caper vitem depascat, tantum tamen vini prolaturam, quantum satis sit ad libandum, dum immolatur. Κῆν με φάγης ἐπι βίζαν, ὅμως ἐπι καρποφοροῦ, ὅσον ἔπιανισσῶ σοι, πρῶτα θεοῦ δῖου. Album autem dixit, quia diis superis albæ hostiæ immolantur: inferis, nigra. [Arnobius lib. 7. quæ in coloribus ratio est, cur meritò his albas, illis atras conueniat nigerrimæque mactari? Quia superis diis (inquit) atque hominum dexteritate pollentibus, color latus acceptus est, ac felix hilaritate candoris. At verò diis laeuis, sed & que habitantibus inferas, color furuus est gratior, & tristibus suffusus è fucis. Valerius Max. lib. 2. cap. 5. præcipere ut ad Ditis patriæ & Proserpinae aram, à qua fuerat potio ipsi allata furua hostia immolarentur, &c. ibid. paullo post, Hoc postquam Valens nuntians seruo accepit, omisso emenda aræ proposito, hostias integras, qua antiquitus furua dicebantur, Tarenti immolauit ibidem infra apud eandem aram publice nuncupatis votis, casisque atris bubus Diti maribus faminis Proserpinae, &c.]

PROPE FUNERATVS ARB. ICTV] de hac arbore lege Od. 13. lib. 2. Ille & nefasto te posuit dia, & 17. Mac truncus illapsus cerebro sustulerat, &c. Funeratus autem, id est, funere elatus, & ita exanimatus.

DOCTE SERMONES] ita legendum, non docte sermonis. Ita enim scriptum est in cod. Faër. & vno Vatic. adde quòd ita loquitur Oda proxima. Dulcis docta modos, & cithara scitis. Denique ita legit Donat. producens testem hunc locum comment. in Eunuch.

HIC DIES ANNO REDEUNTE] dies festus anniuersarius. anno redeunte, anno vertente: τῆς ἐπιπορευῆς ἐνιαυτοῦ. Horat. Sat. 2. lib. 2. sine diem festum rediens aduenerit annus. ἔτομον Græci

nominis *Επιωτός*, quasi in seipsum reuolutus. **CORTICEM ASTRICTVM PICE**] hoc die festo relinētur dolia, & amphoræ pica- to cortice obturata.

DEMOVEBIT] *demonēbit*, excudendum cu- ranti, nō, vt vulgè legitur, *dimonebit*, quòd ita scri- ptum repererim in tribus lib. calamo exaratis. amphoræ autem dictum pro ab amphora, vt & Priscian. docet lib. 17. Amphora porrò, seu qua- drantal vini sextarios octo & quadraginta con- tinebat, vt suprà ex festo admonuimus.

FVM. BIB. INSTIT.] quæ didicit, vel cœ- pit fumum bibere. Aristot. lib. 4. *μετεωρ.* scribit in Arcadia vinum in vtribus à fumo ita exsicca- ri, vt bibatur abrasum ac defectū. Quod igitur hic de fumo dicitur, non est referendum ad vini vaporem, quem fumum Gallica lingua appella- mus, qui tempore extenuatur: sed ad eū, quem propriè fumum appellat Latini, quo, vinū ma- turatur, densumq; ac spissum efficitur. cuiusmo- di ego nouem ab hinc annos in Rhœtia vidi, cū ex Italia per Rhœtorum finis in comitatu clā- riss. viri, Fracisci Turnonij Cardinalis in Galliā reueterer. id erat annorū quadraginta, vt mihi affirmabat is, apud quem deuerfabar, ita dura & alta crusta obductū, vt non, nisi ea ferro rescif- fa, vinum depromi posset. atq; id ita crassum e- rat, vt, nisi multa aqua dilutum, ac temperatum, neque liqueceret, neque bibi posset. Amphorā igitur fumum bibere institutam intellige, quæ cœpta est fieri fumosa: quemadmodū Tibullus cados Falernos fumosos appellat lib. 2. his ver- sibus, *Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Cō- salis, & Chio soluite vincla cado.* sunt enim non vi- na, sed vasa fumosa. M. Tull. in Piso. *fumosus ima- gines:* & Horat. Sat. 2. lib. 2. *pernam fumosam* dicit: ex quo veteres intelligimus. vide hac de re plu- ra annotation. ad Od. 28. huius libri.

CONSVLE TVLLO] L. Volcatius Tul- lus designatur, qui fuit consul cum M. Emilio Lepido, anno ab vrbe condita, 100. LXXXVII. Significatur huius vini ætas.

SOSPITIS] salui, & seruati ab arboris illius casu. Od. 36. libro 1. *Qui nunc Hesperia sospes ab vl- tims,* &c.

ET VIGILES LVCERN. PERFER] cōpotationes & cenas sumtuosiores, ac libera- liores noctu fieri solitas esse cum ex hoc poëta, tūm ex multis aliis scriptorib. intelligere licet. Od. 21. lib. 3. ad amphoram. *Te liber, & si læta ade- rit, Venus. Vinaque producent lucerna.* Dum rediens fugat astra Phœbus. epistol. ad Torqu. lib. 1. *supre- mo te sole domi Torquate manebo.* epist. ad Mæcena- tem 3. lib. 1. *Hoc simul edixit, non cessare poëta No- Etumo certare mero, putere diurno.* Theognis. *Τῶ πρ- οειν δ' ἐδελοντι το Ζεφειδδν οινος γέστα. Οὐ πάσαις νύκτας γίνεταί αλεεινὰ παθῆν.* quibus versibus hoc ferè significatur: Ei, qui bibere velit, mini- strum semper altare debere, qui vinum fundat, & pocula ministret: non enim dari hominibus

vt nocteis omneis iucundè & hilariter tradu- cant. Lucret. lib. 2. *Lumina nocturnis epulis vt sup- pedientur.* Athenæus autem lib. 7. ostendere vo- lens, cenas nocturnas cuius corpori vtiliores esse, quàm diurnas, medicum quemdam Daph- num nomine inducit ita loquentem, *ἀφελιμώ- τερα ἔστι φιλτατα, τῶ παντὶ σώματι τῶ νυκτε- ρῆν δέιπνα. τὸ γὰρ σελείνης ἀτρον ποτὸς τὰς τῆς τροφῆς ἐρμώθει πέλει, σπῆλιδὸν ὑπάρχον.* *ἔστι δὲ ἡ πέλας,* &c. id est, vtiliores sunt omni corpori nocturnæ cenæ. Nam Lunæ astrū ad cibum concoquēdum valde accommodatū est, cū vim habeat putrefaciendi. Concoctio autem putrefactione constat. eodem pertinet lo- cus ille Hor. Od. 27. lib. 1. *Primo & lucernis Medus acinaces immane quantum discrepat. Quin veteribus non fuisse in vsu prandia, testatur Seruius ad il- lum locum lib. 4. Nunc eadem labente die con- uinia quarit.* Ex quo Iuuenalis in Marium illum, *Exsul ab ostia Marius bibit.*

PROCVL OM. ESTO CLAM. ET I- RA] sic Ode suprà dicta, lib. 1. *Lenite clamorem so- dales, Et cubito remanere presso.*

COTISONIS] sic reperi scriptum in duo- bus Vatic. codicibus, & in Iannoct. Faër. Torn. Nicot. Russ. Cleric. nam vulg. habent, *Cotisonis.* antiquam scripturā cōfirmat Suetonius in Au- gusto, his verbis, *M. Antonium scribit, primum eum [Augustum] Antonio filio suo depondisse Iuliam: Dein Cotisoni Getarum Regi, quo tempore sibi quoque in- uicem filiam regis in matrimonium petiisset.*

MEDVS INFESTVS SIBI] Medi sedi- tionibus inter se concitantur.

CANTABER SERRA DOMITVS] Od. 14. lib. 4. *Te Cantaber non ante domabilis, Medusque,* &c. & 6. lib. 2. *Cæabrum indoctum iuga ferre nostra.* Cantabros deuicit Agrippa Augusti auspiciis. epistola ad Iccium lib. 1. *Cantaber Agrippa Claudi virtute Neronis Auspiciis cecidit.*

LAXO ARCV] id est, abiecto pugnādi con- silio, armis positis, aut conditis. sic Od. 27. eod. lib. *& remisso Filium arcu.* & carmine saculari post epod. *Condito miti, placidusque telo.*

NEGLIGENS, NE QVA POP.] videtur aliquāto difficilior atque impeditior esse horū verborum structura. *Parce* (inquit) cū sis pri- uatus, id est, cū magistratum nō geras, *nimum* cauere, quod valet, noli nimis sollicitus esse, ne qua parte populus Rom. labore. ita (inquam) parce, vt in eo sis negligens. est autem vsitatum Horatio cum verbo nomen aliquod epithetum coniungere, quod verbi significationem augeat, aut certè adiuret, vt Od. 28. lib. 1. *At tu nauta va- ga ne parce malignus arena Particulam dare,* quem lo- cum explicauimus suo loco. simile exemplum est sup. Od. 7. huius lib. *Magnæsam Hippolyten dum fugit abstinet.* & infra hoc eod. lib. Od. 24. *Illic mare carentibus Priuignis mulier temperat innocens,* id est, in eo se præbet innocentem, quòd d. priuignis temperat: vel eo ipso, quòd priuignis temperat, innocens

innocens habenda est. & Od. 21. eiusdem libri: *Non ille, quāquam Socraticis madet sermonibus, te ne- gliget horridus.* & Od. 11. eiusd. lib. *Quod viro clemēs misero peperci,* id est, quòd clementem me in virū præbui, dum ei parco. & Saty. 6. lib. 2. *si veneror fulens nihil horum, ò si angulus ille,* &c. quorū ver- borum explicationem ad suum locū referuare malo. & Od. 13. lib. 4. *Ludis que & bibi impudens.* & Od. 16. Epod. *Credula nec flauos timeant armen- ta leones.* & epist. 2. lib. 1. *Rusticus expectat dum de- sinit amnis.* & epist. ad Iul. Florum lib. 2. quòd *Ex- spectata tibi non mittam carmina mendax.* & epist. de arte poëtica. *an omnis Risuros peccata putem mea tu- tus, & extra spem venia cautus?* & Satyr. 6. lib. 2. *laudat Arelli sollicitas ignarus opes.* & Od. 8. lib. 4. *Donarem patetas, gratæque commodus Cenforime meis ara sodalibus.*

ET DONA PRÆSENTIS] suadet his verbis, vt in dicem viuat, vt Od. 16. lib. 2. *Letus in præsens animus, quod vltià est, Oderit curare.* ad quem locum plura hac de re diximus.

RAPPE] sic habent quattuor libri manu scri- pti, nō vt vulg. *cape.* sic locutus est Oda 13. epod. *rapiamus amici Occasionem de die,* &c. ad quem lo- cum vide quæ sunt à nobis annotata.

LINQVE SEVERA] omitte res ferias, & nimiam curam, cogitationemque requirentes.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Dialogus Horatij & Lydæ.

HO. **D**onec gratus eram tibi, Nec quisquam potior bra- ebia candidæ

Ceruici iuuenis dabat:

Perfarum vigui rege beator.

LY. **D**onec non alia magis

Arffisti, neque * erat Lydia post Chloën:

Multi Lydia nominis

Romana vigui clarior Iliæ.

HO. **M**e nunc Thressa Chloë regit,

Dulceis docta modos, & citharæ sciens:

Pro qua non metuam mori,

Si * parcent anima fata superstiti.

LY. **M**e torret face mutua

Thurini Galæis filius Ornithi:

Pro quo bis patiar mori, Si parcent puero fata superstiti. HO. *Quid, si prisca redit Venus? Diductosque iugo cogit aëneo? Si flaua excutitur Chloë? Reiectæq; patet ianua Lydia? LY. Quamquam sidere pulchrior Ille est: tu lenior cortice, & improbo Iracundior* Adria: Tecum viuere amem: tecum obeam libens.*

DONEC GRATVS ER.] hæc Oda est *ἀνταποδοτική*, id est, cōstat mutua responsione.

NEC QVISQVAM POTIOR] quem pluri faceres, vt infr. Od. 15. epod. *Nec feret assi- dua potiori te dare noctes.* & Sat. 5. lib. 2. *ultra Pene- lopen facilis potiori trade.*

NON ALIA MAGIS ARSISTI] sic ha- bent codices antiqui, Faërni, Vrsini, Torn. duo Vatic. Russ. vnus Cleric. Nicot. & ita loquitur Od. 14. epod. *Non aliter Samio dicunt arffisse Bathylo Anacreonta Teium.* Idem Od. xi. lib. 4. *Non enim posthac alia calebo Femina.* & Od. 9. lib. 4. sine villo casu. alij, ita vt vulg. *Non aliam,* &c. quo modo & Virgil. loquitur, *Alex. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.*

NEQVE ERAT LYDIA POST] neq; ego posteriore eram loco apud te, quàm Chloë: vel, neque Chloën mihi anteponebas.

ILIA] Numitoris filia, Romuli matre: vt Od. 8. lib. 4. *Quid foret Iliæ, Mauorisque puer,* &c. com- memorat & Oda 2. lib. 1. *Iliæ dum se nimum que- renti,* &c. & Sat. 2. lib. 1. *Iliæ & Egeria est.*

REGIT] mihi imperat, ego ei seruiuo tanquā dominæ. sic Oda 24. eiusd. lib. *Nec dotata regit vi- rum Coniux.*

ET CITHARÆ SCIENS] sic loquitur Od. 15. lib. 1. *& sthenelus sciens Pugna.*

PRO QVA NON METVAM MORI] pro qua libenter mortē oppetam: pro qua, quin moriar, non recusabo. de verbo metuendi lege annot. ad Odam 2. lib. 2.

SI PARCENT ANIMÆ] si modò mea morte assequar, vt sit mihi superstes, & immor- talis.

ME TORRET FACE MVTVÆ] amo- re mutuo. nemini autē sunt inauditi Cupidinis faces. torret autem, id est, vrit. sic Od. 19. eiusdem lib. *Mælenius Glycera torret amor mea.* & Oda 1. lib. 4. *Si torrere iecur quæ aris idoneum.*

PRO QVO BIS PATIAR MORI] his verbis sui in Calaim amoris magnitudinem de- clarat, cūm bis mori tamen possit nemo. Nam (vt est apud Athen. lib. 8.) *ἀθανάτος ὁ θάνατος*

ἔστιν, ἀπὸ τῆς ἀντικειμένης, id est, immortalis mors est, si quis semel mortuus fuerit. [Sic Plato Apolog. Socr. ἢ ἀφ' ἑσέο με ἢ μὴ, ὡς ἐμοῦ οὐ ποιοῦμαι ἀλλὰ, οὐδ' εἰ μέλλω πολλὰ κτείνεσθαι. Et Lyfias oratione περὶ Εὐρωστράτου οὐδ' οὐδ' ἄλλ' εἰς ἐσέο πρὸς πέρας.] Ἰδίου δὲ ἀποφώνησες δὲ λέγει δὴ αὐτῶν δὴ αὐτῶν οὐ χεζομυ.]

DI D V C T O S Q V E] diuulcos, diremtos, diuinctos, discordis.

IUGO COGIT AENEID] in firmissimam concordiam ducit. Suprà Ode 33. lib. 1. iuga aenea posuit in malum, pro coniunctione amantium inaequali ac dispari, atque ingrata seruitute: in qua mutuus amor non intercedit. hic autem iugum aeneum accipe pro concordia amantium eiusmodi, quam nullū interueniēs dissidium sit dissoluturū. copulam irruptā dixit Od. 13. lib. 1. Felices ter amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malus Diuisus querimonis Suprema citius soluet amor die. abeneum igitur accipere hic debemus pro firmo, & solido, & quod frangi non possit, vt murum aeneum dixit, epist. 1. lib. 1. & turrem abeneam Oda 16. huius lib. Sic Apollonius nō semel taurorum Colchicorum iuga, χαλκῶς appellat, & fortasse Homerus cælū eadem ratione deorum χαλκοσάτης δὲ, id est, domum pavimento, seu solo firmissimo substratā, ac suffultā nominat. Iugum autem fortasse iccirco posuit Horatius, quia in amantium concordia, & coniunctione multae infunt seruitutis similitudines.

EXCVTITVR] eiicitur tanquam iugum, vel onus. Terent. Eunuch. homo quatietur certe cum dono foras.

LEVIOR CORTICE] Saty. 4. lib. 1. nabis sine cortice.

ET IMPROBO IRAC. ADR.] Adriaticum mare saepe vi vectorum agitari, & tempestatibus concitari constat. iccirco improbum & iracundum dixit, translatae. sic Od. 2. epod. Nec horret iratum mare. & Oda 3. lib. 1. Qui vidit mare turgidum. huc pertinet illud ex Oda 33. lib. 1. Liberrima fretis acrior Adria Curuantis Calabris sinus. & Oda 27. huius libri, Adriæ sinum, atrum appellat.

IN LYCEN

Od. 10.

ARGVMENTVM.

Vt, posita duritie, aliqua ipsius misericordia capiatur.

A * **E**Xtremum Tanaim si biberes Lyce, Sauro nupta viro: me tamē asperas Porrectum ante foreis obijcere incolis * Plorares Aquilonibus.

Audis, quo strepitu ianua, quo nemus Inter pulchra situm tecta remugiat Ventis? & positas vt glaciēt niueis * Puro numine Iupiter?

Ingratam Veneri pone superbiam: Ne currente retro funis eat rota. Non te Penelopen difficilem procis Tyrrhenus genuit parens.

B O, quamuis neque te munera, nec preces, Nec tinctus viola pallor amantium, Nec vir Pieria pellice saucius * Curuat supplicibus tuis

Parcas, nec rigida mollior aesculo, Nec Mauris animū mitior anguib. Non hoc semper erit * liminis, aut aquae Caelestis patiens latus.

EXTREMVM TANAIM] Si in vltima Scythia, aut Sarmatia viueres: si Scythæ, aut Sauromatae alicui nupiffes.

ME TAMEN ASPERAS, &c.] non ita tamen dura & inhumana effes, vt me ante foreis tuas iacere expositum, atque obiectum Aquilonibus, qui oram illam assidue perflant, patereris. [foreis asperas dixit, foreis puellae asperae, & inexorabilis. tale est illud pavimentum superbium, Od. 14. lib. 2.]

PORRECTVM] extentum. Sat. 3. lib. 2. si quis ad ingentem frumenti semper acervum Porrectus vigilet.

OBICERE INCOLIS PLORARES] id est, non sineres, quæ tua lenitas & misericordia est, me proiectum ante tuas foreis mihi iniquas, ab Aquilonibus iactari. obstaret tibi tua lenitas & misericordia, quo minus me ante foreis tuas iacere sineres. sic loquitur Plau. Aulul. Aquam hercle plorat, cum lauat, profundere.

INCOLIS] Aquilones, venti sunt Thracij, iccirco incolae Thraciæ dicit. sup. Od. 25. libr. 1. Thracio bacchante magis sub inter-Lunna vento.

INTER PVLCHRA SITVM] quidam libri veteres habent satum, pro situm. ego tamen nihil muto.

REMUGIAT] grauem quendam & immanem sonitum ad aureis referat. translatio à bobus. sic Od. 10. Epod. Ionius vdo cum remugiens sinum Noto carinam ruperit. & Oda 29. huius lib. Non est meum

est meum si mugiat Africus malus procella, &c. sic Hesiod. ἐργὴ καὶ ἡμ. μέμνη δὲ γῶνα καὶ ἴλην.

GLACIET] vocis & significationis agentis. Apud M. Tull. congelandi verbum, absolutum est. lib. de nat. Deorum. 2. tum aqua declarat effusio, quæ neque congelaretur frigidibus, neque niue, pruinæque concreceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa diffunderet. Cælius Ciceroni, Curioni nostro tribunatum congelat.

PURO NUMINE] IUPITER] cælum purum & serenū: quod quidem hiberno tempore frigidius est, quàm nebulosum, aut caliginosum. si quis autē querat cur cælo sereno, & nebuloso, frigus sit acrius, respondet Aristoteles in problemat. τμήμ. με. ideo fieri, quia cælo puro, sereno, atq; aperto nihil est, quod frigus cōtinere possit: sed diffunditur ac dissipatur, ita vt ad nos perueniat. nebuloso autem facile coërcetur. quidā testantur se reperisse scriptum in lib. manuscriptoris, lumine. ego tamen magis probo, numine. nam per Iouem, cælū, seu æther significatur. Ioui autem meritō numen tribuitur. per numen igitur Iouis, cæli nitor intelligēdus est καὶ ἀλλοτρεῶς. Quod si dixisset Horat. Iupiter puro lumine congelat niueis, corrupisset, & quasi mutilasset figurā poeticam. nūc autem his duobus ita coniūctis, manet integer & incolomis locutionis ornat. Quin hoc contendo, si lumine legendū esse constet, nomen Iupiter hic ferri non posse, & in eius locum, si lex carminis patiat, cælū aut æther, esse substituendum. hoc igitur dico, Puro numine legendum esse, & hoc lumine ex annotatione naturæ: vt desinant ἐπεργῶν quidam iuuenes, bonarum litterarum studiosi, minime mali. sic numen coniunxit cum Ioue Od. 4. lib. 4. Quis & benigno numine Iupiter Defendit, &c. quamquam illic Iupiter pro deo positus est nō pro cælo aut æthere.

INGR. VEN. PONE SUPERB.] Ingrata est & Veneri & Baccho puerorū & puellarum in amanteis superbia. Libet hic vnum atque alterum huius rei exemplū ex Pausania ascribere. Amabat Calirrhoam quandā virginem Corrafas Bacchi sacerdos: sed quāto vehementius amabat Corrafas, tanto erat illa ab hoc alienior, tantōque se in eum duriorē ac sauiorem præbebat. Postea quān autem neque precibus, neq; muneribus sauitia virginis potuit mitigari, supplex Corrafas accedit ad Bacchi statuam, orat vt vim sui numinis in virginē expromat ac declaret. Vix dum finem orandi fecerat, cum Calydonij ferē omnes (Calydōne enim hæc gerebantur) proinde ac si ebrij essent, meate capti, furorēq; præcipites huc & illud ferebāt. Con fugiūt tandem ad oraculū Dodoneum. responsum est, Dionysum Calydoniis esse iratum, neq; illum irascendi finem antē facturū, quān Corrafas ei immolasset Calirrhoā ipsam, aliūmque, qui eius vice fūgi, mortēmq; oppetere auderet. Virgo in has angustias redacta, cœpit primum

A auxilium à nutriciis & nutricibus suis petere: à quibus cūm spreta esset, ac reiecta, restabat miseræ, vt ipsa ad aram Dionysij mactaretur, omnibus igitur rebus necessariis ad sacrificium comparatis, intererat huic spectaculo Corrafas, qui amore victus, nullōq; iræ loco relicto, se ipsum pro Calirrhoa deuouet, atque exanimat. At Calirrhoe altera ex parte, vt prostratū atque exanimem Corrafas vidit, serō mente mutata, misericordia commota, pudore denique eorū, quæ inhumaniter & superbē in eum admirerat, affecta, se ipsam secundā Baccho victimam mactat. Hæc Pausanias Achaic. quæ nos arbitratu nostro, quān breuissimē potuimus, Latinē vertimus. Alterū est æquē miserabile, quod idem affert Atticis, eiusque rei se vidisse argumentum narrat, Cupidini dicatam Anterōtis arā. Meles Atheniensis Timagoram inquilinum, & hospitē contumeliosē despiciēs, iussit, vt sese è summo saxi vertice præcipitem ageret. Timagoras, vt qui adolescenti omnibus in rebus obtēperare & gratificari cuperet, alioqui vitæ non admodum cupidus, neque animæ parcus natura, sese non dubitanter, neque cunctabundus è saxo illo præcipitem deiecit. Meletem autē, simul vt exanimem Timagorā vidit, vique adeo facti sui pœnituit, vt se ipsum quoque ex eodem saxo præcipitem egerit. Accedat tertiū ex Theocrito, si modō verum, & non fictum est, de adolescente illo, qui, cūm vsque adeo, tādūque spreuisset amātem, vt ille dolori suo remediū morte & suspēdio querere cogere, atque id pro foribus adolescentis fecisset: adolescens autem manē die postero domo exiens, amantēq; suspensum, ac mortuum cernens, nihil commotus esset, neque condoluisset, neq; ingemisset: sed rectā ad gymnasium (vt solebat) in quo balneū, statuāq; Cupidinis erat, iussit: accidit vt statuam, dum lauat adolescens, in eius caput decideret, eūque interimeret. carmē Theocriti inscribitur ἑραστῆς. sed hæc posteriora duo exēpla cūm ad flagitiosos illos, & nefarios puerileis amores pertineant, à nostris auribus respuantur. Pone autem, id est, adijce, ac deponē, vt epist. 16. lib. 1. Pone: meum est. pono, tristis que recedo.

NE CURRENTE RETRO] ne nimia ista sequitia in caput tuum recidat, tibiq; ipsi calamitatē, & perniciem afferat: vel ne idem tibi eueniat, quod in amanteis vsurpas & exeres: & fortuna, quæ nunc experiris valde secundā, tibi aduersari ac resare incipiat. ducta similitudo est, à rotis fune circūactis quo rupto, illæ in contrariā partem voluuntur. [sic Aristides Sophista in Panathen. loquens de Amazonib. ἐπ' αὐτῶν ἡδὴ πάντα ὠσαρ καὶ λου βαρῆντος, ἐξ ἄρην-σεν ὀπίσσω, καὶ διελέλυτο ἀμαζόνων, ἢ τε ἀρχὴ, καὶ ὁ δρόμος. Tibullus libro 1. eleg. 5. Si tu, qui potior nunc es, mea furta caueto: Versatur celeri fors leuis orbe rota. Iterum dixit Horatius: cur-

ente vna epistol. ad Pifones: non longè à princì- pio alij dicunt ductam esse similitudinem ab e- quo funali, retrò corrente, & in contrariâ par- tem currum trahente.

NON TE PENELO. DIFFIC.] Non tu es Penelope à patre tuo procreata, sed Lyce. Fuit autem Penelope eo in procos difficilior ac sæ- uior, quo blandior. eorum enim animos verbis mulcebat, & spe lactabat. alia mens erat. nota sunt illa Homericâ δδουα. σ. γέλα δὲ θυμῶν Μει- λήχης ἐπέεσσιν, νόος δὲ οἱ ἄλλα μύθοισι, id est, animum autem procorum blandis verbis mul- cebat, mens eius aliud cogitabat. & ὀδουα. Γ. Η. δὴ γὰρ τρίτον ὄσιν ἔτος, τὰρα δ' εἰσι τέταρτον, Εἰς οὐ ἀπέμει θυμῶν ἐνὶ στήθεσιν Ἀργυῶν Πάν- τας ἰδοῖ ἔλπει, ἢ ὑπέρχεται ἀνδρὶ ἐξέστω Ἀλ- γελίας, ἀεσιέσσα, νόος δὲ οἱ ἄλλα μύθοισι: id est, Tertius enim iam annus abiit, agitur nunc & quartus, ex quo Penelope Græcorum animos decipit, damnòque afficit. Omnibus enim spem inanem ostentat, & vnicuique pollicetur, missis etiam ad quemque nuntiis: sed aliud animo mo- litur. nota est denique illa Penelopæ tela, quæ interdum texebatur, noctu rectebebatur. de qua ὀδουα. β. & γ.

NEC TINCT. VIOLA PALL.] nec pal- lor amantium violacei coloris particeps: luri- dus, & pallidus color. [Seruius ad illum Virgi- lij locum, Alexide, Pallenteis violas, annotat, Pallenteis, id est, amantium colore tinctas. Horat. Nec tinctus viola pallor amantium.]

NEC VIR PIERIA PELL. SAVC.] & quæuis non te fleat viri tui iniuria, qui Pie- riam amat, eiusque amore saucius est, &c. Nihil est autem, quod matronâ magis irat, faciliusq; ad adulterium impellat, quàm dolor ex tali viri libidine susceptus: & cum acerrimè ad pœnas sui doloris repetendas mulieres exstimulentur, tum virorum suorum incontinentiam simili fa- cto libenter viciscuntur. quæ de re vide quæ su- præ annotauimus ad illum locum, Nam scopulis surdior Icarì Voces audis adhuc integer, Od. 7. huius libri.

CVRVAT] fleat, ab instituto tuo de- torquet.

PIERIA PELLICE] pellicem appellant Latini eam, quàm maritus amat, semperque re- fertur ad vxorè, vt pater ad filium. Cic. in Cluēt. Vxor generi, nouerca filij, filia pellex. Horatius infra Od. 27. eod. libr. dominag. tradi Barbara pellex. & Od. 3. epod. Hoc delibutis vltia donis pellicem serpente fugit alite. & Oda 5. Quibus superbam fugis vltia pel- licem.

SUPPLICIBVS TVIS PARCAs] quæ- uis tu neque muneribus, neque precibus, neque pallore, & languore meo, neque viri tui contu- melia, atque iniuria inflectaris: miseret tamen supplicis tui, qui omnem salutis suæ rationem in tua lenitate, & clementia collocatam habet.

NEC RIGIDA MOLLIOR ASCVLO]

tu quæ neq; asculo mollior es, nec mitiore ani- mo, quàm Mauritanix serpentes, &c.

NEC MAVRIS ANIM. MITIOR] nec mitiore animo, quàm angues Mauritanix. mitis animum hellenismus est. Mauris anguibus au- tem sic dictum, vt Mauris iaculis. supra Oda 22. lib. 1. & vepena Colcha. Od. 13. lib. 2. sic enim ha- bent aliquot libri veteres. vbi vulg. Colchica.

LIMINIS] Od. 11. epod. Limina dura, quibus lumbos & infregi latius.

AQVA CALESTIS] epistol. ad August. Calesteis implorat aquas doctæ prece blandus. significat senon semper iuuenem, eaque etate futurum, vt semper limè ianuæ huius puellæ, & sub diuo, idque celo nubilo & imbrifero, cubare possit.

A D M E R C V R I V M.

Od. II.

ARGVMENTVM.

Vt cantus sibi dicitur, quibus Lyce flecti possit. Danaïdum fabula.

Mercuri: nam te docilis magistro Mouit Amphio lapides, canendo: Tūque testudo resonare septem

*Callida neruis:

Nec loquax olim, neque grata, nunc & Diuitum mensis, & amica templis, Dic modos, Lyde quibus obstinatas Appliget aureis.

Quæ, velut latis equa trima campis, Ludit exsultim: metuitque tangi, Nuptiarum expers, & adhuc proteruo

*Cruda marito.

Tu potes tigreis, comitesque siluas Ducere: & riuos celereis morari.

*Cessit immanis tibi blandienti Ianitor aula

Cerberus, quamuis furiale centum Muniant angues caput eius, atque Spiritus tæter, saniesque manet Ore irilingui.

Quin & Ixion, Tithiósque vultu Risit inuito, sterit vrna paullum Sicca, dum grato Danaï puellas Carmine mulces.

Audiat

Audiat Lyde scelus, atque notas Virginum pœnas, & inane lympha Dolium fundo pereuntis imo, Seraque fata:

*Quæ manent culpas etiam sub Orco: Impie: nam quid potuere maius? Impie sponfos potuere duro. Perdere ferro.

Vna de multis face nuptiali Digna, periurum fuit in parentem

*Splendidè mendax, & in omne virgo Nobilis auum:

Surge, quæ dixit iuueni marito: Surge, ne longus tibi somnus, vnde Non times, detur, socerum, & scelestas

*Falle sorores.

Quæ, velut nacta vitulos leonæ, Singulos, eheu, lacerant, ego illis Mollior, nec te feriam: nec intra Clausura tenebo.

Me pater sauis oneret catenis, Quod viro clemens misero peperci: Me vel extremos Numidarum in agros Classe releget.

I, pedes quò te rapiunt, & auræ, Dum fauet nox, & Venus: i secundo Omine: & nostri memorem sepulcro Sculpe querelam.

MERCVRIVS: NAM TE DOC. MAG.] Lyra enim inuentor Mercurius est: sup. Od. 10. libr. 1. Te canam magni Iouis, & deorum Nuntium, curuag. lyra parentem. Hæc Ode autem est ἀεσο- φωντικὴ.

MOVIT AMPHION] hac de re vide an- not. ad epist. ad Pifones. ibi. Dicitur & Amphion. TūQUE TESTVDO RESON. SEPT. CALL.] callidâ resonare, id est, quæ scis reso- nare. quæ scitè resonas. septem neruis, id est, septè chordis. ideo Piindarus φέρμυσα ἐπὶ τὰ γλωσσόν, id est, ἐπὶ τὰ φωνόν nominat.

NEC LOQVAX OLIM] antequam Mer- curius te neruis instruxisset.

NVNC ET DIVITVM MENSIS, &c.] Vlysses in patriam iam ille quidè reuersus, non- dum tamè à suis agnitus, specie, & ornatu seni- li, ab Eumæo ad aedeis suas deductus citharam

conuiuiorum sodalem appellat. ἐνδὲ τε φέρ- μυξ Ἡπεία, ἰὸ δὲ ἀγαθὴ θεοὶ ποίησαν ἐτά- ρη. id est, in eis ædibus autem cithara resona- bat: quam dij conuiuij sodalem fecerunt.

OBSTINATA] obstinatas, & à me auer- sas: siue duras, & rigidas.

APPLICET] aduertat, admoueat: mihi sci- licet.

QVÆ VELVT LAVIS, &c.] Hic locus ex Anacreonte est expressus. sunt autè Anacreo- tis versus hi: Πῶλε Θρηίκην, πὶ δὴ με Λοξόν ὄρι- μοισι βλεπόνουσα Νηλεως Φεύγεις, ἀδικεῖς δὲ Μη- δὴν εἰδέναι σφόν; Ἰαθὶ ὅτι χαλῶς ἰδὴ ἄντοι Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοισι. Ηνίας δ' ἔζων σπέρφοισι Αἰμὶ περιματὰ δρόμου. Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκειαι, Κούφά τε σκιρτῶσαι πάλαις, quod qui- dem nuper notauit Erricus Stephanus. horum autem versuum hæc propemodum sententiâ est: Pulla, seu equulea Thracia, quid me obliquis oculis aspiciēs misericorditer fugis, viderisque nihil sapere? Atqui scito, me tibi pulchrè fre- num iniecturum: & si habenas teneam, ad cur- sus metam te flexurum, ac perduciturum. Nunc autem in pratis pasceris, & ludis leuiter exsi- liens: seu ludis exsultim.

METVITQVE TANGI] id est, non vult se tangi, vt supra diximus ad Od. 2. lib. 2. φυλάττει- ται, cauet ne tangatur.

NVPTIAR. EXP.] ἀγάμος, ἀνύφευτος, ἀνυμδύαμος.

CRVDA] immatura: nondum viri potens. TV POTES TIGREIS, &c.] vt epist. de arte poet. de Orpheo, Dicitur ob hoc lenire tigreis, ra- bidisque leones.

ET RIVOS CELEREIS MORARI] Oda 12. lib. 1. Arte materna rapidos morantem Flu- minum lapsus.

CESSIT IMMANIS TIBI BLAN- DIENTI] Orpheo Eurydicen suam repetente. qua de re Virg. Georg. 4. Quin ipsa stupere domus, atque intima Letbi Tartara, carulesque innexa trini- bus anguis Eumenides, tenuisque inhians: iria Cerbe- rus ora, Atque Ixionei vento rota constitit orbis.

IMMANIS] coniunge cū voce aula, vt sit, immanis aula, id est, ingentis & vastæ: propter- eâ scilicet quòd omnium mortalium est capax: contra supra Oda 4. lib. 1. Et domus exilis Plutonia, propter aliam rationem. potest tamen vox im- manis cohære cum voce ianitor, aut Cerberus: sed minus aptè, minisque commodè.

BLANDIENTI] blandè canenti, vt Od. 19. lib. prim. Blandum & auribus fidibus canoris Ducere querens.

QVAMVIS FVR. CENT. MVN. AN- GRES, &c.] sic sup. Od. 13. lib. 2. Quid mirum ubi il- lis carminibus suspens Demittit aras bellua centiceps Aureis? &c. [cum hoc loco congruit illud ex Oda 19. eiusdem libri. Te vidit insans Cerberus aureo Cornu decorum.]

QVIN ET IXION] de Ixione notissi- q ij

ma fabula est, illum Iunonem persequuntur, eiq; stuprum inferre conantem, in nube libidinem suam expromissit, specie deceptu. Tibull. lib. 1. Illic Iunonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rota. Quod si quis plura de Ixione scire volet, legat Pindarum Pyth. 4. C. & interpretem, quem locum aliis attingemus.

TITVOSQVE] de Tityo supra. Od. 4. hu iuslib.

VULTV R I S. I N V.] iustit. id est, hilaritatem quandam animi vultu significavit, carus dulcedine delectatus scilicet: sed vultu invito, quia mæstum vultum eius esse consentaneum est, cuius membra per iugera novem porrigantur, iecurq; a vulture asiduè tōdeatur: ac depascatur.

STET. VRNA PAVLL.] id est, Danaï puellæ laborem suū tantisper intermiserunt, atque aquā haurire dolio pertuso desisterūt, dum eas grato carmine oblectas.

DANAÏ PVELLAS] Cū cognovisset Danaus ex oraculo quodam, vnum ē filiis Egypti quinquaginta, quibus totidem suæ filia nupsent, sibi necem illaturum, iussit vt suū vnaquæque virum interficeret. Qua in re patris imperio omnes præter vnam, paruerūt, & propter tam immane facinus iis pœnis, quas hīc cōmémorat Horat. & quæ sunt omnibus notissimæ, apud inferos plectūtur. Idem Oda 14. lib. 2. Cocyti erant & Danaï genus infame. Cum his Lucret. lib. 3. in extrem. elegantissimè eos homines confert, qui numquā hāc lucis vltura explentur, his verbis: Hoc (vt opinor) id est, auro florente puellas, Quod memores laticem pertusum congerere in vas. Quod tamen expleri nulla ratione potestur. ad hoc dolium alludit Plaut. in Pseud. in pertusum ingerimus dicta dolium operam ludimus.

AVDIAT LYDE SCELVS, &c.] Comemorata de Danaï filiarum supplicio fabula, hiic arripit occasionem Horat. huius puellæ, quam amat, à sœuitiâ, & cōtumaciâ deterrēdē: & ad facilitatem, ac benignitatem reuocandā. Quemadmodū enim illæ omnes, quæ se in sponfos suos præbuerūt inhumanas atq; immanes pœnas luunt apud inferos suæ impietatis sempiternas: ea verò, quæ sponsum suū seruauit, meritis & sempiternis laudibus effertur: ita si Lyde cōtumaciâ & duritiâ sua exanimabit amantē, dabit pœnas: si miserabitur, laudem immortalē comparabit.

ET INANE LYMPHÆ] & dolium aqua vacuum, quamuis asiduè impleatur, propterea scilicet quod pertusum est, & fundū non habet.

SERAFV FATA] vel pœnas fatales, sempiternas, & quas nulla mors sic terminatura: vel dic proprie fata: fera autem propter ea, quæ deinceps sequuntur, vt iam iam dicemus.

QVÆ MANENT CVLPAS ETIAM] quod referatur, & quod pertineat, hoc quæ, ad puellam an ad fata, non cuius notū est. Si ad puellas, sic videntur hæc verba explicanda, & decla-

randa: quæ puellæ Danaï manēt culpas etiā sub Orco: id est, culpas sustinent sempiternas: nondum sunt culpa liberatæ, seu numquā culpa liberantur, vt pœnas sustinerāt sempiternas. Sin ad fata, quod Porphyrio innuit, idq; indicauit mihi Passeratius, & ego magis probo, sententia erit aperta. hoc enim significat Horatius, Fata etiā sub Orco culpas manere: id est, post mortē culpas expectare, ne quis se morte, culpa simul & pœna liberatum iri confidat. Atq; hoc modo locutum esse Ciceronem ille ostēdebat, Philip. 2. Cuius quidem tibi fatum, sicuti C. Curioni, manet: quoniam domi tua est, quod fuit illorum virique fatale. & M. Antonium in epist. quadam ad Hirt. & Cæs. Si me restis, vt spero, sensibus, cunctisq; diu immortales adiuerint: viuam libenter: sin me aliud fatum manet, præcipio gaudia suppliciorum vestrorum. Huius igitur loci hæc sententia videtur esse. Quæ fata manēt culpas, &c. id est, sequuntur, & excipiunt, & expectant culpas etiā apud inferos. vide quæ annot. ad Od. 28. lib. 1.

VNA DE MVLTIS] Atqui duæ viros suos seruasse dicuntur, Hypermnestra, & Beryce, vt scribit Eustathius in commentariis ad Dionys. Alexad. Pindarus autem vna Hypermnestram nominat. eūd. Nem. Neque verò Hypermnestra (inquit) mentem à recta ratione auersam habuit, quæ à fororibus suis dissentiens, sola gladium vagina tectum, clausumque continuerit. verba Pindari sunt hæc, οὐδ' Ἐπὶ νηστῆρα πᾶρα πλάτ' ἔθιμονόλαφον ἐν καλῶν χεῖραίσι τ' ἔπος. Quod autem Pindarus idem eūd. θ. Πυθ. quadraginta octo duntaxat Danaï filias numerat, cū fuerint quinquaginta, nō est ea causa, quam affert Eustathius, quia duæ viros suos pepererunt: sed illa, quam affert interpretes Pindari, quia cū eo loco Pindarus de filiarum collocandarū ratione & via, quam secutus esset Danaus, loquitur, duæ iam quodammodo viros erant nactæ.

Amymonē enim fuerat à Neptuno corrupta: Hypermnestram autem Lynceus amabat, illaq; Lynceū: quam ei causam iustā visam esse aiunt, quamobrem viro suo parceret, cū existimaret, sibi in eo viro, patris imperiū negligere licere, quæ sibi sua ipsa sponte legisset, nō à patre quæsitum haberet. Etiam hoc traditū est, iccirco illam manus à viro suo abstinuisse, quod suæ virginitatis florem ab illo illibatū, atque intactū retinisset. Pausanias autē Corinthiacis narrat, illam à patre in iudicium esse vocatam: partim quod existimaret Lyncei salutē sibi periculosā esse: partim quod illa societate facinoris aspernata, sibi, qui suā soror, aut etor que necis fuisset, inuidiam, infamiāq; iam constatam auxisset: sed re diligenter, diūque vtrinque disceptata, fuisse absolutam.

FACE NYPTIALI] fatibus nuptialibus, quinque enim faces spōse præferēbātur, vt scribit Plut. παμύμοις: & quam ob rem quinque, præferretur, rationes aliquot probabileis affert: Et M.

Et M.

Et M. Tull. in Cluentiana, quo loco Sasia effrenatam libidinem exagitat, quæ genero suo nupsisset, numero multitudinis vitur, his verbis: *audaciam singularē, non timuisse, si minus vim Deorum, hominumque famam, at illam ipsam noctem, faceret illas nuptiales: non limen cubiculi, &c.* Et Catull. in carmine de Lulia & Manlii nuptiis. *viden vt facis splendidas quatunt comas? Tūm Iulius Pollux commemorat δαδάς, νυμφίαις, id est, facis nuptiales, quas qui præferēbant, δαδάς, appellationem. Aeneas apud Virg. Æn. 4. significans se eo animo non venisse, vt cū Didone matrimonio coniungeretur, sic loquitur. nec coniugū vniquam præferēdas, aut hac in fœdera veni.* Mater autem apud Græcos præferēbat facis in nuptiis filia, vt ex Iphigen. in Taur. Eurip. cognoscere licet Αγα. Χάρει τὰς Ἄργους, παρθένους τε τιμήλαι. Κλυτῆν. Αἰπτοῖσα. παῖδά: τίς δ' ἀναχθῆσθ' φλόγα; Αγα. Εὐδ' παρῆσθ' ὄψις, δ' νυμφίαις τῶν πατρῶν. Κλυτ. Οὐχ ὁ νόμος οὗτος, id est, Agam. proficiscere Argos, & virgines adorna. Clyt. relictae filia: quis facem tollet? Ag. ego lumen præbebo, quod sponso decet. Clyt. non est institutum Græciæ. Festus. *Facem in nuptiis in honorem Cereris præferēbant, aquāq; spargebatur noua nuptia, sicut vt casta, purāque ad virum venisset, siue vt ignem atque aquam cum viro communicaret.*

SCBLESTAS] laudabiliter, magnifice, gloriose mendax. *laudabiliter, magnifice, gloriose mendax.*

NE LONGVS TIBI SOMNVS] longum somnum, mortem intellige, vt sup. diximus ad Od. 24. libri 1. *perpetuus sopor.* Atque iccirco mors ab Homero τῶν ληθῆς dicitur, hoc est, longum cubandi & quiescendi tempus præbens, οὐδ' ὄσθ' γ' Μοῖρ' ὀλοή καὶ γέλησι τὰμ ληθῆος θανάτοιο, id est, quem Parca mortis diu cubare sinentis, aut facientis corripuerit, quod epithetū expressit Ouidius, *Longa quiescendi tempora fata dabūt.*

SCBLESTAS] sanguine contaminatas, μιαιφόνους.

FALLE] λάθῶσαι, late, effuge. sup. Od. 10. lib. 1. SINGVLOS] separatim suum quaq; lacerat.

MOLLIOR] mitior, humanior.

NEC INTRA CL. TEN.] neque te clausum tenebo, sed euadere, & periculum effugere sinam.

CLEMENS PEPERCI] id est, clementem me præbui in eo, quod tibi peperci. notauimus hoc loquendi genus ad Odam 8. huius libr. 1. *Negligens, ne quā populus, &c.*

NUMIDARVM] Numidus dicimus (inquit Festus) quos Græci Nomades: sive quod herbis, vt pecora, aluntur. Plinius lib. 5. cap. 3. *Numidia Massinissa clatra nomine, Metaginitis terra à Græcis appellata: Numida vero Nomades à permutandis pabulis, mapalia sua, hoc est domus plaustris circumferentes.*

RELEGIT] longè à patria remoueat. M. Tull. orat. post reditum. *nominiū alij compella-*

bantur, alij rei citabantur, alij relegabantur. translata dicit Saty. vt. libr. 1. *Ambitione relegata te dicere possum Pollio.*

I, PED. QVOTE RAP. ET AVRÆ] sive terra, sive mari iter facere voles, propera, quantum potes. ὅποι' πόδες ἀγγισί, καὶ ἀνεμοί. sic Eurip. Med. φεύγε, φεύγε, μήτε ναῖον Ἀπείρο ἀπὸ πηλῶ, μήτ' ὄσον πεδοσπῆν, id est, fuge, fuge, neque naualem currum omittens, neque vehiculum pedestre.

MEMOREM] cuius memoria sit diuturna, ac sempiterna. vt sup. Od. 13. lib. 1. *memore notam.*

SCVLE QVBERE] ita reperi scriptum in aliquot cod. manuscript. Vatic. & item Don. Faër. Ruffardinis, Cleric. Nicot. non scalpe, quos secutus sum. nam scalpere, fodere est: quod ad hunc locum non satis quadrat: nisi tralationem esse dicamus.

AD NEOBVLEN. Od. 12.

ARGVMENTVM.

Eam Hebræi adolescentis amore captam inertia se, & desidia dedisse.

MISERARVM est neq; amori dare ludum,

Neque dulci mala vino lauere: aut ex- (lingua.)

Animari metuentes patruæ verbera Tibi qualum Cytheræa puer ales,

Tibi telas, operosaq; Minerva Studium aufert, Neobule, Liparai minor Hebræ,

Eques ipso melior Bellerophonte: Neque pugno, neq; segni pede victus, Simul vnctos Tiberinis humeros lauit in vndis:

Catus idem per apertum fugientis Agitato grege cervos iaculari: Celer arcto latitantem fructiceto excipere aprum.

MISERARVM EST] hæc Ode est παρρητικῆ, seu παρρησιακῆ, id est, ad suadendum & exhortandum comparata.

NEQVE AM. D. LVD.] neque amori indulgere. sic loquitur Plaut. Bacchid. ego dare me ludum meo gnato in stitui. ibid. sed nimium dolo desidia ei dare ludum.

L A V R E] à verbo lauo is. sup. ann. ad Od. 3. lib. 2. sic Lucr. vsurpauit sonere à sono is. lib. 3. scire licet non sincerum sonere, atque subesse Cecum a liquem cordi stimulum. & ite seruire, fulgere, &c. Eleganti autem & concinna tralatione vsus dixit mala luere vino, quasi de fordibus quibusdā loqueretur. tale est abstergere metum, dolorem, curā, aegritudinem animi. Suprà autem Od. 7. lib. 1. nunc vino pellite curas, ab eodem dictum est alia translatione. sic vini cadum dixit amara curarum eluere efficacem Od. 12. lib. 4.

A V T E X A N I M A R I] exanimari, metu scilicet. sequitur enim, metuentem pat. verb. sic Sat. 4. lib. 1. auidos vicinum funus ut egros Exanimat, morisque metu sibi parcera cogit, &c. ex quo exanimatus partiicipiū, semper pro cōturbato vsurpatur, vt notat Donatus ad illud Terent. in Andr. ibi cum exanimatus Pamphilus, &c. & ad illud Hecyra. Quia me propter exanimatum citius eduxi foras.

M E T V E N T E I S P A T R . V E R B .] lingua patris pro lingua patris Horatianum. Sed cur metuitur lingua patris, aut cur patris ponitur pro obiurgatore acris & aspero; paucis expeditam Sciunt omnes, quāta vis sit corporis Phisicis, qua proculdubio in patre erga filium multo maior est, quā in filio erga patrem, vt docet Aristot. lib. 8. de morib. ad Nicom. patrus autē, quamuis etiam ipse amet fratris filios: patri illo, & immoderato affectu caret tamen. Itaque cum malē verum exanimat omnia Corruptus iudex (vt ait Hor.) verisimile est patrem incredibili illo in filium amore impeditū, multa errata filij pretereire, ac dissimulare, atq; ad eō probare: que si quis alius cernat, valde improbet, ac reprehēdat: tanta est oculorum paternorum in peccatis filij lippitudo, seu potius cæcitas. At patrus, vt dixi, ab hoc impotente affectu liber, ac solutus, de fratris filiorum peccatis iudicat incorrupte. Ita siquid delinquit; id acriter, & seuerē reprehendit. coërect, & castigat, neque a se impetrare potest, vt vel mediocribus illorū peccatis facile concedat. Ex eo natum est, vt patrus pro seruo, & aspero reprehēfore, seu castigarore ponatur. M. Tull. pro Cælio. Qui in reliqua vita mitis esset, fuit in hac causa pertristis quidam patrus, censor magister. Idem ad Att. lib. 2. Cura, amabo te, Ciceronem nostrum, ei nos deos videmur, id est, patri. & Catull. in Gellium. Gellium audierat, patrum obimurare solere, si quis delicias diceret, aut faceret, &c. & Horat. Saty. 3. lib. 2. siue ego prauē, seu rectē, ne sis patrus mihi. & Saty. 2. eiusd. libri, adde tratum patrum, vicinis. Mitonem illum Terentianum Æschini patrum excipio, lenissimū, & placatissimum: contra patrem Demeam durissimum, atque acerbissimum.

Q V A L V M] id est, calathum, ex quo quasi filius: quo nomine est vsus M. Tull. Philipp. 2. Petrus Victorius lib. var. lect. nono, cap. 17. admonet, hos versus tres, qui deinceps sequuntur, ex

Sapphone esse expressos, cuius hi sunt versus, Γλυκεία μήτηρ, οὐτοι Διόσκιμα κρέκων τον ἴσον Πόθος δαμείσει παυδός, Παδινά δὲ Αφροδίταν; Nam sic emendo postremū. quorū hæc sententia est, iucunda mater, non possum ordiri telam, aut texere, amore pueri capta, Veneris teneræ opera, seu culpa.

P V E R A L E S] Cupidō, quem poëta pennigerum, alisque instructum fingunt, talēque pingunt & pictores. libet autem mihi ad hunc locum, Eubuli cuiusdā versus ascribere de pennigero Cupidine venustissimos, ac facetissimos: quos profert Athen. lib. 13. Τίς ἔστι ὁ γράψας τὸν ποτὸς ἀφροδίταν ἔρα, ἢ κηροπλαστικῆς ἔρα? ἢ τὸν ποτὸς; ὅς οὐδὲν ἴδει πλὴν γέλαστος γέλαστος, ἀλλ' ἔτι ἀπαυρῶς τῆς πρόπτον τῆς τῆς θεοῦ. Ἔστι γὰρ οὐτὸς κούφος, οὐτὸς πάλαιος ἀπαλαγμένης τῆς φέρουσι πλεόντων, βαρὺς δὲ κομιδῆς. πῶς δὲ οὐδ' ἔχει πῆρες. Τοῖσδε ὁρῶμαι; λήρος, ἢ φησὶ τῆς, quorum hæc ferē sententia est. Quis hominum primus Cupidinem pennigerum pinxit, aut cera finxit? Et nihil ille preter hirundines pingere didicerat! sed erat plane huius dei morum imperitus! Nam neque lenis est, neque ad excutiendum facilis ei, qui hoc morbo affectus sit. Qui fieri iugiur potest, ut alas habeat? mæra mæra. Pinnatum Cupidinem Mercurio & Diana prima natum esse refert M. Tull. lib. 3. de nat. deorum. sic pinnigerum amorem appellat Luccretius lib. 5. Diciturque non bimittit item differre videtur, inter equos obsequis florenti arate iuuenens Pinnigeri sauit calcariibus ictus amoris: &c.

O P E R O S ἄ V E M I N E R V ἄ S T V D .] id est, studium lanificij. Nam cum omnibus artibus, atq; operibus præsit Minerva, tum maxime lanificio. Oppianus lib. 2. ἀλλ' ἐστὶν ἀδούρα δὲ περὶ γὰρ ἀσπασίας, ἀνασπασίας τε μέλαρα, φάρα τ' ἀσπασίας μιλῶν εὐάνθει καρπῷ Παλλὰς ἔπι θρονίους ἐδιδάξατο, id est, ligna autem fabricari, & a deis excitare, & vestes tenui filo; seu lana conficere, Pallas homines docuit. & Homer. ὁδοσ. η. de Phacibus, ὡς δὲ γυμνασῆες ἴσον περὶ γὰρ σφίτι δάκεν Ἀβλῶν ἔργα τ' ἔπι τῆσδε ἀεὶ καλλιῆα, ἢ φρένας ἐδίδαξε, id est, vt mulieres autem [sciunt Phaeaces] telam texere. egregiē enim eis dedit Minerva pulchrorum operū scientiam, & bonam mentem, seu prudentiam, seu bonitatem. & Virg. de Camilla lib. 7. Æneid. Bellatrix: non illa colo, calathisive Minerva Faminea Affueta manus. Idem lib. 5. ὅλι serua datur operum hand ignara Minerva. Tibullus lib. 2. Atque aliqua assidue texitrix operata Minervam Cantat, & appulsō tela sonat lātere. Ælianus lib. 1. ποικίλης ἴσας. ἄει φάλαγγων. ὕφαντικῶ, καὶ ὕφαντων καὶ δάμας ἐργασίας δάμοις οὐτε ἴσασιν αὐ φάλαγγες, οὐτε εὐδῶν βουλονται, id est, texendi autem artem, & munera deæ operosæ, seu opificis, neque sciunt ex bestiolæ, quæ phalanges nominantur, araneæ similes, neque scire volunt. Propert. lib. 2. de Penelope, Coniugium poterat falsa differre Minerva, Nocturno soluens texta diurna

diurna dolo. Expressit autem Horatius Græcum epithetum ἑργαίου. Palladē enim ἐργαίου δάμοια appellat.

L I P A R A I N I T O R H E B R I] ex bona valetudine, & maxime ex bona corporis habitudine existit nitor: quamuis interdum etiam nitere dicantur ij, qui vnguentis delibuti sunt, vt supra diximus ad Oden 4. lib. 1. nitidum caput. nitor Hebrī autem positum pro Hebrō ipso πειραστικῶς ἔστι ἵσος sup. Od. 5. huius lib. quod non videtes quidam, ordinem horum versuum temerē peruertere conati sunt sic Homer. ἰλ. λ. Ἐλθὼν γὰρ ῥ' εὐκείασι βίη ἑκακλήν, id est, profectus autem eum malē accepit, seu vexavit virtus Herculis. & ἰδοὺς lib. nescio quoto, Ἰεὺ γὰρ τειρέσαιο Χρῆστον στυπῆρον ἔχον, id est, anima i iresia, qui habebat aureum sceptrum.

B E L L E R O P H O N T E] de Bellerophonte supra diximus ad Od 7. huius lib. & 27. lib. 1. dicemus & ad Od. 11. lib. 4. nonnulla. is equo Pegaso vectus Chimæram superavit.

N E Q V E P V G N O , N E Q V E S E G N I] præstantissimus & pugil, & cursor.

N E Q V E S E G N I P . V .] segni pede esset, si à quoquam cursu vinceretur.

S I M V L] simulatque, vt saepe aliis.

C A T V S] catus iaculari, peritus iaculandi, seu acutus & ingeniosus in iaculandis, & confingendis ceruis fugientibus. annotabitur hoc loquendi genus ad Od. 8. lib. 4. iam iaculari ceruos, pro configere ceruos iaculis. Horatio familiarē, vt annotauimus sup. ad Od. 1. lib. 1. ibi iaculatus arcibus. Catus autē idem fer. valet, quod doctus, seu potius acutus, vt vult Varro lege annotat Od. 10. lib. 1. ibi. voce formasti catus, significat Horatius, hunc iuuenem esse etiam præstantem venatore.

P E R A P E R T V M F V G I E N T E I S] per aquidum & purum campum, non siluis intersectum, aut arboribus confutum. sic autem hic dictum est per apertum, vt Od. 34. lib. 1. per purum: quamquam ibi subintelligatur, celum.

C E L . A R C T O L A T . F R . E X C I P .] celer ad excipiendum. excipere hic proprie positum. Nam hoc verbum venatorum est proprium δέχεται dicunt Græc. Homer. ἰλιάδ. δ. δέδρυγιδος ἐν ἀεθροῦσι. Virgil. in Palamone, Non ego te vidi Damonis pessime, caprum Excipere insidiis? Idem lib. 6. Æneid. Amulus excipit Triton (si credere dignum est) Inter saxa virum spumosa immerferat vnda. translatum illud Ciceronis pro Roscio Amer. Nimirum similiter arbitrantur isti bonorū emtores, vos hic tales viros, sedere, qui excipiat eos, qui è suis manibus effugerint: tale illud eiusdē, Catil. 3. præsto esset ille, qui & fugientes exciperet, & se cum his urbanis ducibus coniungeret. Horatius epist. 1. lib. 1. Excipiantque senes, quos in viuaria mirant. Cæsar lib. 6. de vris, sed assuescere ad homines, & mansueti, ne parvuli quidem excepti possunt. arcto autem aut certē, ne mentiar, partim arcto, partim

arcto scriptum reperimus in cod. Iannoct. Faern. tribus Vatic. ceteris omnibus, quos secuti sumus. nam vulg. habent alio: quod tamen non damno. videtur enim exprimere illud Homericum, βαθεῖα ἔυλογον, sic Homer. ἰλιάδ. λ. de apro ὁ δὲ τ' εἰσι βαθεῖς ἐκ ἔυλόγοιο, ille autē exit ex alto fruticeto, seu loco dumoso, & arbusculis denso.

A D F O N T E M Blandusiam.

Od. 13.

A R G V M E N T V M .

Commendat eius amoenitatem.

Fons Blandusiae Splendidior vitro, Dulci* digne mero, non sine floribus:

Cras donaberis hado: Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem, & prælia* destinat, Frustrā: nam gelidos inficiet tibi Rubro sanguine riuos, Lasciui suboles gregis. Te flagrantis atrox hora Canicula Nescit tangere: tu frigus amabile Fessis vomere tauris Præbes, & pecori vago. Fies nobilium tu quoque fontium, Me dicente cauis impositam ilicem Saxi: unde loquaces Lymphae desiliunt tuae.

O F O N S B L A N D V S I Æ] Blandusia est in Sabinis quidā libri habent & hic, O fons Blandusiae, & in inscriptionē, Ad fontem Blandusiam.

S P L E N D I D I O R V I T R O] purior, liquidior, vel ὁ φανερότερος, καὶ ὁ λευκότερος, id est, perlucidior sup. Od. 18. lib. 1. fides perlucidior vitro.

D V L C I D I G N E M E R O] diximus ad Od. 1. lib. 1. veteres existimasse in omnib' aquis, fontibus, fluuiis, aliquid numinis inesse. iccirco etiam fontibus sacrificabāt, tāquam Diis, quod hic se facturum ostēdit Horatius. Jam in sacris præter cetera, adhibebatur & vinum. Quidam q. iij

tamen hunc locum aliter explicat: Putant enim significare Horatium vel aquam Blandusiam fontis dignam esse, quae cum vino misceatur, vel fontem Blandusiam dignum esse, qui vinum fundat pro aqua: ut apud Ovid. lib. 1. Metam. Flumina iam lassu, iam flumina nectaris ibant. vel aquam ex hoc fonte manantem tantidem esse quanti vinum, & quasi γυναικείον εἶναι οἴνον, pretio & dignitate vino parē esse: hoc est esse saluberrimā. Ego autem nihil istorum probō.

NON SINE FLORIBVS] vel ad morem veterum refer, quo fonteis floribus inspergebant. Virgil. Daphnide. spargite humum foliū: inducite fontibus umbras, Pastores. mandat fieri sibi talia Daphnis ibid. Quis caneret nymphas, quis humum florentibus herbis spargeret, aut viridi fonteis induceret umbras: vel ad alium, quo hostias floribus & feritis coronabant.

VENEREM, ET PRÆL. DEST. FRVSTRÀ] constituit apud se quodammodo Veneri operam dare, & præliari cum aliis hædis, ut qui sit iam adultus. Frustrā autem prælia & Venerem meditatatur, quia sanguine suo riuos tibi inficiet.

INFICIT] tinget, ut sup. Od. 6. Inficit aquor sanguine Punico.

RVBRA SANGVINE] epithetum perpetuum, ut apud Homer. λευκόιο γάλακτος, mel flauum, & similia. Idem Homerus tamen ferē semper αἷμα κελαινόν & μέλαι αἷμα, dicit, id est, nigrum sanguinem.

SVBOLIS] sic legendum, non *soles*. & ita habent libri manuscripti, idēque docent Festus, & Nonius Marcellus. lasciuī autem gregis suboles, id est, hædus. Virgil. Alex. Florentem curisum sequitur lasciuā capella. Hor. Od. 15. huius libr. Lasciuā similem ludere caprea.

TÉ FLAGR. ATRÓX HORA CANIC.] Canicula (inquit M. Tull. de diuinatione lib. 2.) in his locis, quae nos incolimus, post solstitiū exoritur, & quidem aliquot diebus apud Troglodytas (ut scribitur) ante solstitium, Sirium Græci nominant. de ea sic Arat. Τοῖος δὲ καὶ φερόντος ἀειρομένης ἑσπέρῳ φάσκειται ἀμφοτέροισι κύνων ἑσπέρῳ ποσὶ βέλκωδες, Ποικίλος, ἀλλ' οὐ πάντα πεφασμένους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Γαστροκλύμενος ἀειτελλεται ἢ δὲ οἱ ἀκρη Ἀστὲρ βέλκωδες δὲ νή γένος, ὅς ἐστι μάλιστ' Ὀξεία σειρίαι, καὶ μὴν κελαινὸν ἀσθροπτοὶ Σείριον, &c. id est (ut M. Tullius vertit) Namque pedes subter rutilo cum lumine clarescunt illi canis stellarū luce resurgens: Hunc tegit obscurus subter præcordia vesper, Nec toto spirans rabido de corpore flammam, Astiferos validis erumpit flantibus igneis. Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor. Apud Homer. ἰλ. γ. Priamus Achillem cū hoc astro comparat, idque pulcherrimē describit his verbis: Τὸν δ' ὁ γῆρων Πελαμῖος ἑσπέρῳτος ἰδὲν ὀφθαλμοῖσι Παμφαίονθ', οἷς ἄσπερ ἔπεσσύμηνον πεδίον, ὅς ἐστ' ὀπώρας εἶσι. ἀρίζηλοι δὲ οἱ ἀργαὶ φαίγονται πολλοῖσι μετ' ἀπράσι νυκτὸς

ἀμολγῶ. Ὀντε κού' ἀερίανος ὀπώρας καλέσει. Λαμπερῆτατος ἰδὲν ὄγ' ἔστι, καλὸν δὲ τι σήμα τέτυκται, Κόητε φέρεται πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι: Ὡς τὸ καλὸς ἔλαμπε, id est, eum autem primus senex Priamus vidit vndique colucentem, ut sidus, in campum irruentem, quod autumno existit: valde autem clarum eius fulgor inter alia sidera videtur nō esse obscura: Quē Orionis canem cognomento nominant. Atque hoc quidem astrum clarissimum est. mala autem hominibus portendit, & morbos cōpluribus mortalibus importat. Sic illius arma area fulgebāt. Quos Homeri versus videtur his versis adumbrasse Virgilius lib. 10. Æneid. Arcti apex capiti, cristisque ad vertice stāma funditur, & vafos umbo vomit aureus ignis: Non scius, ac liquida si quando nocte cometa sanguinei lugubra rudent, aut Sirius ardor. Ille scem, morbosque ferens mortalibus egris nascitur, & lauo contristat lumine calum. Vult igitur Homerus canem esse Orionis. alij autem nō Orionis, sed Icarī, aut Erigonæ aiunt esse, eūque inter astra locatum propter hanc causam. Icarus Atheniensis genere, filiam habuit Erigonam nomine. hæc catulum alebat. Ille cūm Bacchum aliquando hospitio accepisset, pro sua in eum liberalitate vino donatus ab eo est, & vitæ. Iusserat autem Deus, cūm illum hoc munere remuneraretur, ut beneficiū accepturo cum aliis hominibus communicaret. Itaque cūm terras obire ac peragrare, Dei erga se beneficiū prædicans inciperet, ac iam ex vrbe exisset, canēque Erigonæ vnā secum haberet: bubulcis quibusdam, qui primi ei in agro occurrerant, vinū dedit. quo illi immoderatē hausto, altissimo somnō oppressi sunt. Experētī autem cūm arbitrarentur sibi ab Icaro venēnum esse datum, eum interemerunt. Canis ad Erigonem reuertens, voce & latratu, quæ accidissent, ei indicauit. Illa, re comperta, suspensio vitam finit. Morbo autem tæterimo & pestilenti Athenis orto, Atheniensis ab oraculo admoniti Icarus & Erigonam diuinis, iisque sollempnibus atque annuercariis honoribus affecerunt & venerati sunt: atque ita illi in celo locati, & in astrarum numerum ascripti sunt: Icarusque, Bootes: Erigonæ, Virgo sunt appellati: Canis nomen suum retinuit. Neque verō me fugit, Canem Icarī a nōnullis ἀστρολόγοις existimari, eundemque Siriuū. Atque ita M. Tull. iu. Arato. Horat. ad Od. 17. lib. 1. Hic in reducta valle Canicula vitabis astus.

NESCIT TANGERE] nescit, id est, nequit, seu non potest tangere: propterea scilicet quod illex iis saxis, vnde nascitur, insita, suis frōdibus, ac ramis feruidos abs te solis excludit iētus, ut idem alibi loquitur.

FRIGVS AMABILE] ἀγαθόν. est enim aliquod frigus naturæ inimicum & mortiferū: ut Sat. 1. lib. 2. ὁ puer, ut sis vltis metuo, & maiorum ne quis amicus Frigore te feriat. Præbes igitur frigus am. pec. vago, id est, vt loquitur Oda 17. lib. 1.

lib. 1. Defendis astatem pecori vago, nempe ouibus & capellis. sic enim de Lucreti: & igneam Defendit astatem capellis vsque meis. Sic & Virgilius Melib. Mysisque fontes, & somno mollior herba, Et quæ vos raris viridis tegit arbutus umbra, solstitium pecori defendite: iam venit æstus Torrida. idem Alex. Nunc etiam pecudes umbras, & frigora captant.

PRÆBES] suppeditas, sufficis, ποτίζεις. hoc enim significat verbum præbeo. vltus est suprā Od. 6. lib. 2. Ver ubi longum, tepidūque præbet Iupiter brumas. & Od. 14. lib. 4. Te copias, te consiliū, & tuos præbet Diuos. & Sat. 1. lib. 1. Nescis, quid valeat nummus? quem præbet vsus? Od. x. 1. lib. 4. & exemplum græve præbet alos Igeus. epist. ad Numiciū lib. 1. chlamydes Lucullus, ut aiunt, si possit cūm scena præbere, rogatus, Quis possum tot? ut. Sat. 6. lib. 1. auia Ex re præberi sumtus mihi crederet illos. epist. ad Vill. lib. 1. Nec vicina subest, vinum præbere taberna Quæ possit tibi. sic Lucret. lib. 1. Dadala tellus Vnde atque arget, generatim pabula præbens. Idem lib. 5. Pabula vna feris præbebat dentibus haustus. & lib. 6. Et Multis aliis præbet regionibus aquor Utilitatem opportunam sititibus nautis. Plautus Rud. Ne thermopolium quidem vltum in structum hodie ita salam præbet potione, & frigidam. idem in Menachm. quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurū, vestem, purpuram bene præbeo. idem Curgul. Nam & operam mihi, & pecuniā bene præbisti. & Terent. Heauton. nolunt crebrō conuiuari: præbet exiguē sumtum. Idem in Phormione. ea qui præbet, non tu hunc habes plane presentem Demum Hecycia. Nihil apud me tibi deseri patiar, quin, quod opus sit, benignē præbeatur. Tibull. lib. 2. Illi scilicet certens præbere colores: Africa Punicum, purpureūque Tyros. ibidem. præbebat apertē Mitis in umbrosa grandia valle Venus. Sallust. coniur. Catiline. Nam ut cuiusque studium ex acate flagrabat, aliis sortita præbere, alius canes, atque equos mercari. ibidem. si voluptatibus vestris otium præbere vultis. Virgilius Georgic. 3. inbeo frondentia capris Arbuta sufficere, & flumias præbere recētis. M. Tull. epist. ad Quint. Frat. lib. 2. reliqua singulorum dierum scribemus ad te, si modō tabellarios tu præbebis. idem de nat. Deorum lib. 2. aër cali tenuitate & calore temperatus vitalem & saluarem spiritum præbet animantibus. Idem in orat. pro Rosc. Amerino, cibaria vobis præberi videmus. Hirtius de bello Alex. quod vtrumque palus largē præbere poterat. idem ibid. seruos præbeo puberes armauerant, quibus domini lacu plentiores victū quotidianum, stipendiumque præbeant. Potest etiam dici præbere idem valere, quod παρῶν. ex quo parochi, qui legatis & magistratibus ligna, falem, & similia præbebant. Horat. Satyr. 5. lib. 1. Proxima Campano ponti quæ villula, testū Præbuit, & parochi, quæ debent ligna, salēque. ibidem. Mura præbente domum, Caprone culinam. Saty. 4. Præter eū, qui præbet aquam. sic Plaut. Aulular. Neque ligna ego vsquam gentium præberi vidi pulchrius. Ita omneis exegit foras, &c. quibus verbis iocans Congrio coquus significat, omneis coquos ab Euclione fuste esse exactos, atque eiectos.

FIES NOBILIUM TV QVQVE] tu quoque ascribēris in numerum nobilium fontium meis carminibus, quibus ilicem, ex qua tua aqua defluit, saxo innatam, immortalitati consecrabo.

LOQVACES] cum murmure labentes: cum murmure trepidantes. sic enim loquitur epist. 10. lib. 1. Quam quæ per pronum trepidat cum murmurum.

DESILIUNT] ex loco superiore labiuntur, defluunt, decurrunt. hoc totum autem loquaces defliunt, fortasse poetæ Græci dicerent κελαιδύσι, seu κελαιδύσι, tale est illud ex Od. 16. epod. montibus altis Lemū crepante lympha defliit pede.

Od. 14.

ARGVMENTVM.

Cæsaris victoriam canit, eamque sacrificiis & festis dapibus profequi hortatur. Sic Epod. Carmin. 9. Quando repostum cæcubum ad festas dapes, Victore lætus Cæsare, &c.

HERCVLIS ritu modō dictus, o plebs,

Morte venalem petiisse laurum.

*Cæsar Hispana repetit Penateis Victor ab ora.

Vnico gaudens mulier marito

Prodeat iustis operata diuis:

Et soror clari ducis, & decora Supplice vitta

Virginum matres, iuuenūque nuper

Sospitum. vos o pueri, & puella

Iam virum experta, male nominatis

Parcite verbis.

Hic dies verē mihi festus atrox

Excimet curas: ego nec tumultum,

Nec mori per vim metuum, tenente

Cæsare terras.

I, pete vnguentum, puer, & coronas,

Et cadum Marsi memorem duelli:

Spartacum si quā potuit vagantem

* Fallere testa.

Dic & arguta properet Neara

Myrrheum nodo cohibere crinem,

*Si per inuisum mori ianitorem
Fiet, abito.
Lenit albescens animos capillus,
Litium, & rixæ cupidos proterua.
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta,
Consule Planco.*

HERCVLIS RITV] Quemadmodum Hercules grauisimis arumnis exanclatis, seu exantlatis, plurimisque susceptis laboribus, atque aditis vitæ periculis, vt hominum generi otium ac tranquillitatem compararet, in cælum vocatus est: sic Augustus gloriosissimam deuitis hostibus victoriam in Hispania cõsecutus, in Italia saluus reuertitur. De Hercule sup. ad Od. 3. huius lib.

MORTE VENA. L.] Oda 16. lib. 2. non gemis, neque purpura ve. Nale, nec auro.

LAVRVM] frondem felicem, qua coronabantur victores, & triumphaturi.

VNICO GAVDENS] vni nupta, vñoque contenta matrona, hoc est, casta, & pudica.

OPERA T] operari & facere pro sacrificandi verbo vsurpant Latini, vt sic Græci ἔργον τῆ ἕλης, quod docet Athenæus libro 14. Virgil. Georg. 1. lais operatus in herbis. Tibull. lib. 2. eleg. 5. Tunc operata Deo pubes discumbet in herba, Arboris antiquæ qua leuis umbra cadet. alioqui operari proprie, opus facere est, seu operam in aliqua re ponere. Virgil. Æneid. 3. Connubium, aruisque nouis operata iuuentus. [operari etiam dicuntur matresfamilias, quæ lanam carpunt, & in lanificio occupatæ sunt. Arthob. lib. 2. aduers. genteis, matresfamilias vestras (inquit) in atriis operantur domorum, industrias testificantes suas?]

IUSTIS DIVIS] diis patriis, & consuetudine, atque vsu receptis. plerique libri veteres habent, iustis operata sacris.

ET SOROR CLARI DVICIS] Octavia, quæ M. Antonio nupsit.

ET DEC. SVPL. VITTA VIRGIN. MATR.] & fæminæ natu grandes supplici vestitu cultæ, atque ornata. Virgil. Æneid. 7. Præferrimus manibus vittas, ac verba precantum.

SOSPITVM] qui è bello salui redierunt.

IAM VIRVM EXPERTVM] nuptæ. cõtra Od. 1. 1. sup. Nuptiarum expertus.

MALE NOMIN. PARC. VERB.] id est, εὐφημεῖτε, εὐφρομα φωνεῖτε, ἢ σπῆστε, fauete linguis, vt loquitur Od. 1. huius lib. sed ne cui sit mirum, me scripturam vulgatam, male ominatis, immutasse, & male nominatis reposuisse, primùm testificor, me in octo libris manuscriptis, Don. Faër. Tornef. Vt. quattuor Vaticanis, & item aliis hæc reperisse sine vlla litura expressam: deinde cum de ea ad Gabr. Faërnũ retulissẽm, is hortatus est me, atq; adeo mihi auctor fuit, vt eam

A sequeretur tanquam veram, & incorruptam. Nunc si quis ex me huius scripturæ rationem quæret, ego dubitanter & singulim respondebo, videri mihi Horatiũ vocem δὲσάνυμος exprinere voluisse: & quemadmodũ illi ἄνομα δὲσάνυμον dicunt, sic poetam nostrũ verba malè nominata: id est, turpia, seu potius mala verba, dixisse. Notum est autem olim imperari solitum esse, vt rebus diuinis, quæ publicè fieret, faueret linguis, id est, bona verba loqueretur, & à malis verbis, seu malis nominib; abstineret. Pratercà, vt scribit M. Tull. lib. 1. de diuin. cum imperator exercitũ, censor populũ lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerent, eligebantur, & consules in dilectu obseruabãt, vt primus miles fieret bono nomine. Credibile igitur est, fortasse Horatiũ eadem ratione dixisse verba malè nominata, qua ratione diceremus hominem malè nominatum, seu mali nominis: vel verba malè nominata pro malis nominibus posuisse.

ATRAS EXIMET CVRAS] sic Od. 1. huius lib. Post equitem sedet atra cura.

TENENTE CASARE TERRAS] κραταιώτος τῆς γῆς, terrarum imperium obtinente.

I, PETE VNGVENTVM] adhibebant elegantiores homines in conuiuũ vnguenta & coronas. sup. Od. 7. lib. 2. funde capicibus vnguenta de conchis, quis vdo Deproperare apio coronas, Curdive myrto? Anacr. Εμοὶ μέλει μύροισι Καταβρέχων ὑπὸ νύκτι, Εμοὶ μέλει ῥόδοισι Καταβρέφω χερσίν. quibus versibus significat Anacreon, sibi curæ esse vnguentis cæsariẽ madefacere, sibi curæ esse rosas caput coronare.

ET CADVM MARSIMEM.] cadum, qui iam tũm fuerit in cella cõditus, cũ bello Marisco Italia ardet. Dicitur est autem Mariscum bellum (inquit Strabo lib. 10.) ab iis, qui defectionis illius auctores ac principes fuerunt maximèque à Propeidiõ Marforum duce, quamquam initium belli à Picetibus esse natum tradit Liuius, quibus cum vnà defecerant à populo Romano Marsi, Peligni, Marrucini, Lucani, Sãnites, cuius defectionis causa ex eo nata est, quod cũ se communionẽ ciuitatis ac libertatis cum populo Rom. coniungi postulassent à senatu, populòque Rom. id non obtinuerant. Necessè verò est hoc vinum, vetus admodum fuisse, cũ bellum Mariscum constatum sit L. Iulio Cæsare, & Rutilio Lupo Coss. à quo tempore vsque ad M. Lollium, Q. Emiliũ Lepidum, quibus Coss. annũ ætatis suæ agebat Horatius quadragesimũ quartum, si rationẽ iniire voles, l. x. anni intercedunt. Cadus autem, ne quis erret, & Græca vox est, & Græca mēsurā est enim à verbo καδῆν, quod est χερεῖν, id est capere. idem autem valent, cadus, metretes, ceramium. Hesyck καδός ἐστὶ κεράμιον, id est, cadus est ceramium. Iam ex Dio Coride licet intelligere, metretem & ceramium re idem esse: ex Plinio, metretem & cadum. Querat aliquis, si hæc

si hæc tria, nomina Græca sunt, & mēsurā Græcæ nomina, quæ vox, & quæ mēsurā Latina eis pariter respondeat: nulla, quod sciam: nisi fortè amphora, aut (quod idem valet) quadrantal: quæ tamen mēsurā, vt docet Festus, octo & quadraginta sextarios capit. At metretes, vt tradit Nicandri interpretados & septuaginta sextarios continet. Quare amphora Romana, seu quadrantal, tertiam ferè parte minus cõtinet, quàm cadus, aut metretes, aut ceramium: quæ proxima mēsurā, amphoram, & vnam, seu treis vinas capiunt: amphora autem duas vinas duntaxat, aut certè paulò plus.

SPARTACVM] Bellum seruile, quod chryso & Spartaco ducibus cũ populo Romano gestum est, anno ferè decimo sexto post Mariscũ, ortũ est, L. Licinio Lucullo, & M. Aurelio Cotta Coss. De Spartaco sic Athen. lib. 7. ὁ Σπάρτακος δὲ ὁ μόνος αὐτῶν ἐν Καπύνης πόλει Ἰσθμίου Σπάρτακος καὶ τῶ μεθόρου Ἀττικῶ, πολὺ πλῆθος ἀποστῆσθαι οἰκείῳ (ὡς δὲ καὶ αὐτὸς οἰκείῳ τῆς θρησκείας ἦν) κατέδραμε πῶσαν Ἰταλίαν, ἐβόων οὐκ ὀλίγον, πολλὰ δ' ἔδωκεν καὶ ἐκείνην ἡμέραν συρρόντων ὡς αὐτὸν. καὶ εἰ μὴ ἀπέθανεν ἐν τῇ αἰχμῇ Δικάνιον Κράσσον τὸν τότε ἐπὶ τὸν πόλεμον ἰδὼν, ταῖς ἡμέδα πῶς παρήχθη, quibus ex verbis (ne verbum verbo reddamus) intelligere licet, hunc Spartacum seruum & gladiatorem, & genere Thracem fuisse, totamque Italiã diu populatam esse, maiore in dies seruorum multitudine ad eum confluente: & nisi in eo prælio, quod aduersus Crassum commisit, occubisset, magnum in discripen rem Romanã fuisse venturam. Plutarchus autem in Crasso scribit, quãuis in ea pugna, quæ aduersus Spartacum pugnata est, Crassus (cui id bellum fuerat mandatum à senatu) sese fortissimè gesserit, suũque ipse corpus periculo obtulerit: illius vi cõtoria tamen gloriam Pompeio esse questitam, atque ascriptam, propter cã quod eos, qui è prælio aufugerant, exceptos Pompeius interfecerit: ita vt ad senatũ scripserit, Crassum quidem aperto Marte vicisse fugitiuos: se autem belli reliquias sustulisse, & (vt ait Plutarchus) τῆ πόλεως πῶς ῥίξαι ἀναιρεῖσθαι, id est, belli radicem excidisse.

SPART. SI QVA, &c.] si qua testa, seu si quis cadus effugere potuit Spartaci, & fugitiuorum manus, totam Italiam suo arbitratu percurrentium ac vastantiũ. Sed videtur non posse ferri hæc explicatio, si qua testa, id est, si aliqua testa: alioqui erit trochæus, seu tribrachus pro dactylo, qua potui-qua enim recti casus, breuis est syllaba. Dicendum igitur est, vel hic legi debere, si qua, pro si qua, quod quibusdam placet: vel, si seruetur lectio recepta, si qua, qua hic præter naturam, longum fieri: aut, quod magis probò, si qua, positum esse pro, si qua parte, seu potius, si qua ratione, vt apud Virgil. lib. 1. Æneid. princip. si qua fata sinant, quamquam Carifus lib. 2,

si qua vult esse positum apud Virgil. pro si qua, hoc est, si quo modo: quemadmodum & lib. 6. in extr. si qua fata aspera rumpas Tu Marcellus eris, non dissimile est illud eiusdem, Palæm. Esi non aliqua nocuisset, mortuus esses. Non desunt qui sic explicant, Spartacum si qua, &c. id est, si vinum in aliqua testa conditum, potuit Spartacum fallere: vt vox cadus subintelligatur, & iungatur cum verbo potuit, & pro vino posita intelligatur: qua testa autem sint sexti casus, pro in aliqua testa, quod mihi nullo modo placet. Non est autem dubium, quin, quem cadum paullo antè dixerit, hic testam appellet. hoc tantum interest, quod testa materiam declarat, cadus mēsuram.

FALLERE] λαθῆναι, latere, vt sapius iam dixi.

DIC ET ARGVTE PROPERET, &c.] dic & Neare, vt properet colligere crinem nodo: id est, religare comam in nodum. tale est illud Ode 1. lib. 2. dic age cũ byra Maturat inconstum Lacene More comam religata nodum.

MYRREVM] subflauum: vel myrrhei coloris: vel myrrhino vnguento delibutum. Tibull. lib. 3. eleg. 4. stillabat Tyrio myrrhea rore coma. Propertius. lib. 1. Aut quid Oronthea crineu perfundere myrrha? inuat repetendum. ἄπο κωνῆ.

NODO COMIBERE] colligere, seu religare in nodum, suprà Ode 19. lib. 2. dixit nodo cõtere.

LENIT ALBESCENS ANIMOS, &c.] coniungenda sunt hæc, animos, litium & rixæ cupidos, vt significet τὸν θυμὸν, canities (inquit) & ætas ingrauescens me mitiorem & placidiore reddidit. Atqui facit nos amariore senectus: & senes sunt iracundiores viris, vitio ætatis: & odiola est omnis in imbecillo corpore offensio. Itaque pueri, senes, mulieres maximè sunt iracundi. Respondeo, senes quidẽ, vt & mulieres, & pueros, esse admodum iracundos: sed tamen quia sunt imbecilli, irã cõtinent: aut si non continent, frustra irascuntur: at viri & iuuenes irati, sui doloris cõtinuò pœnas expetunt, & manu, vi, ferro, iniuriam acceptam viciscuntur.

CALIDVS IYVENTA,] epist. ad Pison. florente iuuenta Fermidus, id est, iuuenis: quem Greci vno nomine αἰζῆνός dicunt, quasi αἰεὶ ζῶντα: id est, semper feruentem. Profert hunc locum Seru. ad illum Virgil. Æneid. 5. Tum verò exarsit iuueni dolor.

CONSULE TVLLO] L. Volcatio Tullio, id est, anno ab vrbe cõdita 1000 x. quo tempore annũ ætatis suæ agebat circiter xxxi. si verum est eum natum esse L. Aurelio Cotta, & M. Manlio Torquato Coss. quod quidem de se ipse testatur Od. 12. epod. Tu vna Torquato mone Consule pressa meo.

IN CHLORIM;
seu Chloridem.

Od. 15.

ARGVMENTVM.

Vt saltem vetula, nequitiae & libidini
modum constituat.

VXOR pauperis Ibici,
Tandē nequitia* sige modū tua,
*Famosisq; laboribus.

*Mature propior desine funeri
Inter ludere virgines,
Et stellis* nebulam spargere candidis.

Non, si quid Pholoën satis,
Et te, Chlori, decet, filia* rectius
Expugnat iuuenum domos,

Pulso rhyas uti concita tympano.
Illam cogit amor Nothi
Lasciuia similem ludere caprea.

Te lanae prope nobilem
Tonsa Luceriam, non cithara, decet,
Nec flos purpureus rosa.

Nec poti vetulam face tenus cadi.

VXOR PAUP. IB.] hanc Oden veteres
notant esse mempticenid est, ad reprehenden-
dum comparatam.

NEQVITIAE SIGE MODVM TVÆ] con-
stitutio modum tuæ libidini, tuæque inconti-
nentiæ, sic loquitur M. Tull. paradoxo 3. in extr.
Etiam ne in minimis rebus? Etiam si quidem rerum mo-
dum sige non possumus: animorum tenere possumus.
quidam libri veteres habent pone modum: in his
Torn. & Iann. & Danielis Aurelianusensis, & Ni-
cotian. & Ruffard.

FAMOSISQVE LABORIBVS.] Vene-
reis & meretriciis, famosus enim semper turpi-
tudinem significat, vt huius lib. Od. 3. Famosus ho-
spes.

MATVRO PROP. DES.] id est, desine
morti maturæ iam propinquæ, id est, anus decre-
pita, desine, inquam, inter virgines & puellas
iocari, & ludere.

INTER LVDERE VIRGINES] lude-
re inter virgines, vide annot. ad Od. 7. lib. 2.

ET STELLIS NEBVLAM, &c.] id est, &
te vetulam, atque aridam puellis teneris, atque

A etate florentibus admiscere.
CANDIDIS] id est, lucidis, nam vt tenebræ
nigræ: ita lux, candida est.

PHOLOËN] puellam, filiam tuam.

EXPVGNAT IUVENVM DOMOS] nō
quod iuuenum foreis manibus, aut saxis effrin-
gat, sed quod mulieris forma, & flos ætatis, ha-
starum & gladiatorum instar, viros etiam fortissi-
mos & cōstantissimos labefactet ac prosternat.
Testem huc producā locupletem Anacreon-
tem, Νικα δὲ ὑπὸ σιδυρόν, Καὶ πῦρ χαλκῆ, τις ἔσσι.
id est, mulier formosa ferrum & ignem superat.
Quod si quis contendet, hanc Pholoën reuera
amore stimulatam, & concitatam vltro ad iuue-
num foreis cucurrisse, & in eas irrupisse, nō pu-
gnabo, & fortasse hæc sententia verior est.

B **PVLSO THYAS VTI, &c.**] thyadi simi-
lis, pulsu tympani exaudito, furore concitata.
sunt autem thyades Bacchi sacerdotes, quæ aliis
nominibus Manades, Bassaræ, & Bassarides,
Bacchæ, &c. appellantur.

LVGERIAM] oppidum Apuliæ, circa quod
lanæ optimæ tondebantur. aiunt etiam in hoc
oppido templum fuisse Mineræ consecratum:
cui deæ lanificium curæ est, decet (inquit) te co-
lus, & fufus, & radij, & lanificium.

AMOR NOTHI] amor, quo Nothum de-
perit.

NEC POTTI VETVLAM, &c.] nec te de-
cet cados vsque ad facem exhaurire: sed puel-
las, nempe impudicas, vt Od. 3. lib. 1. *Nem multi*

C *Damalis meri Bassum Theicia, &c.* Nam feminis,
& matronis Romanis nefas erat omnino vinū
gustare. Scribunt Plutarchus, Valerius Max. &
Athenæus. Athenæi verba sunt hæc lib. 10. ex
Polybio. Παρὰ Ρωμαίους δὲ ὡς φησὶ Πολύβιος
ἐν τῇ ἐκτῇ ἀπέριπτα γυναιξὶ πίνει οἶνον. τὸν
δὲ χαλκῆ μὲν πᾶσαν πίνουσι, id est, apud Roma-
nos autem (vt ait Polyb. lib. 6.) interdictum est
mulieribus vini potu, vinum autē ex vuvis passis
bibunt. Idem tradidit & Valerius Maxim. lib. 2.
cap. 1. bibere autem face tenus, proverbium o-
let, sic loquuntur & Græci. Lycida quidem ille
apud Theocr. in Thalyssiis, dicit se potaturum
labris vsque ad facem impressis. *Αὐτῶν κυ-
λίμοσι ἢ ἐς πύρα χαλκῆς ἐρείδων.* cod. Rain.
Card. habet *sed poti*, non probo. [Sed non dissi-
mulabo, in vno codice Vaticano, & in Faërn.

D meminisse me scriptum videre Romæ, *vetula*: &
item hic in Gallia reperi in vno Ruffard, & vno
Nicotiano: vt scilicet cohæreat cum voce *face*:
atque ita intelligamur hoc sentire Horatium,
non decere hanc anum vini veteris amphoras
vsque ad facem exhaurire. Omnino vocem *ve-
tulam* retineo, vt multo plurium librorum ma-
nu scriptorum auctoritate confirmatam: neque
tamen, *vetula*, damno, si cui præbabitur magis,
quod fortasse verum & rectum est.

AD C.

AD C. MÆCENATEM.

Od. 16.

ARGVMENTVM.

Quanta sit ad omnia expugnanda, etiam ad
expugnandam pudicitiam, vis auri, exem-
plis docet. Sed esse id pecunie instum vt
nulla eius copia fatiet, & crescete ea crescat
simul cura & sollicitudo. Ideoque beatum
esse qui mediocritate contentus viuuit.

INCLVSAM Danaën turris abe-
nea,

Robustaq; fores, & vigilum canum
Tristes excubia munerant satis
Nocturnis ab adulteris:

Si non Acrisium, virginis abditæ
Custodem pauidū, Iupiter & Venus
Rississent: fore enim tutum iter, &
patens,

Conuerso in* pretium deo.
Aurum per medios ire satellites,

Et perrumpere* amat saxa potentius
Ictu fulmineo, concidit* auguris
Argiui domus, ob lucrum

Demersa ex scidio, diffidit orbium
Portas* vir Macedo, & subruit amulos
Reges muneribus, munera nauium
Saous* illaqueant duces.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorumque fames iure* perhorru
Late conspicuum* tollere verticem,
Macenas, equitum decus.

*Quanto quisque sibi plura negauerit,
A Diis plura feret, nil cupientium
Nudus castra* peto: & transfuga,
diuitum

Parteis linquere gestio,
Contemptæ* dominus splendidior rei,
Quam si, quicquid arat impiger Ap-
pulus,

Occultare meis dicerer horreis,

A *Magnas inter opes inops.*
Puræ riuus aqua, siluæque iugerum
Paucorū, & segetis certa fides mea;
Fulgentem imperio fertilis Africa
** Fallit sorte beator.*

Quamquam nec Calabria mella ferunt
apes:

Nec Lastrygonia Bacch⁹ in amphora
** Læquescit mihi: nec pinguis Gallicis*
Crescunt vellera pascuis:

Importuna tamen pauperies abest:
Nec, si plura velim, tu dare deneges.
** Contracto melius parua Cupidine*
Vectigalia porrigam,

Quam si Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem, multa, perentibus
Desunt multa, bene est, cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.

INCLVSAM DANAËN] Acrisius con-
sulto de liberis masculis, si quos, filia sua pareret
oraculo, responsum tulit, se ab eo, qui è filia sua
nasceretur, interfectum iri. Hoc igitur metuēs,
exstructo sub terra æreo thalamo (de quo Pau-
san. Corinthiac.) Danaën acerrima custodia se-
ptam tenebat. Verum tamen illa (vt tradunt nō-
nulli) à Præto patris corrupta est. ex quo dissi-
dium inter fratres implacabile natum est. Alij
autem scribunt (atque hæc opinio magis vulga-
ta, & probata est) Iouem in aurum conuersum,
per impluuium in sinum Danaë influxisse; &
cum ea rem habuisset: quam opinionē sequitur
& Pindarus Pyth. carmine duodec. ἵδὲ Δανάας,
τὸν δὲ πρὸ χειρὸς Φαίδου αὐτοπόρτου ἔμεινον. Da-
naë filius, quem ex auro sua sponte fluente natum
esse dicimus, ex eo concubitu Perseus natus est:
de quo Hom. ἰλ. ε. Οὐδ' ὅτε περ Δανάης χαλ-
κισφύρα Ακρисиῶνις, Ἡ τέκε Περσέα παύτων
ἀριδείκλον ἀνδρῶν. id est, Neque cum amauit
Danaën formosam Acrisij filiam: Quæ Perseū
peperit omnium virorum clarissimum. Hic Gor-
gonis caput, cuius aspectus homines in lapides
vertebat, abscidit. Pindar. Pyth. εδ. ἰ ἐπεφεν τε
ρορρόνα, &c. sed idem Pindarus, quæ de auro &
Danaë dicuntur, videtur in carmine sexto Isth-
miorum ad Alcmenam trāstulisse. Querit enim
ex Thebis, quo maximè tempore lætitia affecte
sint: vtrum cum capillatū Bacchum genuerunt,
an cum intempesta nocte optimum, & maximū
Deorum, aurea niue stillatē, in Almēnā Am-
phitryonis vxoris sinum, complexūmq; veniē-

tem, vt Hercule procrearet, acceperunt. an. &c. Verba Pindari sunt hæc, quæ quidem ad hunc locum pertinent: *ἢ χρυσὸν μεσονύκτιον νύφοντα δὲ ξανθὰ πόν φέρτατον θεῶν ὅποτε Αμφιτρύωνος ἐν θυρήτρῳις τειχῆς ἀλογον μετήληθεν*. Hæc κλειῖς γυναικὶς, tabula autem picta illa, quæ præ-
 etabat Chærea in Eunuchorum significabat, lo-
 uem sese in aurum conuertisse, sed in hominem
 conuersum, imbrem aureum in Danaæ gremiū
 demississe, ac per alienas regulas, & per implu-
 uū fucū factū mulieri venisse clāculum. Attingit
 & Sophocles in Antigone hæc Danaæ fabu-
 lam his verbis: *ἔτλα ἢ Δανάας θράνον φῶς*
Ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδόντοις ἀλάξαι. Kρυ-
πιδυσα δ' ἐν τυμῳήρει θαλάμῳ χρετέζουσα.
 id est, Etiam Danaæ corpus potuit ætheris lucē
 cū tenebris mutare, & deliuit in thalamo sub-
 terraneo inclusa, &c. significat antè Danaæ fa-
 bula, nullam esse feminam vsque adeo pudicā,
 quæ auro expugnari non possit.

T V R R. A H E N E A] Soph. *αὐλὴ ἡ χαλκο-
 δόντις* appellat. profert hūc locū Scru. Georg. 3.

R O B V S T A Æ V E F O R E S] & solidissimæ
 ac validissimæ fores munierant satis.

Ν Ο C T. A B A D V L T.] id est, satis munitā,
 ac tutam reddiderāt aduersus adulteros noctur-
 nos. sic loquuntur boni scriptores. Lucret. lib. 3.
*Quod si forte ideo magis immortalis habenda est, Quod
 lætalibus ab rebus munita tenetur, &c.* lege annot.
 ad Saty. i. lib. 2. *Tutus ab insectis latronibus?*

A D V L T E R I S] amatoribus, corruptoribus.
*adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad aliam,
 & hæc ad alterum se conferunt.* Festus.

F O R E E N I M T V T V M I T E R, &c.] Iu-
 piter, & Venus Acrisij patris anxiā illam, & ni-
 mis diligentem custodiam deriserunt. sciebant
 enim aditum ad Danaam, facilem, & expeditū
 futurum conuerso in aurum Ioue.

I N P R E T I V M] in aurum. aliter epist. 17.
 lib. 1. *Et decus & pretium restitit perit experiens vir.* &
 epist. 16. eiusd. *Nec furtum feci, nec fugi, si mihi dicat
 seruus: habes pretium: loris non veris, aio.* & Od.
 24. huius lib. *Et peccare nefas, aut pretium est mori.*
 Nam veteres pretium pro mercede, & præmio
 vsurpabant.

A V R V M P E R M E D. I R E S A T E L L.] M. Tull. pro cæmio actionum Verr. Verrem, qui
 suos iudices corrumpere cogitabat, omnem
 que salutis rationē in sola pecunia collocabat,
 ita disputantem inducit: *nihil esse tam sanctū, quod
 non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari
 pecunia possit.* Quod autem hūc auro tribuit Ho-
 ratius, idem argento Sophocles in Antigone. ne-
 que sanè quicquam refert de vitro metallo ver-
 ba fiant, cum vitroque sermone significant scri-
 ptores quantum valeat pecunia. verba Sopho-
 clis hæc sunt: *ἔδην γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἀργυ-
 ρὸς κακὸν νόμισμα ἐβλάσθη. τῆτο ἢ πόλις
 Πρωθῆ. τὸ δ' ἀνδρῶν ἐξαιρήσει δόμων. τὸ δ'
 κολοσσαίης, ἢ τῶν ἀλλήλασιν φρενας Χρησῆς*

*τῶν ἀνδρῶν ἀνθρώποισιν οἷον ἀργυ-
 ρὸς κακὸν νόμισμα ἐβλάσθη. τῆτο ἢ πόλις
 Πρωθῆ. τὸ δ' ἀνδρῶν ἐξαιρήσει δόμων. τὸ δ'
 κολοσσαίης, ἢ τῶν ἀλλήλασιν φρενας Χρησῆς*
 A *πῶς ἀνθρώποισιν οἷον ἀργυ-
 ρὸς κακὸν νόμισμα ἐβλάσθη. τῆτο ἢ πόλις
 Πρωθῆ. τὸ δ' ἀνδρῶν ἐξαιρήσει δόμων. τὸ δ'
 κολοσσαίης, ἢ τῶν ἀλλήλασιν φρενας Χρησῆς*
 A *πῶς ἀνθρώποισιν οἷον ἀργυ-
 ρὸς κακὸν νόμισμα ἐβλάσθη. τῆτο ἢ πόλις
 Πρωθῆ. τὸ δ' ἀνδρῶν ἐξαιρήσει δόμων. τὸ δ'
 κολοσσαίης, ἢ τῶν ἀλλήλασιν φρενας Χρησῆς*

E T P E R R V M P. A M A T S A X A] amat,
 id est, solct, vt sup. Od. 3. lib. 2. *Umbriam hospitalem
 consociare amanti.* sumtum est autem hoc genus
 loquendi à Græcis. exemplum ex Platone ad il-
 lum locum protulimus. Accedat nunc & ex So-
 phocl. in Antigone: *φιλεῖ γὰρ τῆτο ἢ τῶν
 φρενας*.

C O N C I D I T A V G. A R G.] Amphiarai fa-
 bula talis est. Amphiarau augur Eriphylā Ta-
 lai filiam duxit vxorē. Huic cum fortè cum A-
 drasto nescio quid controuersæ fuisset, iurauit
 vterq; se arbitrio Eriphylæ de omnibus cōtro-
 uersis transacturum. Bello autè inter Argitos,
 & Thebanos orto, cum exercitus in expeditio-
 nem iā duceretur, idq; vehemētè improbaret,
 ac dissuaderet Amphiarauis, perniciōsq; & cala-
 mitatē eis imminentem multo antè denuntia-
 ret, ac prædiceret: Eriphyle accepto ab Adra-
 sto, monili auro, iis assensu est, qui bellum gerendū
 esse censerēt, Amphiarauisq; bello interesse o-
 portere pronūtiarent. Ita coactus est ille ei be-
 lo, à quo tātopere abhorrebat: propterea, quòd
 sciebat sibi quoque pestem, & calamitatē ex eo
 esse paratam, interesse. Sed cum cognouisset, v-
 xorem suā auro corruptam fuisse: non antè ne-
 cessario illo belli administrādi munere fungi in-
 stituit, quàm & vxorē accerrimè accusasset, & fi-
 lio Alcmaoni mandauisset, atque imperauisset,
 vt priusquam in castra veniret, matrē Eriphy-
 lam necaret. Quo in facinore obeundo cum pa-
 tri paruisset Alcmaon, in furorem incidit. Am-
 phiarau autè terræ hiatu absurtus est. de quo
 M. Tull. ad Cæcinam lib. 6. *Itaque vel officio, vel
 fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabula Am-
 phiarauis, sic ego prudens, & sciens ad pestem ante ocu-
 los positam, sum profectus.* Idē M. Tullius lib. 3. ac-
 cus. de signis, Verrem, qui pocula quædam Dio-
 dōri pulcherrima nūquam à se visa, concupiue-
 rat, cum Eriphyla comparat, his verbis, *Eriphy-
 lam accepimus in fabulis, ea cupiditate fuisse, vt, cum
 vidisset monile (opinor) ex auro & gemmis: pulchritu-
 dine eius incensa, salutem viri proderet. similis istius
 cupiditas. hoc etiam acrior, atque insanius, quod illa cu-
 piebat id, quod viderat: huius libidines non solum ocu-
 lis, sed etiam auribus excitabantur.* Plato libr. nono
 de repub. pulcherrimā illam de iustitia, & iniu-
 stitia, vtra sit vtilior, disputationē concludens,
 ita loquitur. Est ne igitur ex iis que dixim, quif-
 quam, cui expediat aurū iniuste accipere, si fu-
 turū est, vt aliquid ei eiusmodi accidat, vt, cum
 aurum

aurum accipit, eadem opera optimam sui partē
 in potestate deterrimæ redigat: an ita dicimus,
 si auro accepto filium, aut filiam seuis & Cimma-
 nibus hominibus constringendā traderet, futu-
 rum ei aurum inutile, etiā si multū auri eo no-
 mine accipiat: partem verò sui diuinissimam si
 impurissimæ, & Deo inimicissimæ parti. seruire
 cogat, nihilque eius miseratur: nō fore miser-
 rimum, neque sese auro corrumpendum præbi-
 turum in perniciem, ac pestem inulto grauiorē,
 quàm Eriphylum, quæ aureum monile in perni-
 ciam, atque interitum viri sui accepit: verba Pla-
 tonis Græca, si quis nostris Latinis non conten-
 tus, fortè desiderabit, ex ipso fonte petat. Vlysses
 quoque apud Hom. ὄδυσ. λ. Alcinoο narrat, se
 vidisse Eriphylum apud inferos, quæ auro in
 caput viri acceperit. *συγαρίω τ' Εριφύλιω, Η
 χρυσὸν φίλῳ ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμῆντα. & Ancas
 apud Virgil. lib. 6. *mastramque Eriphylum, Crudelis
 nati monstrantem vulnera, &c.* Sed, vt ad Am-
 phiarau redeam, de eo hæc pauca quæ ad hūc
 locum pertinent] scribit Pausanias Atticis, *Ἀέ-
 γεται δ' Αμφιαράω φεύγοντι ἐκ θεῶν Διόσφι-
 ναί τῶ γῆν, ἢ ὡς αὐτὸν ὄμει ἢ ἄρμα ὑπέδεξατο.*
 id est, aiunt autem Amphiarao fugiētē discēssisse
 terram, eumque vix cum curru terræ hiatu ab-
 sumtum esse.*

D E M E R S A. E X S C I D I O] quidam libri
 manu scrip. habent *Demersa exitio*. quæ scriptura
 non est reiicienda. Nam siue hanc scripturam,
 siue alteram sequamur, significat Horat. ob lu-
 crum, id est, ob aurum, seu ob aureum illud mo-
 nile, quo Eriphyle corrupta est, Amphiarai do-
 mum funditus extinctam, atque euersam esse:
 hoc est totam Amphiarai familiam, nepe vxorē
 & liberos & ipsum, interiisse.

D I F F I D I T V R B I V M P O R T A S] Phi-
 lippus *Alexandri Magni pater* (vt scribit M. Tull.
 epist. lib. 1. ad Attic.) *omni castella expugnari posse
 dicebat, in qua modo a sellis onustus auro posse ascende-
 re.* Plutarchus in Paulo Emilio, scribit traditū
 esse à veteribus historicis, non Philippum, sed
 eius aurum Græciam subegisse, atque euertisse:
 constatque inter omnes, illū plurēis vrbeis au-
 ro, quàm vi, & ferro cepisse. Eundem Pausanias
 in Arcad. scribit rerum gestarum magnitudine
 superiores quidē Macedonia Reges superasse:
 bonum autem imperatorem non iccirco appel-
 landum esse: quippe qui & iusurandum Deorū
 semper cōculcarit, & fœdera ob quamlibet cau-
 sam violari, & fidem maximè omnium morta-
 liū neglexerit, ac pro nihilo putarit. verba Pau-
 san. sunt hæc: *Φίλιππον δὲ βασιλέων μὴ τῆς
 τῶν αὐτῶν, ἢ ὅσοι Μακεδδοὶ γερῶνασιν ὑπε-
 ρον, τῶτον ἰδὼν, πέποιτο αὐτῆς μέγιστα αὐτὸν ἔρ-
 γα ἐπιδείξασθαι, ἡραπύρον δ' ἀγαθὸν ὄντα, ἂν
 πῆ, εὐφρονῶν χαλεπέων αὐτὸν, ὄργα ἔχει ὄντως,
 θεῶν χαλεπότησιν αὐτῶν, ἢ ἢ πᾶσι
 ἐλευσάτο, πᾶσιν τ' ἡπίμασε μάλα τ' ἀνθρώπων.*
 Eidem consulenti, quibus potissimum rationi-

bus vrbeis expugnare, & hostium copias profli-
 gare posset, Apollinem ita respondisse ferunt:
*Ἀργυρέως λόγχῃσι μάχῃ, ἢ πᾶσι νικῆ-
 σεις, id est, Argenteis hastis confugito, & omnia
 vinctes. Quod quidem Philippi consilium, atq;
 institutum elegantissimè, vt omnia, exponit De-
 most. in orat. *τῶν ἀνδρῶν, his verbis, τίσι γὰρ
 τῆς ἀραγμάτων ἐγκρατῆς γέρονε φίλιππος ἀ-
 πατων, ἢ τίσι τὰ μέγιστα χετέργασται τῆς
 πεπραγμένων, σκέλασθε, τῶ τῶν τῆς πάλιν-
 των τῶν ἀνδρῶν πάλιν τῶ τῶν ἀνδρῶν
 κῶτας ἐν τῶν πόλεσι Διόσφιρειν, ἢ ἐπάρειν
 τῶ τῶν, id est, quibus enim rationibus rerum o-
 mnium potitus sit Philippus, & quibus modis
 maximas rerum à se gestarum effecerit, videre.
 emendis actionibus, ac rebus à vëditoribus: iis
 corrumpendis, qui in singulis vrbeis summa
 rei præerant: his locupletandis, atque ornandis.**

S V B R V I T A M V L. R E G. M V N E R.]
subruit, prostrauit, qui antea stabant. [Plutar-
 chus in Phonone vsus eadem translatione est, in
 re ead. *εὐρὼν δὲ ἀποδοτῶν ἅπαντα μετὰ, ἢ
 νοσοῦντα, ἢ διαρορυμῶνα διαροδοῦνα ἐκ κῶ-
 δωνος μέγαν χετέγη, id est, cum aut Phono
 offendisset omnia prodito ritui plnea & mor-
 bo implicata, & muneribus subruta, ac suffo-
 fa magnum in periculum venit. Itaque Vale-
 rius Maximus lib. v. tit. cap. 2. scribit Philip-
 pum maiore ex parte mercatorem Græcia antè
 fuisse, quàm victorem.] Sed, quod hic dicitur
 ab Horatio de ducibus corruptis, animad-
 uertendum est, quod tradit Pausanias Messen.
 primos omnium Lacedæmonios hosti munera
 dare cœpisse, primòsq; belli victoriam auro ve-
 nale effecisse: antequam autem Lacedæmo-
 nij in eo bello, quod cum Messeniis gesserunt,
 belli administrandi leges, & iura violassent,
 Aristocratēsque Arcas locios prodidisset: vel
 virtute, vel fortuna eos, qui pugnant, de
 victoria decernere consueuissent. M. Tull. offic.
 2. scribit C. Pontium samnitum optare solitum, vt
 ad illa tempora se fortuna seruassit, & tunc esset na-
 tus, quando Romani dona accipere cœpissent: non fuisse
 passurum diutius eos imperare. hoc appellat Ennius,
*bellum cauponari.**

M V N E R A N A V. S A E V. I L L A Q V E A N T] *illaqueant*, irretiunt, capiunt. Medea apud Eurip.
 ait dici solere, etiam Deos flecti muneribus. *μή
 μοι σὺ. πείθειν δῶρα, ἢ θεοὺς λόγους.* Sed ad hūc
 locum quadrat magis illud: *Δῶρα γὰρ ἀνθρώ-
 πων νοῦν ἡπάθει, ἢ δὲ ἢ ἔργα, id est, Munera
 decipiunt facta, & mortalia corda. sed non præ-
 teribo silentio quod Passeratius, homo & mihi
 amicus, & singulari ingenio, doctrināque præ-
 ditus, mihi in sermone dicebat, sibi hunc lo-
 cum longè aliter, quàm vulgò, videri intelli-
 gendum. vulgò enim has voces duas, *duces na-
 uium* connectunt & coniungunt, & *πεπραγμένους*,
 seu nauium præfectos accipiūt. ille autem mu-
 r ij*

nera volebat coherere cum voce nauium : & per nauium munera, merces peregrinas, quæ nauibus ad nos aduehûtur, significari existimabat. munerum nauium autem eadem ratione dictum ab Horat. putabat, qua ratione ab eodem munera terra, & munera maris, in epist. ad Numicium . quid census munera terra, Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos? Propertius, munera peregrina appellat. Tæque peregrinis vendere muneribus . ego nauium duces coniunctim accipio. veruntamen iudicet lector.

CRESCENTEM SEQ CVRA PEC.] duo molestissima mala pecuniam crescentē sequuntur, cura seruandi, & augendi cupiditas. sic M. Tull. Parad. ὅτι μόνον ἀγαθὸν τὸ πλοῦτον, cupiditatem augendi, & metum amittendi, pecuniae comites poluit. neque enim (inquit) unquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis: neque ea solū, quæ habent, libidine augendi cruciantur: sed etiam amittendi metum. quam igitur Cicero libidinem augendi dixit, Horatius maiorum famē nominat: quam ille metum amittendi, hic curam. Sed pauci hæc curam extimescunt, pauci pecuniā contemnunt. Anacreō quidem duobus à Polycrate Samio talētis acceptis, cum duas iam nocteis infomneis præ cura traduxisset: ea remittenda ad illum curauit, hanc vnam facti sui causam afferens, & τιμὰ ὅτι αὐτὰ δὲ πορνίδος, in est, non tanti ea à se fieri, quanta illa cura fuisset. hunc metum pluribus verbis describit, & exagitat Horat. Saty. 1. lib. 1. An vigilare metu exanimem, noctesque, diesque Formidare malos fures, incendia, seruos, Ne te compilent fugientes, hoc iuuat? horum semper ego optarem pauperimus esse bonorum. alterum autē malum, nempe maiorum famem, seu augendi libidinem, & cupiditatem, v̄ grauiusmū cruciatum precatur auaris Theocritus εἰδὺλλ. 17. quod inscribitur Ἰέρων. Χαίρετε ὅπως τοῖος, ἀνθρώπος δὲ οἱ εἶναι Ἄργυρος, αἰεὶ δὲ πλεόνων ἐχρὶ ἡμέρας αὐτῶν. de eadem sic Horat. Od. 2. 4. huius lib. scilicet improba Crescunt diuitia, tamen Curta nescio quid semper abest rei. & epist. ad Iul. Florum lib. 2. si tibi nulla sitim finire copia Lympha, N irrares medicis: quod, quanto plura parasti, Tanto plura cupis, nulline fatieris au-des? &c.

IVRE PERHORRVI] id est, non immeritō diuitias immensas, summos honores, & nimiam potentiam fugi, quandoquidem tam sollicito, & anxio animo sunt pecuniosi, honoribus ornati, ac potentes.

TOLL. VERTICEM] attollere caput. aliter Od. 1. lib. 1. sublimi feriam sidera vertice.

QUANTO QVISQVE SIBI PLVRA] id est, quāto quisque pauciora desiderabit, tanto facilius cupiditatem suam explebit.

FERET] auferet, accipiet, consequetur, obtinebit. vide annot. ad Od. 8. lib. 4.

ET TRANSVGA] tralatio, seu allegoria à re militari.

CONTEMPTA DOM. SPLEND. REI.]

Sed quomodo quisquā eius rei dominus esse potest, quam contemnit, id est, quam nō habet, neque possidet? dicam, qui rem aliquā contemnit, quamuis eam nō possideat, non desiderat tamē: si non desiderat, nō caret. At, qui quauis re non caret, eius verior est dominus, eaque verius potitur, quā, qui, quæ habet, iis vti non audeat. Nam, qui iis bonis, quæ possidet, miser abstinet, ac timet vti, vt alibi ait Horat. profectō si verum quærimus, talium bonorum nō est dicendus dominus, vt pote, quæ ne tangere quidem audeat. Exēplo sit Socrates: qui in pompa cum magna vis auri, argentique ferretur, Quam multa nō deservit inquit. Accedat Dioge. Cynicus, qui disputare solebat, quanto regem Persarum vita, fortunaque superaret: sibi nihil deesse, illi nihil satis vniquā fore: se eius voluptates non desiderare, quibus numquā satiari illa posset, suas v̄ cōsequi nullo modo posse. Præterea, qui pecunia vti non audeat, nequid de summa deminuat, ac, deperdat, nō ille pecuniae dominus est, sed eius, pecunia domina est. Postremō id cuiusque propriū est, quo quisque vtitur, ac fruatur, vt scribit M. Tull. ad Curiū: quāuis iuriscōsulti proprietatē, quā appellat, ab usufructu separēt, ac distinguāt, illud dominium directū, hoc vtile nominantes. sit ita sanē, dummodō hoc sit vtile, illud inutile, atque inane. sed plura hæc de re dicemus, cum ad locū illum peruenerimus, qui est in epist. ad Iulium Florū lib. 2. sed quod non desit, habetem, &c. quem video à nemine adhuc esse intellectum.

Quod autē quidam nescio quibus veteribus libris freti, legendum putant, contenta, id est, composita & mediocrius, nodum in scirpo quærunt. Neq; verō est quod mihi Acronē aut Porphyriōnē opponat. Nā primū multa falsō Acroni & Porphyriōnē ascripta sunt, quæ numquam illis venerunt in mentem. Ac Porphyriōnē quidem corruptum multis locis esse scio: Acronem autem istum, cuius nomen scholiis quibusdam Horatianis præpositum est, Pseudacronem esse arbitror, non verum illum Acronem, quē grammaticum doctissimum fuisse accepimus: deinde si Acro & Porphyrio, & ceteri grammatici veteres mihi dicerent, contenta hoc loco esse legendum, & ita interpretarentur, id est, composita & mediocrius, ego non crederem. Nam quod ad veteres libros attinet, scio plerosque habere Contenta, aut, ne mentiar, Contempta: Et præter eos, quos in Italia vidi, nactus sum & alios hic Lutetiae quinque vetustissimos: in quibus omnibus scriptum est sine vlla varietate, contempta. Quod autem ad vocis contentus vim, & virtutem pertinet, nunquam mihi persuadebit grammaticus vllus contentum significare mediocrius. didici enim esse bonorū scriptorum lectione, contentus participiū esse à verbo contineor, & à contendor. cum à verbo contineor oritur, iungitur cum sexto casu, & ita loquuntur Latini, cōtentus sua re familiari, cōtētus sua sorte, Horat. Sat. 1. lib. 1. Qui sit M acenas, vt nemo

vt nemo quam sibi sortem seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa Contentus uiuat? & Saty. 4. eiusdem libri. Finerem vti contentus eo, quod mi ipse parasset: Cum à verbo contendor: per se ponitur, & per se valet: vt contenta vox, contentus cursus, contenta oculorū acies. i. magna cōtentione profusa vox: vehemēs & acer cursus: acies oculorum acriter ad rem, quæ spectatur, defixa. Cum igitur, hoc loco contenta, neque à contineor manare possit, quia sine casu est: neque à contendor, quia voluit hic significari hac voce rem mediocrem: contentus autem à contēdor, contrarium significat, vt docuimus: reliquum est, vt illi dēfinere debeant. Contēdor, seu potius φλυαρῶν. [Cum his congruit illud Valerij Maximij ex libr. 4. cap. 2. de Fabricio Lascinio loquētis, quia locupletem illum faciebat non multa possidere, sed modica desiderare.]

IMPIGER] sic reperi scriptum in cod. Ian. noct. Vrs. tribus Vatic. Rainut. Card. Nicotiano, Cleicanō, Ruffard. [nam vulg. habent, Non piger.]

MAGNAS INTER OPES INOPS] paradoxum, & ὀξύμορον. Nam implicatam habet repugnantiam. sic M. Tull. parad. 1. Numquam me hercule neque pecunias istorum, neque cetera magnifica, neque opes, neque imperia, neque cas, quibus maximē astricti sunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis numerandus esse duxi: quippe cum viderem, homines his rebus circumfluentis, ea tamen desiderare, quibus abundarent. sic & Plaut. in Aulul. Tenaceis nimium dominos nostra atas tulit, Quos harpagonas, harpyias, & Tantalos vocare soleo, in opibus magnis pauperes, & sitibundos in medio Oceani gurgite. Nulla illis satis diuitia sunt: non Mida, non Cræsi, non omnis Persarum copia Explete illorum Tartaream ingluuiem potest. significat autem Horatius vel opulentissimos homines, inopes esse, atque egentes, [sive metu summæ minuendæ sumtum facere non audeant, sive augendi, & plus habendi cupiditate in flammam, perpetuō plura, quā habent, quærant.]

PVRÆ RIVVS AQ SILVÆ QVE IVGER. &c.] hoc dicit: hæc bonorum mediocritas fallit: hoc est, latet eum: vel ignoratur ab eo, qui Africæ imperat, beator esse forte, id est, beatiore forte, subintellige, quā ipsius ingentes opes. Est autem hoc genus loquendi planē Grecum. sic enim Græci loquerentur, λαοῦ ἀνεῖ θσσα εὐδαιμονοῦντα, τῶ κληρῶ, τῆτ' ἐστὶ τῆ μελέδ, ἢ τῆ μοίρα, subaudi τῆ μελέτων αὐτῆ κτηματων. sic Plato in Gorgia ἔλαθε ἐαυτῶν ἀδελιώτατος γανόμδους, id est, si verbum verbo reddas, latuit seipsum miserimus factus. Latine dicere, miserimus factus est, cum aliter putet tamen: vel nescit se miserimum esse factum. Iam verō vox forte non regitur à nomine beator, potestate comparationis: sed est septimi casus: (vt loquuntur grammatici) quem admodum cum dicimus aliquem esse beatum patriā, parentibus, ingenio, diuitiis, &c. hunc igitur locum sic explico, riuum aquæ puræ, siluamque breuem, &

angustam, & fundum fidelem, & respondentem votis agricolæ, vt ait Virgilius, is, qui toti Africæ imperat, nescit esse beatiore forte, id est, meliore condicione: id est, nescit plus valere ad vitam beatam comparandam, quā suas maximas opes, imperiūque latissimum. verba igitur illa forte beator, sic explico: forte beatiore, vt Saty. 8. lib. 2. deterior carne, id est, deteriore carne. beatum autem accipe, pro eo, quod beatum & contentum efficit, εὐδαιμονοῦν Græci dicunt, vt opes beata. potest & sic explicari, vt nihil tamen à priore explanatione discedamus. Is, qui toti Africæ imperat, nescit, fortem esse meliorem eius, qui aquæ puræ fonticulum habeat, siluamque exiguam, & fundum minimē mendacem, subintellige, quā suam, qui tot ciuitatibus, & prouinciis imperet. de verbo fallendi vide supra Od. 10. lib. 1. sic loquitur infra Od. 2. lib. epod. num viperinus his error Incoctus herbis me fefellit?

PVRÆ AQVÆ] Oda 4. sup. eod. lib. Qui rore puro Castalia lauit Crmeis solutos.

SEGETIS CERTA FIDES MEÆ.] γῆ πικρῆ, fundus fidelis: fundus non mendax, vt supra Od. 1. huius libri.

LÆSTRYGONIA] Læstrigoniā amphoram sublata omni cōtroversia expono, Formiā, auctore M. Tull. ad At. lib. 2. cuius hæc verba sunt, si verō in hanc τηλέπολον veneris λαεργονοῦν, Formiā dico: qui fremitus hominum? ad Homer. enim versum respicit, qui est ὀδυσ. 2. vt dicemus Od. prox. Formiæ autem (inquit Strabo, Λακωνικὸν κτίσμα ὀρίλαια λαεργονοῦντα, τῶ εὐομοῦν, id est, Formiæ (inquit Strabo) vrbs à Lacedæmoniis condita, prius hominē dicta propter portus bonitatē, & commoditatē.

LANGVESCIT MINI] languescit vinū, quod deferuescit, atque inueterascit. nam languidiora vina appellat (opinor) Oda 21. huius libri, quæ sunt vetustiora: quandoquidem vinum ætate vapores crassiores & minus salubris amittit: maturitatē autem amarā quidē illam, sed salubrem tamen, & ad ventriculū accommodatam, capitūq; vtilem colligit & comparat. potest & ita dici, languescere vinum, quod maturescit. Nam etiam Athenæus lib. 1. scribit, quædam vina tardissimē maturescere, quale est Surretinum, quod anno 25. post quā pressum est, ad vsū bibendi idoneum esse incipit.

IMPORTVNA] quæ neminē veluti in portu conuiescere sinit: vel quæ quodammodo à portu prohibet. sic epist. ad Loll. 1. lib. 1. argenti sitim, importunā appellat. & Saty. 8. lib. 1. importunas volucres. sic Virgil. lib. 2. Æneid. bellum importunum. eadem ratione M. Tull. in Cluentiana, Saffiam illam Cluentij matrē, mulierem importunam nominat. & offic. 2. tyrannum importunum: & Perivū naturam immanem, atque importunam. Est etiam importunus, qui vix vniquam, aut ne vix quidē quiescit, vt epist. ad Iul. Flor. lib. 2. Alter diues &

importunus. & Saty 5. lib. 2. Importunus amat laudari. & Od. 13. lib. 4. Importunus enim trasuolat aridas Quercus. & epist. ad Numic. lib. 1. Cuiuslibet hic fascis dabit, eripietque curule, Cui vobis, importunus ebur. Hoc igitur sentit Horat. se tantum habere bonorum fortuna, quantum satis sit & ad victum, cultumque, & ad animi aequitatem, ac vitæ tranquillitatem. Nam quemadmodum, cui defunt res ad victum necessariae, is quieto aut otioso animo esse non potest. sic cui tantum, quantum satis est, suppetit, quieto, & soluto animo esse debet. Importunum ait esse Festus, in quo nullum auxilium est, velut esse solet portus nauigantibus.

CONTRACTO M. P. CVP.] Cupido pro cupiditate semper, quod sciam, apud hunc poetam, generis est masculini, vt annot. ad Od. 16. lib. 2. refrenata (inquit) & compressa cupiditate, facilius vectigal pendam, quam si Lydiam vsque ad Mygdones continuem, habitant porro Mygdones, vt tradit Strabo lib. 12. in ea Olympi montis parte, quæ ad Septentriones spectat. Contracto autè legedum, vt habent omnes nostri libri veteres, & similiter vulgati, non contento. contracto autem Cupidine, id est, contracta cupiditate. tralatio est.

MYGDONIS] id est, Thraciis, seu Macedonicis, seu potius Phrygiis. fuit enim Mygdon Trax, qui Phrygiam, seu Myliam tenuit. Od. 12. lib. 2. Aut pinguis Phrygia Mygdonias opes. vbi tamen Seruius legit, Aut pinguis Phrygia, aut Mygdonias opes. ad illum Virgil. locum Aeneid. 1. Troianas vt opes, &c. quem non sum secutus.

HALIATICI] Cræsi patris, vt aiunt. MULTA PET. DES. M.] hoc est, qui multa appetunt, multa non habent. contra supra eadem Oda, Quæto quisque sibi plura negauerit, id est, pauciora optarit, tanto plura habebit, quemadmodum Socrates quæ nõ desiderabat, ea omnia quodammodo habere videbatur.

BENE EST] subintell. ei. PARCA, QVOD SATIS EST, MANV] dedit parca manu, & tamen dedit, quantum satis est. significat, ei, qui modica re familiari contentus sit, beatè viuere licere.

AD ÆLIVM LAMIAM.

Od. 17.

ARGVMENTVM.

Primum nobilitatem ipsius laudat: deinde admonet, vt se præparet ad diem craftinum, qui pluuius fore videbatur, hilariter exigendum.

ÆLI vetusto nobilis ab Lamo, Quando & priores hinc Lamias ferunt

Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos:
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum moenia dicitur
* Princeps, & innantem * Marica
Littoribus tenuisse * Livim,
Latè tyrannus, cras foliis nemus
Multis, & alga littus inuiti
Demissa tempestas ab Euro
Sternet, aqua nisi fallit * augur
Annoſa cornix, dum potes, aridum
Compone lignum: cras Genium mero
Curabis, & porco bimestri,
Cum famulis operum solutis.

ÆLI] Multæ erant Æliæ gētis familia, Tuberonū, Patorum, Catorum, Ligurū, Lamiarū. VETVSTO AB LAMO.] etiam Home-rus ὀδυσσεύς videtur Lamum Formiarum, quam λαιστρονίλλου nominat, cōditorem fuisse, significare, sic Homer. Εὐδομάτη δ' ἰκέμεθα. Ἀδμυρὰ ἀπὸ ἠολέστρον, Τηλέπυλον λαιστρονίλλου, ὅτι πηλεὶά ποιητὸν Ἠπείου εἰσαλάων. id est, die septimo ad urbem Lami peruenimus, Longinquā Lastrygoniam: vbi pastorē pastor vocat pecus agens. fuit autem hic Lamus Neptuni filius, quemadmodum ad eum locum annotat Eustathius.

PER MEM. GEN. OMNE FAST.] siue fastos, siue fastus legas, nihil refert, vt rectè annotat Muretus: & testatur Priscian. lib. 6. vtramq; scripturam reperiri: sed illud tamē vstitatius est. sic infra Od. 13. lib. 4. Notis cōdita fastis. memores nominat etiam Od. 14. eod. lib.

PRINCEPS.] primus, vt sup. Ode 15. lib. 1. principi limo. & Od. 30. huius lib. Princeps Æoliūm carmen ad Italos Deduxisse modos.

MARICÆ] Nympha, de qua Virgil. lib. 7. Aeneid. hunc (Latinum) Fauno, & Nympha genitum Laurente Marica. Hanc, vxorem Fauni fuisse, ex Virgil. verbis ait Seruius ad illum versum, cūm Fauni vxor Fauna fuisse tradatur. Ita Marica & Fauna idem sunt. ibidem profert ille hunc Horatij locum.

INNANTEM] influentem. tralatio ducta à rebus animatis.

LIRIM] fluuium, qui in Minturnas influit, vt docet Strab. lib. 5. his verbis, ὁ δὲ τὰς Φρεγγέλλας ὁ Λείριος ποταμὸς εἰς τὰς Μιντέρνας καταδίδει.

δδός. Horat. Od. 31. lib. 1. taciturnum annem appellat. Commemorat hunc fluuium & M. Tullius lib. 2. de legib. Fibrenus statim præcipit in Lirem, & quasi in famuliam patriam venerit, amittit nomen obscurus, Lirèmq; multo gelidiorè facit, &c. supra Od. 31. lib. 1. qua Liris quæta Morder aqua taciturnus annis.

LATÈ TYRANNVS] expressit epithetum Homeiciū, εὐρυπέλαγ. sic Virg. lib. 1. Æn. princ. Hinc populūm latè regem, belloq; superbum, &c. & lib. 7. patriū sed non & filius aruis Contentus latè iam tum ditioe premebat Sarraſtèis populus, &c.

ALGA INVTILIS] alga, herba est, quæ mare ad littus proicit. Idem Horat. Saty. 5. lib. 2. Et genū & virtus, nisi cum re, vultor alga est.

AQVÆ NISI FALLIT AVG.] Od. 27. huius lib. imbrūm diuina quis imminetum.

ARIDVM] vt facile, & citò flammam concipiat.

COMPONE] exstrue, vt frigus propulſes, facito vt focus tuus sit luculentus. Od. 9. lib. 1. Dissolue frigus ligna super foco Large reponens.

CRAS GENIVM MERO] sic epistola ad August. lib. 2. Floribus & vino Genium, memorem breuis aui. repete & τοῦ κοινού πιαβάν. curabis ergo Genium porco, vt comedas: non vt immoles.

CVRABIS] cur nõ dixit, Placabis, vt in epist. ad Pison. vinoque diurno Placari Genium festis impune diebus: aut piabis, vt epist. ad August. Silvanum lacte piabant, Floribus & vino Genium? an aliud est Genium curare, aliud placare aut piare? quod mihi non videtur.

ET PORCO BIMESTRI] Lari, & Genio porcus immolabatur, propterea quod hæc pecus ad escam tantum utilis est: ob id que nihil porca genuit natura fecundius, vt scribit M. Tull. lib. 2. de nat. deor. At Lar quidè & deus familiaris est, & familiam significat, quam rebus omnibus ad vescendū aptis abudare optamus: Genius autè deus est, qui vim obtinet rerum genendarum, id est, gignendarum. Meritò igitur, Genio porcum veteres immolabāt, eum tacitè orantes, vt rerū omnium, quæ naturā gigni possunt, gignendarū facultatem daret. Non dissimili ratione Telluri porca fæmina immolabatur. epist. ad Augu. Tellurem porco [al. porca] silvanum lacte piabant. vide quæ annotata sunt ad illum locum Sat. 3. lib. 2. immolet aquis Hic porcum Laribus. sed cur & hic, & in Saty. illa. 3. porcus Laribus immolatur: Oda autem 27. eiusdem libri, porca? sic enim ad Phidilen. si ture placarū & horna Eruge Laribus, auidæque porca, &c. vel genera confudit: vel Laribus quidem & Genio porcus immolatur, vt diis maribus: laribus autè nõ tantum porcus, verum etiā & porca immolatur, propter fecunditatē porcæ fæminæ, proinde ac si, qui Laribus porcam immolat, is à Diis familiaribus rerum omnium ad victum necessariarum copiam tacitè petat. neq; verò est quod quisquā dicat, Horatium hîc vti verbo curandi, non immolandi. Nam perspicuè in

Sat. 3. lib. 2. dicit, immolet aquis Hic porcum Laribus. OPERVM SOLVTIS] feriat, vacantibus ab opere, otiosis, operum vacuis, vt saty. 2. lib. 1. Siue operum vacuo gratus conuua per imbreis Vicinus, &c. M. Tull. lib. 2. de legib. Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & iurgiorum: in seruus, operum & laborum, &c.

AD FAVNVM.

Od. 18.

ARGVMENTVM.

Faunum precatur, vt nullum suis finibus damnum inferat, cūm per eos transibit: ac vult esse memorem eorum, quæ quotannis ipsi religiosè præstat.

FAVNE, Nympharum fugientum amator,

Per meos sineis, & aprica rura

Lenis incedas: abeasque paruis

Æquus * alumnis,

Si tener pleno cadit hædus anno:

Larga nec desunt * Veneris sodali

Vina craterè: vetus ara multo

Fumat odore:

Ludit herboſo pecus omne campo,

Cūm tibi nonæ redeunt Decembres:

Festus in pratis vacat otioso

Cum boue pagus:

Inter * audaceis lupus errat agnos:

Spargit agresteis tibi silua frondeis:

Gaudet inuisam pepulisse fossor

Ter pede terram.

FAVNE] Fauno sacrificabant Romani vere ineunte, & nonis decembris. Est autem hæc Oda. ἄγεσθαι, id est, ad precandū apposita. de Fauno autem diximus supra ad Odam 17. & Ode 1 v. lib. 1. quibus adde, quæ notat Seruius ad illum locum Virg. Aeneid. 7. atque imis Acheronta affatur auernis, Faunum esse deum terrenū, seu infernum, quia terræ nihil sit inferius: hinc noxium iaduci ab Horatio, Per meos fin. & ap. r. Lenis incedas, &c.

IENIS] ὄφιος, propitius, minimè iratus. Nā hi dij Pan, Faunus, & similes, iracūdi sunt. Quidam libri veteres habent, latum, quos non sequor.

Q V V S] *ἄνευ*, placatus, moderatus, non offensus. vide ad Oden 3. lib. 2.

A L V M N I S] vt agnis, hædis. S I T E N E R] preces concipiebantur cum conditione. vide annot. ad Saty. 6. lib. 2. ibi, *si neque maiorem feci ratione mala rem.*

F L E N O] confecto, exacto. infra cod. lib. Oda 22. *Quam per exactos ego latus annos, &c.*

C A D I T] tibi immolatur.

V E N E R I S S O D A L I] sic Od. 25. lib. 1. *Hebrum hiemis sodalem*: neq; dissimili ratione Lucr. lib. 2. ploratus, mortis & funeris comites dixit. Sic ille. *Nec nox ulla diem, neque noctem aurora secuta est, Quæ non audierit mistos vapitibus agris Ploratus, mortis comites, & funeris atri.* crateræ autem scriptum est in omnibus cod. antiquis. neque est quoddam crateri substitutum in huius vocis locū: cum vtraque peræquæ sit in vsu pro re eadem, quamuis aliter sentiat Nonius.

V E T V S A R A M V L T O F V M. O D.] & si vetus ara, &c. sic Virg Tityro. *Bissenos cui nostra dies altaria fumant.*

C Y M T I B I N. R E D. D E C E M B.] Faunalibus anniuerfariis.

F E S T V S I N P R A T I S, &c.] aiunt, in Achillis Statij libro ita legi: *Festus in prais vacat, otioso cum boue, pardus.* quam lectionem ego etiã in cod. Tornes. nonnullisq; aliis reperi: sed cum litura, & recetiore manu. Eam probare non videtur Muretus: ego autè magnopere improbo. quorsum enim pardum festum dicat, qui numquam in opere faciendo versatur: præterea cum de agro suo loquatur, quis vniquam pardos vidit in Sabinis?

V A C A T] vacat ab opere, otiosus est.

I N T E R A V D A C E I S L. E R R.] audacis, id est, lupum non pertimescentis, quod alioqui natura faciunt. vt Oda 12. epod. *O ego non felix, quem tu fugis, vt pauet acris Agna lupos.* audaces autem sunt præter naturã, cui numinis præsidio freti.

I N V I S A M] cur inuisam? propter laborem, quem in ea fodienda & colenda perfert.

P E P V L I S S E T E R R.] pellere & pulsare terram, idem valere, quod saltare, apud huc poetam, admonuimus supra ad Od. 4. lib. 1.

AD TELEPHVM, OB Murænam augurem factum, esse compotandum.

Od. 19.

ARGVMENTVM.

Reprehendit eum, quodd veterum historiarum studio deditus, ea, quæ ad hilariter & iucundè viuendum pertinent, negligat.

Q V A N T V M distet ab Inachio Codrus, p patriã nõ timidus mori, Narras, & genus Æaci,

Et pugnata sacro bella sub Ilio:

Quo* Chium pretio cadum

Mercemur: quis aquã tēperet ignibus

Quo præbente domum, &* quota

Pelignis caream frigoribus, taces.

Da lunæ properè noua,

* Da noctis mediæ: da, puer, auguris

Murena. tribus aut nouem

Miscentur cyathis pocula commodis.

Qui Musas amat impareis,

Ternos ter cyathos attonitus petet

Vates. treis prohibet supra

Rixarum metuens, tangere Gratia

Nudis iuncta sororibus.

* Insanire iuuat. cur Berecynthia

Cessant flamina tibiæ?

Cur pendet tacita fistula cum lyræ?

* Parcentis ego dexteras

Odi: sparge rosas: audiat inuidus

Dementem strepitum Lycus:

Et vicina seni non habilis Lyco.

Spissa te nitidum coma,

Puro re similem Telephe vespero,

Tempestiua petit Chloë,

Me lentus Glyceræ torret amor mea.

Q V A N T V M D I S T E T, &c.] historias, &c. quæ nihil ad hilariter, iucundèque viuendū pertinent, scribis, & res gestas narras: vnde & quãti vinum generosum paremus: quis aquã & balneum calfaciat: vbi cenemus, & quota hora frigus foco luculento arceamus, non narras.

A B I N A C H O] Phoroneus Inachi filius, rex Argiuorū, primus homines fufos ac dispersos, & suo quemque arbitrati, modòque viuenteis, vnum in locum congregasse, & ad societatem, communitatè que ciuilem redeffisse dicitur. ei successit Argus ex eius filia natus. Argi duo filij extiterunt, Pirafus, & Phorbas. Phorbantis filius Triopa, Iasi & Agenoris pater. Atque Iasi quidem filia Io; Agenoris autem filius Crotòpus post Agenorem regnauit: ex quo natus est Sthenela. Danaus porrò ab Ægypto profectus, Sthenelæ filium, illiusq; posteros regno spoliauit.

spoliauit. Inachum Æschylus vocat *Ἀργεῖον ποταμόν*: quem Argiuorum regem fuisse tradunt chronologi.

C O D R V S] Codrus rex Atheniensium vltimus, vt testatur Paterculus, Melanthi filius: qui sese in medios hosteis immisit feruili vestitu, ne posset agnosci, si esset ornatu regio insignis: quia ex oraculo responderat Apollo, quorum rex interfectus esset, eos superiores futuros. scribit M. Tull. Tuscul. 1. & alij complures.

N O N T I M I D V S M O R I] sic loquitur Od. 9. lib. 4. *Non ille pro caris amicis, Aut patria timidus perire.*

G E N V S Æ A C I] Æacidae: Peleus, Achilles, Pyrrhus, Neoptolemus, &c. Æacus enim Iouis ex Oenone Afopi filia, quæ postea Ægina fuit appellata, filius: Peleus & Telamonis & Phoci ex Endeide pater. ex Peleo & Thetide natus Achilles: ex Telamone Ajax, & Teucer, nõ ex eadem matre. Achilles filius Pyrrhus Neoptolemus, &c. Sic autè loquitur Od. 14. lib. 2. *Danaï genus infame.* & Oda 18. eiusdem, *Tantalum atque Tantaligenus.*

E T P V G N. S A C R O B E L L A S V B I L I O] pugnata bella, & pugnata pugnæ, genus loquendi non inusitatum bonis scriptoribus: cui similia quædam alia collegimus ad Od. 6. lib. 2.

S A C R O] vel exsecrando, vt Od. 7. epod. *sacer nepotibus curor.* & Saty. 3. lib. 2. *in instabilis & sacer esto.* Sup. Od. 3. huius libri, Iuno sibi & Mineruæ damnatum Ilium esse dicebat. Catull. ad C. Licinium Caluum, *Dij magni: horribilem & sacrum libellum.* Plaut. Bacchid. *ego sum sacer, scelestus.* vel sacro, quia Troiani muri à Diis conditi sunt, vt not. ad Odam 3. huius libri. vel sacrum puta dictum esse exemplo Homeri: apud quem sæpe numero reperitur hic dimidius versus, *τροίης ἱερὸν πολίεθρον.* ἰλ. δ. *τόων μοι πέρι κίερα πύσκατο Ἰλιος ἱερῆ.* Præterea docet Eustath. vrbis omneis. & quicquid custodit, ac tuetur, *ἱερὸν*, id est, sacrum veteres appellasse.

C H I V M C A D V M] Cadum vini Chij. Vinū Chiū numerat Athenus lib. 1. in laudatiuissimis, & optimis vinis. Quæadmodū autè Horat. *cadum Chium dixit*, ita & Tibull. *cadus Falernus* lib. 2. & ibid. *Chium cadum.*

Q V I S A Q U O T E M P. I G N.] i. quis balneū calfaciat. Notissimum est autè veteres, illotos ad cenam venire non consueuisse. Plautus in Stich. *Quam mox cocta est cenam imbransus ego sum.* E. *abi intro ad me, & lana.* & in Amphitryone. *lauisti.* AMPH. *quid postquam laui?* A. L. C. *accubisti.* M. Tul. quidem lib. 2. epist. ad Attic. sic loquitur, Atticum inuitans. *Tu pridie Compitalia memento, balneū calfacere iubebo: & Pomponiam Terentia rogat: matrem adiungemus.* Iam aquam ignibus temperare, calefacere est, aut certè tepescere. quam si quis malit intelligere adhibeât ad vinum hiemè tepesciendum, non pugnabo.

Q V O P R A E B. D O M. &c.] cuius domi, & quota hora cenantes Pelignū frigus luculento foco propulsemus. Præbere domum Græci *παρέχειν* dicunt, vt præbere aquam, saltem, &c. de quo genere dicemus Sat. 4. lib. 1. sic locutus est & sat. 5. eiusdem lib. *Murena præbente domum, Capitone culinam.* Peligni, populi Samnitibus vicini quorum metropolis est Corfinium. in vocè *quora* subintelligit, *hora.*

D A L V N A P R. N O V A] Quæadmodum amatores amicorum suarum nomina toties commemorabant, quoties bibebant, ita & eorum, quos honestè amabat, absentiu, & Deorum quoque memoriam solebant inter bibendum recollere ac renouare. superioris moris exè plum est apud Theocrit. *ἔδ. β. ἀπαρ πόσον ἀγὲν ἔρωτος Ἀκράτω ἐπυχεῖτο*, id est, semper amoris vinum fundebat, seu bibebat. Amoris vinū est (inquit interpretes) quod quis bibit, amicã suam, aut puerum memoria repetès. quod intelligere licet ex illo eiusdem Theocriti versu in *θαλυσ.* *Καὶ πτόμυ μαλακῶς μεμηυδῶος Ἀγάνακτος*; id est, & molliter bibam Agyanactis memor. posterioris apud Tibul. eleg. 1. lib. 2. *Sed bene Messallam sua quisque ad pocula dicat, Nomen & absentis singula verba sonent.* Athenæus lib. 10. *πῶς τὸ μισγάλλω δὲς ἔσποχας φιλας κωδῶους τῆς παροντων τέλειρας, τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος: τρεῖς αἰποδῶος ὑπερον καὶ Ἀντιγῶου τῆ βασιλέως νίκης χαλῶς καὶ τῆ νεοστικου κῶδῶου δημοσίου.* *Φέρε τὸν δέχατον φίλης ἈΦροδίτης*: id est, heus puer, magnum da mihi calicem infundens amicitia eorum, qui adsunt, cyathos quattuor, treis amoris, præterea dabis posterius etiã Antigoni regis victoria, & adolescentis Demetrii cyathū. affer & decimū caræ Venèris. In his verbis autem *Da lunæ properè noua*, *Da noctis mediæ*, subaudiendum *cyathum*, aut *poculum*. Sed quid sibi vult *lunæ noua*, aut cur *lunæ noua* cyathum possit? Alij hanc causam assertunt, propterea quòd mensis à nascente luna initium ducebat, & Kalendæ, quæ olim erãt ipso nouæ lunæ die, festus dies erat: & hoc die Diij precibus & sacrificiis colebantur. Iccirò Od. 23. huius libri sic Phidilen alloquitur. *Calo supinas si tuleris manus nascente luna rustica Phidile, &c.* alij per nouam lunam, lunam vespertinam significari volūt, quasi nūc orientem, vt apud Virgil. Georg. libro 1. *Aur cum sole nouo terras irrorat Eois.* vbi *nouo sole*, id est, oriente sole. adiuvat horum sententiã id, quod sequitur: *Da noctis mediæ.* Videtur enim poculum possere lunæ vespertinæ, seu temporis vespertini, & poculum *mediæ noctis*, seu lunæ, quæ luget mediã nocte. Nouam igitur lunam, id est, orientem & vespertinam cyatho colere instituit, quia ab hoc tempore cena initium capit: noctem mediã, quia vsq; ad mediã noctem conuiuuium & comotationem perducere in animo habet. sic Od. 28. huius lib. *Dicitur mèrita nox quæ nania.* alibi perducitur vsq; ad lucem, vt Od.

21. eiusdem ad Amphoram. *Te Liber, &c. si leta aderit Venus, segnesque nudum solvere Gratia, Vineaque producent lucerna, Dum rediens fugat astra Phæbus.* Aufon. epist. quadā ad Symm. hunc locū videtur respexisse, his verbis. *Super mensam meam facta est inuitatio non illa de Rybrij conuiuio* [sic enim hic legendū esse admonuit Ruffardus, iuriscōsultus doctiff.] *ut Græco more biberetur, sed illa de Flacci ecloga, in qua propter mediam noctem & nouam lunam, & Murena auguratum, ternos ter cyathos attonitus petit vates, hunc locum de ternario numero ilico nostra illa poetica scabies cepit exsculpere, &c.* Quidam lib. manuscr. habēt, *attonitus petat Vates.* [Sed videtur Aufonius Horatij sententiam non satis esse assecutus. Nam (quod Simeo Bosius Lemouix, homo doctiff. qui pollicetur se propediem post alios omnes Varrorem de lingua Latina emendatissimum editurum, existimat) tria hic tempora describit Horatius, tempus vespertinum, nempe per nouam lunam, vt diximus: noctem mediam, ibi, *Da noctis media:* tempus matutinum, ibi, *Da puer auguris Murena.* tempus matutinum autem per augurē Murenam significat, quia augures auguria captabant, autūmque volatus & garritus obseruabant sub ortum solis. Ita ostendit Horatius, se & sodales suos totam noctem composituros, comotationēque ad lucem producturos: quemadmodum Od. 8. eiusdem lib. *vigileis lucernas Perfer in lucem.*]

QVI MVSAS AMAT IMPAREIS, &c.] poëta (inquit) Musis deditus, Musarūmq; amore, percussus, nouies bibet, si volet insanire: sed Gratiæ vetant eū, qui à rixis & conuitiis abhorreat, plus quā tres vini cyathos haurire.

TREIS PRONIBET SVPERA] extat apud Græcos prouerbium tale, *ἢ πέντε πίνει, ἢ τρία, ἢ μὴ τετραρα.* quod putabant quidam ad hunc locum pertinere, vt prescribat, quoties sit bibendum, sed Eustath. cōmentar. in lib. ὄδυσ. ἰώτα sic hoc prouerbium explicat, vt non ad numerum cyathorū vini, quos quis ebibit: sed ad vini & aquæ temperationem referat. Ait enim tria, significare vnius vini cyathi, cū duobus aquæ, confusioem: quinque, duorū vini, cū tribus aquæ: quattuor, totidē vini, quot aquæ: quod appellatur ἰσὸν ἰσῶν: superiores illas tēperationes, esse hominum sanorū, & tamen hilarorū: hanc insanorū, esse & quartam bibendi rationem, si quis merum bibat, hancque *ἄφρονον* asserit. Athenæus autem lib. 10. videtur paullo aliter explicare, eius enim sunt hæc verba: *ἢ δ' ἐν κρείσσι αὐτῇ ὠδῷ τὸ ἔθος ἔσαι ὑπέμνησε τὰ τὰ καὶ πέντε θρυλλομενὸν παρομίαν, ἢ πέντε πίνει, ἢ τρία, ἢ μὴ τετραρα. ἢ γὰρ δύο τῶδες πέντε πίνει. Φίσι δ' εἶν, ἢ εἶνα τῶδες τρεῖς. i. hæc igitur temperatio cū præter morem fieret, admonuit fortasse vos omnium sermone celebrati prouerbij, aut quinque bibere, aut tria, aut non quattuor. Nā & duos aquæ cyathos ad quinque vini bibere dicit oportere: aut vnum, ad treis.*

Et profert eo loco Anacreontis versus aliquot corruptos: ex quib' intelligere licet, Anacreontē duos aquæ cyathos quinque cyathis vini admisceri velle. vtitur hoc prouerbio & Plautus in Stichō. *vide quot cyathos hos bibimus?* st. tot, quot digiti sunt tibi in manu. *cantio est Græca ἢ πέντε πίνει, ἢ τρία, ἢ μὴ τετραρα.* Nihil igitur hoc prouerbium ad hunc locum (opinor) pertinet. Sed id certē pertinet, quod apud eundem Athen. lib. 2. Panyasis primum potum Gratiis, Horis, & Baccho tribuit: secundum Veneri, & iterū Baccho: tertium contumeliæ & damno, seu noxæ, quā *ἄπλω* vocat. Eubulus autem apud eundem, Bacchū imita facit loquentem: *τρεῖς γὰρ μόνος κρητῆρας ἐπικρανεύα, τοῖς εὐφροῖσι τῶ μὲν ὑγείας εἶνα. Ὁν πρῶτον Σικπίνουσι τὸν δὲ δῦτερον Ερωτοῖς, ἢ δόντις τε. ἢ τρεῖτον δ' ὕπνου.* & vique ad decimum progreditur, quem insaniam esse dicit. Nam treis cyathos tantū sanis se miscere dicit: vnum bonæ valetudinis: alterū amoris & voluptatis: tertium somni: quartū petulantia & contumeliæ: quintum clamoris, &c.

RIXARVM METVENIS] sic locutus est Od. 24. lib. 3. *et metuens alterius viri Certo fœdere castitas.*

GRATIA NVDIS IVNGTA SOR.] sic infra Od. 7. lib. 4. *Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audei Ducere nuda choros.* Præter ea quæ diximus supra de Gratiis Od. 30. lib. 1. ibi, *et soluis Gratia Tonis,* licet dicere, nudas idcirco fingi Gratias, quia sine fucō esse debent, vt notat Seruius ad illum locum Virg. lib. 1. *Æn. at memor ille Matris Acidalia.*

INSANIRE IVVAT.] sic Anacreon ait se insanire velle bibentem. *Ἀφες με τῆς θιάσους Πιέν, πέντε ἀμυσι. Θέλω, θέλω μενέλιου. Εμμένετ' Ἀλκυγιόν τε, Χ' ὀλεωκόπις Ὀρέτας, τὰς μνητρεῖς κτατόντες: Εγὼ δὲ μὲνδρα κίπας, Πιδὼν δ' ἐρῶρον οἶνον, Θέλω θέλω μενέλιου, id est, Potare me θιάσους, Sinio: hauriam Lyæi Dona haustibus profundis. Furere hunc volo furorem. Furebat olim Ὀρέτες, Alcmao item furebat, Pterque matre casa. Ego nemine interento, Sed ebrius Lyæo, Furete hunc volo furorem.* Suprà Oda 7. lib. 2. *non ego sanus Bacchabor Edoniis: recepto Dulce mihi furete est amico.*

BERECYNTHIÆ] Phrygia: nam in Phrygia & Lydia tibiarum vsus primū inuētus est. Itaq; etiam adhibebatur in sacris. Cybeles matris Deorum. infra Od. 15. lib. 4. Lydas appellat. *Lydis remisso carmine tibiis.*

CYR Pendet Tacita] sic Sappho citharam suam appellās, hortatur, vt vocalis fiat. *ἀγέ μοι, δια γέλω, φωνέουσα γόνοιο,* id est, age mihi, dia tyra, vocalis fias.

PARCENTIS EGO DEXT.] ignaues & otiosas: vel parcē ministranteis.

NON HABILIS] non conueniens: quia puella.

NITIDVM] nitida & bene curata cute, vt epist. ad Albium Tibull. lib. 1. *Me pinguem et nitidum,*

nitidū, &c. vel nitidū intellige, vnguēto nitentem vt suprà Od. 4. lib. 1. *Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto.* & ita Græci *λαπαρόν* sæpe accipiunt. ego tamen malim hoc loco nitidum accipi pro eo, qui sit bene curato, & bene habito corpore, qualis est ille Delphis apud Theocr. εἰδ. β. quem *λαπαρόροισι* Simatha nominat, id est, εὐτρεφῶν, bene curatum, nitida cute. sic Virg. 6. *Æn. equos nitentis* appellat & Terent. in Eunu. *Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?*

TEMPESTIVA] matura, viri potens. *CHLOË*] quidam libri vet. habent *Rhoda.*

LENTVS] languidus: qui me languore afficit. sic sup. Od. 13. lib. 1. *Quam lentis penitus macterer ignibus.*

TORRET] sic Catull. ad Manl. de Venere: *Scitis, et in quo me torruerit genere.* & suprà Od. 9. eiusdem. *Me torret face mutua, &c.* & infr. Od. 1. lib. 4. *Si torrere securi quaris idoneum.*

AD PYRRHVM.

Od. 20.

ARGVMENTVM.

Pyrrhū monet, tam periculosum esse illi, Nearchum adolescentem à puella quæ eum deperit, conari abstrahere, quā leænæ catulos auferre. Pyrrhum raptori, puellam leænæ, Nearchum (de quo ceu præda certatur) leænæ catulo comparat.

NON vides, quanto moueas periculo Pyrrhe, Getula catulos leænæ?

Dura post paullo fugies inaudax*

Prelia raptor:

Cum per obstanteis iuuenum cateruas

Ibit, insignem repetens Nearchum:

Grande certamen, tibi præda cedat

Maior, an illi.

Interim dum tu celereis sagittas

Promis, hæc denteis acuit timendos:

**Arbiter pugnae posuisse nudo*

Sub pede palmam

Fertur, et leni recreare vento

Sparsum odoratis humerum capillis:

Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa

**Raptus ab Ida.*

NON VIDES] ἀλληγοία est. Non vides (inquit) quanto periculo amanti puellæ formosum adolescentem adimas: Profeētū tu, qui puerum ei eripuisti, cū illa Nearchū suum abs te repetet, bellūmque tibi ob eam causam inferet, nō audebis cum ea prælium inire: sed te statim in fugam coniciēs, victūmq; fatebere. amātem mulierem, cum leænā: adolescentem amatū, cum catulis comparat. Est autem hæc Oda *ἄσπερ-ηικη*, hoc est, ad dissuadendū, & deterrendum comparata.

GETVLÆ CATVLOS LEENÆ] suprà Od. 23. lib. 1. *tigris vt aspera, Getulis seu leo.* Virgil. lib. 5. *Æncid. tergem Getuli immane leonis.*

MOVEAS] loco moueas, auferas, rapias. mox enim raptorem appellat.

POST PAVLLO] quidam libri veteres habent, *post paulum.* sic Sat. 2. lib. 1. vbi libri vulgat. habent, *illam post paullo: sed pluris, si exierit vir, &c.* omnes ferè libri manuscr. habent, *post paulum.*

INAUDAX] non audax, ignaues, timidus. vox à nemine alio, quod sciam, vsurpata.

RAPTOR] Tu Pyrrhe, qui catulos suos leænæ rapias, seu rapueris.

CUM PER OBSTANTEIS IYVEN.] *κατ' ἴσταν δὲ οὐμίλου, seu κατ' ὄμιλον.*

GRANDE CERTAMEN] magnum certamen erit inter vos, vter vestrū superior sit futurus, id est, vter Nearchus sit potiturus.

INTERIM DVMTV] intercā dum tu sagittas expedis, quas in eam mittas: illa tāquam leænā, denteis acuit, quibus te discrepat, ac laceret.

HÆC DENT. ACVIT TIM.] videtur mancre in tralatione, seu potius similitudine. hanc enim femina cum leænā comparauit, cui eripiuntur sui catuli. sed tamen acuire denteis magis videtur apris conuenire, qui sunt de genere *καρχαροδόντων*, id est, eorum animalium, quibus dentes sunt exserti, quā leonibus, qui sunt de genere *καρχαροδόντων*, id est, serratos denteis habentium. A diuuat me Homerus, qui ἰλλ. perspicuē ostendit, apris denteis acuire solere, eo loco, vbi Vlyssē à Troianis circumuentū, cum apro comparat, quem canes, & venatores insequuntur. sic Homer. *Ὡς δ' ὅτε κάρπερον ἀμφὶ κύνες, γαλλοὶ τ' ὄχνοι δένονται, ὁδὲ τ' εἰσι βαθέης ἐν ἑυλόχοιο Θύγων λευκὸν ὄδοντα μετὰ γναμπῆσι γάνουσι,* &c. i. Quemadmodum cū circum aprum canes & iuuenes vegeti, & viuidi concitantur: ille autem prodit ex siluestri & dumoso loco, album dentem acuens inter flexibileis malas, &c. Sic & Cornificius lib. 4. rhetoric. ad Herenn. *Quod si istum, iudices, vestris sententiis liberaueritis, statim sicut è cauea leo emissus, aut alia aliqua terribissima bellua soluta ex catenis, volitabit et vagabitur in foro, acuens dentem in cuiusque fortunas, in omnibus amicis et inimicis, &c.*

ARBITER PVGNÆ, &c.] ille autē Nearchus tanquā pugnae arbiter, & iudex, victoriam

pedibus suppositis dicitur, vel pugnae euentu expectans, vel declarans in sua potestate esse situm, utri potius victoriam gratificetur, atque ad iudicet. *Ponere autem sub pede, seu sub pedibus dicitur, qui domuerunt, qui sunt superiores, qui habent in potestate: quale est illud Lucretij libr. 1. Quare velligio pedibus subiecta vicissim Obvertitur: nos exaequat victoria calo.* Titus Livius lib. 34. annaliu. *Argos & Lacedaemonem duas clarissimas urbes, luminata quondam Graecia, sub pedibus tuis relinquentis? Virgil. Aen. lib. 7. quorumque a stirpe nepotes Omnia sub pedibus, qua sal utrumque recurrens Aspicit Oceanum, vertique, regique videbunt.*

ODORATIS] vel rosa, vel alio suavis odoris flore, ut Od. xi. lib. 2. *Rosa Canos odorari capillos, Dum licet.* Odoratus autem participium est sine origine verbi: de quo genere supra ad Od. xi. lib. 2.

QUALIS AVT NIREVS] omniu Graecorum, Achille excepto, pulcherrimus, ut ait Hom. il. β. Νίρεός, ὃς ἡμίλλιος ἀνὴρ ἑσθλὸν ἦλθε, τῶν ἄλλων Δαίμων μετ' ἀμύμονα Πηλεΐωνα, id est, Nireus, qui vir pulcherrimus ad bellum Troianum venit aliorum Troianorum, post strenuum Achillem. Od. 15. epod. *Formaque vincas Nireas.*

AVT AQVOSA RAPTVS] Ganymedes. Virgil. lib. 1. *Encid. rapti Ganymedis homines.* aquosam autē Idam vocat Homeri exemplo, qui πιδνέουσιν nominat, quasi πιδνέουσα, id est, fontibus abundantem. Hom. il. λ. Ιδης ἐν κορυφῇσι καὶ θεῶν πιδνέουσι: id est, in verticibus seu cacuminibus Idae aquosae & fontibus circumfluentis sedebat.

AD AMPHORAM.

Od. 21.

ARGVMENTVM.

Ex qua se in Coruini gratiam vinum vetustum promturum ostendit, & occasione oblata vini laudes commemorat.

O Nata mecum Consule Manlio,
 * Seu tu querelas siue geris iocos,
 Seu rixam, & insanos amores,
 Seu facilem pia testa somnum:
 * Quocunq; lectum nomine Massicum
 Servas, moueri digna bono die:
 Descende, Coruino iubente,
 Promere languidiora vina.
 Non ille, quanquam Socraticis madet

*Sermonibus, te negliget horridus:
 Narratur & prisca Catonis
 Sape mero caluisse virtus.*

*Tu lenè tormentum ingenio admoues
 Plerunq; duro: tu sapientium
 Curas, & arcanum iocoso*

*Consilium retegis Lyao:
 Tu spem reducis mentibus anxijis,
 Vireisq; & addis cornua pauperi*

*Post te, neq; iratos trementi
 Regum apices, neq; militum arma.*

*Te, Liber, & si lata aderit Venus
 Segnesq; nodum soluere Gratia,
 * Vireisq; producent lucerna,*

Dum rediens fugat astra Phœbus.

CONSVLE MANLIO] L. Manlio Torquato, L. Aurelio Cotta coff. Hi P. Sylla, & P. Autronio, qui erant designati, ambitus a se accusatis, & conuictis, consules in eorum locū facti sunt, beneficio legis, sic Od. 13. epod. *Tu vima Torquato moue Consule pressa meo.* Sed quod ad Cottam attinet, vel ei duo nomina gentilia fuerunt, vt Aurelius, & Aurunculeius diceretur, quod absurdum dictū est: vel Cottarum alij Aurelij fuerunt, alij Aurunculeij: vel mendosē dicitur Cottae Aurelij, & omnes sunt Aurunculeij. Nam perspicue Cæsar lib. 5. de bello Gallico L. Cottam Aurunculeium appellat. Altera dubitatio mihi ex eodem nomine oritur, quā obrem Julia, quæ nubit Manlio apud Catullum, dicatur Aurunculeia. sic enim legendum in illo epithalamio Iuliae & Manlij *Flere desine: non tibi Aurunculeia periculum est, Ne qua femina pulchrior Clarū ab Oceano diem Viderit venientem.*

SEV TV QVER. SIVE GER.] nullum (opinor) vinum est, in quo ea propriè vis sit innata, vt vel querelas, vel iocos, vel amores, vel somnum afferat: verum, vt Oda superiore, ex Athenæo ostendimus, quaedam sunt necessitatis pocula, quaedam Veneris & amoris, quaedam rixæ & pugnae, quaedam somni. Præterea constat, vinum, cum varia sint hominū ingenia, ad illam varietatem commutari, & accommodari. verbi gratia, si quis iracundus natura paullo largius bibat, iracundiam suam statim in promptu habet, ac declarat: si quis libidinosus & voluptarius: libidine inflammatur: & ita de ceteris sentiendum. vide annot. ad Saty. 4. lib. 1. ibi, *Condita cum verax aperit præcordia Liber.*

SEV FACILEM, &c.] somni epithetum apud Hor. non cuiuslibet, sed quieti, leuis, placidi, &

cidii, & tranquillii. Sūt enim nunnulli turbidi, turbulenti, graues, implacidi, & cōcitati. sic Od. xi. lib. 2. *Pellente lasciuos amores Canitie, facilemque somnum.*

QVOCVMQVE LECT. NOM.] paullo antè dixit, se, & hanc testam, eiusdem esse ætatis, iisdemque cōf. natos: nunc hoc præterea, cuiuscumque cōsulis nomen testa præ se ferat, dignā esse, quæ suo loco moueatur lato aliquo die. vsus est autem verbo *mouendi* & Oda 13. epod. *Tu vima Torquato moue Consule pressa meo.* Inscribebant autem consulum nomina in testis, seu amphoris, seu cadis, ad notandam vini ætatem.

MASSICVM] vinum Campanum, quod in Massicis montibus nascitur. supra Od. 1. lib. 1. *Est qui nec veteris pocula Massici, &c.*

DESCENDERE] ex verbo descendendi intelligere licet, solitos esse veteres vasa vinaria in apothecis editioribus locare, quod declarat & locus Od. 28. huius lib. *Parca deripere horreo Cessantem Bibuli consulis amphoram.* & Od. 12. lib. 4. *Nardi paruos onyx elicit cadami: Qui nunc Sulpicis accubant horreis:* fortasse vt fumum biberent, seu fumosa fierent.

PROMERE] vel descende promere, id est, vt ex te promas, vel iubente promere, id est, iubente Coruino, vt promam.

LANGVIDIORA VINA] languidiora vina puto ea esse, quæ ætate maturerunt, acerbitatēque insunt, tempore amiferunt, vt dixi supra Od. 16.

NON ILLE, QVAMQ. S. M. SERM. TE NEG L. HORR.] quamquam peccus est ei præceptis philosophicis referunt: non ita se præbebit horridum tamen, vt te negligat. similia loquendi genera annotauimus sup. ad Od. 8. huius libri, madet autem trālatè, imbutum est, referunt est. sic Lucre. lib. 4. *scilicet arte madent simulacra, &c.* vbi lib. vulg. habent, *valent*, mendosè. Propriè & magis vitatè madere vino dicitur vinolenti. Plautus Trinummus: *si alia mēbra vino maceant, cor sit saltem sobrium.*

NARRATVR ET PRISCI CAT.] virtus Catonis *σεμειωτικῶς* positum pro Catone, vt annotauimus ad Od. 5. huius lib. fuit autē hæc opinio de Catone maiore, illum vino se nonnumquam largius inuitare solitum esse, sed falsa. Plutarchus quidem in eius vita nihil tale de eo tradit. tantum scribit eum delectari solitū cenis lautioribus, & copiosioribus, maximè cū rusticis vicinis, nō solūm æqualibus, verum etiā adolecētibus. sic Plut. lib. 2. *δὲ καὶ τὸ δειπνῶν ἐν ἀργῶν δαμνιλέτερον, ἐπιλείπει γὰρ εὐχάρτε τῶν ἀργονεωτόνων, καὶ ἀποφρονῶν τῶν συνήθεις, καὶ συνδιηγενίλαρῶς ἑταίρις καὶ ἡλιθίων μόνις ἡδὺς ὧν συγχαίεται, καὶ ποθεύς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις.* Et M. Tull. in libello de senectute sic eum loquētem facit: *Ego propter sermonis delectationem temperatis conuiuiis delector, nec cum aequalibus solūm, qui pauci admodum restant: sed cum vestra etiam etiam*

te, atque vobiscum: habeoque seruituti magnam gratiam, qua mihi sermonis audacitatem auocet: potioni & cibi sustulit. De iuniorē autem idem Plutarchus in eius vita scribit. *περίοντι δὲ τῷ χρόνῳ μάλα λιγυρῶς ἐσθίοντο τὸ πνεῦμα: ὡς περὶ πολλῶν ἐν οἴκῳ ἀφ' ἑαυτοῦ εἰς ὄρθρον, &c.* διδὲ καὶ Μειμνῆς πρὸς ἐν συλλόγῳ φησάντος, ὅτι καὶ Κικέρων, οὐδέ τις οὐ λέγει, εἶπεν, ὅτι καὶ τὰς ἡμέρας ὅλας μεθύσει. id est, progressa autem iam ætate maximè recipiebat compotationes, vt saepe vsque ad horā matutinam in vino permaneret, &c. Itaque cū Memmius quidam in cōuētū dixisset Catonē totas noctes ebrium esse: suscepto sermone Cicero, at illud non addidit (inquit etiam totos dies cum alea ludere.

TV LENE TORMENTVM] Plato lib. de legib. in extremo ait, nullum esse tormētum minus sumtuosum, minūq; periculofum, quā vinum, ad explorandos & exquirēdos hominū affectus & mores. Verba Platonis sunt hæc: *καὶ μάλιστα δὲ λέγων ὅτι αἰ πῆς ποτε εὐστῆσαι, ὅσῳ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ μετὰ παιδείας πλεονέκως αὐτῶν μιᾶς ἐπιμαρτυρίας, ἡδὺς ἡγεῖται, καὶ τὸ πῶς αὐτῶν τὸ ἀεὶ γὰρ τῶν κατὰ ἀκρίτας, καὶ ἄλλῃς ἀνθρώπων ἐδύνας οἰόμεθα ἀμφοσθητήσαι μὴ ἔπειραν τε ἀλλήλων ἐπιτελεῖται τῶν ἐν αὐτοῖς, τὸ εὐελέας καὶ ἀσφαλείας, καὶ τῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τῶν ἀλλῶν βασιλείας, 1. Et, *ut quis res innumerabiles proferat, nihil proficiat, neque dicendo consequi possit, quanto præstet cum ludo & ioco, aliudque agendo, sine iactura ingenium & mores animi spectare atque explorare. Atque hoc sanè neque Cretis, neque alios villos homines in controversiam vocaturos existimamus, hanc probationem de ingenio mutuo esse modestam, & laudabilem, & hoc genus probationis cum minimo sumtu fiat, tum omni periculo vacare, & præterea si cum aliis probationibus comparatur, maxima celeritate consistere. huc pertinet locus ille in epist. ad Pison. Reges dicuntur multos urgere culullis, Et torquere mero, quem perpexisse laborant, An sit amicitia dignus, & epist. ad Lollium 1. lib. 1. *Commisissumque reges & vno tortus, & ira.* significat autem Horatius, ingenia seueriora, & asperiora, vino interdum leniri ac temperari: vel vino tanquam tormento quodam, explorari, & spectari qualia sint. Lene autem dixit, quia alia tormenta, aspera, grauias, molesta, & acerba sunt.**

TV SAPIENTIVM CVRAS, &c.] tu, sapientium grauis cogitationes & consiliū reconditum, vino aperis, & in lucem profers. **TV SPEM RED. MENTIV.]** sic sup. Od. 17. lib. 1. *Quis post vina grauem militiam, aut pauperem creparet?* & epist. ad Torq. lib. 1. *Quid non ebrietas designat? aperta recludit: spes inber esse ratus, &c.* extant in hanc sententiā apud Athen. lib. 2. aliquot Diphili versus, quos me non pigebit ascribere. Nam hunc locum non solum illustrabūt, verum etiam explicabunt. sic igitur Diph. *Ω πῶσι τοῖς φρονέσι τῶν φιλοσόφων Διόνυσος*

καὶ σφάτατ', ὡς ἡδὺς πρὸς αἶ. Ὅταν ταπεινὸν
 μεγα φρονεῖν ποιῆς μῶνος, τὸν τὰς ὀφρῖς ἀφρον-
 τα συμπέθης γαλῶν τὸν τ' ἀδελφὴν τολμῶν π,
 τ' δειλὸν ἔρωσιν, id est, ὁ prudentibus omnibus
 carissime Dionyse, & sapientissime: quàm iucū-
 dus es, cum tu solus humilem & abiectum ma-
 gnos sibi spiritus fumere facis: tristem, & cōtra-
 hentem aut tollentem supercilia, ad ridendum
 impellis: infirmū, atque imbecillum audere ali-
 quid cogis: timidum atque ignavum, audacū ef-
 ficis. eodē pertinet illa Plat. li. i. de leg. de vino.
 πίνοντα τ' ἀνθρώπων, αὐτὸν αὐτῷ ποιεῖ σφάτον ἰ-
 λεον εὐχὴς μάλλον, ἢ πρῶτον, καὶ ὁπόσῳ αὐ-
 πλέον αὐτῷ γίνηται, ποσῶτα πλεόνων ἐλπίδων
 ἀγαθῶν πληρέτα, καὶ διωμέως εἰς δόξαν, καὶ
 τελευτῆς δὴ πάσης ὁ ποῖτος περιήσιας, ὡς σο-
 φός ὢν, μετ' ἑαται, καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀ-
 φροσύνης, ὥστε εἰπεῖν τε ἀόκως ὁποῦν, ὡσαύτως δὲ
 καὶ σφάταται, id est, hominē, qui biberit, primūm
 efficit placidiorem, quā erat antea, & quo plus
 de eo gustarit, tanto illi plurcis bonas spes præ-
 bet: tanto plus virium ad gloriam & existima-
 tionem suppediat. ad extremum igitur omni o-
 rationis licentia. ac libertate, quasi sapiens sit, o-
 mni que confidentia, atque audacia completur,
 ita ut quidvis strenuē atque impigre & dicat pa-
 riter, & agat. Aristophan. ἰππεῖς. Ὀφρῖς, ὅταν
 πίνωσιν ἀνθρώποι, τότε Πλάτων, εὐσφάταται,
 πικρῶσι δὴ καὶ, Eudamoniaσιν, ἀφροσύνη τὸς φίλους.
 id est, Vidēsne, cum bibunt homines, tunc di-
 uites sunt, rem suam bene gerunt, superiores ē
 iudiciis discedunt, beati & fortunati sūt, amicis
 suis sunt vtilēs.

ET ADDIS CORN. PAVP.] id est, pau-
 perem efficis audacem, & pugnacem, & certādi
 cupidum. Cornua Baccho affingi notū est: qua
 de re supra diximus ad Odam 19. lib. 2. ibi, anteo
 Cornu decorum.

TREMENTI] cum tremore timenti, vt in-
 fra Od. 27. eiusd. lib. palluit, positū pro cum pal-
 lore extimuit. & scateniem Belluis potum, mediisq;
 fraudeis palluit audax. & pauca pro cum pauore
 timeat. Oda 5. lib. 4. Quis Partium pauca?

REGUM APICES.] id est, Regum maie-
 statem, potētiam, fastigium. Sup. Od. 35. lib. 1. hinc
 apicem rapax Fortuna cū stridore acuto sustulit, &c.
 τράπος autem regum apices dixit pro, regum iratorum
 apices, per hypallagen. Apex (inquit Festus) qui
 est sacerdotum insigne, dictus est ab eo, quod comprehen-
 dere vincula antiqui, aperire dicebant, &c. Ab hoc
 apice dictum id, quod eminent.

SEGENSQUE NOD. SOL. GRAT.] id
 est, quæ non facile concordiam dissoluunt: quæ
 vltq; aded arctis, & firmis vinculis inter se con-
 iunctæ sunt, vt agrē distideant, aut distrahantur.
 segnes solvere autem genus est loquendi Græcum,
 vt annot. ad Od. 8. lib. 4. Seruius ad locū illum
 Virgil. līd. 1. Æneid. at memor ille Matris Scidalia,
 notat, Gratas iccirco cōnexas, & colligatas fin-
 gi, ac pingi, quia insolubileis esse decet. quod

spectavit Horat. (inquit) cum dixit, segnesque nos
 dum solvere Gratia.

VIVENSQUE PROD. LVC.] id est, totā
 noctem bibetur, & Veneri indulgetur. totā
 nox in vino, & hilaritate consumetur. sic supra
 Od. 8. huius libri, & vigilis lucernas Perfer in lu-
 cem. ad quem locum annotauimus, Romanos il-
 los veteres, atque etiam Græcos, cenas suas totā
 noctē producere solitos esse. crebra certe lucer-
 narum, & lychnorū apud scriptores, cum de ce-
 nis loquuntur, mētio satis declarat, eos noctū ce-
 nare confueuisse. supra idem Horatius significās
 multum interesse inter arma, & conuiuia, sic lo-
 quitur, Vino & lucernis Medus acinaces Immane
 quantum distrepat. M. Tull. pro Cælio, Quam vo-
 lent in conuiuio faceti & dicaces, nonnumquam etiā
 ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinij: alia
 subselliorum ratio, alia lectorum. non idem iudicium,
 commissatorumque conspectus. lux denique alia solis, &
 lychnorum.

VIVENSQUE VACCENSA, ardentes, non exstin-
 ctæ. ignem enim viuere & mori dicimus, vt ani-
 mantem quendam. notauimus ad Lucretiū: ibi,
 & viuant labentes ætheris ignes. lib. 1.

I N D I A N A M.

Od. 22.

A R G V M E N T V M.

Dianæ consecrat pinum villæ suæ propinquam,
 & quotannis verris immolati sanguine ar-
 borem hanc asperfurum se vouet.

Montiū custos, nemorūmq; virgo,
 Quæ laboranteis vtero puellas
 Ter vocata audis, adimisque letho.

Diua triformis:

*Imminens villa tua pinus esto:
 Quam per exactos ego letus annos,
 Verris obliquum meditantis ictum,
 Sanguine donem.

MONTIUM CVST. NEM.] ὄρεων ἑπι-
 σκοπε. Od. 21. lib. 1. Pos latam flumini & nemorum
 coma, &c. Virgil. lib. 1. Æn. Quasi in Eurota ripis,
 aut per iuga Cynthi Exeret Diana choros: quam mil-
 le secuta Hinc atque hinc glomerantur Oræades.

QVÆ LABORANTEIS VTERO
 PVELL.] Eandem esse Dianam, Ilithyiam, Lu-
 cinam, Genitalē, ex hoc loco, & ex carmine sæ-
 culari pro imperio populi Romani, intelligere
 licet: quo in cramine tribus his postremis nomi-
 nibus eam appellat. Rite maturos aperire partus Le-
 nis Ilithyia

nis Ilithyia, tuere matres, Sive tu Lucina probas vo-
 cari, seu Genitalis. de qua sic M. Tull. 2. de natur.
 deor. Dianam autem eandē esse putant, à lucido utram-
 que nominatā. Itaque & apud Græcos Dianam, eamque
 Luciferam: sic apud nos lunanem Lucinam in pariendo
 inuocant: quæ eadem Diana annuaga dicitur, non à
 venando: sed quod in septem numeratur eamquam va-
 gantibus. Diana dicta, quia noctū quasi diem efficeret.
 Adhibetur autem ad partus, quod ij maturefcunt aut
 septem nonnumquam, at plerumpue nouem Luna cur-
 sibus: qui, quia mensa frætia faciunt, menses nominat-
 ur. concinnēque, vt multa, Timæus, qui, cum in histo-
 ria dixisset, quæ nocte natus Alexander esse eadem
 Diane Erphesia templum destraxisset, adiunxit, mi-
 nimē id esse mirandum, quod Diana, cum in partu o-
 lympiadi adesse voluisset, afuisset domo, hæc tenus M.
 Tull. Sed cum Diana Latone: Ilithyia autē lu-
 nonis sit filia: qui potest esse cadē Diana & Ilithyia:
 Atqui Pindarus Nem. carmine sexto, Ilithyiam,
 & Iunonis esse filiam, & præstō adesse
 partibus, nō obscure significat, Ilithyia (inquit)
 quæ Parcisi affides, filia Iunonis, filioiū genitrix:
 sine te neque diem, neque noctē aspiciamus, ne-
 que pubescimus. Pindari verba sunt hæc, si quis
 magis delectatur Græcis: Εἰλείθυια πάρεδρος
 μοῖραν βαθυφρόνων, πρὶ μέγαλοσθενέες, ἀκου-
 σον, ἤρας. γανέτεραι τεκνον. ἀνευ σθενὸς οὐ φάος,
 οὐ μέλαινα δρόκοντες εὐφρόναι των ἀδελφῶν,
 ἐλάχρουν ἀγγαλόγμον ἦσαν. Hesiodus item Ilithyiam
 Iunonis filiam facit in Theogonij d' ἡ-
 ἔλω καὶ Ἀρηα, καὶ εἰλείθυια ἔπιπτεν. Homerus
 autem Ilithyiam, μοῖρῶσιν, quasi μοῖρῶσιν,
 quod valet ποιοῦσιν, καὶ τὸς πόκοις, id est, la-
 borantem, seu occupatam in partibus, appellat
 ἰλ. π. his verbis: Αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τὸν γε μοῖρῶ-
 χος εἰλείθυια Εὐζόαγα παρφόσασθε, καὶ ἡλὶς
 ἰδεν αὐγὰς, & ἰλ. λ. numero multitudinis μο-
 ρῶσιν εἰλείθυιας Iunonis filias appellat. Ως δ'
 ὅταν ἀδύσσειαν ἐχὼ βέλος ἔξω γυνάικα Δεμῶ,
 τότε παρθεῖσι μοῖρῶσιν εἰλείθυιας Ἥρης θυγα-
 τρες, id est, Quemadmodum autem cum telum
 acutum atque amarum, mulierem partus dolo-
 res sentientem tener, tum procedunt Ilithyia
 partus laborem leuantēs, Iunonis filia, &c. &
 Theocritus ἐδ. λζ. μοῖρῶσιν Ἀρτεμῖν. Pausa-
 nias quoq; aliam facit à Diana, & Iunonis filiā
 dicit haberi: quin etiā eam Latona: partum ad-
 iunisse ab Hyperboreis profectā: ceteros homi-
 nes autē Ilithyie nomen ab his didicisse: Delios
 quoque ei sacrificare, & carmen in eius laudē
 de partus doloridus cantare: Cretas verō existi-
 mare Ilithyiam in Cnosia regione natā, & lu-
 nonis filiam esse. pausanias verba sunt hæc: Att-
 λῶ εἰλθεσαι ἐξ Ἐσφορέων εἰς Δήλον, γανέσθη
 βοῦδὸν τὰς Ἀπὸς ἀδύσι. τοῖς δ' ἄλλοις παρ
 αὐτῶν φασὶ τῆς εἰλείθυιας μαθεῖν τὸ ὄνομα. καὶ
 θύουσι δὲ τῇ εἰλείθυια Δῆλιοι καὶ ἕμνον ἀδύσιν
 ἀδύσιν. Κρήτες δὲ τῆς χώρας τῆς Κνωσῖας ἐν
 Ἀμνισῶ γανέσθη νομίζουσι εἰλείθυια, καὶ πρῶ-
 τῃ ἡρας εἶναι. Idē Arcad. narrat se Ilithyia Ita-

tuam vidisse apud Agyrseis à Dasmophonte fi-
 ctam, quæ tota esset à capite vsque ad calcē ve-
 ste textili tecta, cuiusque nihil esset nudum. præ-
 ter faciem, & extremas manus, & pedes: eius al-
 teram manum porrectam esse, & explicatam: al-
 tera facem tenere: quæ res vnū ē duobus signifi-
 ficaret, vel partus dolores mulierib' instar ignis
 esse: vel illam pucros ex vtero matris in lucem,
 atq; in luminis oras (vt ait illē) protrahere. ver-
 ba Pausania sunt hæc: εἰλείθυια δ' εἰλέσθη τῆς
 αὐτοῦ δαδῆς, ὅτι γυναικῶν ἐν ἴσῳ καὶ πῶρ
 εἶσιν αἱ ἀδύσιν. Ἐχθροὶ δ' αὐτῶν λόγον καὶ ἕπῃ
 τοῖσδε αἱ δαδῆς, ὅτι εἰλείθυια ἕπῃ ἢ εἰς φῶς ἀ-
 γύσθη τῆς πῶιδας. Plato autē in Theætetō eadē
 esse Dianam, & Ilithyiam putat, vt ex eius ver-
 bis perspicuum esse potest. αὐτῶν δὲ τῶ ἐδεύειαν
 γυνάικα αὐτῶν κύσιον ἰδύου τε καὶ πίπτεσαν
 ἀλλας μετῶσθη. φασὶν εἶναι τῶ Ἀρτεμῖν, ὅτι
 ἀλοχος οὖσα τῶ λοχῆαι εἰλήθη, id est, caulam
 autē, cur nulla mulier, quæ ipsa grauida fieri, &
 parere possit, obstetricis munere fungatur, aiūt
 hanc esse, quod Diana à pariendo immunis ma-
 turandorum, & procurandorum partuum pro-
 uinciam hæc est. Plutarch. Sympos. 3. probl. 1.
 de luna loquens: Δέχεται δὲ καὶ παρθεῖ εὐπο-
 ρῶν αὐτοῦσιν. ὅταν ἢ διγυμνῶσιν ἀνέσει τῶν ἰ-
 γῶν μαλ' ἰαυότερας παρῶσθη, τῶ ἀδύσιν
 ὄρεσιν ὄρεσιν καὶ τῶ Ἀρτεμῖν, λοχῆαι, καὶ εἰλεί-
 θυιας ὄρεσιν ὄρεσιν ἢ τῶ σελήνῃ ἀνομα-
 ῶσιν, id est, aiunt autem lunam etiam ad partē-
 di facilitatem, & felicitatē adiumento esse, cum
 est femiplena, remissione & relaxatione rerū li-
 quidarū & humidarū partus dolores efficiētē
 molliores, & leuiiores. Ex quo arbitror etiā Dia-
 nam Lochiam, id est, partuum præsidem, atque
 arbitram, & Ilithyiam, vt pote quæ non sit alia à
 luna, esse nominatam. Idem Plutarchus ibidem
 lunam à Timotheo quodam ὠνοτόσιον ostendit
 esse appellatam, id est, ad accelerandos partus
 vtilem. Plautus, Terētius, Varro, Catullus, & ce-
 teri Latini, lunonem Lucinam coniunētē, vel Lu-
 cinam tantūm efferunt. Teren. Heautontim. Iu-
 no Lucina ser opem. & item alibi. Plaut. Anul. Iu-
 no Lucina tuam fidem. Catull. in carmine seculari
 ad Dianam, Tu Lucina dolentibus Iuno dicta puer-
 peris: Tu potēs Trivia, & notho es Dicta lumine luna.
 Plautus in Truculento, date mihi huc ligna, atque
 ignem in aram, vt venerer Lucinā deām. Varro lib.
 4. de lingua Lat. quæ ideo videtur à Latinis Iuno Lu-
 cina dicta, vel quod terram, vt physici dicunt, inuat,
 & lucet: vel quod ab luce eius, quæ quō conceptus est,
 una inuat, donec mensibus actū produxit in lucem. Fa-
 cta igitur à inuando, & luce Iuno Lucina: à quo pa-
 rientes eam inuocant. Luna enim nascitum dicit, & c.
 sic Horat. Od. 5. epod. Per liberos te, si vocata par-
 tibus Lucina veris affuit. Dionys. Halicarn. lib. 4.
 εἰλείθυια Ρωμῶν καλεῖσθαι Ἥραν παρφόρον. I-
 lithyiam appellat Romani lunonem luciferā.
 Theocritus ἐγκωμ. Πτολεμ. Εἰλείθυια, λυσιζῶ-
 νοι, id est, soluentem zonam appellat. Εὐζῶα γὰρ
 f j

AD PHIDILEM.

Od. 23.

ARGUMENTVM.

Suadens, vt deos puris manibus, & conscientia bene actæ vitæ colat.

CÆLO supinas si ruleris manus Nascente luna, rustica Phidile:

Si ture placaris, & horna

Frugè Lareis, auidâque porca:

Nec pestilentem sentiet Africum

Fecunda viris, nec sterilem seges

Rubiginem, aut dulces alumni

* Pomifero graue tempus anno.

Nam, quæ niuali pascitur* Algido

* Deuota, quercus inter, & ilices:

Aur crescit Albanis in herbis

Victima, pontificum securis

Ceruiçe tinguet, te nihil attinet

Tentare multa cæde bidentium

Paruos* coronantem marino

Rore deos, fragilique myrto.

* Immunis aram si tetigit manus:

Non sumtuosa blandior hostia,

Mollibit auersos Penateis

Farre pio, & saliente mica.

CÆLO SUPINAS] notas interpretes Homer. ad illum versum, ἰλιάδ. η. Ἀσολ δ' ἠρήσειτο, θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνίστημι, id est, gentes autem precari sunt, & ad deos manus sustulerunt, solitos esse heroas manibus in cælum sublatis Iouem, ceterosque deos celestis precari marinos, ad mare porrectis; manes, & inferos, terra percussa. Primi moris exempla sunt hæc. Virgil. Æneid. 1. Ingemit, & duplicis tendens ad sidera palmas, Talia voce refert. Idem secundo Æneid. sustulit excutis vinculis ad sidera palmas. Idem Æneid. tertio, Tendâque supinas Ad cælum cum voce manus. & quarto, Multa Iouem manibus supplex orasse supinis. Lucretius libro 5. & pandere palmas. Ante Deum delubra. Sallust. cōiur. Catil. manus supplices ad cælum tendere, miserari paruos liberos, rogare Deos, Hom. ὀδύοι. 1. Ἐὐρητο χεῖρας

ἐλάθειμα ἐδάσπετο λυσίχρονον Αντιγόνας θυράτης βέλταρυμδρα ἀδίνεσση. Η δὲ οἱ εὐκλένοισα πα- εἴτατο. id est, hic enim lithyam inclamauit, quæ zonam soluit, Antigona filia doloribus partus grauius affecta. Illa autem ei præstō futura, & apud eam permanfura adstabat. Virgil. etiam ad equas transfert Georg. 3. Atrios Lucinam, iustōsque patri Hymentæ Desinit ante decem: post quatuor incipit annos. Oppianus lib. 1. partus dolores omnibus animantibus acerbos, & molestos esse significas, sic ait, Ως ἔρῳδῖλεν γενεῖα, ἔδ' ἰχθύσι μοῖ- ραι Ωπασσαι, ἔδ' ἄρα μένον ὅτι θρονοῖσι γοναι- εἶν Ἀλγαι, παρτῆ δ' εἰσιν ἐπαρθεῖς ἐλαίθυαι. 1. Quam non facilem ortum, seu nascendi rationem ne piscibus quidem fata tribuerūt! neque terrestribus solūm fœminis dolores incidunt, omni autē in loco graues sunt lithyia! Cur eadem genialis dicatur, ex iis, quæ supra exposita sunt, intelligere licet: quæ de retamē non nihil dicemus ad carmē illud sæculare, quod est post epod.

DIVA TRIFORMIS] τριμορφος. Athenæus lib. 7. ait Apollodorū scribere in libris de Diis, triglam Hecate immolari propter cōmunitatē, & coniunctionē nominis. Deā enim esse triforem, sic Athen. Ἀπολλόδορος ἐν τοῖς κατὰ θεων τῆ Εχάτη φησὶ βέεσθαι τριγλῶν ἂν φησὶ τὸ ὀνόματος οἰκειότιστα. τριμορφος γὰρ ἡ θεός. citat & Chariclidæ cuiusdam versum: δέσπον' Εχά- τη τριόδῃ, τριμορφε, τριπέσσωπε, τριγλαῖς κη- λευδῆν, id est, ὀ regina Hecate, triuia, triformis, triplicem vultū, seu personam gerens, quæ triglis mulceris. iccirco autē triforem appellari dicunt alij, quod eadem sit Diana, & Lucina, & Hecate, seu Proserpina. Virgil. Æneid. 4. Terge- mīdâque Hecaten, triâ virginū ora Diana. eandem, Triuiā appellat Ennius vel quod in triuio ponitur, vel quod in cælo tribus viis mouetur, in altitudinem, latitudinem, & longitudinem. Seruius ad illum Virg. locum, numero deū impare gaudet. Pharmaceutr. notat, Dianam dicit propter tri- plicem eius potestati. hæc tenus Seru. Triplicē autē potestati intelligit, in cælo, in terris, sub terris, seu apud inferos. Quidā tradiderūt, Dianā fingi solitam specie humana, equina, canina: atque iccirco triforem dictam. Alij quia luna, quæ Diana est, modō sit ἀμφικύρτος, id est, gibbosa, seu gibbera, seu μμοειδής, modō δὲ γόστμος, id est, dimidiata: modō plena.

IMMINENS VILLÆ TVA P.] id est, pinus, quæ villæ meæ imminet, tua esto. his verbis hanc pinum Dianæ consecrat.

EXACTOS] exactos. per exactos annos, id est, quotannis.

OBVIQVVM MEDITANTIS] qui dum cæditur, conetur morsione obliqua eum, à quo cædatur, malè multare: vel qui videatur sese ad obliquas morsiones assuefacere, & exercere. hæc enim vis est verbi meditandi propria, quod à Græco μελετῶ tractum est.

χεῖρας ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀσπρόεντα, id est, precabatur manum porrigens ad cælum stellatum. Apollon. lib. 1. ἀργαῖ δὲ γυναικίης Πόλλε μάλ' ἀφαιτοῖσιν ἐς ἀήθεα χεῖρας ἀειρον Εὐχόμενοι νόστο τελοσ θυμῶδες οἰκίωσαι, id est, mulieres autem vultū multum ad deos immortalis in cælum manūs sustulerunt, orantes vt iucundum reditum darent. præ lætitia manus ad cælū tollit ille apud Hor. Sat. 5. lib. 2. donec obe iam, Ad cælum manibus sublatis, dixerit, vrge. Secundi hoc nūc mihi exemplum succurrit. Virgil. Æneid. 4. Νι palmis ponto tendens utraq;e Cloanthus Eudiffique preces, auidōsque in vota vocasset. Dij, quibus imperium pelagi. Postremi sunt hæc. Eurip. ἐκεί, Ως θόνοι θεοί, σόσαστε πᾶσδ' ἐμῶν, ὅς μόνος, οἴκων ἀγκυ- ρῆς τ' ἰούσ, πῶν γωνῶδῃ Ὀρμηλῶ χεπέχει, id est, ὀ inferi, seu terrestres dij: seruate filiū meū, qui solus ædium mearum ancora Thraciam niuosam tenet. ad quem locum vetus interpres ἀνόνμωσ notat, hiltironem, cūm hæc verba loqueretur, terram pedibus pulsasse. Idem Orest. πότνια, πότνια νύξ, ὑποδότεραε, τῷ πολυπό- νων βροτῶν, Ερεσίδεν ἴγι, id est, ὀ veneranda, veneranda nox, quæ somnum largiris laborio- sis mortalibus: ex Erebo prodi. Hom. ἰλ. 1. Πολλὰ δὲ καὶ γαῖαν πολύφορον χερσὶν ἀλόια Κι- κήσασθ' αἰδῶν, καὶ ἐπεαμνῶ Περσέφονεα, id est, sæpe autem etiam terram multa alimēti genera hominibus præbentem manibus pulsabat. Plutonē inuocans: & laudabilem Proserpinam, idem & cūm mortuos appellabant. M. Tull. Tu scul. 2. Tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis dixisse ferūt, Ἀυδῖσε hæc, Ἀμφι- φιαρῆ, sub terram abdito: Xenonem significabat, à quo illum degenerare dolebat.

RUSTICA PHIDILE] libri aliquot veteres habent, rustica Phidile. ego nihil muto: quamquam legendum potius fortasse est Phidale, vt intelligamus, significari nomine ipso puellā quam dan rusticam, parcam, & sumtu abhorrentem.

HORNA FRVGE] hornotina: huius anni. Od. 2. epod. Et horna dulci vīna promens dolio. M. Tull. Verr. de antea cētis. frumentum hornotinum. Propert. lib. 4. Illa dies hornis cædem denuntiat agnīs.

AUIDAQVE PORCA] cur Laribus porcam, seu porcum veteres immolarent, annotatū est supra ad illum locum, & porco bimestri. Oda 17. eiusdem libri.

STERILEM RUBIGINEM] Virgilius Georg. 1. malam vocat. Mox & frumentis labor additus, vt mala culmos Effet rubigo. asperam appellat Ouidius.

POMIFERO GRAVE TEMP. ANNO.] autūnnum significat, quem pomiferum item appellat Od. 7. lib. 4. simul Pomifer autūnnus fruges effuderit. & Od. 2. lib. epod. sic describit. Vel cum decorum mitibus pomis caput Autūnnus aruis extulit. graue autem tempus hoc loco dicit, quia pestilens, & infalubre, vt Sat. 6. lib. 2. Autūnnis que granis Libitina questus acerba. φθινόπωρον

vocant Græci. ordo est: aut dulces alumni graue tempus non sentiant anno pomifero, id est, anni parte pomifera, nempe autūnno.

NIUALI ALGIDO] Algidum, mons, & vrbs eiusdem nominis. supra Od. 12. lib. 1. gelidū appellat. Od. 4. lib. 4. Nigra feraci frondis in Al- gido.

DEVOTA] vota, & promissa, seu obligata ex voto. sic deuotos appellat Cæsar lib. 3. de bello Gallico, soldurios illos, qui, cuius amicitie se deuotiffent, cum eo omnibus in vita commo- dis fruebantur: omnia rursus incōmoda, & mala perfercbant. supra arborem illam, cuius casu propemodum oppressus est, deuotam nomina- uit, Od. 4. eiusd. lib.

VICTIMA] iouis bima, seu bidens: vel maior aliqua hostia, [vt taurus candidus, qui immola- batur in monte Albano à pontifice. Arnobius lib. 2. in Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quām niuci tauros immolare cadoris.] à pontificibus publicè immolabitur.

BIDENTIVM] bidentes (inquit Festus) sunt pecudes, seu oves, quæ duos dentes ceteris longiores habet. sed alij, quorum sententia à doctis probatur magis, aiunt bidentis dictas esse, quasi biennes, quod bima immolarentur. Virgil. lib. 5. Æneid. cædit quinas de more bidentis. Idem 6. totidem lectas de more bidentis.

PARVOS CORONANTEM, &c.] te, quæ paruos deos habes domi.

MARINO RORE] rore marino, seu ros- marino, coronario scilicet, quem describit Dio- scor. lib. 3. cap. 89.

IMMUN. ARAM SI TETIG.] manus immunis proprie, quæ nihil porrigit, inanis, vt Od. 12. lib. 4. non ego te meis Immunem medioc tū- gere poculis, id est, nihil afferentem. & epist. ad Vil- lic. lib. 1. Quem scis immunem Cynara placuisse rapaci. Virg. lib. 4. Georg. Immunisque sedens aliena ad pa- bula fucus. sed hoc loco videtur subaudiri, à sce- lere: vt sit, manus à scelere, aut culpa immunis: & ita Acr. & Porph. Sed videri possit, hoc loco immune significare improbum: quemadmodum apud Plautum, immune, seu immune est facinus, vt docet Festus, quod si cui placeat, dicendum erit, hanc esse huius loci sententiā. Si manus impro- ba, & impura deorum arā tanget, id est, si mente impura deos orabis, sumtuosa hostia deos non molles, neq; efficias sacrificiorū sumtu, vt tuæ victimæ diis sint gratiores: sed farre pio, & sa- liente mica deos placabis. Solebant autem orā- res aram tangere, seu tenere. Itaque Varro rerū diuinar. lib. 5. (vt refert Macrobi. lib. 3.) scribit, aras primum ansas dictas, quod esset necessarium à sacrifi- cantibus eas tenere: quemadmodum vasorum ansas te- nere & prendere solemus. ad quem morem respici- ens Virg. Æn. 12. vt & hic Horatius, Latinum Regem sic facit loquentem. Tango aras: mediisque igneus, & numina testor. idem Æn. 4. Talibus oran- f iij

tem dictis, arasque tenentem. & lib. 6. Talibus orabat dictis, arasque tenebat. & M. Tull. pro Flacco. qui si aram tenens iuraret, crederet nemo, per epistolam, quod vult, iniuratus probabis?

NON SVMT. BLAND. HOST. &c.] sumtuosa hostia sunt septimi casus: hecque est huius loci sententia. si tua manus immunis, id est, sine vlla victima, vel, vt alij, innocens, aram tetigit: equè placabit & flectet deos familiareis farre, & mica falis, nihilo gratior Diis futura propter sumtuosam aliquam hostiam. quod si immunis pro improbo accipiatur, sic erit hic locus explicandus, vt paullo ante diximus, ad illa verba, immunis aram, &c. Plato in Alcibiade β. perspicue ostendit, Deos immortales, sumtuosas hostias non spectare, sed animorum integritatem, & preces, seu bona verba, quæ ille appellat εὐφημίας:

Idque Ammonis oraculo responsum esse dicit. Cùm enim quondam inter Athenienses ac Lacedæmonios dissidium, bellumque grauisimum natum esset: accideret autem, vt multis præliis mari & terra commissis, semper Athenienses magna clade accepta inferiores discederent, eos indignanteis & consilij inopia laboranteis, neque vllum malorum presentium remediũ reperienteis, decreuisse tandem quod optimum esse Iouem Ammonem hac de re consulere, & præterea rogare quare vincerentur, cùm ipsi hostias omnium Græcorum & plurimas & pulcherrimas diis immortalibus immolarent, eorumque; templa plurimis & carissimis donis ornaret, pompas denique; faceret sollèncis & magnificentissimas, & sumtuosissimas, Lacedæmonij autem nihil quicquã tale omnino curaret, immo verò ita esset in hac re negligentes, vt sæpe hostias mancas ac debileis maceraret, cùm essent nihilo minus opulenti, quàm Atheniensium ciuitas: hoc vnum respondisse Ammonem, Lacedæmoniorum εὐφημίας, id est, bona verba, Deo esse gratiora, quàm vniuersas Græcorum victimas. bona verba autem Socrates interpretatur preces ritè conceptas, & iustas: atque hominibus magnopere esse cogitandum, & videndum, quas preces diis immortalibus nuncupent. Deos enim immortalis neque bobus auratis, neque talibus victimis, neque precibus maledicentiæ, quam Græci blasphemiam nominant, plenis, sed bonis dictis placari. Δεινὸν γὰρ εἶναι (inquit) εἰ παρὰ τὰ δῶρα, καὶ παρὰ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμεῖς οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ παρὰ τὴν ψυχὴν. & mox οἱ δὲ ἄτε ἀδωροδῶντες ὄντες, καὶ ταφρονοῦσιν ἀπάντων τούτων, &c. id est, absurdum enim sit & ingemiscendum, si dii dona nostra, & sacrificia spectent, non animum, &c. deinde sequitur: illi vero cùm numeribus non contumphantur, hæc omnia contempnunt. Sic & Xenophon. Σπουδαίη α. θυσίας δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν, οὐδὲν ἡγείτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων πολλὰ καὶ μεγάλα θυόντων. οὐτε γὰρ τοῖς θεοῖς, ἔφη, καλῶς ἔχειν, εἰ τοῖς μεγάλαις θυσίαις μάλλον, ἢ τοῖς μικρὰς ἔχου-

ρον. πολλὰς αὖτε ἢ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἑσπέραις πῶν ἡρώων μάλλον, ἢ τὰ ἑσπέραις τῶν ἡρώων εἶναι καλῶς ἔχουσα. Οὐτ' αὖ τοῖς ἀνθρώποις ἀξιῶν εἶναι τιμῶν, εἰ τὰ ἑσπέραις τῶν πονηρῶν μάλλον ἢ καλῶς ἔχουσα. τοῖς θεοῖς, ἢ τὰ ἑσπέραις τῶν ἡρώων ἀλλ' ἐτόμιμα τῶν θεῶν τῶν καλῶς ἔχουσα. ἑσπέραις τῶν καλῶν χυμῶν, id est, cùm autem sacrificaretur parua de paruis, nihilo se deteriore conditione esse putabat is, qui de multis ac magnis multa, & magna immolant. Nam neque Diis honestum fore, si magnis sacrificiis magis delectarentur, quàm paruis: sepenumero enim ea, quæ ab improbis proficiuntur, gratiora eis futura, quàm, quæ a viris bonis: neque hominibus vitam optabilem, aut vitalem futuram, si quæ ab improbis donentur, diis sint gratiora, quàm, quæ a probis, qui existimabat deos immortales hominum piorum cultu, & meritis magnopere delectari. Iterum Plato in Euthyphrone ait dona nostra (dona autem, quæ Diis ab hominibus dari debent, sunt τιμῶν, γέρας, χάρις, id est, honos, decus, gratia) ait igitur Plato dona nostra Diis nihil prodesse.

AVERSUS PENATES] Ode xi. epod. Preces & auersum ad Iouem.

FARRE PIO ET S. M.] ad hunc locum pertinent, quæ scribuntur à Philostrato de Pythagora initio libri i. de vita Apollonij, memoria esse proditum, Pythagoram aras sanguine non aspersisse, sed tus, & placentiam, & hymnos diis immortalibus, & similia, diis solum sacrificare. quibus cum congruunt illa M. Tullij lib. 3. de nat. deorum. Quamquam Pythagoras cum in geometria quiddam noui inuenisset, multis bouem immolasse dicitur. Sed id quidem non credo: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. [Sed quod ad far pium attinet, hoc pontificale est, & ad sacrificiorum Romanorum consuetudinem referendum est: quod indicat & Arnobius lib. 7. aduersus gentes, his verbis, neque ipse Romulus, aut religionibus artifex in comminiscendis Numa, tus aut esse sciuit, aut nasci: vt pium far monstrat, quo peragi mos fuit sacrificiorum solemnium munia. Et Seruius ad illum locum Virgilij Æneid. xi. Dani fruges manibus saluas, & tempora ferro Summa notant pecudum, &c. Fruges saluas (inquit) far & sal: quibus rebus & cultri aspergebantur, & victima. Erant autem probationes, vtrum esset animal aptum sacrificio, &c.]

SALIENTE MICA] id est, mica falis. Tibull. lib. 3. eleg. 4. At natum in curas hominum genus, omnia nobis Farre pio placent, & saliente sale. Idem lib. 4. ad Messal. Paruaque celestis placauit mica. Catullus, Non est in tanto corpore mica salis.

I N A V A -

I N A V A R O S .

Od. 24.

A R G V M E N T V M .

In auaros inuehitur, qui domos domibus subinde addunt, in ipso etiam mari edificantes: cum tamen nulla ædificia necessitate mortis eos liberare possint. Scythas, qui plaustris domos suas trahant, & in commune agros colant, feliciores esse ait. Quinetiam eam morum corruptelam & peccandi licentiam apud hos esse negat, quæ sit apud Romanos. Ad hæc autem mala extirpanda, vna cum praua illa augendi opes cupiditate, disciplina a superiore opus esse dicit.

INTACTIS opulentior
Theauris Arabum, & diuitis India,
Cementis licet occupes
Tyrrenum omnè tuis, & mare Apullicum:
Si figis adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clausos non animum metu,
Non mortis laqueis expedit caput.
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos,
Viuunt & rigidi Getæ:
Immetata quibus iugera libera
Fruges, & Cererem ferunt:
Nec cultura placet longior annua:
Defunctumque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.
Illic matre carentibus.
Priuignis mulier temperat innocens:
Nec dotata regit virum
Coniux: nec nitido fidit adultero.
Dos est magna parentum
Virtus, & metuens alterius viri
Certo sedere castitas.
Et peccare nefas, aut pretium est mori.
O, quisquis volet impias
Cedeis, & rabiem tollere ciuicam:

A Si quæret pater urbium.
Subscribi statuis, in domitam audeat
Refrenare licentiam,
* Clarus post genitis, quatinus, heu nefas,
Virtutem incolumem odimus:
Sublatam ex oculis querimus inuidi:
Quid tristes querimonia,
Si non supplicio culpa reciditur?
Quid leges sine moribus
Vana proficiunt, si neque feruidis
Pars inclusa caloribus
B Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durat aq; solo niues
Mercatorem abigunt? horrida callidi
* Vincunt æquora nauitæ.
Magnum pauperies opprobrium iubet
Quiduis & facere, & pati:
Virtutisque viam deserit ardua.
Vel nos in Capitolium,
Quò clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
C Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus, scelerum si bene pœnitent:
Eradenda Cupidinis
Præui sunt elementa: & tenera nimis
Mentes asperioribus
Formanda studiis. * nescit equo rudis
Herere ingenuus puer:
Venarique timet, ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.
D Cùm periura patris fides
Consortem socium fallat, & hospitem:
Indignoque pecuniam
Herediti properet: scilicet improba
Crescunt diuitiæ, tamen
* Curta nescio quid semper abest rei.

INTACTIS OPVL. THES. ARAB.] supra Od. 29. lib. 1. beatas Arabum Gætas dixit, & secunda epist. ad Mæcen. lib. 1. Diuitias Arabum. Intactos autem thesauros intellige dictos esse, f. iiii]

quia nondum Romarum arma fenderant. sic Propert. India quæ Auguste tuo dat colla triumpho: Et domus intacta te tremis Arabia.

C A M E N T I S] lapidibus caesis, vt sup. Od. 1. huius lib. huc frequens Camenta demittit redemptor.

M A R E A P V L L I C V M] sic reperi scriptum in duobus lib. Vatic. & item Faern. Tornes. in codice Donati autem Ponticum erat recenti manu scriptum, & in litura. Iam, quod ad syllabas attinet, simile est illud Od. 4. huius lib. Altricus extra lumen Apullia.

A D A M A N T I N O S, &c.] solidissimos, firmissimos, fortasse, quos sup. Od. 35. lib. 1. clauos trabales dixit, hic nominat adamantinos. vtrobi- que enim vim & firmitatem, & pæne dicam æternitatem necessitatis significat. Plato quidem lib. de rep. decimo ἀδამαντινός, id est, adamantinè, vsurpat pro eo, quod est ἐξυπρόδος ἢ ἀμπακνήποι, his verbis. ἀδάμαντινός (inquit) δὲ τὰ πῦλον πῶδ' ἄδ' ἐξ' ἔργα. εἰς εἰδ' ἔ' ἰεῖαι. Neque temerè portò, neque ineptè adamantini clauί τῆ ἀνάγκη, id est, necessitati, quæ cadem ferè est hoc loco, atque εἰμαρδύση, tribuuntur. Significatur enim fati, mortisque necessitas immutabilis, & vis inuisita. Pindarus autem cum de alia necessitate loquatur, ita quærit ex musa: Quod periculum Argonautas solidis ex adamante clauis vinclos ad nauigandum impulit? sic Pindar. τίς κινδύϊός κρατερὸς ἀδάμαντος δῖον ἄλοϊς; id est, quod periculum necessarium coëgit, vt nauigaret? Æschylus autem in Prometh. ἀδάμαντινός πῆδ' ἔσ' ἰ. p. solidissimis ac durissimis. vide annot. ad Od. 3. & 35. lib. 1.

D I R A] infesta, tristis, horribilis: vt & alibi. N O N M O R T I S L A Q. E X P.] expeditus, id est, explicabis, extricabis. sunt enim hi laquei ἀφουκοί, ἢ ἀδύσοδοι, id est, inexplicabiles, & quos effugere nemo queat. Homerus tantà vim Parca esse dicit, vt ne Dij quidem ab eo, qui sibi sit carus, mortem propulsare possint, vbi eum Parca semel comprehenderit. Verba Homeri sunt hæc, ὀδυροῦ γ' Ἄλλ' ἦτοι θάνατον μὲν ὁμοίον, ἔδ' ἐ θεοί περ Κῆρ φίλῳ ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλέειν, ὅππότε κεν δὴ Μοῖρ' ὀλοή κελύξῃσι πεινηλέγους θανάτου. id est, At profectò mortem, omnibus æquè infestam, ne dij quidem ab homine amico arcere possunt, vbi eum Parca mortis lō- gum somnum dantis comprehenderit.

C A M P E S T. M E L. S C Y T H A] sup. Od. 35. lib. 1. profugos appellauit. Strabo ἀμαξοικοίς, id est, in plaustris habitanteis, tanquam in domibus.

R I G I D I G E T A] cur rigidi? an quod sunt calibes, & ἀπύρτοι, id est, sine foco & familia? an quod ἄλοϊ, id est, carentes rebus ad victum paratis, & congestis, seu vitæ cultu vtentes tenuissimo, parcissimo, ac durissimo? quæ etià de Scythis tradita sunt: ob id que ἄλοϊ appellatur ab Homero. Quin eisdem ἰππημολῶδες appellatur alij Græci poëta, tum in primis Homerus:

id est, equorum emulctores. Dionys. Alex. Ἐπὶ ἀμεγάλῳ γλαυκοί τε, ἢ ἀνέρες ἰππημολῶροι. Homerus ἰλιάδ' v. αὐτὸς δὲ πάλιν τρίπτερον ἄσπε φαεινὸν νόσφιν ἐφ' ἰππηπόλων θρησκῶν κερθευόμενος ὄβριον Μυσοῦν ἀγγυμάρων, κερθευόμενος ἰππημολῶρων Γλαυκτοφάγων, ἄλοϊων τε, διχμοτότων ἀνθρώπων, id est, ipse autem [Iupiter] reuertit oculos lucidos longè ab vrbe Troia ad terram Thraciam in studio equorum assidue versantium respiciens, & Mysoforum cominus pugnantium, & admirabilium Scytharum equas mulgentium, & lac potantium, in diem viuendum, rebúsque ad victum antè paratis carentium, hominum iustissimorum. Ex quibus versibus cognoscere licet, per hippemolgos, id est, equarum emulctores, Scythas, & populos illos omneis emulctigēdos, qui ab occasu, mari Sarmatico, & Gothico: ab ortu, palude Maotide & Tanai, & Ponto Euxinor: à meridie, Æmo, & Danubio: à Septentrione, hyperboreis gentibus, & Rhipais montibus continentur. hanc sententiã adiuuat Herodotus, qui in Melpomene narrat, Scythas equas mulgere, & lac earum vas exceptum portare: id quod testatur & Strabo lib. 7.

I M M E T A T A Q V I B V S] quorum agri, nullis cum limitibus sint inter se separati, aut distincti, sed communes, etiam fruges efferunt liberas & communes. immetata autem ingera accipere nullis metis, id est, terminis distincta, vel nullis decempedis dimensa, aut descripta. lege quæ suprà notauimus ad illum locum, nulla decempedis Metata, &c. Od. 15. lib. 2.

N E C C V L T V R A P L A C E T, &c.] nemo vnus per omnem vitam in eodem agro colēdo versatur: sed alij ad certum numerum discreti ac distributi vnum annum agrum colunt: anno subsequente succedunt his alij ad eundem numerum: quiescunt ij, qui superiore anno coluerant, & ita deinceps. Atque hanc sententiã declarant ea verba, quæ statim sequuntur: Defunctumque laboribus Æquali recreat sorte vicarius, id est, eum, qui in labore annum versatus, eoque labore defunctus est, vicarius, qui eius locum, vicemque subit, reficit ac recreat æquali sorte, id est, dat illi sui reficiendi facultatem, æquali agri colendi, laborisque perferendi conditione vicissim accepta. Sic Cæsar de Suenis lib. 4. de bello Gall. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula millia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserint, se, atque illos alunt. Hi rursus inuicem anno post in armis sunt: illi domi remanent. Sic neque agri cultura, neque ratio, atque usus belli intermittitur.

T E M P E R A T] nouerca manus abstinet à priuignis: priuignis parcat, neque eis insidias comparat, vllamve perniciem molitur, vt solent nouerca. sic loquitur & Virgil. Georgic. 1. Iam sibi tum curuis m ale temperat vnda carinis. & M. Tull. Verr. 4. siue accusation. lib. 2. non solum socii in co bello

bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperauit. ibidem: si cuiquam denique vlla in re vnquam temperauerit, vt ei vos quoque temperatis. idem libr. 1. Te putet quisquam cum ab Italia fero districtus esses, socii temperasse? Sallust. coniur. Catil. Quippe secundæ res sapientum animos fatigant: necdum illis corruptis moribus, victoria temperarent. sic enim hunc locum emendauimus, cum in omnibus libris vulgatis corruptè legatur obtemperarent. emendauimus & locum apud Cæs. lib. 1. de bell. Gall. itidem corruptum, neque sibi homines ferps ac barbaros temperatos existimabat, quin, &c. vbi vulgo legitur obtemperatos.

T E M P E R A T I N N O C E N S] id est, temperando priuignis est innocens: vel in toto se innocentem præstat, quod temperat, vt diximus ad Od. 8. huius lib.

N E C D O T A T A R E G I T V I R V M] regit virum, id est, imperat viro, domina est viri: vt sup. Od. 9. Me nunc Thyest. lib. 1. & vxoris societatem scribit esse Aristocraticam, id est, ei reip. formæ similem, in qua præstantiores, & meliores, & optimates imperant: iccirco virum præelle debere, cum vxori virtute præset. Sed interdum (inquit) imperant mulieres, nempe eæ, ad quas amplè venerunt hereditates, & bene dotata. Cuiusmodi ἐραστὴσιν ὁ γυναικῆσιν ἐπιτήρητοί ἐσσαν, sic Plaut. in Asinaria: argentum accipi: dote imperium vendidi.

N E C N I T I D O F I D I T A D V L T E R O] nitido, vel comto, & bene curato: vel vnquentis delibuto, vt annot. ad Od. 19. huius lib. & alibi. vel vt epist. 7. lib. 1. ex nitido fit rusticus, atque sulcos, & vinea crepat mersa.

A D V L T E R O] amatori, vt sup. Od. 33. lib. 1. vel propriè accipie.

D O S E S T M A G N A P. V I R T.] Queratur iam sua ætate Theognis, nō spectari in vxore querenda genis, & parentum virtutem, sed pecuniam, his verbis: Κελοῖς μὲν καὶ ὄνοισ διζήμεθα, κέρνε, ἢ ἰπποῖς Εὐγενέας: καὶ τίς βέλτε γὰρ ἐξ ἀγαθῶν Βήσσοισι γῆρας; δὲ κερῆν κέρνε οὐ μελέεισθαι. Εὐδὸς ἀμρῆν οἱ ζήματα πολλὰ δίδω, quorum versuum hæc ferè sententia est: Arietes quidem, & asinos, & equos generosos querimus, & vult vnusquisque, equas si quas habet, aut alias feminas, à maribus generosis miri, & grauidas fieri: puellam autem vitiosam, & vitiosè filia vir bonus uxorem ducere non magnopere dubitat, si modò magnam pecunia vim in dotem afferat. Magna igitur habet dotem sponsa, ait Horat. quæ honesto loco nata est, quæque ab alio viro abhorret. Non admodum dissimile est huic Horatiano, Plautinū illud in Amphitry. Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos dicitur, sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum Cupidinem. Delum metum, parvum amorem, & cognatum concordiam. Priscianus libr. 7. hunc locum profert ostendens, parentum æquè, ac parentum vitatum esse, idemque locum quendam ex

M. Tull. Verr. 7. producit. metuere autem alterū virum, nihil aliud est, quàm φοῦλάτῃσθαι, id est, vitare, & fugere: ab alio viro tangi nolle, vt annot. ad Od. 2. lib. 2.

E T P E C C A R E N E F A S, A V T P R E T I V M] id est, aut non putant illorum matronæ sibi licere matrimonij castitatem, fidemque violare: aut si violant, extremo supplicio afficiuntur. sic infra Od. 4. lib. 4. Culpam pœna premit comur.

A V T P R E T I V M E S T M O R T] id est, aut merces est peccati mors, sic vsurpat vocem pretium, epist. 16. lib. 1. Nec furta feci, nec fugi si mihi dicat seruus: habes pretium: loris non vereri, aso.

P E C C A N D I L I C E N T I A, & I M P U N I T A T E C A E D I S, B E L L A Q U E C I V I L I A M A N A R E: Q U A M A L A Q U I T O L L E R E V E L I T, P A R E N S Q U E P A T R I A E A P P E L L A R I C U P I A T, eum oportere seuertissimis legibus latis maleficia coercere, & comprimere: in eos autem, qui leges negligunt, acerrimè animaduertere. Placet autem mihi magnopere ea scriptura, quam in duodecimo libro M. Tullii Ciceronis reperit, Cædem & rabiem, &c. vbi vulgati habent, aut rabiem.

S I Q U A R E T P A T E R] quidam libri veteres habent, si querit p. vrb. pater vrbium aut tale est, vt si diceret, parens patriæ:

R E F R E N A R E] comprimere. sic dixit inuicere frenâ licentiæ. Od. 15. lib. 4. quem locum, quæ admodum emendauerimus, videto suo loco.

C L A R V S P O S T G E N I T I S] clarus futurus posteris: immortalē nominis sui gloriã posteris traditurus. sic quidem habent nostri libri ferè omnes: Sed quidam aiunt se reperisse in vno item manuscr. Carus, quam scripturam probò, & ita cum iis, quæ antecedunt, aptè he- rebunt quæ sequuntur, quatinus odimus vrr. incol.

Q V A T I N V S, H E V N E F A S, V I R T. &c.] quatinus, legendum, non quatenus. & ita cod. Faerni, & vnus Vatic. & aliquot alij. Præterea sic legendum esse docent veteres grammatici. in his Festus. Pendēt autem hæc ex us, quæ proximè antecedunt, rationemque continent, quã obrem dixerit, eum, qui res illas gesserit, clarū, seu carum fore non apud suæ ætatis homines, sed apud posteros, hoc modo. quoniam (inquit) virtutem incolumem odimus, id est, eorum virtutem, qui viui sunt, & incolumes: virorum autem virtute præstantium mortuorum desiderio afficimur, sed nomen imidi non videtur suo loco esse positum: debuitque poni statim post verbum odimus, est enim inuidi præstanteis & excellenteis viros odisse: mortuos desiderare non item. vt epist. ad August. lib. 2. diram qui contudie hydrum, Notæque fatali perienta labore subegit, Comperit inuidiã supremo sine domari. Præ enim fulgore suo, qui prægrauat arteis Infra se postas, &c. sic Paterculus. naturaliter audita visis laudamus libentius, & præsentia inuidia, præterita ueneratione prosequimur: & his nos obrui, illis instrui credimus.

VIRTUTEM INCOLVM. ODIM.
SUBL. EX OC.] Non solum hoc de virtute, sed & de omnibus aliis bonis vere dici potest, tū denique nos intelligere quæ sunt bona, cum quæ erant in nostra potestate, quibusq; frui poteramus, ea amiserunt: neque hoc solum ad invidiam, sed etiā ad alia animi vitia pertinet. Plautus Capt. *Tum denique homines nostra intelligimus bona, cum, quæ in potestate habuimus, ea amiserunt.* Aiacc. Oī γὰρ χαλοί γνόμμεσι τ' ἀγαθόν χερσίν ἔχοντες οὐκ ἴσασιν ὅτιν περ ἑσθλάη. id est, Mali bonū in manibus habentes, illud igno- rant: vbi amiserunt, tum cognoscunt. Hanc eandem sententiam copiose traētat Cicero oratione pro Clodio, ubi dicitur: *Quid sit bona, non est nisi in potestate sit.*

VID TRIST. QVERIM. S I N O N,
 &c.] non est satis bonas leges ferri, sed oportet præterea pœnas legibus cōstitutat de improbis sumi. Leges enim sine morib; nihil profūt reip. Et quemadmodum præclare dictum est *ex malis moribus bonas leges nasci esse*: ita bonis legibus hoc proprium esse debet, ut cives bene sint morati: quem finem si lex non allequetur, inutilis & otiosa futura est. licet & aliter explicare, ut iam dicam.

QVID LEGES SINE MORIB. VANÆ PROE. licet etiam hunc locum sic explicare, ut per se intelligatur, non ut est superioribus duobus versibus pendat: hoc modo: *Quid leges sine moribus vana proficiunt?* Non satis est hominum peccata metu pœnæ coercere, quod facit lex: sed etiam oportet civis à pueris bene institui, atque ad virtutem informari: quo facto, pauci erunt improbi, & scelerati: & ita pœnis à lege constitutis facile cōtinebuntur. contra si nulla erit disciplina civium, omnes erunt iniusti, libidinosi, scelerati, impij, cum alij tales euaserint natura, alij mala consuetudine naturæ bonitatem corruerint: quæ vitia funditus tollere lex non potest, quantumuis grauis atq; acerbis pœnas improbis infligat.

S I N E QV E F E R V I D I S, &c.] declarat qui sint perditī, & corrupti mores: nempe im- mensum pecuniæ studium, & avaritia: paupertatis pudor & timor: cupiditates, & similes animorum pestes. ex hoc fonte omnia reipub. mala manarunt. pendent autem hæc ab iis, quæ proximè antecedūt, hoc modo: *Quid leges profunt sine moribus, verbi gratia, si neque ea mundi pars, quæ immoderatis torretur caloribus, neq; ea, quæ frigore obriguerunt, mercatorem deterrent, quo minus pecuniam quærat, & rem in dies magis ac magis amplificet?* Has mudi parteis partim propter immoderatum ardorem (vt existimant antiqui) partim propter nimia frigora inhabitabileis, commemorat, & aliis locis, vt annot. ad Od. 2.2. lib. 1. Cum his autem congruunt illa ex episto. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fugiens, &c.*

MAGNUM PAUPERIES OPPR.] id est, quæ habetur turpis & probrosa, maximè auaris, qualis inducitur Staberius ille, Sat. 3. lib. 2. *qui quoad vixit, credidit ingens pauperiem vitium.* Itaque Euripid. in Med. Πέννητα φεύγει πᾶς τις Ἐμποδὸν φίλος, id est, Fugit omnis amicus longe amicum pauperem. At Demost. in orat. *περὶ τερφάνη*, ait neque eum, qui paupertatem alteri maledicti loco obiciat, sana mente esse: neque eum, qui eò, quod diuitiis circumfluat, sese effe- rat insolenter. *ἐγὼ γὰρ ἔτ' εἰ περ πέννητα ἀεζο- πηλαμύλα, οὐκ ἔχειν ἠγέμεθα, ἔτ' εἰς εἰ ἀφθό- νοις, ἔτ' ἄτρω σμενόνετα.* & item Hesiodus his versibus: *Μῆδέποτε ἐλοιθίλευ πηνίην θυμοφθό- ρον ἀνδρὶ Τέτρασθ' ὀνειδίσει, μακροῦρον δδόν σθεν εὐνταν.* id est, ne vinquam paupertatem vitæ cor- ruptricem cuiquam maledicti loco obicere audeo, cum sit deorum donum. Vide annot. ad illum locum Saty. 3. lib. 2. *credidit ingens pauperiē*

IVBET QVIDVIS ET FACERE, P A T I] sic episto. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare, &c.* & Saty. 4. lib. 1. *Hic mutat mercem surgente à sole ad eum, quo Vespertina repet regio: quin per mala præcepit Fertur, uti puluis collectus turbine.*

VIRTUTISQVE VIAM DES. ARD.] si legeremus arduam, magis concineret cum He- siodo, cuius versus illi notissimi sunt: *Τῆς δ' ἀ- ρετῆς ἰδρυῶντα θεοὶ ἀεζοπράθεν ἔθνη, καὶ ἀθάνα- τοι μακροῦ δὲ τῷ ὄρβιου οἰμος ἐστ' αὐτίκω, &c.* id est, *Virtutem voluere dij sudore parari, longa au- tem est ad eam via, & ardua, & aspera saxa.* Sed cum omnes codices veteres hanc lectionem comprobent: nihil mutandum esse puto. Cur autem virtutem arduam appellat? an quod ho- mines, claros, admirabileis, & præstanteis, & deorum simileis efficit? an quod difficilis est, & sine multo labore ad eam perueniri non potest? quam sententiam profectò altera lectio magis exprimeret.

VEL NOS IN CAPITOLIVM, &c.] vel in Capitolium, aurum omnium malo- rum materiam, deseramus, quemadmodum cen- tus populus & multitudo: vel in mare proximum proiciamus. Sed quærat aliquis, quorsum hæc Capitolij mentio fiat. dicebat German. Valens, spectasse Horatium illa tempora, quibus ma- tronæ Rom. rep. in summum discrimen addu- cta, mundum omnem suum muliebrem in Ca- pitolium comportassent, atque ad vsus, sumtū- que belli contulissent. Ego existimabam res- pexisse potius ad morem veterum & Græcorum, & Romanorum: qui pecuniam in fanis, & tem- plis deponere, & sacro quasi commendare sole- bant, idque maximè cum rebus timerent, aut diffiderent suis, vt testatur M. Tull. lib. 2. de le- gib. vbi loquitur de sacrilegij pœna, quo loco narrat, Clithenem quendam, Atheniensem, ci- uem egregium, cum rebus timeret suis, Iunoniæ Samiæ

Samiaæ filiarum dotis credidisse. Sic igitur sua- det hoc loco Horatius, vt aurum & pecunia de- feratur in Capitolium, si quis fortè pecuniam magni faciendam existimat, quod facit vulgus: aut potius in mare proiciatur, quod philoso- phis magis probatur. Licet etiam dicere, velle Horatium, aurum in Capitolium portari, vel ad ornatum templi, vel vt sit donum Ioui Capito- lino consecratum, seu *ἀνάθεμα*.

QVOD CLAMOR VOCAT, &c.] id est, se- cunda populi voluntate, seu approbante popu- lo: vel quod maullt populus, quam in mari proiici.

AVRYM ET INVITILE] rectè inutile, si materia est mali. Nam vt præclare disputat Xe- noph. Oeconom. *χρηματα*, id est, pecuniæ ab v- tendo dictæ, non sunt *χρηματα* ei, qui pecuniis nesciat vti, & multo minus ei, qui ex iis detri- mentum capiat.

ERADENDA CVPIDINIS, &c.] si ve- rè nos scelera pœnitent, funditus tollenda, & radicitus extirpanda sunt vitiosa cupiditatis primordia. Cupido pro cupiditate, masculini generis est apud hunc scriptorem, vt supra no- tarum est ad Od. 16. lib. 1.

ET TENERÆ NIMIS MENTES] edu- cationem, & exercitationem significat, quæ duo magnam vim habent in vtramque partem. sic supra Ode 2. huius lib. *Angustam amici pauperiem patri Robustus acri militia puer Condiscat, &c.*

NESCIT EQVO RVDIS] pueri ingenui discunt potius trocho Græco ludere, aut aleæ, quam equitate, aut venari. hæret in equo dixit & M. Tull. in orat. pro Deiot.

VEN. QVE TIMET] *φουλἀθηται*, non vult, vt alibi admonuimus. Venatio autem Ro- manis sollempne viris opus vile fama, *vt a. aque & mem- bris*, vt ait epist. 18. lib. 1.

SEV GRÆCO IVBEAS TR.] trochi nomen, & ludus ipse Græca sunt. Itaq; fortasse meliùs sentiunt qui Sat. 2. lib. 2. Græcari inter- pretantur, *trocho & disco ludere*, quam qui potare. sic Horatius, *vel si Romana fatigat Militia assuetum Græcari, &c.*

TROCHO] vide annot. ad epist. de arte poet. ibi, *Indotusque pile, discive trochive quiescit.*

SEV MALIS VET. LEGIB. ALIA] fortasse lege Cornelia, & lege Titia, quæ com- memorantur à Martiano iuriconsulto lib. 5. re- gularum: & exstat hoc. caput lib. xi. Pandect. iu- ris civilis, titulo de aleatoribus.

CVM PERIVRA PATRIS FIDES, &c.] cum pater (inquit) in rebus contrahendis fidem iurifurandi religione obstrictam. nō ser- uet: sed socium fallat, & hospitem, omnèq; suū studium eò conferat, vt citò heredem indignum locupleter: euenit scilicet, vt diuipiarū aceruus amplificetur: semper aliquid desit tamen. Simi- le est illud sup. Od. 16. huius lib. *Crescentem sequi- tur cura pecuniam, Maiorūque fumes.*

INDIGNOQVE PECVNIAM HER. PROPERET] verbum properandi cum accu- sandi casu coniunxit: vt supra Od. 7. lib. 2. *quis vdo Deproperare apio coronas, &c.* sic Virgil. lib. 9. *Aeneid. pulchram properet per vulnera mortem.* Hic igitur *properet heredi pecuniam*, interpretor, citò & properè heredem locupletare studeat.

SCILICET IMPROBÆ] improba ab effe- ctu, quia improbos efficiunt, vt sup. Od. 4. lib. 1. *Pallida mors*: vel improbè & summo studio, & magno labore coacturata.

AD BACCHVM.

Od. 25.

ARGVMENTVM.

Se Bacchi instinctu, afflatūque concita- tum, noua quædam & inaudita de Augusto dicturum.

QVo me, Bacche, rapis tui Pleni? que in nemora, aut quos agor in specus
Velox mente noua? quibus Antris, egregij Casaris audiar Aeternum meditans decus
** Stellis inferere, & concilio Iouis? Dicam insigne, recens, abhuc Indictum ore alio. * non secus in iugis*
** Ex somnis stupet Enias, Hebrum prospiciens, & niue candi- dam*
*Thracen, ac pede barbaro Lustratam Rhodopen. * vt mihi deuio*
Rupis, & vacuum nemus Mirari liber? o Naiadum potens, Baccharūque valentium
*Proceras manibus * vertere fraxinos: Nil paruum, aut humili modo: Nil morrale loquar. dulce * pericu- lum est,*
*O Lenæ, * sequi deum Cingentem viridi tempora pampino.*

QVÒ ME BACCHE RAP. TVI PLEN] significat, se Bacchi numine afflatum, & mente concitatum, Augusti laudes canere, nouoque carminis genere celebrare velle, nempe lyrico: quod gloriatur à se primo Latinorum poetarum institutum, ac vulgatum.

AVT QVOS AGOR IN SPECVS] sic legi malo, vt reperi scriptum in tribus codicib. antiquis, quàm vt in aliis, & quos ag. in sp. quamquam ne illam quidem improbo.

VELOX] xpoç, celer, expeditus. MENTE NOVA] mente, quam mihi Bacchus innouauit, & diuino quodam instinctu concitauit. mente non mea, sed diuina.

QVIBVS ANTRIS] in quibus antris: in quibus locorum solitudinibus: quibus in locis secretis ac remotis, &c. Od. 4. huius lib. Finire quarentem labores Pierio recreatis antro. epist. 2. lib. 2. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes, Rite cliens Bacchi, &c. & epist. ad Pison. secreta petis loca.

STELLIS INSERERE] in calum vocare, vt loquitur Catullus, id est, immortalitati commendare & consecrare: immortalibus laudibus afficere.

DICAM IN SIGNE, &c.] non dicam res communis, vulgareis, obsoletas, & omnium sermone usurpatis: sed insignis, nouas, & à nemine vsque adhuc cãtatas, neque tractatas. sic epist. ad Mæcenatem tertia libri primi. Inuat immemora feruorem Ingeniis oculisque legi, manibusque teneri.

NON SECVS, &c.] sic cõcitatari solent Thyades, seu Mæiades, seu Euiades, seu Bassarides, vt ego nunc mente cõcitata, & commota, feror ad Augusti laudes meo carmine prædicandas.

EX SOMNIS] experrecta, sic cod. Faërn. Vrf. Don. Torn. tres Vatic. sed ad marginem libri Faërn. ascriptum erat Insonnis.

HEBRVM] Thraciæ fluiuium. epist. 16. lib. 1. Fons etiam riuo dare nomen idoneum, vt nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrum. quem hiemis sodalem appellat Od. 25. lib. 1.

NIVE CANDIDAM] sic sup. Od. 9. lib. 1. Nive candidum Soracte: vbi diximus Soracte montem esse in Sabinis, cum sit in Faliscis potius, vt apparet ex Plinio.

THRACEN] Θρηάκη alibi Thracam, vt epist. ad Iul. Florum lib. 1. Thracane vos, Hebrusque niuali compede vincit. vide sup. annot. Od. 16. lib. 2. Otium bello furiosa Thrace, &c. sed cur niue candidam? quia regio est frigidissima, & ideo habetur ventorum ἐπ' ἀσπίδος, seu officina, vt dixim⁹ ad illum locum, Thraciæ bacchante magis, &c. Od. 25. lib. 1.

AC FEDE BARB. LVSTR.] quam barbari, nempe Thracæ peragunt, & incolunt.

RHODOPEN.] Thraciæ montem. Virgil. Sileno. Nec tantum Rhodope miratur, & Ismaros Orpheæ.

VT MIHI DEVI] mihi vagò, erranti,

vias inuitatas, atque à nemine tritas indaganti. vt liber, &c. id est, quàm liber, &c. significat autem se versus lyricos primum protulisse Latinoꝝ.

vt igitur hoc loco valet quàm: vel quo modo, vt sit admirantis. quale est illud Virgil. vt perij, vt me malus abstrulis error! quod ex Theocrito expressum est in Amarillide. ὧς ἴδεν, ὧς ἐμείνω; ὧς εἰς βαθυὸν ἄλλετ' ἔρωτα; id est, vbi vidit, vt insaniit: vt in altum desiliit amorem: sic iterum Horatius Od. 2. epod. Vt gaudet insaniua decerpens pyra! & epist. ad Mæcenat. 3. lib. 1. vt mihi saepe Bilem, saepe iocum vestri mouere tumulus! Ripas autem habent nonnulli libri manuscr.

VACVVM NEMVS] ἄλσος ἔρημον. epist. ad Mæcem. 3. lib. 1. Libera per vacuum posui vestigia princeps.

δ ΝΑΙΑΔΥΜ ΠΟΤΕΝΣ] δ Bacche Naiadum, & Baccharum domine. sic Od. 3. lib. 1. Sic te diua potens Cyprî. Naiades sunt Nymphæ, vt sup. diximus libro primo.

VERTERE] ieuertit. Virg. Æn. 1. Tyrias quæ uerteret arcis.

DVLCE PERIC. EST, O LENÆE] periculosum illud quid est, δ Bacche, profiteri se aliquid magnū, nouū, immortale, & elato quodam, & grandi modo dicturum: sed tamen dulce est id facere Deo illo ducente, instigante, atque impellente, qui capiti vel suo, vel eorum, quos caros habeat, viridem pampinum circumdat. Lenæus dictus est Bacchus Ἰσθμὸς ἑλευσίου, id est, à Lenæis Bacchi diebus festis. λήνας. autē fortasse Ἰσθμὸς τῆς ἑλευσίδος, id est, à torculari. Virg. Geor. 2. Huc pater δ Lenæe veni. idem dictus Lyæus Ἰσθμὸς ἑλευσίου, quod animos curis astris & eos soluat. Horat. Od. 9. libri epod. Curam metumque Cæsaris veru inuat Dulci Lyæo soluere. Liber autem cur nominatur, nemini obscurū est. Thyoneus à Thyōne Bacchi matre, quæ alio nomine Semele appellatur.

Od. 17. libri 1. nec Semeleius Cum Martē confundet Thyoneus Proliā. Euius à voce Bacchantium enoë, vt diximus ad Od. 18. lib. 1. Bassareus Ἰσθμὸς τῆς βαοσάρων, βαοσάρων autem aiunt fuisse calceos quosdam, quibus utebantur mulieres illæ: bacchantes, à quibus Bassarides etiam dictæ. alij βαοσάρων vestimenti genus fuisse putant, quo eadem amictæ bacchanalia agitabant. sup. Od. 18. lib. 1. Candide Bassareu. Dionysiu, quæsi è Ioue natus, & in Nyfa monte Thraciæ, seu, vt alij, Indiæ educatus: vel à Ioue, & Nyfa eius nutrice appellatus. quamquam Plato in Cratylō, hoc ἔτυμον affert, δ Διονύσιος εἶν ἂν ὁ δίδδεις τὸν οἶνον, id est, Dionysus dictus esse videri possit, qui dat vinum, quod Græci dicunt οἶνον. Dithyrambus autē vel ab antro quodά δίδύρω, id est, quod duas ianuas haberet: vel ex eo, quod Bacchus bis natus, & è duabus quodammodo iānuis egressus sit. Sed de Dithyrambo, vide quæ annotauimus ad Od. 2. lib. 4. Bromius, vel à strepitu tympanorum, & voce mulierum bacchantium, & Saryrorum, & Silenorum, & ceterorum Bacchi comitum: vel à tonitru

tonitru, & ignis, fulminisque, quo Semele deflagrauit, sonitu, fremitu, ac fragore. βρέμειν enim fremere est, & βρόμος fremitus.

CINGENTEM VIRIDI TEMPORA PAMP.] cingentem tempora vel sibi, vel aliis, quos ornare instituerit: vel & sibi & suis. Od. 8. lib. 4. de Libero. Ornatus viridi tempora pampino.

Od. 26.

ARGVMENTVM.

Sciam senem factum rebus amatoriis minus aptum esse.

VIXI puellis nuper idoneus, Et militauit non sine gloria: Nūc arma, defunctumque bello Barbiron hic paries habebit: Lauum marinæ qui Veneris latus Custodit. hic, hic ponite lucida Funalia, & vecteis, & arcus Oppositis foribus minaceis. O, quæ beatam diua tenes Cyprum, & Nemphim carentem Sythonia niue, Regina, sublimi flagello Tange Chloën semel, arrogantem.

VIXI PVELL. NVPER IDON.] cum essem ætate integra, & ad amores accommodata: qualis est adolescentium ætas, & virorum vsque ad annum quadragesimum: tum vixi puellis idoneus: tum me decebat puellas colere, atque amare. Erat enim spes amoris mutui: neque puellæ, tali ætate amatores aspernantur.

ET MILITAVI] Iamui, amori operam dedi. Od. 1. lib. 4. Et centum puer artium Latæ signa ferunt militiæ tua.

NVNC ARMÆ] quia dixerat, se militauisse, perstans in tralatione ait nūc sese arma amatoria Veneri consecrare velle. arma autem amatorum hæc sunt, funalia ad nocturnas arbulationes, & comissiones, versus lyrici, citharæ, vecteis, & arcus ad fores & fenestras effringendas. sic Delphis ille apud Theocr. φαρμακεύτης, dicit Simæthe, à qua fuerat arcessitus, sc. si sibi nō paruisset eius fotes, & si exclusus esset, lampades & securis in eius domum illaturū fuisse. Theocriti verba sunt hæc: Καὶ μ' εἰ μὲν κ' ἐδέχθη, πῶς ἦς φίλα, & εἰδ' ἄλλα μ'. ἀγείτε, καὶ ἄγχεα ἔργατο μοχλῶ. Πάντος ἢ πελέκει, ἢ λαμπάδας ἰδύων ἐφ' ὑμῶς. & Thrao apud Terent. in Eunucho, ædis Thaidis expugnaturus, Do-

naetem quendam iubet cum vecti in medium agmen prodire. Neque enim (vt vulgò putant) vectibus clauderentur fores, sed effringebantur potius: muri, statua, ædificia subruerantur. quæ admodum fugitiui illi, Verris iussu, duce Timarchide (vt scribit M. Tull. orat. in Verrem de signis) signum Herculis, quod erat in templo Agrigentino, subiectis vectibus cõmouere, & labefactare conantur. Lucil. lib. 29. apud Non. Peete atque ancipiti ferro effringam cardines. Iccircorum, qui parietes perfodiunt, vita, vecticularia appellatur à Catone, quod vecte parietes effringant: & Græci parietū perfossoribus, quos illi τοιχορροῖς nominant, vecteis tribuunt.

DEFUNCTUM QVE BELLO] defunctus re aliqua dicitur, qui ca vsus est, quamdiu debuit, aut quādiu licuit, vt autem iam desit: & defunctus munere, qui munus susceptū, aut receptū administravit: & defunctus periculo, qui periculo, in quo versabatur, liberatus est. Ex his nata sunt illa genera loquendi, defungi vita, defungi temporibus. Horat. epist. ad August. lib. 2. & nisi quæ terris semota, suisque Temporibus defuncta vider, fastidit, & odit. & Od. 23. huius lib. Defunctumque laboribus. Aequali recreat forte vicarius.

LAVVVM MAR. QVI VEN. LATVS CVST.] id est, paries læuo Veneris lateri proximus, dexter iis, qui statuā ore aduerso intuetur.

MARINÆ] eodem epitheto vsus est & Od. 11. lib. 4. Qui dies mensē Veneris marina vindit Aprilem. quam obrem autē Venerē marinam dicat, omnibus notum est: idque declarat vocabuli notatio. ἀφρός enim spuma maris est: ex qua facit eam natam Hesiod. in Theog. cui Plato in Crat. non putat quicquam cõtra dici æquum esse, his verbis, ὅτι δὲ τῆς Αφροδίτης, ὅτι δὲ τῆς Ἡσίοδος ἀφρογένει, ἀλλὰ συγχωρεῖν, ὅτι ἀφ' αὐτῆς τῆς ἀφροῦ γένεσιν, Αφροδίτη ἐκλήθη. id est, de Venere autē non est æquum Hesiodo aduersari aut reclamare, sed potius ei assentiendum est, propter ea quod ex spuma maris nata sit, iccirco Aphroditē esse appellatam.

TENES] κρατεῖς κώπης, vt Diua potens Cyprî. sic suprà Od. 4. huius libri de Apolline, qui Lyciā tenet Diuina. alij annotant, tenes hoc loco idem valere, quod Græcum ἀμφοβέστας. Libri aliquot veteres habent, regis.

SITHONIA NIVE] Thracia. Sithonij enim sunt Thracæ, vt sup. Ode 18. lib. 1. Sithoniu nam leuis Euius.

SUBLIMI FLAGELLO] sublato flagello, vt grauior sit plaga.

TANGERE] feri, percutere, vt sit ἐλάττωσις.

SEMEL] ἀθρόως: vel dic proprie semel, vt illa, quæ numquam vim tuam sensit, aliquando & semel sentiat, desinatque tantum sibi arrogare, & se tam superbam ac ferocem in amanteis præbere.

AD GALATHEAM

Nauigaturam.

Od. 27.

ARGUMENTVM.

Deterret eam precipue exemplo Europæ.

* Impios parræ recinentis omen

Ducat, & prægnas canis, aut ab agro

Rana decurrens lupa Lanuuiuo,

Fatâque vulpes.

Rumpat & serpens iter institutum,

* Si per obliquum similis sagitta

Terruit mannos, ego * cui timebo

Prouidus auspex?

Antè quàm stanteis repetat paludes

* Imbrium * diuina auis imminentum:

* Oscinum coruum prece suscitabo

Solis ab ortu.

* Sis licet felix, ubicumque manis,

Et memor nostri Galathæa viuas:

Tèque nec leuus vetat ire picus,

Nec vaga cornix.

Sed vides, quanto trepidet tumultu

Pronus Orion, ego, quid sit ater

Adria, noui sinus: & quid albus

* Peccet Iapyx.

* Hostium uxores, puerique cecos

Sentiant motus orientis Hædi, &

Æquoris nigri fremitum, & trementeis

Verbere ripas.

Sic & Europe niueum dolofo

* Credidit tauro latus: & scatentem

Belluis pontum, * mediâque fraudeis

Palluit audax.

Nuper in pratis studiosa florum, &

Debitæ nymphis opifex corona,

Noctè sublustri, nihil astra præter,

Vidit, & vndas.

Quæ simul centum tetigit potentem

Oppidis Creten: pater ô relictum

Filia nomen, pietâque * dixit

Victa furore,

A Vnde? quo veni? leuis vna mors est

Virginum culpa. * vigilansne ploro

Turpe * commissum? an vitis carentem

Ludit imago

Vana: quæ porta fugiens eburna

Somnium ducit? meliusne fluctus

Ire per longos fuit: an recenteis

Carpere flores?

Si quis infamem mihi nunt iuuentum

Dedat irata: lacerare ferro, &

Frangere enitar modò multum amati

Cornua tauri.

B * Impudens liqui patrios Penateis:

Impudens Orcum moror. O, deorum

Siquis hæc audis: utinam inter errem

Nuda leones.

Antè quàm turpis macies decenteis

Occupet malas, tener aq; succus

Defluat * præda, speciosa quæro

Pascere tigreis.

Vilis Europa pater urget absens:

Quid mori cessas? potes hæc ab orno

C Pendulum Zona bene te secuta

* Ledere collum.

Siue te rupes, & acuta letho

Saxa delectant: age, te procellæ

Crede veloci: nisi herile manis

Carpere pensum

Regius sanguis, domina aq; tradi

Barbara pellex, aderat quærenti

Perfidum ridens Venus, & remisso

Filius arcu.

D Mox * ubi lusit satis: abstineto,

Dixit, irarum, calidæq; rixæ:

Cùm tibi inuisus laceranda reddet

Cornua taurus.

* Vxor inuicti Iouis esse nescis?

Mitte singultus: bene ferre magnam

Disce fortunam: tua sectus orbis

* Nomina ducet.

IMPIOS

IMPIOS PARRÆ RECINENTIS, &c. hoc sentit Horatius. Impiis obiciatur huiusmodi omina, auspicia, ostenta, quæ eos ab instituto itinere reuocent, ac deterreant, id est mala: tibi autè nihil tale metuendū est. Ego enim data opera auspiciū feci, vt scirem, ecquid tibi ista nauigatio bene esset euentura. Itaque neque coruus, quem ego solis ab ortu precibus suscitauit, neque picus, neq; cornix, neque ceteræ aues alites, & oscines vetant, quominus proficiscare, quin licet tibi per auspicia, vbi cūque malis vitam traducere, secundissima fortuna frui. aues mihi pro te auspicant, addixerunt. Dij immortales iter tuum approbant. Sed vides, quāto trepidet, &c. id est, sed vides anni tempus: vides tēpestatem imminentem. Orionis occasus denūtiat ingentes, & horribiles fluctus, quā periculosum sit mari Adriatico nauigare, scio. quātas procellas oriēs Ausfer excitare soleat, nemo est, qui nesciat, quid multa: etiam si tibi aues omnia secunda, ac lata promittant, non debes te tamen tali anni tempore, tam infido mari committere.

PARRÆ] Festus. picus autem Martius, serpensque & parræ & in oscinibus, & in alibus habentur. Plinius scribit lib. 18. cap. 29. autem patram Siro oriente, ipso die non apparere, donec occidat. Parræ carum tristem, atque infelicem veteribus habitū esse credibile est propter vocis infauitatem, atque asperitatem. Vocem autem ei esse infauentem declarat Aufonij versus. si confers fulicas cynis, & ædona parræ.

RECINENTIS] iterum atque iterū canentis, vtitur Od. 12. lib. 1. in aliam paulū sententiā. cuius recinet iocosa Nomen imago? & Od. proxime sequi. In curua recinetes Lyra Latonam. & epist. 1. lib. 1. hæc recinunt iuuenes diætata, senesque.

OMEN] omen propriè vox est hominū, quæ aliquid faciendum, aut non faciendum esse significat. M. Tul. de diuinat. lib. 1. Neque solum deorum voces Pythagorè obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omina: quæ maiores nostri quia valere censebant, iccirco omnibus rebus agendis, QVOD BONVM, FELIX, FORTVNATVM QVE SIT præfabantur: rebusque diuinis, quæ publicè ferent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque feris imperandis, vt litibus, & iurgis se abstinere: itēque in lustranda colonia, ab eo, qui eam deduceret, & cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostius ducerent, eligebantur. quod item in dilectis coss. obseruant, vt primus miles fiat bono nomine, quæ quidem à te scis & Consule, & Imperatore summa religione esse seruata. Prærogatiuam etiam maiores omenia storum comitorum esse voluerunt, &c. Apud Hom. adu. v. omen petit Vlysses domesticum, quo exploratum habere possit, se deorum voluntate in patriam esse restitutum. petit & signum aliquod, aut portentum externum. At Iupiter eo audito in tonuit, & hoc fuit signum externum, domi autem mulier quædam ex iis, quæ triticū

molebant, audito ingenti illo cæli fragore, admirata, & pæne obstupescita, dicit non esse illū è nubibus sonitum editum: sed homini alicui signum aliquod, atque ostētum prosperum datum: precaturque à Ioue, vt proci eo die postremum in adibus Vlyssis cibum capiant: atque hoc fuit omen. verba Homeri sunt hæc. Ζεὺ πάτερ, εἰ μὲν ἐθέλοντες ὄπι τε ἀφελώτε, καὶ ἰστέω, ἤγαστ' ἐμὴν ἐς γαῖαν, ἐπεὶ μὲν Σκαλώσατε λίω, Φημὺ τίς μοι φάσθε ἐγερσθῆναι αὐθρόατον Ἐυδοθεν ἔκποθεν δὲ Διὸς τερος ἄλλο φάηται. cetera, qui volēt, ex Homero petat. nos locū indicauimus. Apud M. Tull. 1. lib. accus. cū Verrès ex senatusc. rationes praturæ statim referre deberet, neque id faceret tamen, quod se quæstorē expectare, idēque Dolabellam impetrasse diceret (fuerat autem Dolabella condemnatus) sic M. Tull. Itaque (inquit) omen magis patribus conscriptis, quàm causâ placuit: probauerunt. Significat autem iis verbis Cicero, eam Verris orationem, condemnationis ipsius omen fuisse.

DVCA T] voluerat dicere, deterreat, reuocet ab instituto suo: Impij hanc autē habeat suorum consiliorum, & inceptorum ducem, cuius vox tristis est, & infelix.

ET PRÆGN. CAN.] facta. Festus. Gravidæ est, quæ iam grauiatur fetu: prægnans, seu (vt alij scribunt) prægnas, velut occupata in generando, quod conceperit.

RAVA] rari coloris, inquit Festus, appellatur, qui sunt inter flauos, & castios, quos Plaut' raiuifellos appellat. Sic rauū mare apud M. Tul. lib. 4. Acad. vt profert Nonius, id est, flauū. nempe vesperi cū à sole colluceat. lectorē admonitum velim, quāuis de integritate huius loci non dubitem: hoc nomen tamen in duobus codicibus manuscript. esse in litura. quā ex huius vocis ignoratione natam esse puto, cū aliqui in hanc vocem incidentes, sibi inauditā, in eius locū aliā sibi notam substituere gestirēt. quod fecerunt in Cicerone, eo quem cōmemorauit, loco: apud quem flauum, pro raiuum supposuerunt. RVM PAT ET SERPENS] serpens transfuersa ex parte equo terrorem inferēs, præsignificabat apud veteres tristem itineris euentum. huiusmodi monstris apud Terent. in Phorm. Geta nuptias ait se disturbaturum, vel certè tardaturum. Introit in aditū ater alienus canis: Anguis per impluuium decedit de regulis: Gallina cecinit, &c.

SI PER OBLIQUVM] id est, cū per obliquum. sic Catull. Nam si luxerit, ad librariorum Carram scribit.

SIMILIS SAGITTÆ] sagittam hoc loco non esse accipiendam pro ea sagitta, quæ arcu mittitur, sed pro ea furculi parte, quæ in viti bus cōtorta pangitur, admonuit me Passeratius meus: cui facilè assensus sum. Est enim hæc sagitta, vt pote incurua, longè serpenti simillior, quānt quæ à sagittario mittitur. Plin. Tertius genus adie

t ij

Etum etiamnum expeditus sine calce, propter quod sagitta vocatur, cum intortu panguntur. idem cum recisi, nec intortu trigemmes, &c. & paullo post, sagittas ferere minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit.

MANNOS] equos minores. Od. 4. epod. & Appian mannis terit. & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. Impositus mannis.

EGO CUI TIMEBO] cod. Rain. Cardin. & i. Vat. quid timebo? quæ scriptura fortasse vera est. Verūtamen nihil muto. Nam hæc lectio hoc modo defendi potest. Impios superiora illa omnia tristia auguria, monstra, ostenta, omina ducant, ego cui timebo? quasi hoc dicat: ego tibi timere non debeo, primum quia impia non es; deinde quia talia monstra consilium tuum non retardant, neque tibi tristitem aut infelicem euentum significant. [Sed Ioannes Passeratius homo valde follers, & acutus: putabat hæc verba sine interrogationis nota esse legenda, hac sententia: ego, ei, cui timebo suscitabo oscinem coruum ab ortu antequam stâteis repetat paludes imbrum diuina auis imminet, &c.]

ANTEQUAM STANTEIS] id est, quæ non fluunt, neque labuntur, neque currunt, vt fluij: sed stant, vt stagna, quæ propterea fortasse à stando dicta sunt, vt Festo videtur: quamquã alij à voce Græca στεγνόν, aut à στεγνόν.

IMBRIVM DIVINA AVIS] sup. Od. 17. huius lib. aquæ augur, id est, præsignificatrix, prænuntia. βρομαύτην appellat Euphorion, quod mihi indicauit Germ. Valens. in epist. ad Pison. de arte Poët. diuina futuri.

OS CINEM CORVVM] Oscines appellatur aues, quæ cantu, seu occentu augurium præbent, quasi ore canentes: vel (vt Festus) auspicium ore faciētes: quales sunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. Eademque efficit in aui-bus diuina mens, vt timet huc, tum illuc volens alites: tum à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Titus Liu. lib. 10. Ante consulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit. Apud Hom. il. a. Priamus Hecubam dissuadentem, ne ad Achillem car redimendi Hectoris mortui gratiã, cum diceret illud esse immitem, inexorabilem, atq; infidum, auē malam appellat his verbis, Μη δέ μοι ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι χροὸς πέλει. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auspices. i. οἰωνοκόποις. Hom. ὄδωσ. α. Οὐτέ τι μάντις ἐὼν, ἐπ' οἰωνῶν σέφα εἶδος. Nam & senex ille Alitheria ὀδ. β. ex aquilarū volatu, collorū que, & genarū laceratione, reditum Vlyss. & procorum interitū auguratur, & Priamus libro Ἰλιάδ. quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouē orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspiciō que secundo cōsiliū ad nauēis Græcorum sese conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχέως ἀγγέλον, δὲ τί σοι αὐτῶ Φίλιππος οἰωνῶν, καὶ ἢ κρείττος ἐστὶ μέγιστον, Δέξιον, ἢ φραζέμεν αὐτῶ ἐν ὀφθαλμοῖσι νόησας τῶ πρῶτος ἐπὶ γῆρας

OS CINEM CORVVM] Oscines appellatur aues, quæ cantu, seu occentu augurium præbent, quasi ore canentes: vel (vt Festus) auspicium ore faciētes: quales sunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. Eademque efficit in aui-bus diuina mens, vt timet huc, tum illuc volens alites: tum à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Titus Liu. lib. 10. Ante consulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit. Apud Hom. il. a. Priamus Hecubam dissuadentem, ne ad Achillem car redimendi Hectoris mortui gratiã, cum diceret illud esse immitem, inexorabilem, atq; infidum, auē malam appellat his verbis, Μη δέ μοι ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι χροὸς πέλει. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auspices. i. οἰωνοκόποις. Hom. ὄδωσ. α. Οὐτέ τι μάντις ἐὼν, ἐπ' οἰωνῶν σέφα εἶδος. Nam & senex ille Alitheria ὀδ. β. ex aquilarū volatu, collorū que, & genarū laceratione, reditum Vlyss. & procorum interitū auguratur, & Priamus libro Ἰλιάδ. quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouē orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspiciō que secundo cōsiliū ad nauēis Græcorum sese conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχέως ἀγγέλον, δὲ τί σοι αὐτῶ Φίλιππος οἰωνῶν, καὶ ἢ κρείττος ἐστὶ μέγιστον, Δέξιον, ἢ φραζέμεν αὐτῶ ἐν ὀφθαλμοῖσι νόησας τῶ πρῶτος ἐπὶ γῆρας

OS CINEM CORVVM] Oscines appellatur aues, quæ cantu, seu occentu augurium præbent, quasi ore canentes: vel (vt Festus) auspicium ore faciētes: quales sunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. Eademque efficit in aui-bus diuina mens, vt timet huc, tum illuc volens alites: tum à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Titus Liu. lib. 10. Ante consulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit. Apud Hom. il. a. Priamus Hecubam dissuadentem, ne ad Achillem car redimendi Hectoris mortui gratiã, cum diceret illud esse immitem, inexorabilem, atq; infidum, auē malam appellat his verbis, Μη δέ μοι ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι χροὸς πέλει. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auspices. i. οἰωνοκόποις. Hom. ὄδωσ. α. Οὐτέ τι μάντις ἐὼν, ἐπ' οἰωνῶν σέφα εἶδος. Nam & senex ille Alitheria ὀδ. β. ex aquilarū volatu, collorū que, & genarū laceratione, reditum Vlyss. & procorum interitū auguratur, & Priamus libro Ἰλιάδ. quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouē orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspiciō que secundo cōsiliū ad nauēis Græcorum sese conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχέως ἀγγέλον, δὲ τί σοι αὐτῶ Φίλιππος οἰωνῶν, καὶ ἢ κρείττος ἐστὶ μέγιστον, Δέξιον, ἢ φραζέμεν αὐτῶ ἐν ὀφθαλμοῖσι νόησας τῶ πρῶτος ἐπὶ γῆρας

OS CINEM CORVVM] Oscines appellatur aues, quæ cantu, seu occentu augurium præbent, quasi ore canentes: vel (vt Festus) auspicium ore faciētes: quales sunt coruus, cornix, noctua. M. Tull. de diuinat. lib. 1. Eademque efficit in aui-bus diuina mens, vt timet huc, tum illuc volens alites: tum à dextra, tum à sinistra parte canant oscines. Titus Liu. lib. 10. Ante consulem hæc dicentem coruus clara voce occinuit. Apud Hom. il. a. Priamus Hecubam dissuadentem, ne ad Achillem car redimendi Hectoris mortui gratiã, cum diceret illud esse immitem, inexorabilem, atq; infidum, auē malam appellat his verbis, Μη δέ μοι ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι χροὸς πέλει. Tulit autem etiam ætas Homeri augures, & auspices. i. οἰωνοκόποις. Hom. ὄδωσ. α. Οὐτέ τι μάντις ἐὼν, ἐπ' οἰωνῶν σέφα εἶδος. Nam & senex ille Alitheria ὀδ. β. ex aquilarū volatu, collorū que, & genarū laceratione, reditum Vlyss. & procorum interitū auguratur, & Priamus libro Ἰλιάδ. quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Iouē orat, vt aquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspiciō que secundo cōsiliū ad nauēis Græcorum sese conferat. Πέμψον δ' οἰωνὸν ταχέως ἀγγέλον, δὲ τί σοι αὐτῶ Φίλιππος οἰωνῶν, καὶ ἢ κρείττος ἐστὶ μέγιστον, Δέξιον, ἢ φραζέμεν αὐτῶ ἐν ὀφθαλμοῖσι νόησας τῶ πρῶτος ἐπὶ γῆρας

ἰὼ δὲναῶν παραπάλω . id est, Mittito auem oscinem, celerem nuntiam, quæ tibi auium oscinum carissima, & cuius vis est maxima, dexteram, vt ego ea conspecta, eaque confusus eam ad nauēis Græcorum celeribus equis vectorum.

CORVVM] qui canter à dextra manu. nam si à læua crocicaret, triste esset augurium. Plaut. Aulul. Non temere est quod coruus canter mihi nunc ab læua manu. Simul radebat pedibus terram, & voce occitabat sua, &c.

SOLIS ABORTV] non temerè hoc dicit, nam augures caelum in quattuor parteis diuidebant, & cum augurium captabant, orientem solem spectabant, vt meridies eis esset pars dextera, septentrio sinistra.

SIS LICET FELIX, &c.] nihil est (inquit Horat.) quod tibi nauigare cogitãti casum vllũ aduersum minetur, aut prænuñtiet: non oscinum cantus, non alitum volatus, non serpētis, aut canis prægnantis, aut lupæ grauidæ occurfus iter tuum impediunt: denique per hæc omnia licet nauigationem institutam suscipias. quocumq; proficisci, & vbi cumq; ætatem agere in animo habes, illic omnia tibi læta, ac secunda eueniēt: sed Orion astrum infelix, & formidolosum: maris, inconstantissimi, atque infidissimi elementi, maximæ que Adriatici natura: venti, res incertissima: tempestates, denique impendentes te ab isto nauigandi consilio deterrere debent. Si licet felix, id est, licet tibi esse felici: nihil obstat, quo minus feliciter ætatem agas, vbi cumque quod tibi vitæ reliquum est, mauius traducere.

VBI CVM QVE MAVS] tale ferè est illud Aneid. 4. Quæ me cumque vocant terra, &c.

ET MEMOR NOSTRI] hæc legenda sunt, quasi interposita, quibus eam orat, vt, vbi cumque vitam agat, sui memor sit.

TQVE NEC LAVVS VBTAT] sic est legēdum, & ita reperi scriptum in vno codice Vaticano, non, vt in vulg. veter. Est enim hæc huius loci sententia: (dicendū autem est sepidis, propter eius difficultatem, cum videã, doctissimi homines in eo hæreret) paullo antè dixerat, se tanquam augurem, coruum oscinem prece suscitaturū ab oriente sole, vt ex eius garritu de huius instituta nauigationis euentu iudicare, certique aliquid cognoscere queat. Nunc proinde quasi corui, & ceterarum auium garritū, ac volatum notauerit, atq; obseruauerit, hæc subiungit, ex quibus vult intelligi, coruū, picum, cornicem addixisse, id est, Galatææ nauigationē cōprobasse, si licet felix (inquit) id est, licet tibi per omnis alites, atque oscines prosperè nauigare, beatè que viuere, quocumque te cōferre volēs: omnes aues tibi secundum, ac lætum tuæ profectiois, tuique consilij euentū promittunt, atq; ostendunt. sic Plaut. in Afinar. Ricca, & cornix est ab læua: coruus porò ab dextera Consuadet. huc etiam pertinet, quod est lib. 2. Academic. quæst. Non enim

enim magis assentiantur, neque approbant lucere nunc, quam, cum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vitare.

PICVS] picum Martium vocat Latini, Græci δρωοισλάπλω, de quo lege Pliniū lib. 10. cap. 18. & Plutarch. Ρωμαίοισι.

SED VIDES QVANTO TREPIDET TVMVLTV] sed vides quantam tempestatem denuntiet, &c.

PRONVS] occidens, de Orionē diximus ad Od. 28. lib. 1.

ATER ADR.] atrum Adria: sinum appellat, quasi tristem, & insectum, propter huius maris improbitatem atque iracundiam, vt Odā 9. huius lib. improbo iracundior Adria.

SINVS] ἰόλλπος. dicitur autem maris sinus per translationem à corpore humano, ea maris pars, quam littora curuata complectuntur.

ALBVS] sic sup. Od. 7. lib. 1. Notum, album dixit. Albus vt obscuro deterget nubila celo Sape Notus. Iapux autem Calabria: ventus est, vt sup. diximus ad Od. 3. lib. 1.

HOSTIVM VX. PVERIQVE, &c.] vñtatisimum est scriptoribus Græcis, & Latinis, cum magnum aliquid malū significare, ac describere volūt, sine longiore vlla oratione, quicquid id est, hostibus precari, atque optare. Sophocli. in Electra. Εἰ μὴ περὶ κεν ἐσθλὰ, δὲς τελεσφόρα. Εἰ δ' ἐρθεῖ, τοὶς ἐρροισὶν ἐμπάλιν μέγες, id est, si quidem bona sunt, dato integra, & ad exitū perducito: Sin inimica, & mala, ad hosteis trãsero. Xenoph. ἀναξασ. γ. οἰμὴ γὰρ ἐν ἡμῶς ποιεῖται ἐν παθῶν, οἷα τὸς ἐρροῖς οἱ θεοὶ ποιήσεται, id est, puto fore vt talia nobis accidit. qualia dii immortales hostibus ingerat. tale est illud Homericum. (sunt autem Achillis verba ad Asteropæum.) ἰλ. φ. τίς πόθεν εἶς ἀστροῦ, ὃ μὲν ἔτλης ἀντίς ἐλθεῖν; Δυσήμων δὲ τε πῶδες ἐμῶ ὀδῶν ἀντίοσι, id est, Quis & vnde venisti hominum, qui contra me congregati ausus es? Infelicium filij se meis viribus opponūt. Dionysius Alexãdr. ἐν ἀεμνήσει. Δυσμυθῶν τοὶ πῶδες ἐλιούσθμοι πῶδων Κένους ἀπτάσειαν ἀλεύμοι, id est, hostium filij in mari versantes in illos incidant errantes. [Et Antisthenes, vt refert Diogenes Laërt in Antisthene, ad quẽdam qui laudabat delicias & luxum, & ερρών πῶδες, ἐφθ. τερφῆσειαν, id est, hostium, seu inimicorum filij delectantur, & luxurient.] Virg. Geor. 3. Dij meliora piis, errorè que hostibus illis. Quid. Hostibus eueniat communiã talia nostris. Teret. Heaut. Ἄθ. ὀβσετρο te, istuc inimicis nostris set. Plaut. Mercat. A. perimus. C. principium inimicis dato. Idem in Afin. Primam, malè qui mihi volunt, sic videant. non distimile est illud M. Tullij, Catone maiore. Mira-ri solitum C. Fabricium, quod, cum apud Regem Pyrrhū legatus esset, audisset à Thessalo Cineã Athenis quendam esse, qui se sapientem profiteretur: eumque dicere, omnia, quæ faceremus, ad voluptatem esse referenda: quod ex eo audiētis M. Curii, & T. Cornuntianum op-

tare solitos, vt id Samnitibus, ipsique Pyrrho persuaderetur, quo facilius vinci possent, cum se voluptatibus dedissent. Propert. lib. 3. Hostibus eueniat læta puella meis. Idem lib. 2. eleg. 5. Hostis si quis erit nobis, amet ipse puellas: Gaudet in puero, si quis amicus erit.

CACOS] quorum causa, & principia ignorantur: vel simpliciter, obscuros: vt sup. Od. 13. lib. 2. caca fata. & Virg. lib. 2. An. Multaque per eam congressi prælia nollem Conserimus. & 3. Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis. Lucret. libr. 2. Quod tales turbæ motus quoque materia significant clandestinos, cacosque subesse.

ORIENTIS HADII] quidam libri veteres habent orientis Austri.

ET TREMENTIS VERB.] quæ videtur tremere, vndarum ictu, & fluctibus cōquassate. paullò vtercūdius dixit trementis ilices Od. 10. epod.

SIC ET EVROPE] Europæ exemplo Galatæam deterrēt, ne se mari, quantumuis in præsentia tranquillo, committat. Exstat autem elegantissimum Theocriti carmè de Europa Phœnicis filia, & hoc tauro. Etiam M. Tull. lib. 1. de nat. deorū hunc taurum commemorat his verbis: At me hercule ego (dicam enim quod sentio) quãuis amem ipse me, tamen non audeo dicere pulchriorem esse me, quàm ille fuit Taurus, qui vexit Europam, &c.

DOLOS] qui deum tegebatur, vt ait Theocr. in illo carmine, Κρόνο θεόν, καὶ τρέλα δέμας, & γίγνετο λαῶπος, id est, Celauit deum, & mutauit corpus, & factus est taurus. sic sup. Od. 1. libr. 2. cimeterem, dolosum appellauit, qui igneis suppositos tegeret, ac celaret.

CRBDIDI] commisit, ἔπιθευεν, supra Od. 5. huius lib.

PALLVIT AVDA] pallens extimuit pericula illa, in quæ sese decēpta, audacius cōiecerat. neque est, quod quisquã miretur, hîc ab Horatio cum pallore seu timore cōiungi audaciã. Nam & Aristotel. lib. 3. de moribus ad Nicom. scribit, multos esse θερασιδελούς, id est, qui audaciã habeant cum timiditate coniunctam, palluit hoc loco ἐπερηγητόν, cum alioqui verbū sit absolutū: vt epist. 1. lib. 1. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa. & Satyr. 3. lib. 2. quisquis Ambitionis mala, aut argenti pallet amore. & de arte Poët. Pallescet super his.

DEB. N. OPIFEX COR.] quæ coronã nec tebat Nymphis debitam, hoc est promissã.

SUBLVSTR] aliquantulum luminosã. T. Liuius lib. 5. nocte sublustri, cum primò inuentem, qui tentaret viam, præmississent: tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, &c. Virg. lib. 9. Aneid. Et galea Euryalum sublustri noctis in umbra Prodidit inmemorem.

SIMVLI] simulatque, vt sup. Od. 4. lib. 1. quã simul mearis.

CENTVM TETIG. POTENT. OPP. CRET.] sic Homer. ἰλια. β. οἱ Κρητῶν ἐξαπτό-πολι ἀμφειέμοντο. & Virgil. Aneid. 2. de Cretenisibus, Centum vrbeis habitans. & Horat. Od. 9. r ij

epod. *Aut ille centum nobilem Cretam urbibus, ven- tu natus non suis, etc.*
PATER, O RELICT. FILIAE NOMEN]
 ó pater, ó nomen paternú à filia relictum. *nomen* autem legendum, vt habet omnes libri veteres, & plerique excusi. non, *numen*.

EVROE] amore perduto, & infano.
LEVIS VNA M. EST VIRGIN. CVL- P. A.] levis est pœna virgini, quæ parentibus in- scitiis corpus cui vîro comiscuerit, semel mori: grauiore pœna multari debet. hyperbole: cuius- modi est apud Propertiu, vbi de Tarpeia vestali loquitur: *Et satis una mala potuit mors esse puella: Quæ potuit flammis fallere, Vestra tuas?* Nauticaa apud Hom. *ὄδυσ. ζ.* grauem in ea virgine culpã residere dicit, quæ vtroque parente inuito, præ- fertim propitio, cum viris re habeat, neque ex- spectet palam nubendi tempus *Καὶ δ' ἄλλῃ νε- μεσῶ, ἢ τις τοιαῦτα γέρεζοι. Η τ' ἀκούει φίλων πατρός, καὶ μητρός ἄγοντος. Ἀνδράσι μισογῆται, τῶν γ' ἀμφάδων γάμων ἐλθέειν.*

IMAGO. VANA] species falsa in somnis occurrere solita *φάντασμα*.
QVÆ P. FVG. EBVR.] sumtus est hic lo- cus ex Hom. *ὄδυσ. τ.* in extremo. *Δοιῶ γὰρ τε πτόλαι ἀνδρῶν εἰσὶν ὄνειρον. Αἱ μὲν γὰρ κερ- εῖασσι τετυγῆται, αἱ δ' ἐλεφαντος, τῶν οἱ μὲν κ' ἐλθῶσι, αἱ δ' ἀφίεσσι ἐλεφαντος. Οἱ δ' ἐλεφάν- ροντα ἐπεὶ ἀφρακτα φέρωντες. Οἱ δ' αἱ εἰ- ρῆν κερῶν ἐλθῶσι ἡγεσῆε. Οἱ δ' ἔτυμα κροῦ- νόουσι, βροτῶν δὲ κεν τις ἰδηται.* quos Homeri versus expreflit Virg. *Æneid. 6. sumi gemina somni porta: quarum altera fertur Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris: Altera tandem perfecta nitens elephanto.* huc alludit Plato in Charmide. *Ἄκουε δὴ φίλοι, τὸ ἐμὸν ὄνειρον, εἴτε αἱ εἰ κερῶν, εἴτε δὲ ἐλεφαντος ἐλθῶσιν, id est, audi igitur, in qua, meum somnium, vtrum per cornu, an per ebur venerit. eodem pertinet epigramma. Græcū nō inuenistum ex lib. 3. epigrammatum Græcorū, in Callimac. *ὦ μέγα Βασιλίδιο σὸφῶν πειτυ- ρῶν ὄνειρον. Ἡρ' ἔπειν κερῶν, οὐδ' ἐλεφαντος ἐφίε. Τοια γὰρ ἀμύν ἔφηναι, ἅτ' οὐ πάρος ἀ- νήρες ἴσμεν Ἀμφίτε ἀδανάτης, ἀμφίτε ἡμιθέου.* quorum versuum interpretatio ad verbum ex- pressa, hæc est. O Battiadæ sapientis valde cla- rum somnium. Plane re vera è cornibus, non ex ebone natum es. Talia enim nobis aperuisti ac declarasti, quæ antea nos homines nesciebam, de diis immortalibus, & de femidiis.*

SI QVIS INFAM. MIHI N.] re trans- acta solent puellæ virginitatē amissam deslere, venerantque illam voluptatem oratione detestari. Quod dico autem. id sic accipi volo. quasi Europa certò scierit, se cum Ioue rem habuisse. Nam si taurum esse putauisset, iusta causa esset, cur eam talis turpitudinis pœniteret, sed certè nouæ nuptæ non sine lacrymis primos illos Ve- neris fructus cum spõsis suis decerpit. Suntne igitur veræ hæ lacrymæ, an falsæ? falsas ait esse

Catullus in Carm. de coma Berenices. *Est ne nouis neptis odio Venus? An ne parentum Frustrantur falsis gaudia lacrymis? Vbertim thalami quas intra lini- na fundunt? Non ita me Diui, vera gemunt, iuerint.* Ita puella illa apud Theocr. *εἰδ.* vltimo, à pasto- re Daphnide mulier è virgine facta, ad oueis suas reuertitur, oculis quidem pudore suffusis: animo autem penitus exhilarato *ὄμμασιν ἀδδ- ῶδῃν, κερῶν δὲ οἱ ἐπὶ εἰσὶν.*

FRANGER E.] *ἄχρόντων*, diripere, diuelle- re, ac discerpere.

CORN. TAVRI] nonnulli libri habent *cornua monstri*: quos non sequor, quamquam non damno.

IMPVD. LIQ. PAT. FEN.] impudens in eo sui, quòd patrem reliqui: impudens nunc sum, quòd tali flagitio admisso mancam in vita. *sup. Od. 2. 4. Es peccare nefas, aut pretiu est mori.*

ORCVM MOROR.] Orcum moratur is, qui non moritur tum, cum mori debet. Est enim quodammodo Orco in mora. nam quamuis nos omnes mori debeamus, nostraque, vt idem ait alibi: non vno tamē die tumus omnes morituri: sed alij alijs vel citius, vel tardius. Sic Terent. *Heautont. egomet conuiuius moror.* sic iunxit hoc verbum cum accusandi casu *Od. 12. lib. 1. rapidus morantem Fluminum lapsus.* plura exempla colle- gimus ad *Od. 7. lib. 2.*

SI QVIS HÆC AVDIS] cod. vnus Vati- cæ. & Toines. habent hæc *audir* in 3. persona. vt *Od. 5. epod. Αἰ δὲ θεῶν quicquid in calo regit, etc.*

VTINAM INTER ERREM NYDA LEON.] vtinam errem nuda inter leones. talia aliquot loquendi genera sub vno quasi aspectu posuimus ad *Od. 7. lib. 2.*

TENERÆ QVE SVCCVS DEFL. R.] id est, & antequam ego præda leonibus, & tigris- bus debita, ac pene deuota, contabescam, velim integra pascere tigres, & similes feras. legendum fortasse est *teneræ que succ. Deff. præda*, nisi ita dictum intelligamus, vt illud, *Corticem demonabit amphora*, *Od. 8. lib. 3.*

SECC. QV. PASC. TIGR.] quæro etiãnum speciosa, & dum forma integra manet, tigribus esca & pabulum esse. *quæro pascere* genus loquē- di Horatio vsitatum, alibi à nobis notatum.

VILIS EVROPE PATER VRG. A B S.] Vulgata quidem hæc est lectio: *vilia Eu- rope, pater vrges absens*: quam si quis fortè ei, quam secutus sum, antepōnet, sic explicò. O Europa, contemta iam, & minimi pretij, posteaquam pu- dicitiam tuam prodidisti, pater, qui abest, adesse videtur tamen, & te vrgere, tibi que instare. Sed cum Europa per æ diphthongum scriptū repe- rissim in vno cod. Vatic. eandemq; scripturam codex Faëni, quãuis hoc loco interlitus, com- p̄robaret: putavi mihi sine arrogantiæ crimine à vulgata lectione discedere licerè. accessit cod. Toines. ad cuius oram hæc verba sunt ascripta, *vilem Europa patrem dicit, quia eo relicto taurum se- cuta*

cura est. solemus autem ea vilia nobis esse dicere, quæ non sunt nobis cara, & qua contemnimus, A parafque facimus. sic M. Tull. Philipp. 1. 2. *vita mi- hi quidem minimè cara est, præsertim cum Dolabella fecerit, vt optanda mors esset, modo sine cruciatu, & tormentis: vobis tamen, & populo Rom. vilis esse spiri- tus meus non debet.* Sic igitur hunc locum explico. Pater tibi Europæ filia vilis, id est, quem tu filia præ tauro cõtemisisti, & pro nihilo putasti, vide- tur te absens vrgere, & stimulare, vt moriaris: ita me excruciat mei flagitij cõscientia, vt quoquò- cam, patrem mihi coram videar audire, quamuis absentem; qui me obiurget, atque increpet, &c. Et sanè cõgruit hæc explicatio cum verbis illis superioribus, *pietas vicia furor.* idem sunt enim: pietatem in patrem, viciam esse ab amore, ac li- bidine: & patrem ab Europa filia contentū esse præ amante.

QVID MORI CESSAS?] putant quidam hæc esse verba patris Europæ vrgentis. mihi con- tendere non placet. ego tamen malim hæc quo- que, Europæ esse verba intelligi, vt intelligamus eam perpetuò seipsam affari.

VRGE.] codex etiã ille Vatic. habet, *vrguet.*

POTES HAC AB ORNO PEND.] potes te de hac orno suspendere quidã per ornum, nauis malum significari putat, vt intelligamus, Europam in naui esse. sed refellit hanc opinio- nem id, quod sequitur, *age, te procella Credo veloci.* Sunt autem Europæ verba à principio vsque ad extremum, vt dixi: nisi quis malit hæc à patre tanquam præsentè dici, vt Europa perturbata, & de gradu mentis deturbata hæc loquentè pa- trem audire sibi videatur. Iam hæc *Pendulum ab orno*, coniuñctè sunt legenda, vt epist. ad Loll. 2. lib. 1. *ne suistrem dubia spe pendulum horæ.*

ZONA BENE TE SEC.] quam opportu- nè tecum deportasti, vt ea tibi collū obstringas, animamque intercludas. erat autem verifimile, zonam virginæam, quam taurus Europæ soluis- set, ei aliud agenti excidisse.

LADERE COLLVM.] codex Card. Rainu- tij, & vnus Vatic. & nonnulli alij manuscripti habent *elidere collum*, quæ scripturã quamquam non est mihi visa vulgata antepōnenda, *ludere collum*: non tamen videtur reiicienda aut damnã- da, vt prima littera verbi *elidere*, pertineat ad ver- sum antecedentem, hoc modo *Zonã bene te secuta D e. Ludere collum.*

SIVE TERVPES, ET AC.] siue, non geminatum, annotatum ad *Od. 3. lib. 1.* acuta alti- rem leto laxa dicit; quòd eum, qui fe ex eis præ- cipitem agat, celeriter exanimet, vt morbi acū- ti appellantur, quòd celeriter tollant de medio.

AGE, TERROC. CRUDE.] id est, com- mitte, seu per mitte te procella: ex hæc rupè te præcipitem in mare deice.

REGIVS SANGVIVS.] sic *Od. 2. lib. 4. seu Deus, Reges que canit, Deorum sanguinem.* & carm. sæ- culari. *Clarus Archisa, Venerisque sanguis, &c.* art.

poët. *Pas ò Pompilius sanguis.*
QVARENTI] Europæ. hoc loco adducor, vt credam orationem esse Europæ ab initio conti- nuatam ad hunc vsque locum.

PERFIDVM RIDENS] Hellenismus, vt annot. *Od. 2. lib. 1.* ad illum locum, *Dulce ridentem.* Sic quidem omnes huc locum connectunt, & explicant. Sed Passeratius, cõiunctè legit *que- renti Perfidum*, id est, querenti taurum perfidum ac dolosum: vel querenti perfidiam tauri, cui la- tus crederat, cuique se vehendam tradiderat. sic locutus est Ouid. in epist. Didonis. *Non tamen Evæam quamvis malè cogites, odi. Sed queror infidum: questaque peius amo.*

REMISSE] iam laxato, posteaquam Europã suis sagittis fauciarat. probabiliter autem, & ex sagittariorum more dixit, *remisso arcu.* Nam sagit- tarij vbi arcu vti necesse habent, eum intendunt. vbi iaculari velle desierunt, remittunt. sic supra *Od. 8. Tam Scythæ laxo mediantur arcu Cedere campis.*

ABSTINETO (DIXIT) IRARVM] etiam hoc è Græco expressum puto, *ἀπέχεσθαι τῆς ὀργῶν*, nam Latino more dixisset, *abstineto ab iris.* Simile est illud supra *Od. 9. lib. 2. desine mollium Tandem querelarum.*

CUM TIBI INVIVS LACERAN- DA, &c.] cum taurus is, cui tetantopere iratam esse ostendis, te reuifet: ne, quòd te facturã esse minata es, eius cornua frangito, aut lacerato: sed in eum te faciliem ac placatam præbeto.

VXOR INVICTI IOVIS ESSE NE- SCIS?] hoc quoque loquendi genus Græcum est. sic enim loquuntur illi, *ὄσα οἰοσα τῆ δίδος γυνὴ οὔσα;* Latini autem sic, te vxorem inuicti Iouis esse nescis: tale est illud, *patiens vocari Casar- ris vltor* *Od. 2. lib. 1.*

BENEFERRE MAGNAM] *ὄν γὰρ πτω- τὸς ἀνδρὸς φέρεν εὐτυχεῖν*, inquit Aristot. libr. 5. polit. id est, non est cuiuslibet ferre res secundas. Quòd si quis secundam fortunã consecutus. aut certaminibus gloriofis, aut pecunia magnitudi- ne, insolentem atque odiosam petulantiam cõ- primere sciat, dignus sit, quæ homines certatim laudibus efferant, vt ait Pindarus: cuius hæc ver- ba sunt *ἐὶδ. γ. ἰ. Θυ.* princip. *Εἴ τις ἀνδρῶν εὐτυ- χίστας ἢ σὺν εὐδύχοις ἀέθλοισ, ἢ ἀειφ. πλούτου κατεργῆ φέρον ἀγαθὴ κόρον, Ἀέλιος εὐλογοῖς ἔστων μεμύηται.* Vtrum autem sit difficilis secundam, an aduersam fortunam moderatè & composité ferre, non est facile pronuntiare. Aiunt quidam, quemadmodum dolor interimit, voluptas au- tem liquefacit: sic rebus aduersis homines op- primi, atque affligi: secundis verò, duntaxat im- moderata læticia efferri. Ego tamen existimarim si mihi quòd sentio, liceat dicere, difficilium esse res secundas æquo animo, & moderatè ferre. ἄ- aduersas: propterea quòd secundæ res animos hominum vanissimis opinionibus imbuerent, eod- demque ad superbiam, ferociam, ignorantiam sui perniciosam securitatem, omnè deniq; pec- t iij

AD LYDEN.

Od. 28.

ARGUMENTVM.

Diem Neptuno sacrum hilariter exigendum esse.

FESTO quid potius die Neptuni factam? prome reconditū, Lyde strenua, Cæcubum:

*Munitaq; adhibe vim sapientia.

Inclinare meridiem

Sentis: *ac, veluti ster volucris dies,

Parcis deripere horreo

Cessantem Bibuli consulis amphoram.

Nos cantabimus inuicem

Neptunū, & virideis Nereidū comas.

Tu curua recines lyra

Latonam, & celeris spicula Cynthia:

*Summo carmine, quæ Cnidon

Fulgereisq; tenet Cycladas, & Paphō

Iunctis vifit olorbis.

Dicetur merita Nox quoque nania.

FESTO QUID POTIVS DIE, &c.] ἕτερον ἄλλοτερον. Erat enim hic ordo. Prome Lyde reconditum Cæcubum, vt bibam, quid enim potius festo Neptuni die facere possum?

MUNITAQ; ADHIBE VIM] id est, feueriorem istam sapientiam septam, & munitam aduersus voluptates, expugna liberaliore potu, vt det loci aliquid ioco, & ludo. non difficile est illud, quod est supra Od. 21. ad testam. Tu lene tormentum ingenio admoies. Plerumque duro, nam qui ingenium durius, rebūque seriis semper deditum, & sapientiam obfirmatam, atq; in proposito consilio pertinacem, vini potu teperrat, ac relaxat, videtur cum dulcē quandam vim sapientiæ afferre, tūm lene quoddam tormentum ingenio duriori adhibere.

INCLINARE MERIDIEM SENTIS] vides, solem à meridiē iam ad occasum vergere: & tamē proinde quasi stet in cælo fixus, neq; se commoueat, sic manes, neq; ea, quæ ad curandum corpus pertinent, cōparari iūbes. Eandem expresse sententiā aliis verbis, sub persona parasiti Plautus Menæchm. Dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuus. sic M. Tull. lib. 1. Tuscul. quæst. princip. Vt enim in Academiā nostram

candi licentiam atq; impunitatem facillimè impellere solent, dum suas fortunas, tanquam deorum, stabiles, fixas, & sempiternas fore sperant. Ita fit, vt secundis rebus elati, præ se contemnat alios, sese aliis omnibus antepōnant, sua profundant, alienis rebus manus afferant, lēges negligant, sacra cum profanis misceant, omnia sua libidine metiantur: postremò suæ intemperantiæ ac temeritatis meritas pœnas luant. Cōtrā in rebus aduersis præcipua vis inest excitātorum ad virtutem animorū, ac uendæ fortitudinis & industriæ, comprimendę superbiæ, cōtēndarum cupiditatū. Nam si quis, exempli gratia, sit inertior, ignauior, dissolutior, mollior natura, is rebus aduersis stimulatus, atq; excuscatatus, omnē continuò ex animo inertiam, ac molliam dicitur, atque eiicit, totūmq; se ad fortitudinis & patientiæ studium tradit: si quis elatior, ferocior, ac superior: is à rebus aduersis correctus, & quodammodo eruditus, ad modestiam & facilitatem sese dicto citius inflectit: ex quo Græci solent ita loqui, τῆς ἀνδράποδος τῶς ἀτυχίας σωφρονίζου: id est, homines rebus aduersis sapientiores fieri, atque erudiri: si quis luxuriosus, profusus, ac sumtuosus: is cōsilio mutato, frugalitatem, & parsimoniam amplectitur. Hanc sententiam confirmat Cornelius Tacitus, non optimus ille quidem latininitas auctor, sed historiæ certē scriptor prudens, verus, atq; acutus, lib. 17. his verbis: fortunam adhuc tantum aduersam tulisti. secunda res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseria tolerantur, felicitate corrumpimur, & item Salust. coniur. Catil. Quippe secunda res sapientum animos fatigant: nedum illi (militēs) corruptis moribus virtoria temperarent. Sic & Cato oratione pro Rhod. apud Gell. lib. 7. cap. 3. scio solere plerūq; hominibus rebus secundis, atque prolixis, atque prosperis animum excellentem, atque superbiam, atque ferocitatem augete, atque crescere: quod nunc mihi magna cura est, quod hæc res tam secundæ proferret, nequid in consulendo aduersi eueniat, quod nostras secundas res conficeret: neve hæc lætitia nimis luxuriosè eueniat. Aduersa res se domant & docent quid opus sit factō: secunda res lætitia transsum trudere solent à recto consulendo, atque intellegendō. [Accedat ad superiores Diodorus Sicul. lib. 19. Διοσφορῆνιοι παροσημόντος ἄπολαμδανουσιον εὐχερέστερον ὑποαρχέω συμφορῆς ἐνεξικεῖν ἐπιδεδίωξας, ἢ τὸς ἐμμεγέλεις εὐμμεταίς ἐμφορῆς. αἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν ἀπὸ τῶν μέλλοντος φόβου ἐπιναλῆς ἄουσιον ἑπιμελεῖσθαι: αἱ δὲ ἀπὸ τῶν γεγονόνος εὐτυχίας, ἀπὸ τῶν ἐπινοημάτων ἑπινοῦν πάντων.] Ad hunc locum pertinet illud epist. 8. lib. 1. in extr. subinde Præceptum auriculis hoc instillare memento: Vt tu fortunam: sic nos te, Celsē, feremus, & illud Saty. 2. lib. 2. in extr. quocirca vinitē fortes, Fortiāque aduersis opponite pectora rebus.

TVA SECT. ORB. &c.] id est, tertia pars orbis terrarū tuo nomine appellabitur, ad sempiternam tui memoriam.

nostram descendimus, inclinatio iam in pomeridianum tempus die, &c. Conuenienter autem & accommodatè ad naturam rerum ita loquebantur Latini. Nam veteres Græci diem ad meridiē vsq; crescere dicebant, à meridiē minui ac decrescere. Itaque manē sol surgere dicitur & occidit: vsq; sperari occidere & cubare. Hom. ἰλ. λ. Ωφερ, μὲν ἡὸς ἰδὲ, ἃ ἔξερο ἱερὸν ἡμῶν: id est, Interea dum erat aurora, & dies sacre aufescebat, & φινάδα ὄρεαν appellant Græci tempus pomeridianum: quasi tempus decrescens.

AC VELVTI] sic quidem habent omnes, quos vidi, libri calamo scripti: malle tamen ac veluti.

PARCIS DERIP. HORR.] deripere scriptum reperi in quattuor libris Vatic. Don. Vri. Tornes. eamq; scripturam puto esse rectam & germanam. condebant autem vini cados, & testas in horreis antiqui, id est, vini apothecis, vt Od. 12. lib. 4. eliciet cadum, Qui nunc Sulpiciis accubat horreis. vide annot. ad Od. 21. huius libri. quo loco cum vtatur verbo descendendi, satis declarat, vini apothecas fuisse in locis editioribus collocatas, & in eis testas & amphoras seruari solitas, fortasse vt facilius fumum biberent, & ita vinum inueterasceret, quemadmodum docet Columella lib. 1. cap. 9. & nos diximus supra ad Od. 8. huius lib.

BIBULI CONSVLIS AMPH.] atatem huius vini notat. Fuit autem Bibulus C. Iulij Cæsaris collega, anno ab vrbe condita DCCXCV.

INVICEM] vicissim, vt sup. Od. 25. lib. 1. Inuicem mæchos anus arrogantes Elebis. quidam libri manu scr. habent, Inuices.

ET VIRIDEIS] talis color tribuitur diis & deabus marinis, seu glaucus, & caeruleus. idē valet vitreus. iccirco supra Circeam vitream dixit Od. 16. lib. 1.

TU CURVA] sup. Od. 10. lib. 1. curuaq; lyra parentem.

RECINES] iterum atque iterum canes, vt Od. 12. 1. libri, cuius recinet iocosa Nomen imago?

CEL. SPIC. CYNTHIA] Dianæ. Cynthus mōs Delij, à quo & Apollo, Cynthius: & Diana, Cynthia nominata est. cur celeris? quia talis oportet esse venatores. Diana autē venatrix est. præterea Diana, luna est. at Luna breuissimo tempore nempe 28. diebus orbem & cursum suum conficit. Quare ob hanc causam lunam celerem dixit Od. 1. lib. 4. & Od. 6. eiusdem, lunam celerem pronos voluere mensis. Spicula porrò Dianæ tribuitur, quia est iaculatrix. iccirco & ab Homero, & à ceteris ἰοχέυρα appellatur, id est, spiculis, seu iaculis gaudens. Postremò habet etiam luna suos radios. Virgil. lib. 9. Et galea Euryalum subleuisti noctis in umbra Prodidit immemorem, radiisq; aduersa resulsit. At radij, sunt spicula.

SVMMO] vltimo, vt epist. 1. ad Mæcen. 1. lib. 1. summa dicende camena.

QVA CNIDON, &c.] Venetum designat.

suprà Od. 30. lib. 1. O Venus, regina Cnidi, Paphique. FVLGENTIS QVE] nitentis: Oda 14. lib. 1. Interfusa nitentis Vites aquora Cycladas.

IVNCTIS VISIT OLORB.] cyncis: à quibus trahitur currus Veneris. Od. 1. lib. 4. purpureis ales olorbis, id est, vtens olorum pennis, & alis ad currum suum trahendum. Vtitur etiam Venus passeribus ad eandem rem. Sappho. πατρός δὲ δόμον λιποῖσα Χρυσὸν ἦλθες Ἀρμὶ ὑποζεύξασα, χαλκὸν δὲ σ' ἄρον Ωκέες προύροι πέφυγας μελάνας Πυκνὰ δυνέοντες ἀπ' ὠρεων, ὠρῆ. Ρος Ὠφ. μέστω: id est, patris autem domo relicta, venisti curru aureo iūcto: Pulchri verò & celeres passerēs te vehēbant crebrò nigras alas agitates à cælo per mediū ethera. Eò fortasse spectās Catullus passerem, suæ puellæ delicias, & tam lepidò carmine cecinit, & mortuū tam tristibus versibus luxit. Vtitur, & colūbis. Propertius lib. 3. in somnio suo. Et Veneris domina volucres mea turba columbae Tingunt Gorgoneo Punica rostra lacu.

MERITANANIA] carmine debito. aliās nania carmen est funebre, vt supra Od. 1. lib. 2. Putant quidam propriè hīc positam esse vocem nania, pro carmine tristi & lugubri, quia (inquiunt) nox fit mortis & somni mater.

AD MÆCENATEM.

Od. 29.

ARGUMENTVM.

Mæcenatē ad suas epulas inuitat: quas illi gratas fore sperat, quòd diuitibus ad pauperū frugales cœnas se conferentibus vicissitudo illa placeat. Urbem propter vehementes æstus & cum vrbe curas ab eo vult relinquere. Non debere mortales de futuris anxios esse, sed ad omnem euentum bene præparatum peccus (vt ipse alibi loquitur) habere, dicit. Sed hoc sibi (simul etiam sui similes intelligens) facilius esse innuit, quàm iis, qui congerendis opibus sunt dediti.

TYRRHENA regum progenies, tibi

Non antè verso lene merum cado Cum flore, Mæcenas, rosarum, & *Pressa tuis balanūs capillis Iamdudum apud me est. eripe te moræ, Ne semper vadam Tybur, & Æsulæ Decline contempleris aruum, & Telegoni* iuga patricida.

Fastidiosam desere copiam, &
 Molem propinquam nubibus arduis
 Omitte mirari beata
 Fumum, & opes, strepitumq; Romæ.
 Plerumq; grata diuitibus vices,
 Mundaq; paruo sub lare pauperum
 Cens, sine aulais, & ostro
 Sollicitam explicuere frontem.
 Iam clarus occultam Andromedæ pater
 Ostendit ignem: iam Procyon furit:
 Et stella vesani leonis,
 Sole dies referente siccos.
 Iam pastor umbras cum grege languido,
 Riuumq; fessus querit, & horridi
 Dumeta Syluani: caretq;
 Ripa vagis taciturna ventis.
 Tu ciuitatem quis deceat status,
 Curas, & urbi sollicitus times:
 Quid Seres, & regnata Cyro
 Bactra parent, Tanaisque discors.
 Prudens futuri temporis exitum
 Caliginosa nocte premit Deus:
 Ridetque, si mortalis ultra
 Fas irepidat. quod adest, memento
 *Componere æquus: cetera fluminis
 Ritu feruntur, nunc medio alueo
 *Cum pace delabentis Etruf.
 Cum in mare, nunc lapides adefos,
 Stirpisque raptas, & pecus, & domos
 Voluentis vnâ, non sine montium
 Clamore, vicinæq; silua,
 Cum fera diluuiis quietos
 Irritat ammis. ille potens sui,
 Latiusque deget: cui licet, in diem,
 Dixisse, vixi: cras vel atra
 Nube polum pater occupato,
 Vel sole puro: non tamen irritum
 Quodcumque retro est, efficiet: neque
 Diffinget, infectumque reddet,
 Quod fugiens semel hora vexit.
 Fortuna sauo lata negotio, &
 Ludum insolentem ludere pertinax,

A Transmutat incertos honores,
 Nunc mihi, nunc alij benigna.
 *Laudo manentem: si celereis quatit
 Pennas: resigno, quæ dedit: & mea
 Virtute me inuoluo: probamque
 Pauperiem *sine dote quero.
 *Non est meum, si mugiat Africis
 Malus procellis, ad miseræ preces
 Decurrere: & votis pacisci,
 Ne Cypriæ Tyriæq; merces
 Addant auaro diuitias mari,
 *Tunc me biremis presidio scaphæ
 Tutum per Ægeos tumultus
 Aura feret, geminisque Pollux.

THYRRHENA REG. PROG.] Mæce-
 natem significat, ab Etruscis regibus oriundum,
 vt diximus sup. od. 1. lib. 1. Mæcenus atavus edisse Re-
 gibus. & Propert. lib. 3. Mæcenus eques Etrusco de san-
 guine Regum, intra fortunam qui cupit esse tuam, &c.
 TIBI NON ANTE VERS. L. M. C.
 CVM FL. &c.] tria se præcipuè apparasse ostē-
 dit: vinum, rosas, vnguenta. sic sup. Od. 3 lib. 2.
 Huc vina, & vnguenta, & nimium breues Flores
 amana ferre iubere rosa.

C NON ANTE VERSO CADO] quid sit
 cadum vertere, & cadus versus, ex Plauto intel-
 ligere licet in Stich. Nolo ego nos pro summo bibe-
 re: nulli reterimus postea: Namq; adepol quamuis de-
 subito vel cadus vortit potest. & Virg. Æneid. 9. In-
 dulgent vino, & vertunt crateras ænos. & Lucil.
 Vertitur ænophorus fundus, sententia nobis. Horat. sat.
 8 lib. 2. Inuertunt Ælysiæ vinaria tota. Vinum igitur
 è cado prompturi cadum vertebant: & ita ex-
 hauriebant, seu vinum depromebant.

PRESSA] id est, ex qua oleū expressum est,
 quod balaninum appellatur, per glandem igitur
 pressam, oleum balaninū ex glande vnguen-
 taria expressum significat.

D TUIS CAPILLIS] vt eo vnguento tui ca-
 pilli delibuti niteant.

BALANVS] balanus, glans vnguentaria.
 Plin. lib. 12, cap. 28.

ÆSULÆ] Æsula oppidū in colle situm. Ti-
 buri propinquum, Æsolanos cōmemorat Plin.
 lib. 3, cap. 5. Quare malim hic legi Æsola, quam-
 quam ab eodem Æsulani, seu Atulani eodem lo-
 co referuntur.

ET TELEGONI IVGA PATR.] id est,
 Tusculū item in colle situm, de quo multa Stra-
 bo lib. 5. De Telegono autem scribit Homeri in-
 terpres ὁδ. λ. recentiores poetas ea, quæ de Te-
 legono Ulyssis & Circes filio dicuntur, confin-
 xisse

xisse, nempe ab eo, cū in Ithacā patrem quæ-
 rens venisset, imprudēte patrem esse interfectū.
 FASTIDIOSAM COPIAM] quæ fasti-
 dium parit. nam Pudet aper, rhombusque recens, ma-
 la copia quando Agrum sollicitat stomachum, vt est
 Saty. 2. lib. 2. suprà Od. 1. huius libri, dominum,
 terra fastidiosū dixit, qui terræ fastidio afficiatur.
 Omnino copia satietatē, satietas fastidiū parit.
 MOLEM PROPINQUA NVBIB.] ædifi-
 cia ad eam altitudinem perducā, vt nubis at-
 ringere videantur. sup. Od. 15. lib. 2. regias moles
 appellauit.
 MVNDÆ] neque fordida, neque nimis opi-
 paræ, & sumtuosæ, vt Saty. 1. lib. 2. Mundus erit,
 qui non offendet sordibus, atque in neutram partem cul-
 tus miser.
 SOLLICITAM EXPLIC. FR.] ademe-
 runt curas, tristitiam discusserunt & animos ex-
 hilararunt. explicare frontem dicitur tū id, quod
 lætitiæ causam affert, vt hoc loco: tū is, qui re
 aliqua læta sibi oblata, vultu & fronte lætitiā
 declarat. sic Sat. 2. lib. 2. Ac venerata Ceres vt cul-
 mo surgeret alto, Explicuit vino contracta serica frontis.
 Terentius de eo, qui hilariter viuit, dixit expor-
 rigere frontem. Adelp. da te hodie mihi: Exporrige fron-
 tem, pauld pōst idem dicit aliis verbis, hodie mo-
 do hilarum te face.
 IAM CLARVS OCCVLTVM] videtur
 hic Alcæum esse imitatus: cuius extant hi ver-
 sus apud Athen. lib. 1. & 10. Τέγες πνεύμοις οἴω,
 τὸ γὰρ ἄτρον ᾠδὴ τέλλεται: Ἡ δ' ἄρῃ χαλεπῇ,
 πάντῃ δὲ δι' ἡμῶν καύματος. quibus verbis
 hæc ferē sententia exprimitur, Madefacito pul-
 mones vino. Astrum enim oritur feruidum: an-
 ni tempus graue & molestum est, omnia præ æ-
 stu sitiunt. & alibi, Πίνωιδον: τὸ γὰρ ἄτρον ᾠδὴ
 τέλλεται, significatur autem æstatis aduentus.
 ANDROMEDÆ PATER] Cepheus An-
 dromedæ pater ex Cassiopeæ vxore, de quo sic
 Aratus: Αὐτὸς ἰδὲ κατόπιθεν ἑὼν κνωσέμεδος
 ἀριστεύου Κυφείας ἀμφοτέρωθεν χεῖρας τανύοντι εἰσι-
 κῶς, id est, ipse breuem patulis manibus stat post Cyno-
 suram Cepheus. Andromedæ autem reposui, secut-
 us libros veteres.
 IAM PROCYON FVRIF] anticānem
 Aratus sub geminis locat, καὶ μὴ καὶ προκυῶν
 διδύμοις ἄπο καλὰ φαίνει, quem verum sic
 verit M. Tull. & hic Geminis est ille sub ipsis Antri-
 canis, Græco procyon qui nomine feritur. sic autem le-
 gendum potius, quā vt vulgò, Antecānem.
 ET HORRIDA DVMETA SILVA-
 NI] ita scriptum reperi in duobus lib. Vatic. &
 Iann. alij habent horridi, &c. vnus, horrida Dume-
 ta siluarum. ego probabiliorem, meo iudicio, scri-
 pturam secutus sum.
 CARÉTYVE RIPA] cod. Achillis Statij
 caret quæ, quā scripturam non memini me vl-
 quam reperisse.
 REGNATA CYRO BACTRA] Bactra,
 in quibus regnavit Cyrus, notauimus hoc ge-

nus loquendi suprà ad Od. 6. lib. 1. & regnata pe-
 tam Laconi Rura Phalanho. Strabo βακτρανοῦς nomi-
 nat numero singulari lib. 2. εἶτα εἰς βακτρανοῦς πλεῶ
 πῶλλον, &c. Plinius Bactra numero multitudinis,
 vt Horat.
 TANAÏS QVE DISCORS] cur discors?
 an quodd cum Mæotide palude Asiam ab Euro-
 pa determinat: an quodd desinens in duas se par-
 tes findit, vnāque in Mæotidem paludem, alte-
 ra in Cimmeriū Bosporū influit? an quodd Scy-
 thæ & Sarmatæ, per quos fluit, cōtinua inter se
 bella gerunt? an quodd Parthi, seu Medi, Tanaï
 vicini inter se discordant, & seditiones agitant?
 eoque minus Mæcenati de rep. laborandū est?
 quod postremum placet Passeratius confirmatq;
 simili loco, qui est qda 8. huius libri, Mitte ciuileis
 super vrbe curas, Occidit Daci Corifonis agmen, Medus
 infestus sibi lucuosus Dissidet armis.
 PRVD. FVT. TEMP. EXIT.] nihil est
 hæc sententia tritius. eam sic complectitur Pin-
 darus εἰδ. ἱ. Olym. σύμβολον δ' οὐ πῶς ἔπι-
 θοῦσαν πῖστον ἀμφὶ φράζιος ἰσομοδῆς εὐρεν θεό-
 βεν. τῶν δὲ μελλόντων τετράφλωνται φρεσίδου, id
 est, nullus dum mortaliū certam rei futuræ no-
 tam diuinitus consecutus est: & futurorum co-
 gnitio est obscura.
 VLTRA FAS TREPIDAT] vltra id,
 quod ei licet, laborat, id est, se cura rerum futu-
 rarum macerat, vt Od. 16. lib. 2. Latius in præfens a-
 nimus, quod ultra est, Oderit curare.
 QVOD ADEST] id, quod præfens est. sic
 Pindar. εἰδ. η. ἱ. ο. ἱ. ο. τὸ δὲ τῶν παρῶν ἀρειον αἰεὶ
 χεῖμα πᾶν. δδλιος γὰρ αἰὼν ἐπ' ἀνδράσι κρέμα-
 ται ἑλίσσαν βίωτες πόρον, id est, res autem omnis,
 quæ ante pedes est, semper est melior. dolosa e-
 nim ætas hominibus impendet vitæ cursum
 voluens.
 AQVVS] id est, æquo animo. annot. ad Od.
 3. lib. 2.
 CETERA FLVM. RITV FER.] ea tan-
 rum, quæ præfentia sūt, in nostra potestate sunt
 sita, eaque nostro arbitratu componere, & mo-
 derari possumus, inquit. cetera autē vel Dei im-
 mortalis voluntate, ac prouidentia administrā-
 tur, & horum causæ sunt æternæ ac necessariæ:
 vel temerè, arbitrioque fortunæ eueniūt, & ho-
 rum causæ sunt fortuitæ. dico autē hæc de phi-
 losophorum sententia. Quemadmodum autem
 fluij, qui nūc lenis & pacatus est: nūc rapidus
 & violētus, cursum moderari nō possumus: sic
 neque rerum futurarum naturam, quæ interdū
 tranquilla est, sedata, læta, optata: interdū con-
 citata, & turbulenta, & mortalibus calamitosa,
 atque aduersa, immutare fas est. Sape vtuntur
 poëtæ hac torrens similitudine: sed variè. Virg.
 Æneam armorū sonitu & fragore è somno ex-
 citatum cum pastore confert, è montis vertice
 torrentem ingenti cur murmuræ præcipitantē,
 omniāq; secū trahentem, exaudiente. Æneid. 2.
 Excitior somno, & summi fastigia tecti Ascensu su-

pero, atque arreptis auribus asto: In segetem veluti cum flamma furentibus Austris incidit, aut rapidus montano flumine torrens sternit agros, sternit sata leta, bovmque labores, Præcipitæque trahit silvas, super inficius alto Accipiens sonitu saxi de vertice pastor. Sic Lucret. lib. 1. vbi disputat de primis corporibus, docetq; ea cerni non posse: ventorum affert similitudinem, qui, cum oculis non cernatur, arbores sternunt tamen, & mare turbant, & concitant, non aliter (inquit) Quam cum mollis aquæ fertur natura repente Flumine abundantanti, quod largis imbribus auget Montibus ex altis magnus decursus aquarum, Fragmina coniiciens silvarum, arborumq; tota: Nec validi possunt pontes venientis aquarum vim subitam tollerare: ita magno turbidus imbris Molibus incurrens validis cum viribus annis: Dat sonitu magno stragem, voluitque sub vndis Grandia saxa: ruit, quæ quicquam fluitibus obstat. & Hom. il. λ. Aiace in prælio viros, equosque sternentem cum fluuio torrente comparat. Ως δ' ὅποτε Πηλεΐδων ποταμὸς πεδίοις χεῖταισι Χειμάρρους χεῖρ' ὄρεσφι ὄπαζέμενος Διὸς ὄμωρον Πολλὰς δὲ θύρας ἀλάλας, πολλὰς δὲ τε πέλας εἰσφέρειται, πολλὸν δὲ τ' ἀφύσγιον εἰς ἄλα βάλει. Ως ἐπετα κλονίων περὶ ὄντος φράδιμος Αἴας, quorum veruum hæc sententia est, Quemadmodum autem cum fluuius torrens extra ripas suas effusus in campum delabitur è montibus præcipitans, cælestibus imbribus auclus, Multas autem quercus aridas multasque piceas secum trahit, multum limum in mare conicit: Sic clarus Aias campum turbans hosteis insequatur. itemque Diomedem il. ε. Οὐδὲ γὰρ ἀμπεδὸν ποταμῷ Πηλεΐδωνι εὐνοῦς Χειμάρρους, &c. id est, furebat autem per campum Diomedes flumini torrenti exundanti similis, quos versus adumbrasse videtur Virgil. lib. 2. Æn. Non sic aggeribus ruptis cum spumens annis Exiit, oppositæque euicit gurrite moles, Fertur in arua furens cumulo, campoque per omnes Cum stabulis armenta trahit. Horatius quoq; Od. 2. lib. 4. Pindarum cum tali fluuio comparat. Monte decurrens velut annis, imbrēs Quæ super notas aluere ripas, Feruet, immensusque ruit profundo Pindarus ore. Idem Od. 14. eiusdem libri, Claudii Neronem eiusmodi fluuio similem facit, Sic Tauriformis voluitur Ausfidus: Qui regna Daunni præstitit Appuli, Cum seuit, horrendamque cultis Diluuiem meditatatur agris: Et Barbarorum, &c. Sic Homerus il. γ. Vlyssis orationem cum niuib; hibernis confert. Αλλ' ὅτε δὴ ὄπα τε μὲγάλλω Σε βήθεος ἴει, καὶ ἔπτα νιφάδων ἐοικότα χεῖμα ἔπιπυ, Οὐκ ἂν ἐπειτ' ὀδυσσ, ἐλάση βροτὸς ἄλλος.

NYNC MEDIO ALVEO] quidam libri veteres habent nunc medio aquore.

CVM PACE] ἡρέμα, ἡσυχῶς, seu ἡσυχῆ: leniter, quietè, placidè.

DELABENTIS] sic est legendum, non, dilabentis. & ita scriptum reperi in duob. codicibus Vaticanis, Don. Faern. Vrf. Torn. Ruslar. Nicot. Cleric. & nonnullis impressis.

IRRITATI] irritandi verbum vnico r. scribendum esse aliquando existimaui, tamquam à verbo irasfor, seu ab ira ducatur. sed cum in omnibus libris calamo scriptis reperitur scriptum irritare, Faern. Vrf. Don. Torn. ceteris, hoc loco irritandi sine vlla litura: & cum Plin & Colum. vtantur verbo proritandi, à sententia descisco. Est autem irritare propriè iram commouere, & concitare, fortasse à canibus iratis ductum. ὄργισεν dicunt Greci ex quo excitare interdù significat. M. Tull. Philipp. 7. irritari Antonium non oportuit. Brutus ad Att. nescio, quid scribam tibi, nisi unum, pueri & cupiditatem, & licentiam potius esse irritatam, quam compressam. Terentius Adelph. ne si magis irritatus fuer, aliqua ad patrem hoc permānet, atque ego tunc perpetuò perierim. Plaut. Amphit. Nam si me irritas, hodie lumbifragium hinc auferes. Horat. in epist. ad Pisonem, Segnius irritans animos dimissa per aurem, &c. Irritat amneis autem trāslatè dictum est: cuius tralationis hæc ratio est, fluuius imbribus auclus dum arbores secum rapit, & pontes disturbat, & sata leta bovmq; labores diluit, iratus esse videtur, quia homo iratus potestare & facultatem auclus, talia faceret. At qui irascendi causam dedit, irritasse dicitur. Ita diluuius ex imbribus orta, quæ fluuio torrenti tantam vim, tantumque impetum præbet, fluuium ab Horatio dicitur irritare.

ILLE POTENS SVI, LATVSQVE] ἔγκρατης ἑωυτῷ: liber, & solutus omni cupiditate, & vacuus ab omnibus animi morbis: compos sui.

IN DIEM VIXI] crebrò monet Horat. vt in diem viuamus, id est, vt bonis præsentibus & paratis, atque in nostra potestate sitis fruamur: vt Od. 16. lib. 2.

CRAS VEL ATRA] respexit ad illud ἐμὲ θανάτος ἢ γῆ μιχθῆτος πέλα, me mortuo terra miscetur incendio, quæ oratio est eorum, qui futura ad se nihil pertinere putāt. nō dissimile est illud ex Hymnide Cæcilij. Mihi sex menses satis sunt vitæ: septimum Orco spondeo.

NON TAMEN IRRITVM] Aristot. lib. 6. de morib. ad Nicom. quo loco disputat περὶ τῶν ἀρετῶν, id est, de consilio, vt nos quidem vertimus: duos versus Agathonis profert in hæc sententiam, Μόνη γὰρ εὐτὶ καὶ θεὸς φερέσεται, Ἀγῶνητα ποιεῖν, ἄσ' ἂν ἢ περὶ αἰσθητῶν, quos versus sic vertimus, Hoc namque duntaxat negatum etiam Deo est, Quæ facta sunt, insecta posse reddere. eandem sententiam sic complexus est Simonides, τὸ γὰρ γρηγορήδων, οὐκ ἐπὶ ἀφρέτων ἔσται, id est, quod enim factum est, non iam insectum esse poterit. [Phocylides autem sic, Οὐκ ἐπὶ γὰρ δὲ ναιέται τὸ τετυμῆδων εἶναι ἔτυκον.]

ATRA NYBE] Virg lib. 10. Æncid. nubi se immiscuit atra. idem lib. 5. Plaudentem nigra figit sub nube columbam.

QUODCVMQVE RETRO EST] quodcumque præterit.

DIFFINGET]

DIFFINGET] ex hoc loco intelligi potest, quid sit diffingere, nempe contrarium esse verbo fingēdi, quemadmodum supra docuimus ad Od. 35. lib. 1. vbi locum illum in omnibus exemplarib; corruptum, diffingas resusum, &c. olim ita quidē emendaueramus coniectura ducti: destringas resusum: sed postea secuti scripturā veterem, quam se alij reperisse testantur, destringas resusum, repositimus. quidam tamen hoc loco legunt Diffingeret. quam scripturam neque vsquam reperi, neque probò.

LVDERE PĀRTINAX] de hoc genere loquendi dicemus ad Od. 8. lib. 4. lam ludum ludere, & gaudium gaudere, & similia, Latinis sunt perusitata. Terent. in Eunuch. quia consimilem inserat tam olim ille ludum.

TRANSMVTAT INCERT. HON. NYNC, &c.] sic sup. Od. 34. lib. 1. valet ima summis Mutare, &c. & hinc apicem rapax Fortuna cū stridore acuto sustulit, hinc possuisse gaudet.

BENIGNA] quid sit benignus, & benignitas, diximus ad Od. 17. lib. 1.

LAUDO MANENTEM] si fortuna manet, laudo: si à me discedit, æquo animo reddo quæ dedit. fortuna manens intelligitur secunda: auolans, & fugiens, aduersa. ita loquitur lib. de arte poet. Et redeat miseris, abeat fortuna superbis. & Od. 35. lib. 1. Præcumque mutata potentes Veste domos inimica linquit. sic Eurip. Phœniss. Κεῖνον Μείων τί φεύγεις; Τερασ. ἢ τὴν σ', ἀλλ' οὐκ ἐγώ. id est, manet. quid fugis? Tir. fortuna te fugit, non ego.

SI CELE. QVAT. PENN.] id est, si auolat: si mutatur fortuna, si fugit, id est, si aduersa est, vt diximus.

RESIGNO, Q. D.] quæ obsignata habebā, aperio, & reddo. sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. Hac ego si compellor imagine, cuncta resigno, id est, reddo. Nam propriè resignare valet aperire. Idem ead. epist. princip. Adducit febreis & restamenta resignat. aliter Virg. lib. 4. Æn. & lumina morte resignat. quam quam legendus ad illū locū Seruius.

MEA VIRT. ME INVOLVO] bona externa non desidero: sed meis contentus viuò: in mea virtute meā vitæ præsidium constituo, nō in rebus externis: meis me virtibus orno, tutor, ac defendo non alienis. videtur esse translatio à vestimentis, quibus nos inuoluimus.

PROBAMQVE PAVP. S. D. Q.] id est, paupertatem cū virtute coniunctam expeto. ducta est similitudo ab iis vxoribus, quæ indotatae ducuntur domum, cōgruit cum his id, quod est Od. 9. lib. 4. Non, possidentem multa vocaueris Regē beatum, &c. quæ sequuntur.

NON EST MEVM, &c.] non est meum nauigare, nauigationisq; me periculo committere, vt dicitur: seu non est meum, rem facere, & augere per mare, per saxa, per igneis. à consequentibus, intelligēda sunt antecedentia. nemo enim nauigat vt rem augeat, nisi cui quæsito o-

pus est, & qui plus habēdi studio ducitur. notat Seruius ad illum locum Virg. Pollione. Pauci tamen suberunt præca vestigia fraudis: Quæ tentare Teibim ratibus, &c. Solēt autem homines in dubiis temporibus, & rebus aduersis, quemadmodum coorta in mari tempestate, ad deos confugere sup. Od. 1. huius libri. Desiderantem quod satis est neque Turbulentum sollicitat mare: Nec fauus, &c.

ET VOTIS PACISCI] non est meum (inquit) votis, & precibus cum diis quodammodo transigere, ac pacisci, ne naufragio facto, merces meæ in mari pereant.

TVNC MĒ BIREMIS] significat, id nūquam futurum. Quis enim se in mari Egæo, tempestate coorta, & ventis increbrescentibus scapha biremi tutò nauigaturum speret: Paruis nauibus scilicet, & oraniis, litus legere & secūdū oram nauigare oportet: corbitis autem & onerariis, & magnis pelagus medium tentandū est. quamquam Catullus fafelū laudans negat vlla vota littoralibus Deis sibi esse facta, cum veniret à mare Nouissimo vsque ad Benacum lacum. Melius igitur Eurip. Ναῦς ἢ μεγίστη κρείσσον, ἢ μικρὸν σκάφος, id est, nauis maxima melior est, quàm paruum nauigium.

GEMINVSQVE POLLVX] sic Catull. Gemelle Castor, & Gemelle Castoris. de Castore, & Polluce diximus ad Od. 12. lib. 1.

Od. 30.

ARGVMENTVM.

Scribendis carminibus lyricis se meliùs consuluisset immortalitati nominis sui dicit quam si obtinuisset vt sibi arca statua aut pyramides erigerentur. Præcipuamque laudis materiam fore innuit, quòd primus ex Latinis in hoc carminū genere Græcos imitatus fuerit. Sic Naso de suo Metamorph. opere, Iamque opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignes, Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas, &c.

EXegi monumentum are peremnius,
Regaliq; situ Pyramidum altius,
Quod nō imber edax, nō Aquilo impotēs
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fugæ temporum.
Non omnis moriar: multaq; pars mei
*** Vitabit Libitinam. vsq; ego postera**
Crescam laude recens: dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.
Dicar, qua violens obstrept Ausfidus,

Et, quã pauper aqua Daunus agrestium
* Regnavit populorum, ex humili potens
Princeps Æolium carmen ad Italos
Deduxisse modos, sume superbiam
Quasitammeritis, & mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

EXEGI] absolui, perfeci.
MONUMENTVM] monumētum est, quod mortui causa ædificatū est: & quicquid ob memoriã alicuius factū est, vt fama, porticus, scripta, & carmina: Festus.

ÆRE PEREMNIUS] areis statuis durabilius.

QVOD NON IMBER EDAX, &c.] hæc videntur è Pindaro expressa: qui Pyth. 4. d. v. ait laudum thesanrum Xenocrati, eiusque maioribus in Apollinis fano opulentissimo repositum neque ab imbre hiberno, neque vi ventorū in altissimos maris recessus, ac latebras delatum iri. sic Pind. 7. d. (sub θησαυρὸν) οὐτε χειμέλιος δαίμων ἐπαίλιος ἔλθων ἐλθρόμος νεφέλης, φραγδὸς ἀμείλιχος, οὐτ' ἀνεμὸς ἐς μυχρὸς ἀλός ἐξεῖ παμφόρον χερσὶ τῆσθόιδως.

SITV] statu, politu, θεσπιός, ἑστειός.
PYRAMIDVM] de Pyramidibus lege Herodotum, Euterpe, & Plin. lib. 36. cap. 12.

IMPOTENS] vehementer sauiens. tralatio ducta ab impotentibus, & incontinentibus hominibus, qui sibi temperare nō possunt, quo minus, quod ira suadet, aut libido, exsequantur. vide annot. ad Od. 37. lib. 1.

INNUMERABILIS ANNORVM SERIES] immensa temporis longinquitas. series, εἰρημός, id est, connexio. sic Stoici fatum, causarū seriem, & ordinem definiunt, cum causa ex causa nexa rem gignit.

FUGA TEMPORVM] cursus temporum. sic supra Od. 11. lib. 2. fugit retrò Laus iuuentus. & Od. 14. eiusd fugaces annos dixit. & Oda superiore, horam fugientem.

NON OMNIS MORIAR] non totus moriar. sic loquitur epist. 1. Quid verum, atque decens, curo, & rogo, & omnis in hoc sum. Sic & Græci. Homerus ἰλ. λ πᾶς δ' ἄρα χαλκῷ Λάμψ, ὧσε στροπῆ πατρὸς διὸς Αἰγύοιο: id est, Omnis autem ære fulgebat, vt fulgur Iouis ægida tenentis.

MVLTAQVE PARS MEI] mens, ingenium, consilium, maxima, & præstantissima hominis pars.

VITABIT LIBITINAM] erit immortalis, mortem effugiet. Libitina Dea funerū. epist. ad Aug. lib. 2. Miratur, nihil, nisi, quod Libitina sacrauit, id est, nisi, quod sepultum, & munere viuendi defunctum est. & Saty. 6. lib. 2. Autumniisque grauis Libitina quæstus acerba. T. Livius lib. 41. annalium, Ne liberorum quidem funeri Libitina

sufficiebat. vide quæ annotata sunt ad illum locū Libitina quæstus acerba. Sed vtrūm hoc sentit Horatius, animum esse immortalē, quemadmodū nos Christiani credimus: an id significat, se laude, & gloria libris suis parta perpetuò vicurū: quod lanē credibilius est. Nam Horatius quidē animorū immortalitatem nusquā probat: eam autem immortalitatem solam nouit, quæ sit in memoriaviuorum posita, quæadmodum omnes ferè veteres existimabant, præter Platonem, & paucos alios. Nam de Aristotele quidem, vtram sententiam sequatur, philosophi certant, & adhuc sub iudice lis est. Videtur tamen non obfcurè, quid sentiat, significare, si quis eius verba attentè consideret.

RECENS] nunquam senescens, semper incolumis, incorruptus, atque integer.

DVM CAPITOLIVM SCAND.] Pontifices, & sacerdotes, viri & feminae Idualibus in Capitolium per sacram viam ad sacra facienda ascendere solebant.

CVM FAC. VIRG.] solitas esse virgines Vestales sacris publicis interesse, declarant hæc verba Dionysij Halicarn. lib. tertio, ἔπειτα τοῖς ἱεραῖς παρθείοις, ὅφ' ὦν τὸ ἀσέβητον φυλάττειται, τῆσθασιν οὖσας δύο τρεσσιαπέλεσεν ἑτέρας. πλεοναὸν γὰρ ἡδὴ σαυτελουιδίων τῶδ τῆσ πολέας ἱερουργίων, ὡς ἐδ' εἰ τοῖς τῆσ ἐστῖας παρῆναυ θυηπόλους, ὧσε ἑδδίκου αἰ τῆσπερ ἀρκεῖν, id est, deinde sacris virginibus, à quibus ignis æternus custoditur, quæ quattuor erant numero, duas allēgit. Nam cum plura iam à ciuitate sacrificia fierent, quibus oportebat Vestæ sacerdotess interesse, non videbantur ad id munus quattuor satis esse. Sed cur tacitā virginem dixerit: an propterea quod sacra, sunt ἑσπέρηται, id est, arcana, minimè que vulganda? ex quo illud à Virgilio dictum est lib. 3. Æn. hinc fida silentia sacris. adde que annotauimus ad illum locum Od. 13. lib. 2. Verumque sacro digna silentio, &c. an quod faminas cum in rebus ac locis omnibus, tum maximè in sacris tacere oportet: an quod more & instituto Romano non solūm alia faminae, quæ à sacris arcebantur, sed etiam sacerdotes Vestales tacebant?

VIOLENS] violentus. epist. 10. lib. 1. sed postquam victor violens discessit ab hoste. acrem appellat Saty. 1. lib. 1. Cum ripa simul auulsis ferat Æufidus acer.

AVFIDVS] Apuliae fluius, de quo Strabo lib. 5. commemorat & Horat. Od. 9. lib. 4. Longè sonantem natum ad Æufidum. & Sat. 1. lib. 1. Cum ripa simul auulsis, &c. & Od. 14. lib. 4. Sic tauriformis voluitur Æufidus.

ET QVÀ PAVPER AQVÆ DAUNVS] Od. 14. lib. 4. Qui regna Dauni præstuit, seu, persuit Appuli. pauperem aquæ autem Daunum intellige, fluium eiusdem nominis. epod. od. 3. Nec tantus vnquam siderum insedit vapor sticculo se Apullia, &c.

REGNAVIT

REGNAVIT POPVLORVM] ego sic hunc locum emēdaui à Septio admonitus in 11. lib. Æn. idq; duobus locis: vno, Iustitia ne prius mirer, &c. altero, nec veterum memini, letorve malorum. & item à Porphyrione, regnavit autem idem yalet, quod rex fuit, ἡ ασιλευσε, ἡρξα. solet enim Horat. struēturam Græcã seruare etiam in sermone Latino, vt desine mollium querelarum, abstine-to irarum, & inuidit auena, &c. Sententia igitur, & ordo horū verborum talis est. Dicar ego, qui ex humili, potens & clarus existi, qua parte labitur Æufidus, & quã regnavit Daunus, princeps, id est; omnium primus, deduxisse carmen

Æolium ad modos, seu cantus Latinos.
PRINCEPS] primus. supra lib. 1. Od. 16. principi limo. sic Lucret. lib. 1. de Iphianassa. Nec misera prodesse in tali tempore quibat, Quod patris, princeps donarat nomine regem. M. Tull. lib. 2. accusf. omnium nationum exterarum. princeps Sicilia se ad amicitiam, fidemque populi Rom. applicuit.
SVMESUPERBIAM] sume spiritus iustos, & tibi iure debitos, nempe ingenio partos. Nam cum Musam alloquitur, eamq; laudat, sibi eodem tempore, eademque opera blanditur, & fauet.

C A R M I N V M L I B E R

Q V A R T V S.

Od. 1.

A R G V M E N T V M.

Se iam ea ætate esse, vt à rebus amatoriis, & carminibus ludicris & Venereis alieno esse animo debeat: & tamen Ligurini vesano amore torrerri.



INTERMISSA Venus diu,
Rursus bella* moues parce, precor, precor.
Non sum qualis eram bona
* Sub regno Cynara. desine dulcium
Mater seu Cupidinum,
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. abi
Quo blande iuuenum te reuocant preces.
Tempestiuus in domo
Paulli, purpureis* ales oloribus,

Comissabere Maximi,
Si torrere iecur quæris idoneum.
Namque & nobilis, & decens,
Et pro sollicitis non tacitus reis:
Et* centum puer artium,
Late signa feret militia tuæ.
Et, * quandoque potentior
Largis muneribus riserit amuli:
Albanos prope, te, lacus
Ponet marmoream sub trabe citrea.

Illic plurima naribus
Duces tura: lyaq; & Berecinthia:
Delectabere tibia
Mistis carminibus non sine fistula.
Illic bis pueri die
Numen cum teneris virginibus tuum
Laudantes, pede candido
In* morē Saliū ter quatiant humum:

u ij

*Me nec fœmina, nec puer,
Iam nec spes animi credula nutui,
Nec certare iuuat mero:
Vincere nouis tempora floribus.
Sed cur heu, Ligurine, cur
Manat rara meas lacryma per genas?
Cur facunda parum decoro
Inter verba cadit lingua silentio?
Nocturnis te ego somnijs
Iam captū teneo, iam volucrem sequor
Te per gramina Marij
Campi, te per aquas dure, volubileis.*

P R E C O R, P R E C O R] sic Sappho, apud quam crebra sunt hæc repetitiones: Διοσομύσει, λίσσομυ, eadem: πρὸς ἑνία, πρὸς ἑνία, ποί με λιπώσι, οἷον; sic idem Horat. Od. 17. lib. 2. ibimus, ibimus. & Od. 3. lib. 3. Ilion, Ilion. Od. 4. epod. *Dens, Dens nam me vetat, &c.* Notauimus & suprâ ad Od. 14. lib. 2. ibi, *Postume, Postume.* **N O N S V M Q V E R**] nunc annos quinquaginta natus, & fortasse amplius: vt infra, *Circa lustra decem, &c.*

B O N A S V B R E G N O C Y N A R A E] bonam (opinor) appellat propterea, quod liberaliter gratificabatur Horatio, neque vllam mercedem exigebat, vt fatetur ipse epist. ad villicum libr. 1. *Quem seu inimicium Cynaræ placuisse rapaci,* neque obstat, quod epistola ad Mæcen. 2. lib. 1. proterua appellat. *Inter vina fugam Cynaræ merere proterua.* Nam nihil pertinet hoc ad quæstum meretricium, neque quicquam prohibet, quominus eadem puella dici possit & liberalis, & proterua, vt sup. Od. 19. lib. 1. *Frit grata proteruitas.* & Od. 5. lib. 2. *iam proterua Fronte petet Lalage maritum.* Mentionem huius Cynaræ facit etiam Od. 13. huius lib. *Felix post Cynaram.* sub regno autê dixit, quia qui amat, seruiunt. lege quæ annotata sunt ad illum locum, *Grata dermis compede Myriale,* Oda 33. lib. 1. & ibi, *ingra cogit aheneo,* Oda 9. huius lib.

M A T E R S A V A C Y P I D I] hic idem verus positus est suprâ Od. 19. lib. 1. in principio. **M O L L I B. I A M D V R. I M P.**] antithesis. mollia autê appellat Cupidinis, seu amoris imperia, quia molliunt animos. sic Homer. *χλωρὸν ἴδω,* & idem Horat. *pallidam mortem nominat,* quod annot. ad Od. 4. lib. 1. sic Ouid. lib. 1. de remed. amor. *Lude decem animos mollia regna tuos.*

T E M P E S T I V S] opportunus, & decetius: vt epist. 2. lib. 2. versu vlt. *Rideat et pulset lasciuia decentius atus.* Putant quidem hoc referendum ad ea conuiuia, quæ dicebatur tempestiua. M. Tull. in Catone. *Tempestiuus conuiujs delector.*

P U R P U R E I S A L E S O L O R I B.] id est, quæ celeriter vehi sôles curru oloribus iuncto, sic suprâ Od. 28. lib. 3. *qua Cnidon iunctis vifit oloribus.* Sed quod olim marmoreis reposueram, pro *purpureis*: fateor equidê me in omnib. veter. lib. quos vidi, scriptum reperisse *purpureis*. Verùm cum mihi videretur hæc vulgata scriptura inepta, & corrupta: (quis enim vidit ymquâ cynos purpureos, seu purperei coloris: aut quid insolētius, & pene dicam, ineptius, quàm *purpureis* interpretari, pulchris, & nitidis? Nam quâ obrem dicat *purpureos tyrannos* Od. 34. primi lib. *et æthunium purpureo variis colore* Od. 3. lib. 2. *et purpureum, late qui splendat, pannum* de arte poet. ratio perspicua, & in promptu posita est) Cùm igitur hic locus mihi corruptus videretur: approbâtibus quibusdam viris doct. hanc scripturam veram esse existimauegam. marmoreum enim pro candido, & candidi coloris, vsurpât optimi scriptores. Lucret. lib. 2. *Quod si caruleis conflarent æquora ponti seminis, nullo possent albescere pasto.* Nam quocumq. modo perturbet: *carula* quæ sunt, Numquam in marmoreum possunt migrare colorem. ibidem. *sup. Vt mare cum magni commorant æquora ponti, Peritur in canos cadenti marmore fluctus.* Virg. Georg. 4. *Tam quoque marmorea caput à ceruice reuulsam surge cum medio portans Oeagrius Ebrus Polueret, &c.* & Ouid. lib. 4. Fast. *Aures marmoreo redimicula demit collo.* Nunc autem retrosum vela dare, atque iterare cursus cogor relictos, vt ait noster Horat. *Mouet me, primùm omnium librorum manuscr. consensus, qui habent sine vlla varietate, purpureis.* Neg. dissentiuat vulgati. Deinde hanc scripturam agnoscūt veteres grammatici: in his Seruius: qui ad illum Virg. locum lib. 1. Æneid. *lumênque iuuenata Purpureum,* notat: *purpureum*: id est, pulchrum. Sic Horat. *Purpureis ales oloribus.* Præterea Albinouanus ad Liliam, niuem purpuream dixit, pro pulchram & candidam, vt docti interpretantur. Sic enim ille: *Purpurea sub niue terra later.* Sic igitur interpretemur, *purpureis*, id est, nitidis, puris, pulchris. Quamquâ purpureos olores etiâ intelligere licet, qui sint purpureis stragulis instrati, vt apud Virg. lib. Æneid. 7. *Instratos ostro alipedes, piceisque tapetis.* Quin & habent equorum apud Homer. & ceteros poetas Græcos, purpurea, & ornata, puniceo colore suffecla seu confecta singuntur. Simonides. *μη βάλῃ φοινίκας, ὅτι χειρῶν ἰμάσθας*: id est, ne amittat e manibus lora purpurea: & Hom. *ἰλ. δ. ὅς δ' ὅτε τις ἐλέφαντα γυνὴ φοινίκε μίμη,* &c. id est, quemadmodum autem cum ebur aliqua mulier puniceo colore infecerit, &c. Idem *ἰλ. γ. Νέστωρ δ' ἐν χεῖραςι λάβῃ νίκα φοινίκεσσι.* Id est, Nestor autem manibus prehendit habenas purpureas, ex quibus locis hoc dici potest, purpureos cynos ab Horat. dictos esse nō pulcros sed quorum habena & stragulæ vestes, quibus instrati erāt, & cetera ornamenta, essent purpurea. Nam quemadmodū equi curru iuncti, hoc est bigæ,

est bigæ, & quadrigæ, in sternebantur purpurea veste: ita & hos cynos, qui currum Veneris trahunt, fortasse vult intelligi Horatius, purpura esse instratos & purpureis habenis aurigatos. Ad hunc locum pertinet illa ex oda 28. lib. 3. *summo carmine, qua Cnidon, Fulgentisq. tenet Cycladas, & Paphū iunctis vifit oloribus.* Quare nihil hic mutadū: & ita sentiebāt Memmius, Germanus Valens, Turnebus, Auratus, Passeratus, & Scalliger. Existimabat tamen Passeratus purpureos olores etiam hac ratione dictos ab Horatio intelligi posse, quod cenci, cum curru Cupidinis trahāt, qui purpureus à poetis appellatur: verbi gratia, ab Ouidio, *Carmina, purpureus quæ mihi dicit amor:* propter vicinitatem & propinquitatē, similem colorem referant, quātumuis licet sint cādidū: videlicet (libet enim mihi hominis ingeniosi, mihiq. amici sententiā confirmare) quemadmodum iussa, aut lutea, aut purpurea vela cōsimilem colorem aspergunt iis locis, quibus inuenta sunt: quod docet Lucr. lib. 4. non longè à principio, *Et vulgè faciunt id lutea, visaque vela, Et ferrugina cum magnis intenta theatris* Per malos vulgata, trabesq. tremantia pendunt. Namque ibi confessum caueat subter et omnem speciem patrum, matrumque deorumque insciunt, coguntque suo fluitare colore. & Ouid. lib. 10. Metam. *Inq. puellari mixtum candore ruborem Traxerat, hanc auster quàm cum super atria velum candida purpureum similem dat, et inscit umbram.* Ne quis autem (inquit Passeratus) purpureis positum esse putet pro pulchris, Catullus Cupidini tunicam crocinam attribuit his versibus: vnde similem colorem etiam cenci contrahere possunt. *Quæ circumcurians huc illuc sepe Cupido Fulgebat crocina candidis in tunica.*

C O M I S S A B E R E] lasciuies, iocabere, delicate & voluptariè viues. est autem ita legendū, *comissabere*, non, *comessabere*, vt putat vulgus, existimans à comedendo, aut comesse duccū esse: vel, vt emendauerat Fuluius Virgilius, vt docti. in cod. Rain. Card. *comassabere*. Mutuati autem sunt Latini hoc verbum à Græcis, vt alia pleraque, apud quos *καμάειν*, est ebriorum, aut intemperantium more se gerere, lasciuire, scortatum ire, &c. Theocr. Amaryllide. *Καμάσσω ποτὶ τὸν Αμαρυλλίδα, τὸ δὲ μοι ἄγρως Βόσκονται κατ' ἄρος,* &c. id est, eo lasciuendo ad Amaryllidem: capræ autem mihi pascuntur, &c. Omnino apud Festū legitur *comissatio*. sed eò errat Festus, quod *κατὰ τὴν καμάειν*, id est, à vicis dictum putat. melius Varro lib. 6. de lingua Lat. qui *κατὰ τὴν κάμειν* dicit appellatâ esse *comassationem*: seu, vt scriptum est in exemplarib. Varronis, *comassationem*. Omnino vel, *comassatio*, & *comassari* dicendum, vel *comissari*, & *comissatio*. Non celabo autem lectorem, quosdam libros scriptos habere, *Tempestiuus in domum, &c.* quæ scriptura fortasse recta est. Sic enim Theocr. *Καμάσσω ποτὶ τὸν Αμαρυλλίδα.* quæ si doctis p̄babitur, *comissabere* interpretabor int̄perâter, & lasciuæ, & libidinosè ibis, atq. ita

vsurpat Plaut. Mostell. *Alio credo comissatiu abisse.* nisi quis dicat apud Plautū, aduerbiū significās motum esse positū propter verbum *abisse*: quod verisimilius est. Qui autē hæc referenda esse putant ad sacrificij apparatus, & epulas, ad quas deos aduocabant, atque adhibebant veteres, errant. non enim hic agitur de epulis, aut diis ad epulas adhibēdis, sed hoc dicit Horatius, Venere tempestiuus & opportunus suis artibus, suôq. iure vsuram in domo Paulli, quàm in sua: id est, Horatij.

S I T O R R. I E C V R Q V A R.] iecur sedes est libidinis, & ita sentiunt etiam ipsi philosophi. Nam Plato quidem perspicue, vt in corde τὸ θυμῶδες, καὶ τὸ ὄργιστον, id est, irascendi vim locat: ita in hepate τὸ ἔπιθυμιακόν, id est, cupiditatem, & Aristoteles ita scribit topic. 4. *καὶ ἡ μὲν λύπη ἐν τῷ ἑπιθυμιακῷ: ἐν τῷ ὄργιστῷ ἡ ἰδὸν ἢ δὲ ὄργη ἐν τῷ θυμῶδες.* Poeta autem finius accuratè hanc distinctionem seruât. Horatius epist. ad Loll. 2. lib. 1. *Non ancilla tuum iecur ulceret vlla, puerue.* sup. Od. 25. lib. 1. *Cum tibi flagrans amor, et Cupido sauiet circa iecur vlcerosum.* & Od. 4. lib. 3. *Incontinentis nec Tityi iecur Relinquit ales.* quibus locis & hæc Ode, perspicue iecur, libidinis, & amoris sedē facit. at Od. 13. eiusdem primi libri, ita: *ve meum Fernens difficili bile tumet iecur.* & Saty. 9. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* sic Iuuen. Saty. 1. *Quid refram, quanta sicum iecur ardeat ira?* Homerus declarat in corde iram effertescere *ὃ δ' ὑκράδῃ δὲ οἱ εἶδον ὑλάκτει.* & *ἰλ. 1. Ἀλλὰ μοι οἰδῶδες καρδίη γόλω.* quem versum sic Latinè vertit M. Tull. *Corque meum penitus turgescit tristibus iris.* Apud eundē libidinis tale exemplū est *ἰλ. 2. Οὐ γὰρ πρόποτε μὲ ὠδὲ θεῶς ἕπος, οὐδὲ γυναικὸς θυμὸν ἐν ἑσθραῖ.* *ἑσθραῖ* ἑσθραῖς ἐδάμασσε, nulquam enim Homerus (quod sciam) hepar æstuarē libidine dicit: sed pectus potius, aut aliquid simile. ceteri libidinem non obscure in hepate locant. Theoc. *Ἥλα δ' ἔξ ἰπέδες ἦρον, ἐζορεῖ Μαυρόμορος χαλεπὸς γὰρ ἔστω θεὸς ἠπαρ ἀμμοσεν,* id est, ille autem quod pedes ducebant, ibat furēns. fauus porrò penitus ei densus iecur torrebatur, ac laniabat. & Anacr. de Cupidine arcum tenente: *Ταντα δὲ, καὶ με τῷ περὶ Μέσση ἠπαρ, ὡσπερ οἶστρος,* id est, arcum intendit, & sagittam mittit, & mihi medium iecur ferit, tāquam cœstrum.

I D O N E V M] id est, tibi & tuis rebus aptum, atque accommodatum.

E T D E C E N S] pulcher, vt sup. Od. 27. lib. 3. *malas decentis.*

N O N T A C I T V S] non mutus, immo facundus, & eloquens. *ἐλάττωσι.*

E T C E N T. P V E R A R T I V M] & quam plurimis laudabilibus artibus instructus iuuenis. numerus est finitus pro infinito.

Q V A N D O Q V E, &c.] id est, quādo cumque superiore apud amicā loco fuerit, quā armuli quātumuis in eam largi, & profusi, &c. sic Od. u iij

proxima. *quādoque trahet ferocis Per sacrum cliuū
merita decoret Fronde Sicambros.* & in epist. ad Pi-
fonces. *Et idem Indignor, quandoque bonus dormiat
Homerus.*

POTENTIOR LARGIS MVN.] plus va-
lens apud amicam, quā largi amuli munera.

RISERIT] id est, hilaris & latus fuerit: seu
lētia affectus fuerit, ex eo scilicet, quōd riuālis
seu amuli munera, quantumuis larga, nihil a-
pud amicam valuerint, neque hoc effecerint, vt
minoris ab amica fiat, quā amulus.

ALBANOS PROPE, TE, LACVS] te
prope Albanos lacus, &c. totius huius loci hęc
sententia est, quādoque superior fuerit a-
mulus suis, qui primum locū apud amicam pre-
tio emere conatur: te marmoream locabit pro-
pe lacus Albanos: vbi Paullus optimā prędia
habebat, inquit.

PONET MARMOREAM] tibi marmo-
reum signū statuet: & ita Porph. explicat. sic
Virg. Georg. 3. *Et viridi in campo templum de marmo-
re ponam.* Idem Melibœo: *leui de marmore tota Pa-
nisco stabis surus euincta colubino.*

SVB TRABE CITREA] sic reperit scri-
ptū in codice Cleric. Nicot. Ruffard nisi quōd
in Nicotiano erat *cypressa.* & ita habebāt duo Va-
ticipani, & nonnulli alij: quod tamen in priore e-
ditione aliud agens neglexerat. Atq; hoc postea
obseruātū ab lac. Cruquio Mellinio, viro in pri-
mis docto, reperit. Est autem citrus, arbor odo-
rata, ex qua citrea mālā: & citreę mensa. Petro-
nius Arbiter, *ecce Afris eruta terris Citrea mensa, gre-
ges seruorum, ostrumque renidens* Ponitur.

PLVRIMA NARIB. DVCSB TV-
RA] plurimi tibi ex ture incendentur odores.
Duces naribus, quāsi diceret, bibes naribus, vt su-
prā Od. 13. *bibere aure.* lib. 2. *Densum humeris bibit
aure vulcus.*

LYRÆ QVE ET BERE C.] quidam libri
manu scrip. habent, *lyræque & Berecynthia Delect.
tibia, &c.*

BERECYNTHIÆ] Phrygię. suprā Od. 18.
lib. 1. *cornu Berecynthium* dixit, quo vtebantur in
sacris Bacchi, & matris deorum. vide annot. ad
Od. 16. lib. 1.

NON SINE FISTVLA] tria hęc organa
musica enumerantur, lyra, tibia, fistula: quę vt
inter se differunt, ita ab aliis atque aliis inuenta
sunt. Lyra enim ab Apolline, seu, vt alij volunt, à
Mercurio: tibia à Marfyā. fistula à Pane.

PEDECAND. IN MOR. SAL TER
QVAT.] Saliorum in morem ter saltabūt. Od.
36. lib. 1. *Nec morem in salium sit requies pedum.* pel-
lere, aut pulsare, aut quaterere terrā, pro eo, quod
est, saltare, apud hunc poetam valde sunt visita-
ta. vide Od. 4. lib. 1.

NEC SPES ANIMI CRED. &c.] nec
spes cum persuasionē coniuncta fore, vt mutuō
amer ab ea, cuius impotenti amore captus sum.

NEC CERTARE IVVAT MERO] e-

pist. ad Mæcen. 3. lib. 1. *Nocturno certare mero, putare
diurno.* Od. 12. lib. 2. *certare ioco.*

SED CVR HEV, LIG. CVR] postea-
quā multis verbis ostēdit, se iam ad amorem
esse ineptum, atque (vt ita dicam) mancum, de-
niq; iudicio tandem, ac voluntate ab huiusmo-
di deliciis, ineptiis, ac nequitias abhorre: nūc
vi amoris coactus fatetur se, quāuis ætate iam
ingrauescente à tali mollitie, ac nequitia remo-
tissimus esse debeat, amore Ligurini pueri incē-
sum tamen ad pristinas lasciuas reuocari.

MANAT RARA M. LACR.] lacryma-
rum raritas acrem quidē significat doloris vim
esse, quę lacrymas exprimat: veruntamen ita
lentum, & tabificum morbum, vt non vniuerse
erumpant, sed spatio interposito guttatim de-
fluant.

INTER VERBA CADIT] titubabat, hæsi-
tat in medio sermone. Plutarchus in Demetrio
ἠδύων φωνῆς appellat. Seruius hunc locum
profert ad versum illum Virg. Æneid. 4. *Incipit
effari, medidq; in voce resisit.* Vide annotat. ad Od.
13. lib. 1.

NOCTVRN. TE EGO SOMN.] quo-
quisque in studio diem cōterit, & quibus in
curis est occupatus, eas res plerumq; somnare so-
let: quod elegantissimis versibus docet Lucret.
lib. 4. *Et quo quisque ferē studio defunctus adhaeret,
Aut quibus in rebus multum sumus antē morati, Atq;
in qua ratione fuit contenta magis mens? In somnis ea-
dem plerumque videmur obire: Causidici causas agere,
& componere leges: Induperatores pugnare, & proelia
obire, Nautæ cum ventis contractum cernere bellum.* sic
autem hunc postremum Lucretij versum emen-
dauit. Virgil. pharmac. *an qui amant ipsi sibi somnia
sunt?* sic Philippides ille apud Aristoph. *Et
vespēdæus?* equos somniat. huc pertinent ea, quę
notat Seru. ad illud Virgil. Alexide. *Eheu, quid
volui mis. &c. Quem fugus de gemina voluptate:*
vna, quę re vera, & sensibus percipitur: altera,
quę cogitatione informatur. Vnde ita debe-
mus accipere, hunc vsū, per cogitationem, o-
pinata illa & depicta voluptate: qua cernere &
alloqui videbatur absentem. Hęc ferē Seruius.

PER GRAMINA MART. CAMPI] quasi ludentem in campo Martio.

PER AQVAS VOLVB.] quasi in Tiberi
denatantem.

DVRE] inexorabilis.

AD ANTO-

AD ANTONIVM
Iulium, M. Antonij trium-
viri filium.

Od. 2.

ARGVMENTVM.

Pindarum esse cuiusmodi poetam dicit, vt si quis
eum imitari conetur, non minūs famę suę
periculum sit aditurus, quā si tum Icaro
pennis Dædaleis cælo se credere audeat.
Deinde vt Pindarum cycno altē volanti, ita
se api gratā thyma laboriosē carpenti com-
parat: idēque ipsiui Antonium ad celebrā-
dam maiore plectro Cæsaris victoriā hor-
tatur. Tradunt autem veteres scholiastę
hunc Antonium fuisse M. Antonij trium-
viri filium.

Pindarum quisquis studet emulari, I-
ule, ceratis ope Dædalæa

* Nititur pennis, vitreo daturus

Nomina ponto.

Monte decurrens velut amnis, imbres

Quem super notas aluere ripas,

Feruet, immensusque ruit profundo

Pindarus ore,

* Laureā donandus Apollinari,

Seu per audaces noua dithyrambos

Verba deuoluit, numerisque fertur

* Lege solutis:

Seu deos, regesque canit, deorum

Sanguinem: per quos cecidere iusta

Morte Centauri: cecidit tremendæ

Flamma Chimæ:

Sive, quos Elæa domum reducit

Palma calessteis: pugilēve equūve

Dicit: & centum potiore signis

Munere donat:

Flebili sponse iuuenēve raptum

Plorat: & vireis, animūque, morēs-

Que aureos educit in astra, nigro-

Que inuidet Orco.

* Multa Dircaum leuat aura cycnum,

Tendit, Antoni, quoties in altos

Nubium tractus: ego apis Matine
More, modōque

Grata carpentis thyma per laborem

Plurimum circa nemus, vuidique

Tiburis ripas, operosa paruus

Carmina fingo,

Concines maiore poeta plectro

Cæsarem, quandoque trahet ferocis

Per sacrum cliuū, merita decorus

Fronde, Sicambros:

Quo nihil maius, meliusve terris

Fata donauere, bonique diui,

Nec dabunt: quamuis redeant in aurum

Tempora prisum.

Concines latosque dies, & vrbis

Publicum ludum, super impetrato

Fortis Augusti reditu, forumque

Litibus orbium.

Tum mea, siquid loquar, audiendum,

Vocis accedet bona pars: & o Sol

Pulcher, o laudande, canam recepto

Cæsare felix.

Tēque, dum procedis, Io triumphe,

Non semel dicemus, Io triumphe,

Ciuitas omnis: dabimusque diuis

Tura benignis.

Te decem tauri, totidemque vacca;

Me tener soluet vitulus relicta

Matre, qui largis iuuenescit herbis

* In mea vota,

Fronte curuatos imitatus igneis

Tertium Luna referentis ortum,

* Quā nosam duxit, niueus videri,

Cetera fuluus.

PINDARVM] hęc Odē est ad laudandum
comparatā, seu ἠγκυριαστική. Laudat autē Pini-
darum poetam lyricum, Thebanum.

ÆMVLARI] æmulari cum quarto casu iū-
ctum, imitari significat.

I-VLE] prima vocalis huius nominis perti-
net ad pedem vltimū primi versus, hoc modo,
emulari I-ule, &c. vt rectē animaduertit Passera-
tius: quod & alibi, Od. 2. lib. 1. *tonē non probantē*
u iiii

v-Xorins amnis. & vt in quibusdā libris legitur, Od. 27. lib. 3. potes hac ab orno Pendulum Quā bene te fecit a-Lidere collum. & apud Catull. carmine de Iulia & Manlij nuptiis. Flere desine non tibi Eur-Runculeia periculum est. Ne qua femina pulchrior, &c.

CERATIS OPE D A D A L Ō A, &c.] CERATIS, id est, cera iunctis. ope Dædalæ autē, id est, arte Dædali: quemadmodum Icarus scilicet, De Dædalo & Icaro, satis multa diximus ad Od. 1. & 3. lib. 1.

PENNIS] nonnulli libri veteres, habent pinnū.

VITREO] pellucido instar vitri: Διφραει, vt Od. 13. lib. 3. ὁ φων Blandus splendidiōr vitro. & Od. 18. lib. 1. Arcaniquē fides prodiga pellucidior vitro. vel vitreum dixit quia aqua omnis vitrei, id est, viridis, aut cærulei coloris videtur, vt annot. ad Od. 17. lib. 1.

MONTE DECURR. VELVT AMN. &c.] Ordo verborum talis est. feruet Pindarus velut amnis monte decurrens, id est, torrēs, quē imbres, &c significat hoc simili, Pindarum verbis esse grandem & elatum, sententiis vberem & copiosum, ipso sermonis cursu celerem, & incitatum. de hoc autem genere ordinis aliquātum perturbati dicemus ad illum locum Satyr. 5. lib. 1. aque non ditior vna Qui locus à forti Diomede est conditus olim. huc pertinet, quæ annotauimus ad illum locum, cetera fluminū Ritu feruntur, &c. Od. 29. lib. 3. Quod autem quidam libri habēt, Cum super notas saliere ripas: non placet, neque ferri potest. Quid est enim imbres saliere super ripas? dixisset potius, cū m amnis salit super ripas notas, seu potius extra ripas. Omnino inepta scriptura est, & primū ab aliquo semidocto, & tamen confidente, excogitata, atque adscripta: deinde ab aliquo scriptore librario in texturā verborum translata.

LAVREA DONANDVS APOLLINARI] Sup. Od. vlt. lib. 3. Laurum Delphicam dixit. & infra Od. prox. Delis Ornatum folis ducem.

SEV PER AVD. NOVA DITHYR.] M. Tull. lib. 5. de oratore, de numeris oratoris disputans, Namque ego (inquit) Theophrasto assentior, qui putat orationem, quæ quidem sic polita, atque facta quadammodo, non asfricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, ex illis modis, quibus hic vsitatus versus efficitur, post anapaestus procerior quidam numerus effloruit: inde ille licentior & diuortior fluxit dithyrambus, cuius membra, & pedes (vt ait idē) sunt in omni locuplete oratione diffusa: & si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quadam impressione, & quod metiri possumus interuallū aequalibus, recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. quo ex loco colligi potest, dithyrambum pedem nō fuisse, sed vel chorum, vel carmen aliquod, idque in Bacchum, qui præter alia, etiam hoc nomine appellatur, vt supra diximus. Idem Tull. in eo libello, qui inscribitur de optimo genere ora-

torum, dithyrambicum genus in poematis numerat. Poematis enim (inquit) tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici, quod minus est tractatum à Latinis, suum quodvis genus est diuersum à reliquis. Iam Dithyrambum Olymp. carm. 13. Pindarus significat Corinthi esse inuentum, eumque Βονλάτω nominat, vel quod victori bos erat præmium, idem quod cum clamore recitabatur: quamuis idem Pindarus in primo dithyrambo (vt scribit eius interpres: Nam nihil nos quidem comperti habere possumus, cum omnes Pindarici dithyrambi interierint) dicat Thebis esse reperiunt. Tradit nonnulli dithyrambum, chorum fuisse in orbem actum, ad honorem Bacchi, laudēque pertinentem: eumque esse appellatum Σπὸ τῆ Διονυσίᾳ τῆ Ἐκ δὸ ὑπερὸν ἐξελθόντος, id est, à Baccho binis foribus egreffo, nempe ex vtero materno, & Iouis femore. Postremò illius inuētores fuisse Corinthios in Dionysiis hęc Pindari interpretes. Alij Bacchum ipsum διθύραμβον, & θελαμβον esse dictū scribunt. Fuisse autem dithyrambos planē Bacchicos, in eis que magnam vim ad animos concitandos & perturbados fuisse, neque eos vllis, præterquam furore quod affecit, & lymphaticis conuenisse, declarat Plato in Phædro his verbis. Σιγῆ τὸν πόντον ἀναετὰ ὄντι γὰρ θεῖος εἶοικεν ὁ τὸ πὸς εἶναι ὡς ἐν ἀερα. πολλὰ κίς νυμφόληπτος ἀσπίοντος τῆ λόγῳ γένουσι, μὴ θεαμασις. τὰ νῦν γὰρ ἔπιπρω διθυραμβῶν φθεγγομένη, id est, tacitus ergo audi. Reuera enim diuinus hic locus videtur esse. Itaque si crebrò tibi progrediente oratione lymphatus fieri videar, ne mirare. Nunc enim, quæ loquor, non longē ab sunt à dithyrambis. audacis autem appellat dithyrambos, vel propter inusitatam & audacem verborum inuēturam, vel propter pedes & numeros lege solutos, vt mox subiicit.

DE VOLVIT] deorfum voluit, id est, quasi è superiore loco verba fundit, verba grandia loquitur. permansit autem in priore similitudine fluminis magna vi delabentis, & præcipitantis.

LEGE SOLVTIS] non quod numeri Pindarici, etiam dithyrambici, lege sint soluti, sed quod numerorum dithyrambicorum maior sit licentia, quàm aliorum.

SEV DEOS, REGES QVE] quidam libri habent, regēve. Deos, vt Apollinem: reges: vt Hieronem Sicilia regem.

DEORVM SANGVINEM] Homerus multis locis διογενέας, & διοτρεφέας βασιλῆας, id est, à Ioue natos, & à Ioue educatos, appellat: & Hesiod. Ex δὲ Διὸς βασιλῆας, id est, ex Ioue reges.

CENTAVR] Herculem, Pirithoium, & ceteros Lapithas significat, qui centauros deuicerunt.

CECIDIT TREM. FLAM. CHIMÆ.] Bellerophonem significat: de quo lege Pind. carm. 13. Olymp. & vide annot. ad Od. 27. lib. 1.

ELĒA

ELĒA DOM. RED. PALMA] Virgil. Georg. 1. Eliadum palmas Epiros equarum. & 3. Hic vel ad Elī metas & maxima campi sudabit spatia, & sumas aget are cruentas. & lib. 6. Æneid. Quattuor hic inuictus equis, & lampada quassans, Per Graium populos, mediæque per Elidū urbem ibat ouans, &c.

CÆLESTIBIS] id est, quasi cælum gloria attingentis, vel cum aliis cælestibus ob gloriam comparandos.

PVGILĒMVE EQVVMVE] sine eū laudat, qui pugilatu vicerit, sine eum, qui cursu, & certamine equestri superior fuerit. epist. ad Pisones. Et pugilem victorem, & equum certamine primum. alij de Castore & Polluce dictum volunt, à quibus dissentio.

ET CENT. POTIORE SIGN. MVNERE] videlicet carminibus donat, quæ quilibet signis & operibus manu factis sunt di: turniora. Pindarus Nem. quinto carmine ait se non esse statuarum faciendarum artificem, neque signa fingere motu carentia, & quæ perpetuò insistant in sua basi: sed carmina condere, quæ terras & maria peragrent, eorumque, qui certamine aliquo victores extiterint, laudes nuntient, & coronas. Verba Pindari sunt hæc, ὅς κ' ἀνδριαντοποιός ἐμὲ ὄψ' ἐλλύνουσιν' ἐργάσειθ' ἀγάλματα' ἐπ' αὐτοῖς βαθυμύδος ἐκείτ' ἄλλ' ἐπὶ πάσαις ἀλλεῖδός ἐπιχ' ἀπ' Αἰγυῖας Διφραειλῶσις, ὅτι λάμπροισ ὑδὸς πύθειας εὐρυθεῖς νικη νεμίσις παργραπίθ τεφεινον.

FLEBILIS SPONSÆ] flebilis hoc loco valet tristis, mæstus. Interdum significationem habet patiendi, vt Ode. 24. lib. 1. Multis ille bonis flebilis occidit. siue (inquit) deplorat sponsum suæ sponsæ immatura, atque acerba morte ereptū.

MORES AVREOS] id est, mores antiquos, & aurea atatis, atque ex eo probos, castos, & sanctos. vt Od. 16. epod. Et inquinavit are tempus aureum. eodem pertinet, quod statim sequitur: quamuis redeant in aurum Tempora prisca. Nota est autem ex Hesiodo ætas aurea, argentea, area, ferrea. Χρῆστον ἰδί ἐρώτισσα γένος μερόπων ἀνθρώπων Ἀθῶνατοι ποίνσαι, &c. id est, Aureum quidē primum genus hominum, distinctē & articulate loquentium fecerunt dij immortales, &c.

EDVCIT IN ASTRÆ] i. vt Od. 25. lib. 3. loquitur, stellis inserit. Catull. vocare in cælum. Virg. Æneid. 3. tollere in astra. M. Tull. ferre in cælum. idē ad Att. lib. 2. laudes nostras in astra sustulit. sic idem Horat. Satyr. 7. lib. 2. absentem iustitiam urbem Tollis ad astra leuis. Idem epist. ad Fusc. Arist. Quæ vos ad cælum effertis rumore secundo. corruptē autem legitur in aliis libris deducit, cum libri ferē omnes veteres habeant, educit. sic Virg. lib. 2. Æneid. cæloque educere iussit. ibid. summisque sub astra Educitum tectis.

NIGRŌQVE INVIDET ORCO] adimit Orco, id est, à morte vindicat. nam quæ aliis inuidemus, adimimus, aut certē adimere volumus.

DIREAVM] Pindarum poetam Thebanū. Dirce fons Thebanus. cyenum autē, id est, vatem. sup. Od. 20. lib. 2. & album mutor in alitem. de cynis dicemus ad Od. prox. horum autem verborum hæc sententia est. Pindarus longē se ab humo tollit, quoties canit Deorum, aut regum, aut victorum laudes. non serpit humi, sed sublimis, & longissimē remotus à terra volat.

EGŌ APIS MAT. M.] Pindarum quidem cum cyeno, se autem cum ape Calabra comparat, arrogantia crimen fugiens. sic Lucre. lib. 4. in princip. se cum apibus comparat. Floriferis vt apes in salubus omnia libant, Omnia nos eisdem depasimur aurea dicta. vsus est eadem comparatione & Simonides, vt refert Plutarch. πῶς αὖ τις αἰθροῖτο ἐαυτῷ, &c. his verbis, Ὡσπερ γὰρ ἀνθεσιν ὀμυλῆν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τῶν μέλιτων, ἔαρθὸν μέλι μὴ δοῦδῆσαν, &c. id est, quemadmodum enim versari circum flores apem ait Simonides, mel flauum molientem, &c.

MATINÆ] Calabria. Nam Matinus mons in Calabria est. supra Od. 28. lib. 1. litum Matinum. & Od. 16. epod. Matina cacumina.

CARPENTIS THYMA] sic sup. Od. 27. carpere flores: quod Græci vno verbo dicunt ἄρθο-λογεῖν. vide annot. ad Od. 11. lib. 1.

VVIDIQVE TIBVRIS] sup. Od. 29. lib. 1. vdm Tibur. Idque propter aquarum, quibus irrigatur, copiam, vt Od. proxima. Sed quæ Tibur aqua fertile perfluit. [al prefluunt.]

OPERO SÆ] elaborata, laboriosa, multo labore perfecta. Od. 12. lib. 3. Minervam operesam dixit. & Od. 1. lib. 2. diuinitis operosiores. iam operosa purum. αὐτῶθεος est.

CARMINA FINGO] facio, tamquam fingulus, aut fictor. fictor cum dicit fingo, figuram ponit, inquit Varro lib. 5. de lingu. Lat. Virgil. Georg. 3. & dadala fingere testæ. lib. 8. Æn. & corpora fingere lingua.

CONCINBS] canes. vtitur eodem verbo & Catull. in nupt. Iulia & Manl. Nuptialia concinens voce carmina tinnula. aliter M. Tull. de finib. 5. vidēne vt hæc concinanti? id est, concordent?

MAIORE POËTA PL.] versus sublimiorib', & carmine grauiore, & maiore scribēdi spiritu.

QUANDOQVE] quandocumque, vt Od. superiore.

PER SACRVM CLIVVM] per cliuum Capitolinū, qui forum Romanū spectat. Nam, qui triumphabant, ver viam sacram, & forū Romanum in Capitolium vehēbatur, vt intelligere licet ex M. Tull. orat. de supplicitiis. At etiam, qui triumphant, eoque diuini viuis hostium duces seruant, vt his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum, fructumque victoriae populus Rom. percipere possit, cum de foro in Capitolium, currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies & victoribus imperij, & victis vita finem facit. Alij putāt per eum cliuum, triumphum agi solitum esse,

qui Velabrum artingit, auctoritate Suetonij ad-
ducti, in Iulio Caesare: cuius haec verba sunt,
Gallici triumpho die Velabrum praeteruehens pane curru
excussus est, axe effracto, ascenditque Capitolium ad lu-
mina quadraginta elephatis dextra, atque sinistra lych-
nuchus gestantibus. Porphyrio per sacrum cluuum in-
terpretatur, per sacram viam, qua in Capitolium
ascendebatur: per ascensum Capitolij.

SICAMBROS] Germaniam populos, Menapii
finitimos, quos hodie Gheldrenses appella-
mus. infra Oda 15. Te caede gaudentes Sicambri Com-
positi venerantur armis. Non dissimulabo in ali-
quot libr. manuscr. scriptum esse Sygambros.

BONIQVE DIVI] sic Od. 5. huius libr. Di-
uis arte bonis, optime Romula Custos gentis, boni autē
Dij appellantur, id est, beneficii, largi, liberales.
IN AVRVM PRISCVM] in aureos mo-
res: in mores illius aetatis aureae.

ET VRBIS PVBLIVM] & publi-
cam ciuitatis laetitiam, quam declarabit popu-
lus feris, & festis diebus, & ludo.

FORVMQVE LITIVS CRVVM] Aeschines in nobili illa oratione contra Ctesiphontem, reprehendens statim à principio ora-
tionis, suorum temporum mores, quosque veterum instituta esse corrupta, dicit, si hoc, &
illud fiat, tum & ciuitatem optimē administram
tum iri, & iudicia paucissima futura, quasi iudi-
ciorum & accusationum frequentia, & multi-
tudo sit vnum ex reip. malis non minimum, ver-
ba Aeschinas haec sunt: ἔτι το ῥῶν μοι δοκεῖ ἡ τε
πόλις ἔσται διοικεῖσθαι, αἱ τε κρίσεις ἐλάττω
γίνεσθαι. & Plato lib. 3. de rep. ostendit, in ea ciui-
tate, vbi increbruerit intemperantia, multa iudi-
cia, multaque liteis existere: quemadmodū,
vbi est morborum multitudo, ibi sunt crebrae
medicorum, & pharmacopolarum officinae.
Videtur autem Horatius, vt putabat Iof. Scali-
ger, expressisse hoc Pindaricum Isthm. eid. d. Κε-
λα δ' εὐαῖς τ' ὄρρωτοι ὕπερος, id est, contumeliae
magnum sonitum edentis expertes. sed hoc in-
terest quod ὄρρωτοι, apud Pind. significationem
habet actiuam: orbem aptud Horat. passiuam.

TVMM MEA, SI QVID LOQVAR, &c.] bona & praecipua meae vocis pars, constat
ē laudibus Caesaris. ea igitur meae vocis pars tū
accedet ad tuos cantus, cum Caesar Sicambros
denictos & captiuos ducet in triumpho. & tum
ego recepto Caesare incolumi, felix & beatus,
haec canam: ὁ sol candidus, ὁ dies pulcher, & laudan-
de. Catull. ad seipsum. Falsere quondam candidi tibi
soles. contra solem nigrum dicit Horat. Sat. 9. libr. 1.
Quidam libri manuscr. habet, siquid loquor audie-
dam, &c. quae lectio mihi nō displicet. quin ma-
gnopere probatur.

RECEPTO CAESARE] recuperato, qui
videbatur amissus: vel de cuius salute labora-
bamus propter incertos belli euētus, & Sicam-
brorum, seu Sygambrorum, quibuscum bellū
gerebat, ferocitatem, siue potius immanitatem.

vtitur eodem vocabulo sup. Od. 7. lib. 2. recepto
Dulce mihi suuere est amico. & epist. 2. lib. 2. Idem fi-
nitis studiis, & mente recepta.

TÉQVE D. PROCEDIS] Sic legendū vi-
detur, & ita habent quidam libr. manuscr. alij vt
vulgat. Thūque dum praec. eritque hic ordo verbo-
rum, dūmque tu procedis, &c.

IO TRIVMPHE] Od. 9. epod. 10. triump-
phe, tu moraris aureos Currus, & intactas boues. Var-
ro lib. 5. de lingua Latina: triumphare (inquit) ap-
pellatum, quod cum imperatore milites redeuntes clami-
tant per urbem in Capitolium eunti: io triumphe, io. id-
que a Θεῷ Ἰούλιῳ Græco Liberi patris cognomēto, potest
ductum esse.

BENIGNIS] liberalibus & beneficiis erga
nos, qui Caesarem nobis saluum reddiderint.
Eodem sensu hīc deos benignos, quo paulō antē
bonis dixit.

SOLVE] voto. damnantur votis ij, quibus
id, quod optarunt, contigit: & ita obligantur:
soluuntur, cum id, quod Diis promiserant vel
tacite, vel diserte persoluunt.

RELICTA MATRE] vacca, sic infra Sat.
3. lib. 2. de rana, vnus ubi effugit, matri denarrat.

IVVENES CIT.] adolefcit, fit iuuenus.

FR. CVRV. IMIT. IGN. TERT. LV-
NÆ, &c.] id est, qui cornibus imitatus est curuā
tertia lunæ figuram, significat, huius vituli val-
de parua esse cornua, & ita vitulū admodū tene-
rum. variae sunt lunæ vultus, variae figuræ, atq;
ex hac varietate, similitudines, & locutiones va-
rias ducit poeta. Hom. ἰλ. 1. Diomedes equum
describens, ait eum toto corpore rufum fuisse,
praeterquam quod in fronte notam candidam,
& rotundam instar lunæ habuerit. Ὅς τὸ εὐδὸν
ἄλλο τὸσον φοινῆξ ἔδ', ἢ δὲ μετώπῳ λευκὸν
σῆμι ἐπέτυκτο ἀδελτοροχόν, ἢ τε μύθη. Horat. sup.
Od. 12. lib. 1. micat inter omnes Iulium sidus, velut
inter igneis Luna minores. Od. x. lib. 2. neque vno
Luna rubens nitet vultu. eiusdē lib. Od. 18. Nonaque
pergunt intevire Luna. Od. 7. huius libr. Damna ta-
men celeres reparant caelestia Luna. & Od. 6. canentes
Rite crescentem face noctis ilucam. & carmine saecula-
ri ad Deos, siderū regina bicornis. Virgilius Geor-
gic. 1. Luna reuertenteis cum primum colligit igneis.
Idem lib. 3. Aeneid. quā se plena per insertas fundebat
luna fenestras. ibidem, Tertia iam Luna se cornua lu-
mine complent. Quidam libri habent, Tertia lu-
na referentis orbem: quam scripturā minūs probo.

QVÀ NOTAM DVXIT] qui qua parte
notam contraxit, candidus est, cetero corpore
fuluus.

NIVEVS VIDERI] Græca loquēdi figu-
ra est. sic enim Græci λευκός, ἢ φαιδρός ἰδέναι,
de qua plura dicemus ad Od. 8. huius libr. Sic de-
scribit equum Virgilius, quo puer Priamus ve-
hebatur. quem Thracius albus portat equus bicolor ma-
culis: vestigia primi Alba pedis, frontemque ostentans
arduum albam.

CETERA] τῶν α. etiam hoc genus græcū
est. Eu-

est Euripid. in Oreste. ὁ πᾶσι γυναικῶς ἐνεκεν
πρᾶτλα τᾶν, τᾶλλ' ἔδῃ, id est, O praeter quā
quod strenuus es ad ducendum exercitum pro
muliere, cetera nullius pretij homo. Horatius e-
pist. ad Fulcum Aristium lib. 1. Excepto, quod non
simul esses, cetera laus. Plin. lib. 36. cap. 6. Luculleum
marmor atrum alioqui, cum cetera maculis, aut coloribus
commendetur. Idem alibi, Tradunt in Mysia feram
esse, quae Bonafus vocatur, equina iuba, cetera tauro simi-
lem. Virgil. Aeneid. 3. Consertum regmen spinis: at cete-
ra Grauis. Sallust. bello Iugurth. Mauris omnibus
rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera populi
Rom. ignarus. Paterculul lib. poster. de Crasso, qui
vir cetera sanctissimus, immuniisque voluptatibus, &c.
M. Tull. aliter hanc sententiam efferret, vt in o-
rat. perf. subtilem hunc oratorem, nisi quod solūm, cete-
roqui recte quidam vocant Atticum. Idem ad Qu.
fratr. lib. 2. Ego me in Cumano & Pompeiano, praeter
quā quod sine te, satis commode oblectabam. Idem ta-
men sic locutus est in Quinctiana, si vbi vulgō
legitur: sanē ceterarum rerum paterfamilias & prudēs
& attentus: una in re minūs consideratus: legendum
est, sanē cetera paterfamilias & prudēs, & attentus,
&c. quemadmodum mihi aliquando visum est.

AD MELPOMENEN.

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Se natum esse ad artem poëticam, eiusque
beneficio nominis immortalitatem, &
gloriam consecuturum esse.

QVEM tu Melpomene semel
Nascentem placido lumine vi-
deris:

Illum non labor Isthmius
*Clarabit pugilem: non equus impiger
Curru ducet Achaico
Victorem: neque res bellica *Delius
Ornatum foliis ducem,
Quod regum tumidas contuderit mi-
nas;

Ostendet Capitolio:
Sed, quæ Tibur aqua fertile praefluunt,
Et spissa nemorum coma,
*Fingent Aëlio carmine nobilem.

Rome principis urbium

Dignatur suboles inter amabileis
Vatum ponere me choros:
Et tam dente minūs mordeor inuido.
O, te studinis aureæ
Dulcem quæ strepitum Pieri temperas:
O mutis quoque piscibus
Donatura cycni, si libeat, sonum,
Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito pretereunntium,
Romana fidicen lyrae:
Quod spiro, & placeo: si placeo: tuum
est.

QVEM TV MELPOMENE, &c.] signifi-
cat, eum, qui ad poëticam factus sit natura, ne-
que clarum pugilem, neque ludis Olympicis
equestri certamine victorem, neque praestatem
imperatorem vniquam futurum: sed poëtam
nobilem.

PLACIDO LVMINE] oculis placidis, be-
neuolis, amicis, non obliquis, vt Callim. ἄμμοισι
λοξοῖς, Sappho, λοξὸν βλέπεσσο.

VIDERIS] aspexeris: vt supra Od. 17. lib. 2.
seu libra, seu me scorpium aspiciet. coniuñctē autem
sunt intelligenda semel videris, non semel nascentē.

ILLVM NON LAB. ISTHM.] id est, cer-
tamen curule Isthmium. certamen autem Isth-
mium, seu Isthmicum à Sisypho fuisse institutū
Melicertae cadauere, quod à delphino in Isth-
mum, vbi sita Corinthus est, delatum fuerat, re-
perto, tradunt scriptores. certaminis praemium
pinca corona erat: quæ prius ex apio fuerat.
Isthmia ne Corintho quidem à Memmio euer-
sa, fuisse intermissa: sed tantisper dum ciuibus
infrequēs, ac deserta fuit, à Sicyoniis fuisse pro-
curata, atque administrata scribit Pausan. Co-
rinth.

ACHAICO] Eléo. Virg. lib. 1. Georg. Eliadū
palmas Epirus equarum.

CLARABIT] clarum reddet. Vtitur hoc
verbo M. Tull. in poëmate illo de suis rebus ge-
stis in secundo consulatu: Iuppiter excelsa clarabat
septra columna, & item saepe in Arato. & Lucret.
lib. 3. pro verbo declarandi. Haec secundum res a-
nimi natura videtur, Etque anima clara mea iam
versibus esse.

NEQVE RES BELLICA, &c.] neque
rebus bene gestis in bello, deuitisque ac sub-
actis hostibus, laureatus, & aurato curru vectus
triumphabit.

DELIIS] Delphicis & Apollinaribus fo-
liis, id est, laurea corona. Laurus enim Apollini
sacra est.

OSTENDET CAPITOLIO.] hoc iocis-

co dicit, quia qui triumphabant, in Capitolium (vt supra dixi) vehabantur.

PRÆFLVNT] duo cod. Vatic. Tornef. Ruffard. Nicot. habent præfluunt, quos secutus sum. nonnulli perfluunt: alij, perfluunt, vt vulg. T. Liuius quidē lib. 4. 4. annal. ferē ita loquitur, vt habent libri illi, quos primo loco cōmemorauī. Duo cingunt eam flumina: Clausula latere vrbis, quod in orientem patet, præfluens: Barbana ab regione, &c.

COMÆ] frondes, vt infr. Od. 7. redēūt iam gramina campis, Arboribusque comæ.

FINGENT] reddent, efficiēt. sic Virg. lib. Æneid. 2. nec si miserum fortuna Simonem finxit, vānum etiam mendacemque improba finget. Sallust. bello Catil. quā natura, prona, & ventri obediētia finxit. lēgē quæ annotata sunt supr. ad illum locum, Carmina fingo. Od. 2. huius lib.

ÆOLIŌ] Sapphico, & Alcæico. Od. 30. li. 3. Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.

PRINCIPIS VRBIVM] Virg. in Tityro. Verum hac tantum alias inter caput exiit vrbis, Quantum lenta solent inter viburna cupressi, Horat. Od. 14. huius lib. d. tutela præfens Italia, dominaque Roma.

SVBOLVS] sic habent tres Vatic. & aliquot alij libri manuscr. & ita apud Lucret. in emēdatis codicib. lib. 5. sine virum suboles, sine est mulieris origo. & apud Virg. Pollione. Cara Deum suboles, magnum Iouis incrementum. Festus, & Nonius. Per Romæ subolem populum Romanum significari puto.

ETIAM DENTĒ MIN. MORD. INVIDIO] tamquam inuidia maior, vt sup. Od. 20. lib. 2. inuidiaque maior vrbem relinquam. Sic & Sallust. Gloria inuidiam vicisti.

DVLCEM QVÆ STREPITVM] testudinis cantum, strepitum dixit, vt epist. 2. libr. 1. Ad strepitum citharæ cessatum ducere curam. & epist. 13. nec meretrix tibicina, cuius ad strepitum salias. sed hoc loco addidit epithetum, dulcem: in illis duobus non item. Petrus Victorius in commentariis suis in lib. 2. Aristot. de arte dicendi, scribit, fortasse Horatium in eandem culpam incidisse, cum tibicinæ, seu tibicæ & citharæ cantum, strepitum nominauit, in quam Dionysius ille, qui Æneus dictus est, cum Calliopæ vocē κρουγιδ, id est, clamorē seu clangorē appellauit. Ego Horatium proprio nomine, non translato, vltim esse putarim. At Aristoteles disertē dicit nomen κρουγιδ translātē ab illo poëta esse positum, eamque trāslationem, vt vitiosam & ineptam, reprehēdit. strepitum autem, quem φάρον Græci vocant, propriē conuenire inanimis, docet idem Arist. lib. β. de animo, his verbis: ἢ δὲ φωνὴ φάρος τίς ἐστιν ἐν μύθῳ. τῆς γὰρ ἀφύρων ἐστὶν φωνή, ἀλλὰ καὶ ὁμοίωσιν λέγεται φωνεῖν, οἷον αὐλῆς, καὶ λύρας, ὅσα ἄλλα τῆς ἀφύρων, id est, vox autem sonitus est quidam corporis animati. Inanimorum enim nihil vocē mittit: sed ex similitudine quadam vocem mittere

dicūtur: verbi gratia tibia, & lyra, & alia omnia inanima. Quod si quis strepitū citharæ translātē dictum esse contendet: sic Horatium defendam, strepitum ab eo esse positum, pro eo, quod Græci τέρεπσμα, vel κρουγιδ, vel quippiam simile, dicunt. τέρεπσις enim autem translātum est ab hirundinis, aut cicadæ strepitu. κρουγιδ verò verbum est fictum à re ipsa: significatque strepitum quandam edere: ex quo κρουγιδ citharæ sonitū appellat Apollon. lib. 4. Argon. vbi de Orpheo loquitur, citharæ cantu Sirenum voces auertēte. Idem ibid. φάρμυσα εὐκρουγιδον nominat, id est, εὐκρουγιδ, suauiter sonantem, seu strepētē. eodem pertinet versiculus ille, quem testem producit Suidas, Ἀλλ' ὅρα δὴ πλέκτω λοκροῖς ἐκρέσει χάλις. id est, sed cum plectro Locra cithara strepuit. Ordo autem verborum hic est, O Pieri, id est, ὁ Μῦσα, quæ testudinis, hoc est citharæ, auræ dulcem strepitum tēperas.

PIBER] vocādi casus, Græcus: qui breuis est, à πῆλο in π. docet Seruius ad illum locum Amarylli vocares: in Tityro: & hunc versum profert.

TEMPERAS] moderaris, aptas, modularis, ad concētum concordem inflectis. vide annot. ad Od. 8. lib. 1.

OMNIS VOQVE PISCIVS] Piscis omnis præter scarum, & fluuiatilem porcum, mutos esse, id est, vocem non mittere scribit Aristot. sed Mnaseas Patrēnsis (vt scribit Athen. lib. 8.) ait pisces, qui sunt in fluuio Clitore, vocales esse. Præterea Philostephanus piscis quosdam πικιλίας nomine, in Aorno vocē mittere tradit. Sed Pausanias Arcad. narrat se propterea, quod acceperat πικιλίας esse vocales, ad fluuium Aornum à prima luce vsque ad vesperam (quo tempore maximē vocem mittere dicebātur) commoratum esse: verum netennisimum quidem eorum sonum audiuisse. Vniuersē igitur piscium genus est ἀφωνος, id est, mutum, seu vocis expers. ex quo natus iocus ille Stratonicæ citharistæ in quendam Propin nomine, citharæ dum, magna quidē corporis statura, sed imperitum artificem: μέγας ἰσθίς, id est, magnus piscis. piscem nominauit ἄφρον, τὸ ἀφρονία, inquit Athenæus, propterea quod nihil caneret, quod quidem esset ἀφύρων, significat autem Horatius, se beneficio musæ poëta esse, non sua virtute, suōve ingenio, cum ea possit etiam pisces, qui sunt naturā muti, vocales, atque ad eōdē musicos efficiere.

CYCNUS] Plato in Phadone cynos vult esse cum in omni reliqua vita, tum maximē mortis tempore musicos, & canoros. sic enim apud illum loquitur Socrates, ἀλλὰ ποείεσθε μὴ διακολλώτερόν τι πῦρ ἀφύρων, ἢ ἐν τῷ ποείεσθε βίωσιν, ὡς εἶπεν, τῆς κύκων δονκῶ φωνῶν ἡμῖν ἐστὶν ἐν τῷ μαυρίδι: οἱ ἐπειδὴν ἀφύρωνται, ὅτι δὲ αὐτῶς ἀφύρωνται, καὶ ἐν τῷ ποείεσθε βίωσιν, τὸ τε δὴ πλέκτω καὶ ἀφύρωνται.

ἀφύρωνται γὰρ ὅτι μέλλουσιν ἀφύρωνται πῦρ εἰσι θεράποντες. mox subiicit ἄτε οἱ κρουγιδ ἄπολλωνος ὄντες, id est, sed veremini, ne amariore, atque iuuuioie animo sim, quam superiore vita fini atque (vt apparet) ego vobis diuinandi scientia deterior cynos esse videat: qui, vbi senserint sibi moriendū esse, cum antea canere soliti sint, tum illo tempore plurimum, & maximē canūt, latantes se statim ad Deum, cuius famuli sunt, abituros: Lucianus autem in libello περὶ τῆς ἡλκίτου, ἢ τῆς κύκων, significat, totum illud esse fabulosum de electro, & de cynorum cantu apud Eridanum. Nam irrident enim nautas, qui putat quosdam homines canēdi scientia, & facultate præditos, eo loco in aueis fuisse commutatos, atque iccirco etiā nūc canere, musicæ nō oblitos. Ælianus lib. 1. πικιλίας ἔσπερ, omnino nihil à Luciano dissidet. sic enim scribit de cynis: ἢ πῖ δ' εἰσὶ φιλοφθῖ, τῆστο μὲν ἡδὴ καὶ τὴν ἡλκίτου. ἔγω δ' ἄδοντος κύκωνος οὐδ' ἠέσασα. ἴσως δ' οὐδ' ἄλλος. περὶ τῆστο οὐδ' ὅτι εἰδὲ καὶ λέγασί γὰ αὐτὸν μάλιττα κύκωνον εἶναι τὸν κρόνον εὐφρόντατον, καὶ ἀδιδότατον, ὅταν ἢ πῆλο πῆλο κρουγιδ τῆ βίου, id est, Cynos autem canendi studio teneri, hoc quidem iam etiam omnium sermone vulgatum est. Ego autem canentem cynum audiri nunquam, & fortasse neque alius quisquam sibi igitur omnes persuasurunt cynum canere, auiusque eum illo maximē tempore, maximē vocalem, & maximē canorum esse, cum agit supremum vitæ diem. & Plinius cap. 23. lib. 10. Olorum morte narratur subilis cantus, falsus, vt arbitror, aliquot experimentis. Secutus igitur est Horatius opinionē vulgi, præsertim veterum poëtarum testimonio confirmatam. Lucretius lib. 3. proem. quid enim contendas hirundo Cynus? Idem lib. 4. Paruus vt est cyeni melior canor, ille gruum quādam Clamor in aetheris dispersus nubibus Austri. ibidem, Nec simili penetrant aureis primordia forma, cum tuba depresso graniter sub murmure mugit: Vallibus, & gelidis orti cyeni ex Heliconis Cym liquidam tollunt lugubri voce querelam. Virg. Mœc. Fare tuum nomen, (superet modus, &c.) Cantantes sublime ferent ad sidera cyeni. Idem lib. 7. Æneid. Ceu quondam niuei liquida inter nebula cyeni cum sese è pascu referunt, & longa canoros Dæt per colla modos: ad quem locum Seruius notat: secundum Plinium, qui ait in naturali historia, cynos idē suauis canere, quia colla longa & inflexa habent: & necesse est eluctantem vocem per longum & flexuosum iter variis reddere modulationes. Ex quo δουλιχόδεροι dicuntur ab Homero, id est, δουλιχόδεροι. Postremò Plutarchus lib. 6. εἰ ποείεσθε, πολίτ. ex eadem opinione scripsit illa: Οὕτως ἐπεὶ τὸ ποείεσθε καὶ λέγειν μάλλον ἀφύρωνται, ἢ κύκωνος τὸ ἀφύρων μέγιστον τελευτῆς καὶ φῶσιν ἐστὶν, οὐκ ἀφύρων τῶ ποείεσθε, ὡς περὶ τῶ λύρον σύντονον, id est, itaque quoniam agere, & dicere hominibus magis, quām cynis canere vsque ad exitum vitæ cōsentaneum natura est, non est ea res omitenda, tanquam lyra quadā contenta. Quem Plutarchi locum mihi Ger-

manus Valens indicauit.

QVOD MONSTR. DIG. PRÆTERE] norum illud est de Demosthene, qui illo susurro (vt ait M. Tullius Tuscul. 5.) aquam ferentis muliercula, vt mos in Gracia est, insusurrantisque alteri, hic est ille Demosthenes, ὁ τὸς οὐδὲν δὴ μὴ δὴν, delectari se dicebat.

ROMANÆ FIDICEN LYRÆ] epist. lib. 1. 19. ad Mæcen. 3. Libera per vacuum posui vestigia princeps, Non aliena meo prestī pede, &c. Idem Oda 30. lib. 3. Dicat quā violens obstrepit Ausidum, Et quā pauper aqua Daunus agrestium Regnavit populorum, ex humili potens, Princeps Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos.

Od. 4.

ARGVMENTVM.

Drusi Neronis, qui fuit Augusti Cæsaris priuignus, victoriam de Rhætis & Vindehelicis celebrat. Quinctiam Claudij Neronis fortia quadam facta commemorat. Tandem verò & totius gentis Romanæ fortitudo ore ipsius hostis (nimirum Annibalis) laudatur. Sed de Druso loquens poëta, disciplinam & educationem multum ad virtutē posse ostendit, tāquam aliquam harum eius laudum partem in Augulum deriuans.

Valem ministrū fulminis alitem, Cui rex deorum regnū in aueis vagas Permisit expertus fidelem. Iupiter in Ganymede flauo, Olim iuuentas, & patrius vigor Nido laborum propulit inscium: Vernique iam nimbis remotis, In solitos docuere nisus. Venti pauentem, mox in ouilia Demisit hostem viuudus impetus: Nunc in reluctantis dracones Egit amor dapnis, atque pugna: Qualem ve latis caprea pascuis Intenta, fulua matris ab ubere Iam lacte depulsum leonem, Dente nouo peritura, vidit: Videre Rhæti bella sub Alpibus Drusum gerentem, Vindehelicis quibus)

Mos unde deductus per omne
 Tempus Amazonia securi
 Dextras obarmet, quarere distuli:
 Nec scire fas est omnia: Sed diu,
 Latéque victrices cateruæ
 Consiliis iuuenis reuictæ
 Senfere, quid mens ritè, quid indoles
 Nurrita faustis sub penetralibus
 Posset, quid Augusti paternus
 In pueros animus Neronis.
 Fortes creantur fortibus, & bonis:
 Est in iuuenis, est in equis patrum
 Virtus: nec imbellem feroces
 Progenerant aquilæ columbam.
 Doctrina sed vim promouet in sitam:
 Rectique cultus pectora roborant:
 * Vt cumque defecere mores,
 Dedecorant bene nata culpa.
 Quid debeas, o Roma, Neronibus
 Testis Metaurum flumè, & Asdrubal
 Deuictus, & pulcher fugatis
 Ille dies Latio tenebris:
 Qui primus alma risit adorea,
 Dirus per vrbeis Afer vt Italas,
 Ceu flamma per tedas, vel Eurys
 Per Siculas equitavit undas.
 Post hoc secundis vsque laboribus
 Romana pubes creuit: & impio
 Vastata Pænorum tumultu
 Fana deos habuere rectos:
 Dixitque tandem perfidus Annibal,
 Cerui luporum præda rapacium
 Sectamur vltro quos opimus
 * Fallere, & effugere est triumphus.
 Gens, quæ cremato fortis ab Ilio
 Lactata Tuscis æquoribus sacra,
 Natosque, maturosque patres
 Pertulit Ausonias ad vrbeis,
 Duris vt illex tonsa bipennibus
 Nigra ferati frondis in Algido,
 Per damna, per cadeis ab ipso
 Ducit opes, animumque ferro.

A Non hydra secto corpore firmior
 Vincti dolentem creuit in Herculem:
 Monstrumve summiseræ Colchi
 Mainus, Echioniaæ Thebæ.
 * Merses profundo: pulchrior euenit.
 Luctere: multa prouet integrum
 Cum laude victorem: geretque
 Prælia coniugibus loquenda.
 Karthagini iam non ego nuntios
 Mittam superbos: occidit, occidit
 Spes omnis, & fortuna nostri
 Nominis, Asdrubale interemto.
 Nil Claudia non perficient manus:
 Quas & benigno numine Iupiter
 Defendit, & cura sagaces
 Expediunt per acuta belli.

QVALEM MINISTRVM FVLMINIS,
 &c.] Quo tempore in lucem editus est Iupiter,
 eodem natam esse aquilam, & ad id prælium,
 quod aduersus gigantes commissum est, ad-
 uolasse, quasi victoriæ Deorum nuntiam, tradunt
 fabularum scriptores. Itaque in auium
 partitione, Iupiter aquilam sibi adoptauit: quæ
 ministra, & nuntia vti solet ad eos, quibus
 læti aliquid significare, quosque insignis, &
 claros efficere in animo habet. Propterea
 ἄγετον à Græcis appellatum esse volunt non
 ἀπὸ τῆς ἀΐσεως, sed ἀπὸ τοῦ ἐπεὶ δὴ λαοῦ, id
 est, quia verum patefaciat, ac declaret. Qualis
 igitur (inquit) aquila est, quam iuuenta vo-
 landi seu potius pugnandi, & prædandi im-
 peritam è nido primùm foras extruxit, ventique
 verni docuerunt insolitos volandi cona-
 tus, mox in ouium greges, & septa vigor à
 natura insitus deorsum inmisit, tum edendi,
 pugnandique cupiditas in dracones incita-
 uit, atque impulit: aut qualis est catulus leo-
 nis, quem caprea pascuis intenta eius denti-
 bus iam iam dilaceranda, ac peritura vidit,
 talem Drusum Rhæti, & Vindelici videre. lege
 hac de re Strabonem lib. 4. & Paterculium lib.
 poster.

REGNUM IN AV. VAG.] quamobrem
 auium rex est aquila: an quod omnium auium ce-
 lerrimè volat: an quia sola ex auibus solem irre-
 tortis oculis intuetur, & spectat: an propter eius
 officia, & fidem erga Iouem?

EXPERTVS FIDELIEM] immo Iuppiter
 ipse (vt est in fabulis) aquilæ specie Ganyme-
 dem rapuit.

PATRIVS] paternus: nempe aquilæ. Itaq;
 statim

statim sequitur, neque imbellem feroces Progenerant
 aquila columbam.

NIDO PROPVLIT] nido foras expulit
 nondū volatū affuectam. in aliis lib. est *pru-
 lit*: sed *propulit* malo: & ita habent libri aliquot.
 manuscripti: in quibus est Faërn. Vrf. Vatic. 2. &
 quattuor, quibus hic nuper in mea Gallia vsus
 sum.

ABORVM INSCIVM] vel volandi in-
 scium, seu insuetum. sequitur enim mox, *insolitos
 docere nisus ventis*, &c. vel prædandi, & pugnan-
 di insolentem, & nescium, seu imperitum.

INSOL. NISVS] vel non vñtatos prædandi
 conatus, vel non vñtatos volatus.

MOX IN RELVCT. DR.] sic apud Hom.
 ἰλ. μ. aquila serpente correptum vnguibus, de-
 ferre in nidum suum parat. sed à relucente dra-
 cone acriter morsam, prædam ex vnguibus dimit-
 tere cogitur. quo auspicio Polydamas Hectorē
 murum Græcorum oppugnare, & perumpere
 cogitantem, reuocare ac deterrere conatur, sed
 frustra.

AMOR DAPIS] cibi cupiditas, & famēs.

LACTE DEPVLVSVM LEONEM] catu-
 lum leonis modò, ab vberē matris seu unctū, seu
 à lacte remotū. Virg. Tityro, quò *sape solemus Pa-
 stores, ouium teneros depellere factus*. ad quem locum
 Seruius, *Depellere*, id est, à lacte remouere. sic idē
 Virg. Melib. *Depulsos à lacte domi qua clauderet a-
 gnos*. idem Palæmone, *Dulce satis humor, depulsis
 arbutus hædis*.

DENTE NOVO PERITVRA] peritvra
 dente leonis iuuenis nouo, id est, nondū præ-
 de affuectō, seu nondum in pugna exercitato.

RHÆTI] Strabo lib. 4. Rhætos, & Vindeli-
 cos in iis Alpiū partibus collocat, quæ ad oriē-
 tem, & Austrū spectant, vt sint Heluctis, & Boiis
 finitimi: vbi & de Druso eadem scribit, quæ hic
 laudat Horatius. de Vindeliciis etiam Od. 14. hu-
 ius libri: *Vindelici didicere nuper, quid Marte posses*.
 Rhæti, Vindelici autem, est ἀσύνδετοι, vel addenda
 copulatio, & quæ tamen abest à codicibus Do-
 nati, Faërn. Torn. & duob. Vatic.

DRVSVM] Claud. Drusum, qui in Germa-
 nia diem suum obiit.

QVIBVS MOS VNDE DED. &c.] id
 est, qui Vindelici quamobrem vtatur securibus
 in prælio Amazonum more, non nimis diligē-
 ter hoc quidem tempore exquisiui, atque in aliud
 tempus distuli. Strabo lib. 2. quæ de Amazoni-
 bus tradita sunt, nostri similia, fabulosa, incre-
 dibilia denique esse existimat, his verbis: Περὶ
 δὲ τῆς Ἀμαζόνων τοῦ αὐτοῦ λέγεται, ὅτι καὶ πα-
 λαιὰ τεροτάτην, καὶ πειρασὶ πόρρω. Τίς γὰρ ἂν πι-
 στεύσει, ὡς γυναικῶν στρατός, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος
 συστάη ἂν ἔχεις ἀνδρῶν, καὶ ἕ μόνον γὰρ συστάη,
 ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιήσαι ὅτι τιμὴ ἀλλοτρίαν
 χέρον; id est, *De Amazonibus eadem nunc dicun-
 tur, quæ olim, nempe monstri similia, & longè à fi-
 de remota. Quis enim credat, mulierum exercitum, aut*

civitatē, aut nationem sine viris consistere, neque ve-
 rò solum consistere, sed etiam in alienos fines incurere
 atque invadere potuisse? Similem Ἰσθμίων, seu ἐν-
 λαλαίων esse dicebat Ios. Scaliger apud Pindarū
 quodam loco, καὶ τῆς ἀσπιδος ἀλλήλων δόμων
 Ἰσθμίωνος ἐλάσσει. &c. Præclarè autem Hōra-
 tius, id, quod sciebat, aut certè accipere, atq; au-
 dire potuerat, nepe Vindelicos, quos Liburnos
 esse putat Seruius, ab Amazonibus originē du-
 xisse, se vel nescire, vel nō quævisse dicit, quasi
 in alia re magis occupatum, & aliud agētē. le-
 ge Seruium ad illum Virgil. locum *Æn. 1. atque
 intima tutus Regni Liburnorum, &c.* Vbi hunc Ho-
 ratij locum profert.

NEC SCIRE FAS EST OMNIA]]
 fas, id est, pote, δυνατός, vt diximus suprà. ad Od.
 11. lib. 1. vel ita interpretare. nec scire licet om-
 nia vt alij malūt: quibuscū pugnare nolo. Tibul-
 lus quidē fas pro eo, quod δυνατός dicunt Græ-
 ci, vsurpauit eleg. 9. lib. 1. *Nec tibi celanti fas sit pec-
 care*: fortasse & eleg. 5. *proprios ego recum, sit modò
 fas, annos contribuisse velim*. & Propert. lib. 1. *Mi ne-
 que amare aliam, neque ab hac discedere fas est*. & Virg.
 lib. 7. *Æn. Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere
 ferro*. & Cæc. lib. 1. de bell. Gall. *Eas ita dicere, non
 esse fas Germanos superare, si ante novam Lunam prælio
 contendissent*.

SED DIV, LATÉQVE, &c.] superiora il-
 la, quibus mos unde, &c. vsque ad hunc locum, in-
 cludēda sunt interpositionis nota: vel potius ita
 sunt legenda, vt à proposito sermone aberrantia:
 quod genus appellant Græci hyperbatum, iccir-
 cò hac particula, sed, vtitur Horatius, quæ adhi-
 bere solent scriptores in hyperbatis, cum ad id,
 unde aberrarunt, ingredi volunt. adhibere &
 has: verumtamē, igitur, & similes cuius rei pas-
 sim occurrunt exempla apud M. Tull.

CONSILIIS IYVENIS REVICTÆ]]
 sic puto legendum, non, vt alij volūt, reuictæ:
 & ita habet liber Paët. Don. Vrf. Torn. Vatic. 2.
 & alij quidam. Est autem hæc sententia: Rhæti
 (inquit) & Vindelici, qui olim victores latissi-
 mas excursionēs etiam vsque ad agros Italie fi-
 nitimos fecēre, nunc consiliis Drusi vicissim vi-
 cti, ac domiti, senfere quid mens, &c. hæc enim
 vis est verbi, *reuincto*. sic Lucr. lib. 5. *Ignis enim supe-
 rare potest, vbi materia ex infinito sunt corpora plura
 coorta: Inde cadunt vires aliqua ratione reuictæ*. non
 displicet tamen altera scriptura, *repressæ*, quæ re-
 peritur in nonnullis emendatis codicibus. vide
 autem hac de re Strabonem lib. 4.

INDOLE] indoles dicta ab *inoleſco*, quod
 est *increſco*: & incrementū significat. ex eo pro
 ingenio puerili vsurpatur: quoniā vnā cum cor-
 pore ex sententia philosophorum mens crescit,
 & decreſcit.

NERONES] Tiberium, & Drusum.

FORTES CREANTVR FORTI-
 BV S] primo loco ponit naturam, & genus: de-
 inde doctrinam, & educationem, sic Plato in o-

ratione funebri: ἀγαθοὶ δ' ἐγένοντο ὧν τὸ φῶ-
 νεὶ ἐξ ἀγαθῶν. τίλὸ εὐγένειαν οὐδ' ἄριστον ἐγκω-
 μάζουσι. δεύτερον δὲ προσφύτε, καὶ παιδείαν,
 id est, boni autē fuerūt, quia ex bonis nati sunt:
 generis igitur praestantiam primū laudemus:
 deinde educationem, & doctrinam, sic Aristote-
 les Politicorum tertio scribit esse probabile, vi-
 ros praestantiores esse eos, qui ē praestantioribus
 nati sunt: nobilitas enim, generis praestantia, &
 perfectio est. verba Aristot. haec sunt: ἢ δ' εὐγέ-
 νεια παρ' ἐχθροῖς οἴκοι ἴμιος. ἔτι διότι βελτίους
 εἶδος τῶν ἐκ βελτίων. εὐγένεια γὰρ ἔστιν ἀρε-
 τῆ γένος. Quantum valeant ad ingenium, hoc,
 vel illo habitu imbuendum, moris que confor-
 mandos, atque etiam inferendos stirps generis,
 & educatio, declarant poetae, qui, quem signifi-
 care volunt sauo, immitti, inhumano esse inge-
 nio, eum dicere solent ē faxis, ac rupibus, ē mari
 natos, à leonibus educatos, vt Hom. ἰλ. π. γλαυ-
 κῆ δ' εὐκίπτε γάλασσα. Πέτρῳ τ' ἠλίκατοι,
 ὅτι τοὶ νόσος ἔστιν ἀπληγῆς, id est, caruleum autem
 te mare peperit, Rupesque praeuptae, quoniam
 tibi mens est infrenis atque indomita. Theocr.
 eid. γ. Νυῦ ἐγένον τὸν ἔρωτα. Βαρῆς γένος. ἢ ῥα
 λεωνίας Μασδὸν ἐθύλαζε. φρυγῶν τε μιν ἔτραφε
 μήτηρ, quos versus Virg. expressit Pharmaceut.
 Nunc scio, quid sit amor, duris in cotibus illum Isma-
 rus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes Nec nostri
 generis puerum, nec sanguinis edunt. Idem Aeneid. 4.
 Nec sibi Diua parens, generis nec Dardanus auctor,
 Perfide, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.
 Catull. de nuptiis Pelei, Quanam te genuit sola sub
 rupe leana? Quod mare conceptum spumantibus expuit
 undis? Quae Syriū, quae Scylla vorax, quae vasta Cha-
 rybdis?

P R O M O V E T] prouehit, προάγει amplifi-
 cat virtutem à natura insitam.

F E R O C E S A Q V I L A] feroc plerumq; in
 laude ponitur, & si quando in vitio, nō crudelē,
 sed elatum, aut animosum significat, vt sup. Od.
 5. lib. 2. feroc atas. & infra Od. 9. huius libri feroc
 Hector. annotatum ad Od. 15. lib. 1.

R E C T I Q V E C V L T V S] nihil equidem
 muto, cum hac lectio ab omnibus codicibus,
 quos quidem viderim, confirmetur: sed putauī
 aliquādo, Porphyriōnis verbis motus, scriptum
 esse ab Horatio, Rectique cultus pectora roborat: vt,
 cultus sit numeri singularis. recti autem patrij ca-
 sus à nomine neutro rectum, cti, quod est τὸ ὀρ-
 θῶν. Nā hoc modo explicat Porph. nisi quod cul-
 tus vult esse numeri multitudinis: nisi fortē Por-
 phyrio corruptus est. Iam nomē rectum vsurpat
 Horat. & Saty. 3. lib. 2. Rectum animi seruas? id est,
 τίλὸ ὀρθότητα, rectitudinem redderemus? Lati-
 nē, si pateretur Latini sermonis vsus. colere rec-
 tum autem, honestum, virtutem, veritatem: &
 cultus, id est, amor & studium recti, honesti, vir-
 tutis, veritatis, bonis scriptoribus sicut vsitata
 loquēdi genera. Iam si recti cultus vti que nu-
 mero multitudinis esse intelligitur, idē valebit,

quod, rectae institutiones, seu potius recta vi-
 uēdi instituta: quēadmodum primorum illorū
 hominum seram, & agrestem viuendi consue-
 tudinem feroc cultus hominum recentum dixit Od.
 10. lib. 1. quam interpretationem multo malim,
 quā illam Pseudoporphyrionis, nisi vna ope-
 ra legamus roborat, & nomen cultus ita accipia-
 mus, vt sit numeri singularis, vt dixi.

R O B O R A N T] si cultus sit numeri multi-
 tudinis, vt accipit Porph. legendum roborant: si singul.
 roborat. Verum tamen nihil muto.

V T C V M Q V E D E F E C E R E M O R E S,]
 id est, vbi cum que, seu quādo cū que natura bo-
 nitas, quam εὐφροσύνη Graeci nomināt, à bonis mo-
 ribus, qui studium, exercitationēq; desiderāt
 (vt docet Aristotel. lib. 2. de morib. ad Nicom.)
 destituta est: vitæ turpitudine bonum illud gene-
 ris, & naturae dedecore, maculāq; afficit. de par-
 ticula, vti cum que, diximus supra ad Od. 17. lib. 1.
 licet & bene nata interpretari εὐγένειαν, id est, ge-
 neris praestantiam, ac nobilitatem.

D E D E C O R A N T] sic habet lib. Donati,
 & omnes vulgati. Faēni autem, & 2. Vatic.
 Indecornat.

C V L P A] corrupti mores, seu facta improba
 ex corruptis moribus nata, & idē culpanda, &
 vituperanda. Culpae, numeri est multitudinis.

N E R O N I B V S] C. Claudio Neroni. de quo
 sic Sueton. Claudius Nero aduentum ex Hispania
 cum ingentibus copiis Afrubalem, priusquam An-
 nibali fratri coniungeretur, oppressit.

T E S T I S M E T A V R . F L V M .] sic Virgil.
 Daph. vos Coryli testes, & flumina nymphis. & Propert.
 lib. eleg. testes sunt sidera nobis. quae mihi in-
 dicauit Germ. Valens. & sunt notata à Sertuo
 ad eum, quem cōmemorari locum, in Daphn.

T E S T I S M E T A V R V M F L V M E N]
 sic Catull. Testis erit magnus virtutibus unda Scaman-
 dri.

M E T A V R V M F L V M E N] sic sup. Od. 9.
 lib. 2. Medum flumen. & in epist. ad Pison Rhenum
 flumen. fluuius est in Umbria, ex Picenis finibus
 oriens, qui nomen retinet, nisi quod aliquantū
 corruptū est. Nam hodie, il Metro, appellant Ita-
 li. Apud hunc situium casus est Afrubal An-
 nibalis frater.

E T A S D R V B A L] Narrat T. Liuius lib. 27.
 Afrubalem, qui cum recente exercitu Alpeis
 transcenderat eo cōsilio, vt sese cum fratre An-
 nibale cōiungeret, à M. Liuiō Salinatore victū,
 ac casum esse, cū haberet in suo exercitu quin-
 quaginta sex hominum millia: eamque victoriā
 nō minore opera Claudij Neronis, alterius cō-
 sulis, esse partā, propterea quod, cum Anniba-
 li oppositus esset, relichis ita castris, vt hostē la-
 tēret, lecta manu profectus Afrubalem cir-
 cumuenit. [Qui tamen Salinatorem equo fe-
 qui, quā triumpho, quem ei fenatus aequi de-
 creuerat, vti maluit, quia res in prouincia sali-
 natoris gesta fuerat. Tit. Liuius lib. x x v i i i .

Valerius

Valerius Max. lib. 4. cap. 1.

E T P V L C H E R F V G A T I S I L L E
 D I E S, &c.] pulcher dies. i. felix & fortunatus
 dies. sic loquitur M. Tull. li. 4. epist. ad familiar.
 Noli quare. ita mihi pulcher hic dies visus est, vt spe-
 ciam aliquam viderem videre quasi remissis respub.
 Horatius infra Oda prox. Instar veris enim vul-
 tum ubi tuus affulsit populo, gratior it dies, Et soles
 melius nitent. Est autem hic translatio, seu potius
 allegoria. Nam per diem pulchrum, diei illius
 laetitiam significat, quo die victus ac casus est
 Annibal: per tenebras fugatas: metum ex om-
 nium animis atque ex Italia depulsum, Kartha-
 ginienisibus, & Afris ex Italia pulsus.

R I S I T] laetus, & hilaritatis plenus fuit, ἐγὼ
 λαστ. vt infra Od. 11. Ridet argento domus. & Lu-
 crecius lib. 5. ridentes undas dixit. vide annot. ad
 Oden 18. lib. 2.

A D O R E A] victoria, & gloria Plinius lib. 18.
 cap. 3. Gloriam ipsam à farris honore adorem appel-
 labant, Pompeius Festus. Adorem, laudem, seu
 gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant, qui
 farris copia abundaret. Plaut. in Amphitru. Qui pra-
 da, atque agro, adoremque affecit populareis suos. Pro-
 priē tamen adorea frugum copiam, & vberatē
 significat. Varro lib. 4. de Lingua Lat. Plebi rura
 largiuntur adorem.

D I R V S P E R V R B E I S A F E R V T]
 horum verborum haec sententia est: pendētq;
 à superioribus: vt, id est, posteaquam Italiā per-
 uasit, & percursum Annibal, veluti flamma te-
 das, vel Eurus vndas peragrarē solet, hic primus
 dies parta victoria laetitia attulit populo Rom.
 Errant autem qui hic legi posse putant, Afer it
 Italia. Iam dirus afer cōtuetudine Horatiana di-
 ctum est. sic enim Od. 12. lib. 2. Nec dirum Anni-
 balem, nec Sicul. mare. & Oda 6. lib. 3. Antiochum,
 Annibalemque dirum.

E Q V I T A V I T] sic Euripid. in Phoeniss. Ze-
 phyrum equitasse in caelo dicit. Ἴόνιον χεῖρ πόντον
 ἐλάτρε πλεῖστασα, ἀερόπτερον ἄσπερον ἀκαρπί-
 στον πειθῶν Σικελίας, Ζεφύρου πνοῆς ἰππεύ-
 σατος ἐν οὐρανῶ. id est, Cū in mari Ionio ex-
 pertis nauigasset super circumfluos, & fructus ex-
 pertis Siciliae campos, flatibus Zephyri in ca-
 elo equitantis. notauit Muretus lib. 1. Var. lect.
 cap. 10.

P O S T H O C] post Afrubalis caedem, victo-
 riāque populi Rom.

S E C V N D I S L A B O R I B V S] secundis
 praeliis.

I M P I O] impio tumultu dixit, quoniam im-
 piorum, & barbarorum est templa deorum, aras,
 statuas vastare, incēdere, euertere, quod fecerūt
 Persae, quo tempore Xerxe duce totī Graeciae bel-
 lum intulerūt. quam eorum impiūmanitatem, atq;
 impietate barbaram Aeschylus his versibus de-
 scribit in Persis: Οἱ γὰρ μολόντες ἑλλάδα, οὐ
 θεῶν βρέτη. Ηἰδύοντο σάκρον, ἔδδ' ἐπιτοράνοι
 νεός, Βαμιοὶ δ' αἶται, δαμνίων ἴδρυματα.

Πρόρρηξα φέρδην ἐξ ἀνέστραπτου βόθρου, id est,
 Qui cum in Graeciam venissent, neque deorum
 simulacra diripere, neque templa incendere ve-
 ritati sunt: arae autem delerēt, deorumque statuā
 funditus ē sedibus suis euerfē funt.

V A S T . P O N . T V M F A N A D E O S
 H A B . R E C T .] horum verborum haec senten-
 tia est. fana à Karthaginienisibus antea vastata,
 post hanc victoriam, Deorum statuas habere rec-
 ctas, seu erectas, quae fuerāt videlicet de suis se-
 dibus deturbatae. sic hunc locum explico, nō, vt
 inepti quidā homines somniāt, deos propitios.
 Deos autem pro Deorū statuis poni nō est no-
 uū, neq; inusitātū. M. Tull. accus. Verr. proem.
 Deum denique nullum sculis, qui ei paulo magis affa-
 bre, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.
 Idem frumentar. Deum verò nullum violauit, nullū
 attigit. Idem de signis. Dij ablati, fana vexata. ibi-
 dem. Tum imperator populi Rom. vir clarissimus Deos
 patrios reportabat Segetanis ex urbe hostium recupe-
 ratos. T. Liuius lib. 27. Sed maiore generis eius pra-
 da abstulit Fabius, quā Marcus, qui interroganti
 scriba, quid fieri de signis vellet, (ingentis magnitudi-
 nis Dij sunt, suo quisque habitu in modum pugnantium
 formati) Deos iratos Tarentinis relinqui iussit. Iam
 verò quod rectos hoc loco pro iustis, ac ppiis
 accipi volunt, in eo non satis mihi videntur La-
 tini sermonis vsum tenere. rectum enim appel-
 lant propriē Latini, quod est directū, quod obli-
 quo, prauoq; contrarium, quod erectum est,
 quod stat: quorum reperitur exempla apud hūc
 poetam, Catull. M. Tull. Horat. Sat. 2. lib. 1. Can-
 dida, rectaque sit. epist. ad August. lib. 1. securus ca-
 dat, an recto stet fabula tulo. Catull. Quintia formosa
 est multum mihi candida, longa, Recta est. Idem rectos
 homines appellat, seruos leccarios. M. Tul. A-
 cadem. lib. 2. interese oportet, vt inter rectum, & pra-
 uum: sic inter verum, & falsum. pro Murena, homi-
 nes, cum rectē, & in loco constitissent, iuberi abire, &
 recti anguli (eubēis nominant Graeci) qui neque
 sunt acuti, neque obtusi, sed pares. Idem valet a-
 pud Gracos ὀρθός. Hom. ἰλιάδ. α. ὀρθαὶ πύργες.
 Pausan. in Att. τὸ δ' ἀγαλματ' ἔσθ' Ἀθηνῶν ὀρ-
 θῶν ἔστιν ἐν γαίῃ ποδῶν. id est, simulacrū autē
 Palladis, rectum est cum tunica talari. & Eurip.
 in Hecuba. Εὐσε μὲν οὐδ' ἦν ὄρ' ἔκειθ' ὀλοσματο-
 τα. id est, Tantisper dū recti terrae siti erant ter-
 mini, &c. & Athen. libr. 4. scribit Atheniensis
 templum Dionysi rectum condidisse ab Am-
 phietyone vini, & aquae temperationem edo-
 ctos. tunc enim (inquit) rectus Bacchus est, &
 non ad prolapsionem procliuis, cū vinum di-
 lutū est, & cū modicē bibitur: vt fortasse lo-
 cus ille, qui est Od. 18. lib. 1. non ego te candido Bas-
 saren, inuitum quatiā, sic explicari possit. ego te
 inuito neque vinum immodicū, neq; aqua mi-
 nūs, quā oporteat, temperatum bibam inuitum
 autem dixit, quia quicquid sit diis inuitis, atque
 iratis, infeliciter cadit, vt alibi dicemus. sed ver-
 ba Athen. sunt haec: ὧς τὸ ἱερόν Διονύσου

ὄρθον ἰδρύσασθαι. τότε γὰρ ὄρθος ἐστὶ τῶ ὄρθου, ἢ
 ἢ σφαιλερός, ὅταν συμμετρεῖται, ἢ κεκέρου, μὲν δὲ
 πρὸς ἡμᾶς. Plato Lachete: ὄρθη ἐν ἡμῶν ἢ πόλις ἴδι,
 ἢ οὐκ ἐν ἑτέροις τοῖς τοῖς παῖσι. id est, recta ef-
 fet vrbs nostra, neque talem casum cecidisset.
 Per translationem autem sermonis, rectum pro
 eo, quod est cum virtute cōiunctum, & pro bo-
 no ponitur, & rectè pro bene. M. Tull. pro Mu-
 rena, *Negat fuisse rectum Cato me tam severè gesto con-
 sulatu pro Munera dicere. & rectè facta*, quæ Græci
 ἡσυχία, ἢ ἀσφάλεια dicunt: & recta studia in Topicis. &
 Horatius Od. 9. huius lib. *rectum animum secundis,
 dubiisque rebus* appellat eum, qui neque secunda
 fortuna effertur, neque aduersa deprimitur, qui
 semper erectus est, numquam aut nimium ela-
 tus, aut nimium demissus: & saty. 3. lib. 2. *rectum
 animi*, constantiam, æquabilitatem, tranquillita-
 tem. Quod ita esse, vt dico, declarat eadem sen-
 tentia aliis verbis expressa eadem satyra. *stare a-
 nimo*. sic Horat. *Cum prudens scelus ob titulos admit-
 tis inaneis, stas animo stare animo enim valet, animū
 habere à vitio purum, & incorruptum, minimè
 que deprauatum.* Et Plautus in Bacchid. *rectum
 ad ingenium bonum* dicit, qui non est deprauatus,
 qui non est procliuus ad nequitiam, aut libidi-
 nem. & Ennius. *Quò vobis mentes, recta que stare
 solebant. Ante hac, dementes sese flexere viai?* rectus
 autem pro eo, quem propitium, aut placatum,
 aut beneuolum dicimus, mihi non videretur esse
 vsitatum in tota lingua Latina.

CERVI LVPORVM PRÆDA] hæc di-
 cuntur ab Annibalè. nos Karthaginieses, tam-
 quam cerui, Romanos tamquam lupos, infe-
 quimur.

QVOS OPIM. FALLERE, ET EFF-
 RVG.] quos si effugere possimus, magnam Diis
 habere gratiam, magnique triumphi loco duce-
 re debeamus. tale est illud Terent. in Heauton.
triumpho, si licet me latere teo abscedere, id est, triū-
 phi loco habeo, si mihi licet latus tegere, peri-
 culumque, in quo verfor, declinare. Græcè di-
 cerem *ὄλεσ ὑπεκκλίνας ἢ σαφῶς γεν πᾶν ἡμῶν ἀ-
 γαστήτων ἐν.*

OPIMVS] amplius, magnificus. sic spolia opi-
 ma dicuntur, quæ dux populi Rom. duci hostiū
 detrahit. quod alibi annotauimus.

FALLER] id est, latere. vide annot. ad Od.
 10. lib. 1.

GENS, QVÆ CREMATO, &c.] hæc
 sunt vel ex secundo lib. Æn. notissima. ad hunc
 autem locum pertinent illa ex carm. sæcul. ad
 Deos: *Cui per ardentem sine fraude Troiam Castus
 Æneas patria superstes Liberum munivit iter.*

NATÓSVB] & filium Ascanium, Æneas
 scilicet: itémque suos liberos alij Troiani, qui
 Æneam secuti sunt.

MATVROSQVE PATRES] vt Anchi-
 sen Æneas. Virg. Æncid. 5. *aut maturus Æcetes*. in
 lib. de art. poet. *Maturus sine senex, an adhuc florense
 iuuentis.*

DVRIS VT ILEX, &c.] à similitudine
 ducta ab ilice, quæ bipennibus & securibus tō-
 sa, id est, ramis spoliata, eo magis crescit, ostendit,
 Romanos incommotis, damnis, aduersis
 præliis & cædibus magis ac magis inualefcere,
 & vigere.

ALGID O] Algidum nomen montis est hoc
 loco, in agro Tusculano. vt Od. 21. lib. 1. *aut gelido
 prominet Alcido*. oppidum etiam eodem nomi-
 ne appellatur.

PER DAMNA, PER CÆDEIS] Virgil.
 Lib. 11. Æn. *Bellum importunum ciues cum gente deo-
 rum, Inuitiis que viris gerimus: quos nulla fatigant Præ-
 lia, nec vitæ possunt absistere ferro.*

DVCIT] acquirit, sumit, cōparat. vt de arte
 poet. *et veras hinc ducere voces*. & Satyr. 1. lib. 2.
aut, qui Duxit ab oppressa meritum Karthagine nomen.

NON HYD. SECTO CORP.] Hydrā
 Alcæus *Ἐννεακέφαλον*, id est, nouem capitum:
 Simonides *πεντηκοντακέφαλον*, id est, quinquā-
 ginta capitum facit. hanc in Lerna delitefcētē
 (Lernam autem alij fontem, alij locum densā
 filua obstitum fuisse volunt) interfecit Hercules,
 Pausanias Corinth. narrat hydram sub plata-
 no quadam, quæ fonti Amymonæ fluuij propin-
 qua erat, vixisse, eamque ceteris hydris ma-
 gnitudine præstitisse. caput vnum ei, non plura
 fuisse: (quod postremum abhorret ab inuetera-
 ta, & peruulgata omnium opinione) hydræ vno
 capite ab Hercule abscisso, nescio quot alia re-
 nasci confictum esse: quam opinionem hoc lo-
 co sequitur Horatius. Idem Pausanias ibidem
 tradit, Herculem Hydræ cruore, & veneno, te-
 lorum suorum cuspides tinxisse. multa alia de
 hydra scribunt poetæ, quæ, ne sim longior, præ-
 termitto. Horat. epist. 1. ad Aug. lib. 2. *Diram qui
 contudit hydram, Notæque fatali portenta labore subegit,
 Comperit, inuidiam supremo sine domari.*

FIRMIOR CREVIT IN H.] subin-
 tell. quàm hæc gens in nos.

MONSTRUMVE SVMMISERE COR-
 CHI] vel tauros ignem spiranteis, quos tamen à
 Medæa edoctus Iason iunxit aratro, & agrum
 sulcauit: vel potiùs draconem illum ingentem,
 insomnem, vellèris aurei custodem: vel arma-
 tos homines ex huius Draconis dentibus dif-
 feminatis natos: qui tandem Medææ carmini-
 bus concitati, mutuis vulneribus confossi con-
 siderunt, atque interierunt. vide annot. ad Od. 3.
 epod.

ECHIONIÆVE THEBÆ] Thebæ di-
 cuntur Echionæ ab Echione Cadmi genero. si-
 gnificatur autem hoc loco draco ille Marti sa-
 cer Aretiani fontis custos, quem Cadmus pro-
 pter eam, quod eos, qui ex illo fonte aquabantur,
 necabat, iratus interfecit: ex cuius dētibus Pal-
 ladis monitu satis, nati sunt quinque homines
 armati, Vdæus, Chthonius, Pelor, Hyperenor,
 Echion (Pherecides autem, & Apollonius mul-
 to plures natos esse volunt) qui omnes, præter
 vnum

vnū Echionē, mutuis similiter vulneribus fau-
 cij perierūt. Virg. Geor. 4. hæc vtrāq; fabulā tægit
*Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem Inuerrere,
 satis immanis dentibus hydræ: Nec galeis, densisq; virūm
 seges horruit hastis, sed grauidæ fruges, &c.* Hanc
 fabulam persequitur item Eurip. in Phœniss. &
 Apollon. lib. 3. Argon.

MERSÈS PROFVND O, &c.] si merses in
 mare, pulchrior emergit: si luere, &c. non dis-
 simulabo in vno atq; altero libro manuscripto
 me scriptum reperisse, *Mersus profundo, &c.*

PRORVET] prosterneat. prorudi verbo
 etiam supra vsus est Od. 35. lib. 1. *Iniurioso ne pede
 proruis Stantem columnam.* & Lucret. lib. 3. *neq; au-
 tem corpora desunt, Ex infinito quæ possint forte coorta
 Proruere hanc verū violento turbine molem.* & 5. *Pro-
 ruere hanc verū violento turbine molem.* sic enim
 vtrobique est legendum, non corrumpere: vt in scho-
 liis Lucretianis pluribus verbis ostendimus.

INTEGRVM] hostem etiam integrum, &
 incolumem. & paullo antè victorē, profligabit
 ac subiget. nam minus esset mirum, si faucium
 percelleret, ac peruerteret.

CONIVGIBVS LOQVENDA] id est, à
 coniugibus commemoranda. Sed ab vtrorum
 coniugibus eorumne, qui vicerint, virorū suo-
 rum virtutem, ac victoriam prædicantibus: an
 eorum, qui prostrati, ac subacti sint, viros suos
 interemtis desiderantibus, ac lugentibus?

KARTHAGINI IAM NON EGO] ve-
 rifimile est Annibalem toties iā in Italia victo-
 rem, quam plurimos Karthaginem misisse suarū
 victoriarū nuntios. Nūc igitur ait, Annibalem,
 tanta clade accepta, & Afrubale occiso desitu-
 rum de se posthac tam gloriosè & scribere, &
 prædicare: vel tā superbos de suis victoriis nū-
 tios mittere.

OCCIDIT, OCCIDIT SPES OMNIS]
 spes omnis præcisa est, spes omnis interit. Sic
 Plautus Mostell. *occidit spes nostra*. Hoc ad histo-
 riam referendum est. Narrat enim historici, An-
 nibalem Afrubalis capite aspecto, res Kartha-
 ginienfium desperasse, sic locutum, *agnosio te Kar-
 thaginis fortuna.*

PERFICIENT] sic habent codic. 2. Vatic.
 Iann. Faër. Vrf. Tornes. vulg. *efficiunt*: nonnulli e-
 tiam manuscr. *perficiunt*, quod se reperisse in aliis
 libris item manuscr. restatur & vir doctus, Iac.
 Gruquius Messinius.

CVRÆ SAGACES] diligentia, & cura cum
 ingenio, & consilio coniuncta.

EXPEDIVNT] expeditum reddunt. dant ei
 facultatem euadēdi, & vincendi. sic Virg. lib. 2.
 Æneid. *De scendo, ac ducente Deo flammam inter
 hostis Expedior.*

PER ACVTA BELLII] cum Hugolinus
 Martellius Florētinus vir doctissimus Laurētij
 Strozij Cardinalis familiaris, me admonuisset
 ita scriptum esse in codice quodam manu scri-
 pto, non vt in vulgatis, *acuta bella*, ego eos libros,

quos domi habebam, à Iann. Faër. Vrfino mihi
 commodatos statim consului: in eisq; eandem
 scripturam sinevlla litura expressam repēri, quā
 confirmarūt duo Vatic. à me postea aditi. acces-
 sit omniū postremus Torn. & alij, quos in Gal-
 lia quinque post annis nactus sum: vt omittam
 vnum & alterum impressum, cum antiquissimo
 & manuscr. comparatum. Itaq; de lectionis qui-
 dem veritate minimè dubitandum est, quid autē
 significet per acuta belli, videndum. Ego existi-
 mabam per *acuta belli* intelligi posse, discrimina,
 & pericula belli, seu prælij potiùs, in quibus ce-
 leritate, & ingenio, & sagacitate, & vsu opus est:
 consilio autē nullus locus. Sed Hugolinus dice-
 bat per acuta belli, Achilli Statio Lusitano vide-
 ri significari acumina, & follertias, & (vt ita di-
 cā) subtilitates belli: quæ à Græcis *ερατηνῆμα* &
 nominantur. Cuius sententiā si probemus, erit
 hæc huius loci sententia, Eam curam in re mili-
 tari adhibet Claudius, eaq; sagacitate est, vt ho-
 stium arteis, & stratagemata facilè declinet, aut
 propulset. Sex. Iulius Frontinus quidem in præ-
 fatione lib. 1. stratagematicōn, stratagematica in
 terpretatur *belli follertias*, & *follertia ducum facta*.
 Iam verò hoc loquendi genus *acuta belli*. & Ho-
 ratio vsitatum est, & illis simile, *subita belli, obli-
 qua tumuli*. & cet. quæ extant apud T. Litium. sic
 ille lib. 6. *annal. tres exercitus scriberent, vnum ad
 præsidium urbi: alterum, qui, siqui alicubi motus exti-
 tissent, ad subita belli mitti possent: tertium longe validis-
 simum, &c.* Idem 27. *obliqua tumuli*. Idem lib. 30.
incerta belli. eodem libro. *incerta fortuna, & incerta
 casuum*. idem lib. 33. *quassata muri*. eodem libro,
auerfa insula. Catull. de coma Beren. *condita pecto-
 ris*. Lucret. lib. 1. *Ædua dum metuunt, amittunt ve-
 ra viat*. ibid. *non tibi ceca Nox iter eripiet, quin vltima
 natura Peruides*. sic Cæsar lib. 3. de bello ciuili,
*Pergami que in occultis, ac remotis templis, quò præter sa-
 cerdotes adire sus non est, quæ Græci ἄδρυα appellant,
 tympana sonuerunt*. Nam sic hunc locum emenda-
 mus, cum in omnibus exemplis vulgatis lega-
 tur *templis*.

AD AVGVSTVM.

Od. 5.

ARGVMENTVM.

Augustum, vt reditum suum omnibus optatissimum
 maturet, precatur: & quàm felix sit
 eius beneficio rerum Romanarum status, cō-
 memorat. Vnde illum, non aliter quàm olim
 in Græcia Castorem & Herculem, coli dicit.

Divis orbe bonis, optime Romula
 Custos gentis, abes ita nimium diu:
 Maturum reditum pollicitus patrum
 * Sancto concilio, redi:
 Lucem redde tuae, dux bone, patria.
 Instar Veris enim vultus tibi tuus
 Affulsit populo, gratior it dies,
 Et soles melius nitent.
 Ut mater iuvenem, quem Notus inuido
 Flatu Carpathij trans maris equora
 Cunctantem spatio longius annuo
 Dulci distinet a domo:
 Votis, omnibusque, & precibus vocat:
 Curuo nec faciem littore demouet:
 Sic desiderii ista fidelibus
 Querit patria Casarem.
 Tutus bos etenim rura perambulat:
 Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas:
 Pacatum volitant per mare nauita:
 Culpari metuit fides:
 Nullis polluitur casta domus stupris:
 * Mos, & lex maculosum edomuit nefas:
 Laudantur simili prole puerpera:
 Culpam paena premit comes.
 Quis Parthi pauca? quis gelidum Scythae?
 Quis, Germania quos horrida parturit
 Fatus, incolumi Casare? quis fera
 Bellum curet Iberiae?
 * Condit quisq; diem collibus in suis,
 Et vitem viduas ducit ad arbores.
 Hinc ad vina redit letus, & alteris
 Te mensis adhibet deum.
 Te multa prece, te prosequitur mero
 Defuso pateris: & laribus tuum
 Miscet numen, uti Gracia Castoris,
 Et magni memor Herculis.
 Longas o vitinam dux bone ferias
 Praestes Hesperiae, dicimus integro
 Sicci mane die: dicimus iuidi
 Cum sol Oceano subest.

BONIS] beneficis. deorum est epithetum.
 Deorum enim est benefacere.

ABES IAM NIMIVM DIV] sic loquitur Lilius lib. 29. ut mos est iis, qui diu absunt.
PATRYM SANCTO CONC.] senatui, seu potius senatorum coeuentui, vt loquitur M. Tull. epist. ad Seru. Sulpic. lib. 4. Est enim concilium coetus, congregatio, conuentus, frequentia quaedam, a concalando, id est, conuocando dictum, inquit Festus. Plaut. Milite glorioso, sed, si ambas videre in vno miles concilio vult. Lucret. lib. 2. Multaque praeterea magnum per inane vagantur, Concilio rerum quae sunt reiecta: id est, quae non potuerunt congregari, & coharere. Idem lib. 3. Quam mortale quod est, immortali, atque perenni iunctum, in concilio sanas tolerare procellas? Iterum lib. 2. Quod tamen ut possint, ab caetu, concilioque Nil facient praeter vulgum, turbamque animatum. Virgil. Aeneid. 3. de Cyclopiibus, Concilium horrendum. itaque concilio per c non per scribendum est hoc loco.
LVCEM REDDE TV A] redde te patriae, cui lux es. redi in patriam.
INSTAR VERIS ENIM, &c.] horum verborum haec sententia est: Cum vultus tuus, qui instar veris est, affulsit populo, dies sunt laetiores, & sol quodammodo nitidius, ac purius lucere videtur, id est, maior est dierum serenitas. sic infra in carmine saeculari ad Deos, solis currum, nitidum dixit: Alme sol, curru nitido diem qui Promis, & celas. Sol maculosus, atque in nubem conditus, imbreis, Notosq; denuntiat: pallidus gradinem: caeruleus pluuia: ruber & igneus Euros: at nitidus ac lucidus, serenitatem. Virg. Geor. 1. Scaliger indicauit mihi haec ex Aeschylu videri esse imitata, in Agamem. Σὲ γὰρ μολόντος δωματίων ἑστῶν ὀδύνην ἔχοντα ἐν χειμῶνι σημειώεις μολῶν, &c. id est, domum cum venis, calorem in bruma significas & nuntias.
VT MATER IUVENEM, &c.] vt mater (inquit) votis, & omnibus, id est, bonis verbis, & precibus vocat filium iuuenem, quem Ausfer aduerso flatu longius anno morantem a domo materna distinet: nec curuo, &c. Sic, & c. iuuenem pro filio vsurpauit, vt Od. 12. lib. 2. Telluris iuuenes: & epist. ad Pison. Pater & iuuenes patre digni.
INVIDO] qui inuidet matri reditum filij: aduerso.
DISTINET] sic habent libri manuscripti: detinet libri vulgati. sed nescio quomodo mihi magis placet ea scriptura, quam sequitur Porphyri. Distinet: confirmaturq; auctoritate librorum 2. Vatic. Faern. Vrf. Torn. Nicotiani.
DE M O V T] sic legendum potius, quam dimouet, vt fit ἀνατροφή, pro de littore mouet. sic loquitur Terentius Adelph. Cane nunc iam oculos a meis oculis quoquam demoues tuos. Tali fere similitudine vtitur Oppian. lib. 4. de piscib. vbi de sargis loquitur. Ὡς δ' ὅτε τηλόθεν μήτηρ ῥόνον, ἢ καὶ ἀκρότιον εὐνάτης ἀλλοδαπὴν τίηλε ῥόνα γάμον ἰόντα. Αχχουμβου φέλλησι, νόος δ' εἰ ἐνδον ἀλύει, Ὅσση οἱ μεσσηρὸ ἀλὸς χύσις, ὄσα τε κύνελα Μλευάν, ἀκροτάτοισι δ' ἐπιμύσσησθα θαλάσσης

λάσσης Κύμασι, διακρούεσθαι ὅτι φησὶ γῆραι ἡρωῖσι, Σπυριδῆ ἐν λίσσασθαι, καὶ μὴ πόδες ὄδου ἐπ' ὀπίσω ἱερῶν, φορέουσιν, ἔρχει δ' ὅτι πόντον ὀπαπῆς, id est, Quomodo autem cum mater filium vnicum, aut nupta virum in oras longinquas profectum marens dimiserit, mens ei domi languet cogitanti quantum mare sit interiectum, & quot mensis ab sit: accedens autem ad vltimos maris fluctus vocem lugubrem & lacrymosam mittit, orans vt properet: nec eam pedes desiderio exanimatam domum reducant, habet autem oculos in mari defixos.
SIC DESIDERIIS ICTA FIDELIBVS] sic pio desiderio affecta.
TVTVS BOS ETENIM RVRA] βούς ἀροτήρ: bos arator. hoc igitur dicit, tuti sunt agricolae, & aratores.
PERAMBVLAT] peragrat. Od. 17. epod. Perambulabis astra sidus aureum.
VOLITANT] nauigant. non est infestum mare praedonibus. tralatio. sic sup. Od. 37. lib. 1. ab Italia volantem Remis adurgens.
CVL PARI METUIT FIDES] non culpatur cuiusquam fides, quia nemo est, qui fidem datam non seruet: nemo, qui eam violat, aut labefactet. metuit valet hoc loco φυλάττειν, cauet, non vult, vt annot. ad Od. 2. lib. 2. fides igitur culpari metuit, id est, commississe cauet quamobrem culpetur: quod est, fides non fallitur, sed iniuiolata, & sancta seruatur.
MOS, ET LEX MACVLOSVM] boni mores, & lex Iulia de adulteriis, compresserunt adulteria.
LA VD. SIM. PR.] Hesiod. ἔργα καὶ ἡμέρα. in ceteris bonis, ac praemiis, quae aut eos homines, qui iustitiam colant, consecuturos esse, hoc numerat, filios parentibus simileis, his verbis, Τύττυον δὲ γυναικῆς ἐοικότα τέκνα γυνεῶσι, & Theocrit. ἐργαίω. Πτολεμ. eius mulieris, quae virum suum non amat, mentem dicit in alio viro semper esse occupatam, eamque liberos patri dissimileis parere. sic Theocr. Ἀσπύργη δὲ γυναικὸς ἐπ' ἀλλοτρίω νόος ἄν Πηδίου δὲ γυναικὸς δ' οὐ ποτ' ἐοικότα πατρὶ, id est, mulieris virum suum ex animo non amantis, semper in alieno mens est: faciles fetus: liberi numquam patri similes. Politissimus autē poeta Catull. in eo carmine, quod scripsit in Iuliae nuptias, precatur, vt Torquatus filius nasciturus suo sit similis patri Manlio, & facile inscius Noscitur ab omnibus, Et pudicitiam suae Matrī indicet ore. Aristot. lib. 2. politicorum, scribit, populis quibusdam Libyae superioris (quos Garamates esse ex Pomponio Me-la suspicor) commune esse inter ipsos vxores: liberos autem natos diuidi ex parentum similitudine in eis expressa. sic Aristot. τὰ ἰδίῳ τοῖ γυνώμωνα τέκνα διακρούσθαι καὶ τὰς ὁμοιότητας.
CVL P. POENA PREM. COM.] id est, culpam continet, sequitur poena. culpa ita ce-leriter sequitur poena, vt pede pedē premar. sic

A Od. 2. lib. 2. καὶ ἀντεcedentem sceleratum Deseruit pe-
 de poena claudo. Quamquam in illa Oda 2. sententia generalis est, quae significat, raro impia & scelerata facta manere impunita, etiā si diij nō statim ea puniant: & ita explicat Seruius ad illum Virgil. versum lib. 1. Aeneid. At sperate deos memores fundi, atque nefandi. hic autem significat Horatius, beneficio Caesaris leges esse validas & ratas: statim, vt aliqua mulier peccauit, & in adultério deprehensa est, eam supplicio affici. sic sup. Od. 23. lib. 3. Et peccare nefas, aut pretium est mori. Idemque de viris sentiendum, qui in legem Iuliam commiserint.

QUIS PARTHYM PAVEAT] Quis Parthos extimescat, viuo & saluo Casare? Augusto Casare imperium obtinente, Parthi signa quae Crasso, & Antonio ademerant, Romam vltro remiserunt. vide Od. 15. huius lib.

CON DIT QVISQVE DIEM, &c.] diem totum vsq; ad vesperum traducit in vinetis suis, occupatus in vitis cultu, verbi gratia in administracionum ordinibus, capitū coniugatione, & religatione, & similibus: neque metu incurfionū hostilium ab opere rustico deterreretur. conditur dies, cum sol occidit, aut certe paullo post solis occasum. Non admodum dissimile est Plautinū illud, comburere diem. Menæch. Clam uxorem ubi sepulcrum habeamus, & hunc comburamus diem. Simillimum & planè geminum est, componere diem. Virg. lib. 1. Aeneid. Ante diem clauso componet vesper Olympo, &c.

ET VITEM VIDVAS, &c.] qua natura ca-duca est, (inquit M. Tull.) & nisi sulca sit, ad terram fertur, eademque vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est natæ, complectitur. Vitem igitur iungit cum viduis arboribus: quales sunt vlmī, populi, & similes, quae viduae sunt, antequam iungantur viti: iunctae autem, maritae dicuntur, vt sup. Od. 15. lib. 2. platanisque caelebs Euineet vltimos. & Od. 2. epod. Alia maritat populos. ad quē locum aliquot ex Catullo exempla annotauimus.

HINC AD VINA REDIT] quidam libri veteres habent, Hinc ad vina venit, &c.

ALTERIS] secundis. Saty. 2. lib. 2. tum pensilis vna secundas, Et nux ornabat mensas cum duplices fecit. Athenaeus lib. 14. docet etiam apud veteres fuisse secundas mēsas eleganter, & accuratē apparatus, idque confirmat Pindari testimonio. Athenaei verba sunt haec: ὅτι γὰρ ἦσαν καὶ τὰς τοῖς ἀρχαίοις αἱ δεύτεραι ἡραπέλαι πολυτελεῶς μεμελεμηνηδύοι, παρὰ τῆσι Πίνδαρος ἐν Ὀλυμπιονικίαις τῶν Πέλοπος κρεββάτας διηγείδους, ἡραπέλαι δὲ ἀμφὶ δεύτερα κρεῶν σέθεν διεδίσταντο, καὶ φάρμακοὶ δ' ἄπυρον γαστρίμαρτον μαχέραν τῶν ἐπιείη. i. fuisse autem etiam apud antiquos secundas mēsas sumtuosē apparatus, & accuratas, ostendit Pindarus in Olympionicis de carnibus à Pelope concisis ita narrans: In mēsis autem secundis carnis tuas diuiserunt,

& comederunt. mihi verò difficile est quemquã deorum, lurconem & voracem dicere.

TE PROSEQUITUR MERO] tibi libat. DEFUSO PATERIS] .i. de pateris fuso. quod faciunt libantes Diis immortalibus, vt annotauimus sup. Od. 31. lib. 1. ad illũ locũ, quid orat de patera nouũ fũdens liquorem? Idq; docet Festus in voce, calpar. Calpar (inquit) vinum nouũ, quod ex dolio demitur sacrificij causa antequã gustetur. Ioui enim prius sua vima libabant, quã appellabantur Vindia. Iam Defuso pateris, pro Fuso de pateris, ἀνατροφή est, & genus loquendi Horatio, ceterisq; poetis vsitatum, & familiare, vt annotatũ est ad Od. 7. lib. 2. Virg. lib. 5. Æn. sine præpositione, & cum verbo simplici, dixit, Vindiq; fundebat pateris. cui simile est illud Georg. 2. hic feribis vna, hic laticis, qualem pateris libamus, & auro. Cũ haberent autem omnes cod. vulgati Diffuso, ego auctoritatem cod. 2. Vatican. & Iannoct. Faër. Tornes. secutus Defuso reposui.

HERPES] Italia, vt sup. Od. 1. lib. 2. Herpesia sonitum ruina.

INTEG. SICCI MANÈ DIE] quid sit integro die, declarat vox interiecta sicci, id est, nõ poti. vt sup. od. 18. lib. 1. Est enim dies integer is, quo quis nihil dum gustauit, neque bibit. solidũ appellat Od. 1. lib. 1. Nec partem solido demere de die spernit, ex quo frangere diem. Od. 7. lib. 2. vide quã sunt annotata hac de re ad Odam illam primam lib. 1.

VVIDI] contrarium est hoc nomen nomini sicci. idem enim valet vuidi, quòd madidi, poti. Græci dicunt βεβρυμένοι, à verbo βρέχειν, ὁ ἐπιρται καὶ ὅτι τὸ πίνειν, (inquit Athenæus) id est, madefacere vsurpatur pro eo, quod est, bibere. Profert ille eo loco versiculum Antiphænis δ' αὖ γὰρ φερόντας, διαφιλῶς βρέχειν, id est, oportet enim eos, qui comederunt, largè bibere. sic Virgil. Gallo. Vuidus hiberna venit de glande Menalcas.

CVM SOL OCEANO SVBEST] id est, vesperi. Et ita omnia hęc inter se contrariè respõdent sicci, vuidi: manè, cum sol Oceano subest, id est, vt dixi, vesperi. subest Oceano autè, est ἀνατροφή, pro eo, quod est, cũ sol est sub Oceano, quod etiam à Gruquio notatum est.

IN APOLLINEM & Dianam.

Od. 6.

ARGVMENTVM.

Apollinis & Dianæ laudes hæc Ode canit, quæ est carmen sæculare: vt etiam ostendunt hæc eius verba, --ego dijs amicum, sæculo festas referente luces, Reddidi carmen.

A Luc, quem proles* Niobæa magnæ Vindicè lingua, Tityosque raptor Sensit, & Troia propè victor alta Phthius Achilles, Ceteris maior, tibi miles impar: Filius quamuis Thetidis marina Dardanas turreis quateret tremenda Cuspide pugna. Ille, mordaci velut icta ferro Pinus, aut impulsacupressus Euro, Pròcidit late: posuitque collum in Puluere Teucro.

B * Ille non inclusus equo Mineruæ Sacra mentito, male feriatos Troas, & lætam Priami chorèis Falleret aulam: Sed palàm captis grauis, heu nefas, heu, Nescios fari pueros Achiuus Vreret flammis, etiam latenteis Matris in aluo:

C * Ni tuis victus, Venerisq; grata Vocibus diuinum pater annuisset Rebus Ænèa potiore ductos Alite muros. Doctor arguta fidicen Thalia Phæbe, qui Xanthe lauis amne crineis: * Dauniæ defende decus camæna Læuis Agyien.

D Spiritum Phæbus mihi, Phæbus artem Carminis, noménque dedit poëtæ. Virginum primæ, puerique claris Patribus orti, * Delia tutela dea, fugaceis Lycas, & cervos cohibentis arcu, Lesbium seruate pedem, meiq; Pollicis* ictum:

Ritè* Latonæ puerum canentes, Ritè crescentem* face* noctilucam, Prosperam frugum, celeremq; pronos Voluere mensis.

Nupta iam dices, ego diis amicum, Sæculo festas referente luces

Reddid;

Reddidi carmen docilis modorum Vatis Horati.

PROLES NIOBÆA] Niobe Tantalii filia Amphionis vxor, filios ex eo suscepit duodecim, sex mares, totidemque fæminas. Hæc liberorum multitudine, & pulchritudine ferox Latonam præse contemnere ausa est, cũ diceret, illam duos solum peperisse, Apollinem, & Dianam: se duodecim. Incrocò Dij hac contumelia offensi, Niobæ filios ad vnũ interemerũt: Apollo masculos in Citharone venanteis, Diana fæminas intra parietes domesticos, & propemodũ in complexu, & gremio matris sagittis confixit. Iupiter autem Niobon suas miserias desentem, ac deplorantem miseratus, eam in saxũ vertit: quod vsque ad hoc tempus (vt aiunt) in Sipylo monte Phrygiæ lacrymarum fonte profundes ab omnibus cernitur. Hæc interpres Hom. il. ω. quo loco hanc fabulam sic persequitur poëta, Καὶ γὰρ τ' ἠϊόμοιο Νιόβη ἐμύθηστο σίτου, Τη-σὲρ δ' ἀδελφὰ πρὸς ἀδελφὰς ἐνὶ μεσσηροισιν ὄλοντο, Ἐξ ἡ-θυρατέρης, ἔξ δ' ἡέας ἠσάοντες. Τοὺς μὲν Ἀπολλων πέρνει ἀπ' ἀργυρίου σίσιου Χαώμβρος, &c. id est, Nam & formosa Niobe cibi memor tandem fuit; Cui duodecim filij domi interierunt, sex filia, & sex filij puberes. Hos quidem Apollo interemit suo arcu argenteo, Iarus, & c. Pausanias autè Atticis narrat, si propius spectes, saxum illud nullã mulieris speciem præ se ferre: sin longius absis, videberis (inquit) tibi mulierẽ mæmore, & lacrymis cõtabescentem intueri. sic Pausan. Ταῦτ' ἐστὶν τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀ-νελεθῶν εἰς τὸν Σιπυλον τὸ ὄρος. ἢ δὲ πολλοὺν ἡ-πέτρα καὶ κρημνὸς ὄρει, οὐδὲν παρόντι χιμα πα-ρεχομένης γυμνασίου, οὐτ' ἀλλης, οὐτε περὶ ἴσσης, εἰ δὲ γὰρ πορρωτέρω γένοιτο, δεδακρυμένῳ δὲξείης ὄρειν, καὶ κατηφῆ γυναικίᾳ. Huc pertinet illud Ciceronis ex lib. 3. quaest. Tusc. Et Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu silentium. Aristoteles lib. 7. de moribus ad Nicomach. vbi de continentia, & incõtinentia disputat, volēs ostēdere, vttramq; versari in iisdem rebus, in quibus temperatã, atq; intemperatã, nõ in iis, quæ natura bonæ, aut honestæ sunt, quales sunt victo-ria, honos, liberi, parentes, neq; in earum nimio: ita loquitur: καὶ ἐπινοοῦνται οἱ ἀπὸ τῶν ταῦτα ἀνα-δεδόντες, ἀλλ' ὁμοίως ἔστι τις ὑπερβολὴ καὶ ἐν τῆστοις, εἰς τὸ ἄσπερ ἢ Νιόβη, μάλιστα τῶνδε τοῦς θεῶς, &c. id est, & qui in hæc studium suum conferunt, laudantur: verum tamen etiam in his ali- quod est nimium, si quis, vt Niobe, cum diis pugnet. Callimachus in hymno εἰς Δήλον, Nioben χαλκὸν λαῶσιν nominat, id est, malæ linguæ, propterea quòd de liberorum numero, & pulchritudine Latonæ præstare dixerat.

MAGNÆ VIND. LING.] magna lingua vindicem, hoc est μεγαλήτορας, seu μεγαλόρονη-

μοσύνος: id est, iactantiæ, & gloriolæ de se, suis-que rebus prædicationis: quam Græci magnam locutionem, seu magnam dictionem nominat, vtorem, magnæ igitur rectè interpretatur Porphir. superba. Atque hoc obseruatum est à Cru-quo.

TITYOSQUE RAPIT.] de Tityo latonami rapere conato diximus sup. ad Od. 5. lib. 3.

TROIÆ PROPÈ VICTOR.] cur propè victor? quia Hectorem interfecit, quo factò facilius Troia capi potuit, vt Od. 4. lib. 2. & ademitus Hektor Tradidit fessis leuioia tolli Pergama Graijs. Victorem autè non dixit ἀπλως quia ante Troiam captam à Paride interemptus est, idq; Apollinũ impulsu. Virg. lib. 6. Æn. princip. Phæbe gra- uis Troiæ semper miserate labores, Dardana qui Paridis direxistitela, manisque Corpus in Æacida. Sed quid locutus est Achilles, quod Apollinẽ offenderit: id fortasse, quod est apud Homer. il. χ. in princip. Nam eo loco Achilles minatur Apollini se de eo pœnas sumturum, si potestas detur, Troianis autè sui recipiendi facultatẽ, spatiũmq; dederat Apollo Agenori similitus. sic Homer. Η σ' αὖ πρὸς αἶμα, εἰ μοι δῶσά μιν γὰρ παρῆν.

ALTA] ἰλιὰ δ. ο. ἀπτερον πηλιέθρον & alibi sæpius Troiæς ἀπὸ πηλιέθρον. & ὄδουστ. γ. αἰ-πὸς ἐπὶ πειλάμοιο πάλιν διεπέροσιν αἰπὺν. Virg. lib. 2. Æneid. ruit alto à cœlum Troia.

PHTHIUS] Phtia Achillis patria: quod quidem notum est vel ex illo vulgatiss. Homeri versu il. ι. Ημερὶ καὶ πρὸς τῶν φθίλων ἑσκαλον ἰοίμην. quem sic Latine reddidit M. Tull. lib. de diuin. 1. Tertia me Phthia tempestas læta locabit.

THETIDOS MARINÆ.] Nerei filia. Nereus autem Deus marinus.

MORD. VELVT ICTA FERRO, &c.] sic Homer. il. δ. Simoifium Anthemionis filiũ, ab Aiace Telamonio interfectũ, & lethali vulnere accepto cadentem, cum vltimo comparat, quam currum opifex ferro absceidit. Hom. δ. δ' ἐν κοίησι χαμῶν πέσον ἀγχιερος ὄς, &c. Et il. ν. Imbrium Mentoris filium ab eodem Aiace cæsum cum fraxino, ὁ δ' αὖ τ' ἐπέσει μελίῳ ὄς, Η τ' ὄρεος κορυφῇ ἐκείνῃ περὶ φηλοιδόμοιο Χαλκῶ τεμνοιδόμῳ τέρενα θοῖν φύλλα πέλασσε. id est, ille autem cecidit, vt fraxinus, quæ in vertice montis longè vndiq; apparentis ferro cæsa teneras frondeis terræ admouit. & il. π. Sarpedonem à Patroclo interfectum cum quercu, aut populo, aut pinu. Ηεμπε δ' ὄς, ὅτι τις δρυς ἡε-πενῆ ἀγχαίς, Ηε πέντος βλωπην, τὴν τ' οὔρεσι τέκτονες ἀνδρες ἔξέταμον πελέκεσσι νεκρεσσι νῆιον εἶναι, id est, Concidit autem vt cũ quercus aliqua corruiat, aut populus, aut pinus alta, seu frõdosa, quam fabri securibus recens acutis exciderunt, vt esset nauale, seu pars nauis. quos Homeri versus exprimere voluit Virgil. Æneid. 2. vbi de Troia cadente loquitur, Ac veluti summis antiquam in montibus ornum, Cũs ferro accisam, cre-brisq; bipennibus instant Eruere agricola certatim: illa

usque minatur, Et tremefacta comam concusso vertice nar-
cat, vulnibus donec paulatim euicta supremum Con-
genuit, traxitque iugis auulsa ruinas.

POSVITQVE COLL. IN PVL. TEV-
CRO] id est, occubuit. similia sunt illa. Turpe so-
lum tetigere mento. & humum ore momordit. de qui-
bus diximus Od. 7. lib. 2. Verum Achillis mortē
nō narrat Hom. in Iliade, vt antē diximus. Tan-
tūm ὄδυσ. γ. fit de ea mentio. lib. autem vltimo
ὄδυσ. facit animas Achillis, & Agamemnonis
apud inferos vnā colloquētis, hoc modo. Τὸν δ'
ἄντε ἄλλ' ἄποσφραγέων Ατρεΐδου, Ὀλλέιε πη-
λέος ἢ θεοῖς, ἔπεικέλ' Αχαιλέω, Ὅς θάνατος ἐν
τροίῃ ἐχέει Ἀργείος· ἀμφὶ δὲ σ' ἄλλοι Κτείνοντο
τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἕως ἄεσσι Μαριάδων· ὅδε
σείω, σὺ δὲ προφάσει γιγνέσθαι Κείσο μέγας μεγα-
λωσὶ λελασμένους ἰπποσιωάων, quorum versum
si quis postremum, & partē eius, qui antecedit,
cum hoc loco Horatiano conferet, videbitur
Horatius Homeri verba Latinē exprimere vo-
luisse. hanc autem scripturam posuitque collum in
Pul. Teuc. reperi in duob. Vat. & Fabr. Iannoct.
eāque puto veram, & germanam.

ILLE NON INCLVS. EQVO MIN.
SACR. Jid est, si Achilles vitam vsq; ad Troiam
captam perduxisset, neque à Paride Apollinis
hortatu, atq; impulsu interfectus esset: non per
dolos, neq; per insidias Troianos inopinantis,
& securos oppressisset: sed primūm eos aperto
Marte cepisset, & deinde omnem in eos immani-
tatem effudisset.

EQVO] in hoc equo totius Græciæ principes
inclusi, Menelaus, Ulysses, Diomedes, Pyrrhus,
Mnestheus, Teucer, alique complures Troiam
igni, ferroq; vastarunt. de quo sic Hom. ὄδυσ. δ.
Ἰππῶ ἐν ἕστῳ, ἢ ἐν ἑκτῷ πάντες ἄεσσι Ἀρ-
γείων, Τρώεσσι Φόρον, καὶ κλέα φέροντες, id est, in
equo ligneo; in quo insidebamus Græcorum
principes, Troianis cadem, & interitū inferen-
tes. & θ. τοὶ δ' ἄνδρες ἀνδραγαθῶν ἄμφ' ὄδυσσιν Εἰα]
ἐν τρώων ἀγορῇ καὶ ἀλκιμοὶ ἰππῶ, id est, U-
lysses autem, & qui cum eo erant, sedebant in
Troianorū contione, seu conuentu, seu senatu
equo tecti. & δ. Αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἰππῶν κρεττοτέρων
ἔδον, ὃν καὶ Ἐπειος, Ἀργείων οἱ ἄεσσι, id est,
verūm cū in equum descendimus, quem E-
peus fabricatus est, nos Græcorum optimates,
&c. Virgil. Aeneid. 2. In star montis equis diuina Pal-
ladii arte Edificant, &c. sequitur mox, Huc dele-
cta virum sortiti corpora furtem Includit cauo lateri.
M. Tull. lib. 2. de oratore scribit ex Iſocratis ludo,
tamquam ex equo Troiano, meos principes exiisse. idē
pro Murena, de Catilina, eiusq; copiis, ac sociis
loquens, ostendensque coniurationis Catilina-
riæ contagionem ad plures pertinere, neque om-
neis illius sceleris participes cum Catilina ex
vrbe exiisse: sed intrā mētia restitisse: magno-
pere denique metuentas esse insidias, latius pa-
ret (inquit) illius sceleris contagio, quam quisquam pu-
tat, atque ad plures pertinet: Inimicus, inquam, est e-

quus Troianus, & in oratione pro M. Cælio, eo lo-
co, quo loco de amatoribus Clodia verba facit,
quos illa in quibusdam latebris delitescere:
deinde, cū venisset Licinius, qui venenū, quo
ipsa necaretur, traditurus erat, profilire, & homi-
nem comprehendere iusserat: quærit, quōnam
modo latuerint, aut ubi: aluesque ille, an equus Troianus
fuerit, qui tot inuictos viros muliebri bellum gerentis
iulerit, ac texerit. Plautus Bacchid. totam hanc e-
qui Troiani fabulam sub Chryſali ferti perso-
na, multis verbis persequitur: eāque ad rem,
quæ agit, facit simē accomodat. Lucretius
hunc equum, durateum appellat lib. 1. his ver-
bis. Nec clam durateum Troianus Pergama partu inflam-
masset equus nocturno Graiugenerium. idem autem
valet durateus apud Lucretiū, quod apud Plau-
tum ligneus. Eundem Pausanias durium nomi-
natum esse tradit eodem ferē nomine: Epei que
fuisse machinā bellicam ad verberandos, ac per-
fringendos muros comparatam. Pausania ver-
ba sunt hæc Atticis: Ἰππῶς ὁ καλεῖσθαι δ' ἔπειος
ἀνὰ κρητὴν χαλκῶς, καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τῆτο
ἔπειος μηχανήματα ἔχοντα ἔχοντα τῆς τεύχους,
οἷον ὅτις μὴ πάσαις ὑπερβαίνει τὰς φρουρῶν εὐ-
θειαν. Λέγεται δὲ εἰς τὸ δαίμονον τῶν ἰππῶν, ὡς τ'
Ελλήνων εἶδον ἐξοὶ τῆς ἀέρας, καὶ δὴ καὶ τοῦ
χαλκῶς τὸ χίμα ὅτι καὶ ταυτοῦ, καὶ Μενεσθένος,
καὶ Τεύκρου, καὶ ἄλλων ἄλλων ἐξ αὐτῶν. Ἐπειος δὲ
καὶ οἱ παῖδες οἱ θησέως, id est, equus durius qui
appellatur, æreus, dedicatus est. Hoc autē opus,
Epei machinam fuisse ad muri Troiani euerſio-
nem comparatā intelligit is, qui non putat Tro-
ianos prorsus stolidos ac stultos fuisse. Aiūt au-
tem, in illo equo Græcorum præstantissimos &
fortissimos inclusos fuisse. Et verō aris figura,
planē ita se habet. Tum Mnestheus & Teucer
caput ex eo proferunt: & præterea Theſei filij.
Appellatur eodem quoq; nomine apud Eurip.
Troad. sed alia ratione: ὅτι τῶν ἀνδρῶν ὑπέραν
κλήθησθαι δούρειος ἰππῶς κρυπτόν ἀμύτρων δό-
ρυ, id est, vnde à posteris durius equus appella-
bitur, quod lignum seu hastam ligneam abscon-
ditam contineat.

MINER. SAC. MENT. Jid est, quæ simu-
labant Græci à se fabricatū esse, vt Palladem of-
fensam placarent. Virg. Aen. 2. Vocum pro reditu si-
mulant. ibidem. Hanc pro Palladio monuit, pro numine
Iaso Effugiem statuere, nefas que triste piaret.

MALÉ FERIATOS] intempēstiuē, & ma-
gno suo malo otiantes, quia tum non debuerūt
ferias agitare, nec otiosi esse. M. Tull. ferē sem-
per feriatum pro otioso ponit. de natura deorū 1.
deum sic feriatum volumus cessatione torpore, vt, si se
commouerit, vereamur, ne beatus esse non possit. & de
orat. 3. sic illi à negotiis publicis aut temporibus exclusi,
aut voluntate sua feriat, &c. Plaut. in Milite glo-
rioso. tibi ego dico, feriatum ne sis.

FALLERET] lateret, ἔλαθεν ἄν.
AVLAM] ἀγορῶν, Hom. ἰλ. θ. senatum. vel
dic aulam Priami, id est, domū regiam Priami,
& ita

& ita totam urbem.
PALAM CAPTIS] aperto Marte, non in-
fidiōse captis. libri aliquot veteres habent. sed
palam victor grauis, &c.
GRAVIS] acerbus, fæuus, immitis, δειδός,
ἀνιλεής.
nescios fari] nescios fandi, infanteis.
νήπια τέκνα, ἰλιάδ. β. & δ.
ETIAM LATENTIS MATR. IN
A. L.] sic Agamemnon apud Hom. ἰλιάδ. Ζῆτα
Menelaum hortatur, ne quenquam Troianum
pretio accipere suis incolumē reddat, ac ne pu-
eris quidem parcat adhuc custodia ventris ma-
terni septis. Homeri verba sunt hæc, τῶν μύσσι
ὑπεκφύροι ἀπὸ τοῦ δλεθροῦ, Χειρῶν δ' ἡμετέρας,
μὴδ', ὄντια γαστέρι, μὴ τῆρ Κέρον εἶντα φέροι,
μὴδ' ὅς φύροι, ἀλλ' ἅμα πάντες ἰλίε ἐξαπο-
λοίατ' ἀκνήδεσσι, καὶ ἀφαιτοί.
POTIORE ALITE] melioribus aubis,
melioribus auspiciis: vide Od. 15. lib. 1.
MVR OS] Romanos. ductos autem muros
ita dixit, vt Græci ἡλασθῆναι τείχη.
ARGVTE] argute canentis, canora, sonora.
LAUIS] lauas. sic loquebantur veteres, & ita
semper Horatius, vt annotat. ad Od. 3. lib. 2.
QVI XANTHO LAV. AMNE] tale est
illud. sup. Od. 4. lib. 3. Qui vorare puro Castala lauit
Crineis solutos, qui Lycia tenet Dumeta, &c. Xanthus
Troia fluius. Virgil. lib. 1. Aen. prius quàm Pa-
bula gustassent Troia, Xanthumque bibissent.
DANIÆ] Latina. vt sup. Od. 1. lib. 2. Dani-
æ cades. LEVIS] imberbis vt sup. ad Od. 2.
lib. 1. annotauimus. [Agyæus etiam dictus est
Mercurius. quia Mercurij sine membris finge-
bantur, & in viis collocabantur. γύα γὰρ ἔα μέ-
λη, vide Vlp. in orat. χτ' μείδ.]
AGYEV] Apollo, Agyæus dictus est πα-
εὶ τῶν ἀγυῶν: id est, vias, seu plateas. appellant
autem ἀγυῶς Elei τῶν ὑπ' ἀθλοκόων καλεσμέ-
νους τεινωπούς, id est, appellant Elei ἀγυῶς, ea
angiporta, quæ dicuntur ab Atheniensibus τε-
νωπόι. Hæc Pausanias Eliacorum lib. 1. commē-
morat idē Pausanias Apollinem Agyæa in Co-
rinthiacis. Docet Suidas, esse etiam ἀγυῶς co-
lumnā in acumen desinētem, quam pro fori-
bus collocant: taleis autem columnas à nōnul-
lis Apollini sacras dici: ab aliis Baccho, ab aliis
vtriq; Idem mox scribit, Agyῶς apud Atticos,
fortasse esse aras, quæ ante ædeis priuatas poni
solent: Et ἀγυῶς esse etiā columnā ante ædiū
atrium & vestibulum, conij formam in extremo
præ se ferentem. Hunc locum in libris vulgatis,
qui habebant Agyæon, iam olim corruptum esse
viderat P. Bembus, vir clariss.
SPIRITVM PHOEB. MIHI] sup. Od.
16. lib. 2. mihi parua rura, & Spiritum Græcia tenuem
camæna Parca non mendax dedit.
VIRGINVM PRIMÆ] Iulia Augusti fi-
lia, Marcellæ Marcelli, & Octauia fororis Au-
gusti, filia: vel Iulia, & Agrippina neptes, ex A-

grippa, & Iulia.
PVERIQVE CLARIS PATRIB. OR-
TI] C. & L. nepotes Augusti.

DELIÆ TUTE LA DEÆ] qui estis sub tu-
tela Dianæ, venatricis, & iaculatricis: seu quos
Diana tuetur. idem sentit Catullus aliis verbis,
carm. sæcul. ad Dianam, Diana sumus in fide Puel-
la, & pueri integri. Iuriscōsulti eos ad suam tute-
lam peruenisse dicūt, quibus desit esse tutor, &
qui ipsi per se res suas administrare, & tueri pos-
sunt: sed Horatius hos principes pueros, & vir-
gines Dianæ tutelā appellat, quia sub eius sunt
tutela. aliter Od. 14. Augustum Italia, Romaque tu-
telam: & epist. 1. lib. 1. Mæcenatem rerum tutelam
suarum appellat.

COHIBENTIS] id est, percutientis, & vul-
nerantis, seu configentis lyncas & ceruos fugiē-
teis, & ita cohibentis, ac reprimentis.

LESIVM] Sapphicum. Sappho enim Les-
bia fuit.

LATONÆ PVERVM] Apollinem Lato-
næ filium. Ex quo Latoum appellat Oda 31. lib. 1.
Puerum autem pro filio ab Horatio Græcorum
more vsurpari interdum solere, alibi obserua-
uimus, lectorēque admonuimus.

NOCTILVCAM] lunam nocte lucentē.
Varro lib. 4. de lingua Latina, itaque ea dicta No-
ctiluca in palatio. nam ibi noctu lucet templum. For-
tasse expressit epithetum νυκτολάμπη, quod vs-
surparat antē Simonides, vt intelligere licet ex
quibusdam eius versibus, qui reperiuntur apud
Dionys. Halicarn. quod annotauit Muretus, ab
Achille Statio admonitus.

PROSPERAM FRVGVM] inest in no-
mine prosper interdum vis quædam agēdi, vt hoc
loco: & apud M. Tull. lib. 6. de repub. Deinde est
hominum generi prosper, & salutaris ille fulgor, qui di-
citur Ionis. prosperam frugum igitur interpretor, fru-
ges prosperantem. suo more autem iunxit hoc no-
men patrio casui.

CELEREMQVE FRON. VOLV.] celerem
voluere genus est loquendi Horatio familiare,
quod Ode octaua annotabimus: id est, celerē in
voluendis mensibus, vel celeriter voluentē mē-
scis. hoc eō pertinet, quod Luna 28. circiter die-
bus orbem suū conficit: quod est spatium men-
struum: ex quo lunam Græci μίλιος, & μιλιάς
mensis appellant. Vide quæ annotata sunt ad
Odam 28. lib. 3. ibi celeris spic. Cynthia.

PRONOS] epist. de arte poët. Vt filua folijs
pronos mutantur in annos.

SAC. FEST. REF. LVCS] anno cente-
simo, aut centesimo decimo, vt infra dicemus.

DIIS AMICVM] φίλον, id est, gratum, at-
que acceptum. sup. Oda 17. lib. 2. Nec diis amicum,
nec mihi te prius Obire, Macenas, mearum Grande de-
cus, &c.

REDDIDI] quod accipi, reddidi, id est, ce-
cini, recitavi. vide annot. ad Od. 11. huius lib.

DOCILIS MODO RVM] ego, quæ stu-
y

diosè, & facilè didici versus, seu cantus Horatianos.

AD L. MANLIUM Torquatum Od. 7.

ARGUMENTVM.

Veris aduentu, & æqua omnibus hominibus moriendi condicione sine spe reuiuiscendi, omniumque rerum mutatione & vicissitudine propofita, inuitat ad hilariter, iucundèque viuendum.

DIFFVGERE nives, redeunt iam gramina campis, Arboribusq; coma.

Mutat terra vices, & decrefcetia ripas, Flumina pratereunt.

Gratia cum Nymphis, geminisque sororibus audet

Ducere nuda choros.

Immortalia ne speres, monet annus, & alnum

Quæ rapit hora diem.

Frigora mitescunt Zephyris: ver proterit ætas

Interitura simul

Pomifer auctunus fruges effuderit: & mox

Bruma recurret iners

Damna tamen celeres reparant caelestia Luna:

*Nos ubi decidimus

Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus:

Puluis, & umbra sumus.

Quis scit, an adijciant hodiernæ crastina summa

Tempora Dii superi?

Cuncta manus audas fugient heredis, amico

*Quæ dederis animo.

Cum semel occideris, & de te splendida

Minos Fecerit arbitria, Non, Torquate, genus, non te facundia, non te Restituet pietas. Infernis neque enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum: Nec lethæa valet Theseus abrupere caro Vincla Pirihoo.

DIFFVGERE NIVES] Verni temporis descriptio. Est & altera lib. 1. Oda 4. soluitur acris hiems, &c.

COMÆ] frondes, vt supra Od. 3. huius lib. Epistola nemorum coma. & Od. 21. lib. 1. Nos letam flumini, & nemorū coma, &c. honorem appellat Od. 11. epodon, Et tertius decembris, ex quo desisti Inachia furere, siluiū honorem decantit.

MUTAT TERRA VICIES.] id est, mutatur anni tempus. fit in terris tēporis commutatio, & vicissitudo.

ET DECRESCENTIA, RIPAS, &c.] id est, flumina, quæ niuibus, & pluuiis hibernis creuerant, nunc decrefcetia, intra alueos suos, & intra ripas suas labuntur, & fluunt. hæc enim vis est verbi pratereire hoc loco, vt & Od. 11. lib. 2.

quis puer ocys Restinguet ardentis Falerni Pocula pratereunte lymphæ & Tibull. sed canis astuos ortus vitare sub umbra Arboris, ad riuos pratereuntis aquæ. Contrā Od. 2. huius lib. Monte decurrens velut amnis, imbres, quem super notas aluere ripas.

GRATIA CVM NYMPH. &c.] Pausanias Bæoticis, complureis enumerat Gratiarū imagines, & statuas à veteribus pictoribus, ac fidoribus pictas, & fictas. sua autē ætate miratur cur fingantur, & pingantur nudæ. nos sup. Ode 30. lib. 1. rationes aliquot probabileis attulimus Cum hoc loco cōgruit id, quod est Od. 19. lib. 3. Gratia Nudis iuncta sororibus. & Oda 4. lib. 1. Iunctæq; nymphis Gratia decentes Ælierno terram quatit pede.

DVCERE NVDA CHOROS] Gratia nudæ fingeantur, vt supra diximus: sed hic ided fortallè nudæ choros audent exercere, quia frigora mitescunt Zephyris, vt ait tribus post versibus.

IMMORTALIA NE SPERES] sæpe nos deterret Pindarus à spe, & cogitatione immortalitatis, iubetq; ea & sperare, & optare, quæ in nobis sita sunt. vt Pyth. eid. γ. μη φίλα μέρη βίον ἀθάνατον σπώδω τῶν δ' ἐμπαλαίων ἀντλει μαχανῶν, id est, ne, care anime, vitam immortalē expete: sed facilè & in potestate tua positam hauri & experire machinā, & item eid. εὐδ. Ιαθμ. quem locum testem producemus infra

frā Od. 11. huius libr. Annus (inquit Horat.) in quo magnæ existit varietates, & qui certo dierum numero aliquando clauditur, ac terminatur: menses, dies, hora, monent nos ne immortalia speremus.

MITESCUNT ZEPHYRIS] mitigantur à vere, cuius nuntij sunt, & prodromi Zephyri, seu Fauonij.

VBR. PROT. ÆST.] id est, ver sequitur æstas, atque ita sequitur, vt pedem pede premat, & tandem proterat, & consumat.

INTERITURA] quæ interitura est, simul atque auctunus fruges & fructus pepererit.

SIMVL] simulatque, simul vt. vide annot. ad Od. 4. lib. 1.

POMIFER AVCTVNNVS] sup. Od. 23. lib. 3. Pomifero graue tempus anno. Scribit Festus, quosdam existimare auctunum ex eo dictum, quod tum maximè augeatur opes hominū coactis agrorum fructibus: quod si verum est, scribi debet auctunus, seu auctunus, non autumnus.

BRVMA REC. INERS] Virg. Georg. 1. hiems ignaua colono. supra Od. 9. lib. 2. glacies iners. Nonnulli libri manuscr. habent, recurret: quos sequor.

DAMNA TAMEN CELERES, &c.] attamen hæc damna temporum reparant, & refarciunt lunæ, sol, & ceteri planetæ (Lunam autem posuit, quia nobis est omnium proxima, & quia eius vim maximè sentimus) tempora igitur redeunt: sed nos semel extincti numquā renascimur, aliter M. Tul. in Catone maiore de tēporibus: hora quidem cedunt, & dies, & menses, & anni, nec preteritum tempus unquam reuertitur. Catullus hanc Horatij sententiam sic complectitur. soles occidere, & redire possunt: Nobis cum semel occidit breuis lux, Nox est perpetua una dormienda. Theocrit. epitaph. Bionis, eandem pastorali quidem sermone & more, sed in primis eleganter, & venustè expressit. Αἰ, αἰ τὰ μάλα καὶ ἔπειτα καὶ χεῖρον ὄλονται, Ἡ τὰ χλωρὰ σέλινα, τὸτ' εὐχέλεις ἔλον ἀνήγον' Ὑπερον αὖ ζῶοντι, καὶ εἰς ἔτος ἄλλο φύοντι. Ἀμμες δ' οἱ μεγάλοι, ἔ καρτεροί, ἢ σφοδρὸν ἄνδρες, Ὅπ ποτε παρὰ τὰ γένομεν, ἀνάκοι ἐσθονὶ κοίλα. Εὐδόμεν εὐ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νήσει δὲ ὕπνον, quos versus sic Latine reddidi ludibundus. Eheu. cum semel in cultu malua amnis horto, Aut viuax apium, foliumque virentis anethi: Vere reuiuiscunt, alium & nascuntur in annum: Nos autem magni, & sapientes, atque potentes, Et semel occidimus: sub terra lumine cæsi Dormimus longum, immensum, æternūque soporem. Homerus omnium antiquissimus, vt facilius, qui volet, disputare, ac defendere queat, nihil hodie dici, quin prius sit dictum, esseq; in omnium nostrū animis innatas, atque in sitas communeis quasdam, & generaleis sentētias: ἰλ. 1. sub Achillis persona ait, pecudes, boues, equos, tripodes quecri, comparari, & redimi posse: animum autem hominis, posteaquam semel è corpore euolatit, numquam

emissum retrahi, nūquam recuperari, nūquam reprehēdi posse, id est, numquam eum, qui mortuus sit, ab inferis posse excitari. Versus Homeri sunt hi: Ἀνήτοι μὲ γάρ τε βόες, ἔ φησι μῦθα, Κτηνοὶ δὲ τρίποδες τε, καὶ ἴππων ἐσθ' ἀ χεῖρα. Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν εἰθεῖν οὐτε λείπει, Οὐδ' ἐλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείβεταί ἔρκος ὀδύπων. Non dissimili admodū ratione queritur Tibullus lib. 1. pueritiā, & florem ætatis reuerti nūquam, vbi semel defloruerit. Crudeles Diui: serpens nouus exiit annos: Formæ nonnullam satū dedere moram. solis æterna est Phæbo, Bacchōque iuuenta. Nam decet i stonius crinis utrumque Deum. Lunas autem celestis dixit, quia breuissimo tempore orbem suū metiuntur. supra Oda 28. lib. 3. & celeris spicula Cynthia.

QV D PIVS AENEAS, QV D TVL. &c.] in eum locum, quod, &c. ad inferos voluit dicere: sed vel extenuandæ rei tam formidolosæ: vel consolandæ conditionis humanæ gratia, ita locutus est. Nam, qui dicit eundem esse, quod Aeneas, quod Romulus, quod Themistocles, quod Socrates, quod Plato, molliore oratione vtitur, quā si durescē diceret, moriendū esse: simulq; magnum affert tali oratione solatiū ei, quicum loquitur, cū ille eodem tēpore cū animo suo considerat, sibi non esse recūandū, quo minus eadem, atque illi clarissimi, & præstantissimi viri, condicione vtatur. sic loquitur epist. ad Numiciū lib. 1. Ire tamen restat, Numa quò deuenit, & Ancus. lege annot. ad Od. 28. lib. 1. lectorem nō celabo in cod. Faër. & aliquot aliis, quos in Gallia nactus sum, legi, Quo pater Aeneas, ego tamen scripturam receptā sequor. Sic Virg. lib. 1. En. sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates, &c. Neque tamē alteram damno. Nam etiam hoc epithetum Aneæ tribuit idem Virgil. eodem libr. Iam pater Aeneas, & iam Troiana iuuentus. Castum appellat Horatius carmine saculari post epod. Castus Aeneas parua superstes.

PVLVIS ET VMBRA SVM.] Pleni sunt veterum scriptorum libri huius sententiæ. Soph. in Aiace, Ὁρῶ γὰρ ἡμῶς ἐδὲν ὄντας ἄλλο, πάλιν εἰδῶν, ὅσιν ἄρ ζῶμεν. ἢ κοίφην σκιάς. id est, Video enim, nos, qui viuimus, nihil aliud esse, præterquam imagines, aut vmbra leuem. Pindarus duo inanissima coniunxit inter se: vmbra, & somnium. Ait enim, homines esse vmbra somniū, εἰδ. 11. Πυθ' ἐπάμεροι. τί δὲ τις, τίδ' οὐ πεισοικῆς ὄναρ ἀνθρώπων, id est, diurni sumus, quid refert sumus, an non sumus? vmbra somniū sunt homines. Athentæus lib. 8. octauo versus nescio cuius poetæ profert: quorum hæc sententia est: suadere omnibus mortalibus, vt in dicm viuunt, volo. nam hominem mortuum, esse nihil, & vmbra sub terra. verba illius poetæ non nominati sunt hæc, Πᾶσιν θνητοῖσι βέλόμεναι πειρομένησαι, Τὸ μὲν ἡμέρον ζῆν ἡδέως. ὁ γὰρ θανάτῳ τὸ μὲν ἐστὶ, καὶ σκιά καὶ φθόνος. Theognis item animum suū hortatur, vt sese tantisper dum vi-

uit, oblectet, quādo aetas succedat aetati, alii que homines citō orituri sint: ipse autem pulvis, & cinis futurus sit. *Τέρπιδό μοι φίλε θυμέ, τάχ' ἄν πηγῆς ἄλλοι ἔσονται Ἀνδρες ἔγω δὲ θαλάσσι γῶνα μέλαινα ἔσομαι.* Anacreon similiter, *Ὀλίγη δ' κεισόμεθα Κόνις ὄσων λυθάντων*, id est, Exiguus autem pulvis iacebimus ossibus solutis. & in epi-
 pigr. Græcis, *Ὁ δ' Ἀχρόντι Ὁσέα κ' ἀσπίρη παρ-
 θένε κεισόμεθα*, id est, in inferis autem ossa & cinis, ὁ virgo, iacebimus. Eurip. in Protefilao apud Stob. *οὐ θαυμά ἐλεξας ἦναι ὄντα δυσχερῆ, Ἀν-
 θρωπὸς βέβη πνεῦμα, καὶ σκιδά μόνον*, id est, nihil mi-
 rum dixisti, homini nato fortunam aduersari, ac
 reflare. homo enim ventus est, & umbra solūm.

QVIS SCIT, AN ADICIANT, &c.]
 Quis scire potest, an Dij immortales diē craftinum vitę nostrę adiecturi sint, quādo ne id quidem exploratum habemus, an vsque ad vesperū videtur simus? Quia autē dies craftinus hodierno est proximus, iccirco Horatius significās, vitę nostrę spatiū esse incertissimum: ait incertū nobis esse etiam vtrūm die craftino simus videtur, necne. sic Theocr. in Hyla. *Ὁ θρατοὶ πελό-
 μεθα, τὸ δ' αἰεον σὺκ ἑσπράμεις*, id est, nos, qui mortales sumus, quique diem craftinum non cernimus. Euripid. in Alcestide, *Βροτοῖς ἅπανσι καὶ θρατοῖν ὀφέλεται: Κ' σὺκ ἔστιν αὐτῶν ὅτις ἔξε-
 πταται, τὴν αἰεον μέλλουσαι εἰ βιώσεται.* Tō τῆς τῆς γὰρ ἀφανῆς ὅτι ποὶ βίησεται, id est, mortali-
 bus omnibus moriendū est: neque quifquam eorum est, qui sciat, vtrūm diem craftinū sit videtur, necne. Nam fortunę arbitrium quōd sit euasurum, obsecrum est. Sophocl. in Trach. *ἄτ' ἔπις δνο, Ἡ καὶ γὰρ πλείους ἡμέρας λογί-
 ται, Μάταιός βῆτιν. οὐ γὰρ ἔστ' ἠγ' αἰεον Πεν-
 εῦ παρῆ τις τιλὸ παρούσων ἡμέρων*, id est, si quis duos, aut plureis dies secum reperit, suōque numeret, inanis est. non est enim dies craftinus prius, quān quis hodie sibi fecerit benē.

HODIERNÆ SYMMÆ] id est, ad numerum, aut multitudinē dierum, quos vsque ad hodiernum diem viximus. cod. Faër. Iann. Tornes. Rainut. Card. & duo Vaticani habent *vita*, non, *summa*. alij, tum ij, quibus in Italia vsus sum, tum ij ferē omnes, quos in Gallia nactus sum, qui-
 bus cum omnes vulgati consentiunt, *summa*, eōf-
 que secutus sum: non quōd alterā illā scripturā improbem: sed quōd hæc vulgata videatur mihi quodammodo venustior, & magis Horatiana. Est enim tralatio vel à nūmis, vel ab aceruis frugum, & similibus rerum. Saty. 4. lib. 1. *quin per ma-
 la præceps fertur, vli pulvis collectus turbine, ne quid summa deperdat, metuens.* & 3. lib. 2. *Quantulum enim summa curtabit quisque dierum?* &c. M. Tull. de of-
 fic. 1. *Ad dēdo, deducendōque videre que reliqui sum-
 ma fiat.* Idem pro Roscio comcedo. *Non referē par-
 ua nomina in codicem? immō omneis summas.* & ita fe-
 rē locutus est Od. 4. lib. 1. *Pita summa breuis spem nos vetat inchoare longam.*

CYNCTA MANVS AVIDAS, &c.] id

est, ea omnia, quę tu in curando corpore, & ex-
 plenda libidine consumseris, tua erunt, neq; ad heredem perueniet, qui tuis bonis auide immi-
 net, atque (vt ita dicam) inhiat. Planē hæc sen-
 tentia cum iis, quę Sardanapali sepulcro literis Chaldaicis fuisse inscripta tradit Athenæus lib. 12. consentanea est. ea autem sunt huiusmo-
 di, *ἐγὼ ἐσασίλευσα, καὶ ἄλλοις ἐώρων φῶς τῶ ἡλίῳ, ἔφαρον, ἔπιον, ἠφροδίσιασα, εἰδώς πόντε, ῥέγον ὄντα, βραχέως, ὃν ζῶσιν οἱ ἀνθρώποι, καὶ τούτων πολλὰς ἐγόντα μεταβολὰς, καὶ κερλοπαθείας, καὶ ὅτι, ὃν ἄν κραταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἔξουσι τὰς ἀπολαύσεις. διὸ κείῳ ἡμέραι οὐδέ μιν πα-
 ρέλιπον τούτο ποιῶν*, id est, ego regnauī, & quam-
 diu mihi lucis vsura data est, edi, bibi, rei Venereę ope-
 ram dedi, cum scirem, & perbreue esse vitę humanę cur-
 riculum, & in hoc multas rerum commutationes, & ca-
 lamitates incidere: & quę bona reliquero, eorum bono-
 rum fructum alios percipuros. Quocirca nullum diem interimisi, quin hoc agerem. Verborum autem illorum amico animo, eam, quam dixi sententiam esse, Græcorum testimonio vincam, à quibus Latini hoc genus mutuati sunt, sic enim loquuntur illi, *φίλη ψυχὴ χαρίζεσθαι*, id est, caro animo obsequi, aut gratificari, pro libidine sua seruire. Simonides apud Stobæum. *Νήπιος, οὐς τεύκτη καί-
 ται νόος, οὐδὲ τ' ἴσασιν, ὡς ῥέονος ἐὼ ἦσιν, καὶ βίότῃς ὀλίγῃς ὄντοισι, ἀλλὰ σὺ ταῦτα μαζῶν βίότῃς ποτὶ τέρμα ψυχῆς τῆς ἀγαθῶν τλήθῃ χα-
 ριζόμενος*, id est, vt nos quidem vertimus, *stulti, mens quibus est talis, nec, quanta iuuenta, Et vitę hu-
 mana quam breuis hora, tenent. Tū verò hæc doctus, bo-
 na, donec viuere pergas, Obscura caro gratificans animo.* Theocr. Hierone, *οὐχ ἄδὲ πλείους φρονέουσιν ὀ-
 γασίς. Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχῆς, τὸ δὲ καὶ πινὶ δύνουσι ἀοιδῶν*, id est, non est hic diuitiarum vnus, seu fructus, aurum domi conditum seruare: sed alteram partē animo, alterā poetę alicui donare. & apud Athenæū, Bacchida ille, qui consimilē, & geminā Sardanapali vitę vitā egit, ita loquitur in ea inscriptione, quā in sepulcro suo incidī iussit: *Πίε φάγει, καὶ πᾶσα ἔσυχχε δέδωκε*, id est, ede, bibe, & omnia animo largire. Atque ita Latini Græcorum exemplo *animum* vsurparunt. Plautus Aulular. *egomet me fraudauī, Animumque meum, Geniumque meum.* Idem Bacchid. *Paullisper, Iyde, libido est homini animo obsequi, iam adierit tempus, cum sese etiam ipse oderit.* Idem Mil. glor. *meo animo morem gero.* Idem in Trinummio, *si animus hominem perculit, actum est*, id est, si libido à ratione auersa: quem locū aliās explicabimus. Terent. Adelphi. *Proor, si cesses, aut te amare cogitat, Aut te amari, aut potare, aut animo obsequi.* M. ANVS AVID. HER.] sat. 3. lib. 2. *avidus iam hæc auferet heres.*

CUM SEMEL OCCIDERIS, &c.] vbi semel mortuus fueris, reuincis numquā, cum θάνατος sit ἀθάνατος, vt inquit ille apud Athen.

ET DE TE SPLENÆ. MINOS FEBRIT] &c. cum de te Minos splendidē & præclarē iudicarit, sententiāque æquissimam tulerit.

lerit. Homerus Minoa iudicem facit apud inferos ὀδυσσ. λ. Narrat enim Vlysses Alcinoο inter cetera, se illum didisse iudicantem cum scepro, his verbis. *Εὐθ' ἦτοι Μίνοα ἴδον Διὸς ἀγλαῶν ἱὸν Χρῆστον σκηπτήρον ἐρχοῦντα, θεμιτῶντα νέουσι-
 σι Ἡέρον, οἱ δὲ μιν ἀμφὶ δίκας ἐρχοῦτο ἀνακτα, id est, hic autem Minoa vidi Iouis filium, aureū sceptrum tenentem, Mortuis ius dicentem, ac sedentem illi autem de iure dominum consul-
 bant. Plato quoque in Gorgia, in ea fabula, quā narrat de iudiciis morientium, quę antea penes viuos erant, ad mortuos translatis: Iouem inducit duos ex Asia iudices datem, Minoem & Radamanthum: vnū ex Europa, Æacum, quia cū ipi quoque mortui sint, verisimile sit eos integrē & incorruptē de mortuis iudicaturos. Prima autem, & præcipua iudicandi partes Minoi dantur, vt ex his Platonis verbis intelligere licet. Μινὸς δὲ προσεβία δόστω ἔπι δὲ ἀκρίνειν ἐδν ἢ ἀσπίρηλον τι ἐτέρω ἴνα ὡς δικαστῆτι ἢ κρισίς ἢ πᾶσι τῆς πόρειας τοῖς ἀνθρώποις. vide annot. ad Od. 13. lib. 2.*

NON TE RESTITVET PIETAS] sic supra Od. 14. lib. 2. *Eheu, fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni, nec pietas moram regis, & in stanti se-
 nectate afferet, in domit. & mori.* habet autem hæc repetitio, *Non genus, non te faciundia, non te, &c.* quā Græci ἀναδὲ πλάων vocant, multum venustatis. Sic Sappho. *σὺκ ἔπι ἦζω πᾶσι, σὺκ ἔπι ἦζω.* id est, non amplius ad te veniā, non amplius veniam. lege quę annotata sunt supra ad illum locum, *libimus, ibimus, &c.* Od. 17. lib. 2.

INFERNIS NEQ. ENIM TENEBR. &c.] Pallas apud Hom. ὀδυσσ. γ. ait ne deos quidem immortales ab eo, quem carum habeant, mortem arcere, aut propulsare possē, his versibus, *Ἀλλ' ἦτοι θάνατον μὲν ὁμοῖον οὐδὲ θεοὶ σφ' καὶ φίλῳ ἀνδρὶ δύνωται ἀλακτέω, &c.* quos supra testis produximus ad Od. 24. lib. 3.

PVDICVM] pudicus est propriē, qui alterius libidinem in suo corpore nō est passus, vt epist. ad Quinct. lib. 1. *neget esse pudicum.* quę significatio huic loco fortasse conuenire non potest. Itaque putabam hęc pudicum accipiendum pro eo, qui alterius pudicitiam non violēt: & qui alterum non efficiat impudicum. qualis fuit Hippolytus, qui nouerçæ stuprum inferre noluit. Sed dic etiam hoc loco pudicum propriē poni. Nam pudicus eō dicitur Hippolytus, quōd nouerçæ libidinem in suo corpore non pertulit, quin eam depulit, ac discussit. Nō enim ipse, sed eius nouerçæ Phædra libidine ardebat, quam sua temperantia compressit, ac reuudit.

LIBERAT HIPPOLYT.] Theseus Agei filius Hippolyto ex Antiopa Amazone suscepto, Phædrām Minois filiam duxit vxorem. Ille vxoris in filiū in fidiās veritus, Hippolytū Træzenem amandauit, vt illic regnaret. Phædra autem illius amore incensa, primū Veneri templum cōsecrauit Athenis, vt eam sibi placatam,

propitiāmq; haberet, quod postea Hippolytū appellatū est: Deinde Træzenem profecta, sperans se iuueni persuasuram, vt secum rem haberet: ab eoque male accepta, ac repudiata, dicitur crimen, quod erat ipsius proprium, in illū transfulisse, Theseo quę renuntiasse se ab illo de stupro esse appellatam. Theseus re credita, Hippolyto iratus, cūm treis ei optiones dedisset Neptunus, filij sui interitum optauit. Neptunus autem Hippolyto sese quadrigarum curriculo exercente, repente bellam marinam in equos immisit: cuius aspectu territi, Hippolytum distraherunt. lege Euripidis Hippolytum coronatum. Sed quōd hęc negat Horatius Hippolytum à Diana liberatū esse, nihil videtur ad rem attinere, cū Pindarus Πυθ. ἐδ. γ. cū ab Æsculapio ad lucem, vitāmq; ab inferis reuocatum esse auro accepto tradat: atque ob id Iouem iratum fulmen in vtrumque misisse: alij autem in Æsculapium solum: quod confirmat Pausan. Corint. his verbis: *ταύτης τῆς φιλίης τῶ ἔπι γάμματι ὁμοιοροῦντα λέγουσιν Ἀργεῖος, ὡς τῆ ἦρωτα Ἰππολυτον σὺ τῶ Ὀπισθῶς ἄρων ἀνέστησεν Ἀσκληπιός,* id est, huius columnę inscriptioni consentanea dicunt Arcenses: nempe mortuum Hippolytum Thesei diris precibus ab Æsculapio esse ab inferis excitatum. & Plato lib. 3. de legibus. *Ἀπόλλωνος μὲν φασιν Ἀσκληπιὸν εἶναι ὅ-
 πο δὲ ῥεσού πεισθίωσι πλοῦστον ἀνδρα θανάσιμον ὄντα ἰδσασθαι ὅθῃ δὴ κερεινωθῆσιν εὐ-
 τόν,* id est, Apollinis quidem filium aiunt esse Æsculapium, Sed eum auro adductum esse, vt hominem diuitem moribundū ab interitu vindicaret: quocirca eum fulmine percussum esse. Virgilius lib. 7. *Æneid. Namque ferunt fama Hippolytum, postquam arte nouerçæ Occiderit, patriasque ex-
 plerit sanguine pænas, Turbatu distrahit equis: ad sidera rursus Ætheria, & superas cali venisse sub auras, Pæoniis reuocatum herbis, & amore Diana.* Hęc igitur non pugnant inter se, Hippolytum non esse à Diana liberatum, quod dicit Horat. & eundem excitatum esse ab inferis beneficio Æsculapij: nisi adderet Virgil. *& amore Diana.* Profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij.

NEC LETHÆ VALET THESEVS ABRVMP. &c.] de Pirithoo diximus sup. ad Od. 4. lib. 3. ibi, *amatorem trecenta Pirithoum colubent catena.* de Theseo vide Plutarchum in Theseo.

AD MARCIVM CENSORIVM, Od. 8.

ARGVMENTVM.

Nihil esse carminibus potentius ad sempiternā sui nominis memoriam posteris prodendam, atque ab obliuione hominum vindicandam,

Donarem pateras, grataque* com-
modus,
Censorine, meis* era sodalibus:
Donarem tripodas, premia fortium
Graiourum: neque tu pessima munerum
* Ferres: diuite mo scilicet artium,
Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas
Hic saxo, liquidis ille coloribus
* Sollers nunc hominem ponere, nunc deū.
Sed non hac mihi* vis: non tibi talium
Res est, aut animus deliciarum egens.
Gaudes carminibus: carmina possumus
Donare: & pretium dicere muneris
Non incisa notis marmora publicis,
Per qua spiritus, & vita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fuga
Reiectaq; retrorsum Annibalis mina,
Non incendia Karthaginis impia,
* Eius, qui domita nomen ab Africa
Lucretius rediit, clarius indicant
Laudes, quam Calabrae Pierides: neque,
Si charta sileant quod bene feceris,
Mercedem tuleris. * quid foret Iliæ,
Mauortisque puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuibus consecrat insulis.
Dignum laude virū Musa vetat* mori:
* Calo Musa beat, sic Iouis interest
Opratis epulis impiger Hercules.
* Clarum Tyndaridæ sidus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rateis.
Ornatus viridi tempora pampino
Liber vota bonos ducit ad exitus.

PATERAS] pateræ in poculis erant (inquit Varro lib. 4. de lingua.) à patendo dictæ.
COMMODVS] Sic reperi scriptū in duob. cod. Vatic. lōgè optimis, & Iannoct. & vno Nicotiano, & Danielis, & vno Ruffardino, & præterea meo, alij cum vulgatis consentiunt, qui omnes (præter Aldinos) habent *commodis*. Ego ita priorē scripturā amplexus sum, vt tamē vulgata, præsertim ab alijs veteribus codic. confir-

matam, nō damnem, sed hæc certè mihi videtur elegantior, Horatiōq; familiarior: quam sic explicō, *Donarem commodis*, id est, in eo me commodum præberem. & in eo commodus essem, quōd donarem pateras meis sodalibus, &c. iam verò commodi dicuntur ij, qui sese ad aliorū mores vel suo iudicio accommodant, vel sunt accommodati natura, & qui alijs faciliè, & libenter obsequuntur, & profunt. Cic. pro Murena, *Nemo Catoe pro suo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis*. Idem de amicis. *Qui autem commodis fuerint moribus, eos prosperis rebus immutari*. Idem frumentar. *tandemque habebat morū similitudo consuetudinem, atque cōcordiam, vt Apollonius, qui alijs inhumanus, ac barbarus, isti vnus commodus ac discretus videretur*. Horat. in epist. ad Pisones, *spondēs stabileis in iura paterna recepit Commodus, & patiens*. & in epist. ad August. *commodus vltro Arceffas*. Terent. *Heautont. mulier commoda & facera hac est meretrix*. Plautus *Milit. glorioso, vel conuiuia commodus*. & Pænulo, *commodos conuiuus*. ἀρμόμιος appellant Græci. *Donarem commodus* autem ex illo genere est, cuius illa sunt, *ne parce malignus, parce negligens, si veneror stultus*, & similia, quæ annotata sunt ad Od. 8. lib. 3.
ÆRA] signa ærea, statuas æreas: vel vasa ærea affabrè facta, & antiqua. epist. ad Numic. *I nunc, argentum, & marmor vetus, arq; & artis suspice*. & Saty. 4. lib. 1. *stupet Albus ære*. & Saty. 3. lib. 2. *Quo vaser ille pedes lauisset sisyphū ære*.
TRIPODAS, PRÆMIA FORTIUM] exemplum est apud Hom. *Il. J. Δῶκε δ' ἄγεω ἐταροῖσιν ἑσπέρδμοισι γυμναίῃς, καὶ τρίποδ' ὠπώεντα φέρεω*, id est, dedit autem sociis magnanimis faminā agere, & tripoda ferre. ita Hesiod. ἔργ. ἡμερ. cuius vers. mox proferemus. Iterum Hom. *Il. 1. ἕμιον δ' ἐν πάντεσσι πειλοχὺν δῶκε ὀνομήνω*: *Ἐπὶ ἀπύροισι τρίποδας, δέχε δὲ χεῖροισιο τάλαυτα*, &c. quos Homeri versus sic videtur adumbrasse Virg. *Æn. 9. Bina dabo argento perfecta atque aspera signis Pocula, deuicta genitor qua cepit Arisba*: *Et tripodas geminos, auri duo magna laenta*. Iterum Hom. *ὀδ. ο. δῶσει δὲ τι ἐν γὰ φέρεισθαι*. *Ἡὲ πνεὶ τρίποδων εὐχέλων, ἢε λέβητων*: *Ἡὲ δὲ ἡμιόνοισι, ἢε χεῖροισι ἀλειστον*: dabit autem tibi vnum quidem ferre, Aut aliquem tripodem ex ære, aut leberem, Aut duos asinos, aut aureū poculum.
FERRIS] aufertes, acciperes, vt sup. Od. 16. lib. 3. *à Diu plura feret*. & epist. ad Iulium Florum lib. 2. *non temerè à me Quisius ferret idem*. ead. epist. *Grandia laturus meritorum premia*. & epist. ad August. eodem lib. *Munera, que multa dantis cum laude tulerunt*. & Saty. 1. lib. 2. *multa laborum premia laturus*. & epist. 3. lib. 1. *Prima ferres edere victricis premia*. & epist. 17. eiusdem lib. *Coram rege suo de paupertate tacentes Plus poscente ferent*. sic loquuntur & Græci. Hesiod. ἔργ. ἡμερ. ἐνθα με φημι Ἰμνω νικησάυτα φέρεω τρίποδ' ὠπώεντα, id est, hic me dico cum hymno victor discessissem, tulisse tripodem

tripodem auritum, seu anatum. sic Virg. *Æn. 4. magnum dat ferre talentum*.
DIVITE ME SCILICET ARTIVM, &c. Jid est, si abundarem signis & tabulis pictis.
PARRHASIVS] pictor clarus, Atheniensis: vel, vt alij volunt, Epheus de quo Xenoph. Σπομνημονεμ. γ. εἰσελθὼν εἰς γὰρ ποτὲ παρράσιον τὸν ζωγράφον, ἢ ἀγάλματός αὐτῶ, &c. & Plin. lib. 35. cap. 6. & cap. 10. statim à principio capitis.
SCOPAS] statuarum fictor: cuius opus commemorat Pausanias Corinth. *Herculem è saxo*. Idem Atticis opera omnium præstantissima vel ipsius artificis iudicio, Satyrum, & Cupidinem. De eodem Tullius lib. 1. de Diuinatione, *Fingebat Carneades, in Chiorum lapidicinis saxo diffusis caput extitisse Panisci*. Credo, aliquam non dissimile figuram, sed certè non talem, vt eam factam à Scopas diceret.
HIC] Scopas. refertur enim ad id, quod propius abest.
LIQUIDIS ILLE COLORIBVS] ille, Parrhasius,
SOLEBS] sollers dictus, quasi ὄλος ἀρατή, id est, totus ars, seu virtus. Itaque prior syllaba rectè scribitur duobus ll, vt producat: vel à voce Osca sollo, id est, toto, & arte, inquit Festus.
SOLLERS NUNC HOMI PONERE] id est, sollers in ponendo, hoc est, in fingendo, seu faciendo homine. frequens est Horatius hoc loquendi genere: quod à Græcis sine dubio manauit. solent enim ita loqui, δεινὸς λέγειν, ἡγεμόνος ποιεῖν. Æschylus in Prometh. *Δεινὸς γὰρ εὐρέειν καὶ ἀμυγῶων, πόρον*, id est, sollers & callidus ad inueniendam viam, & facultatem etiam in rebus impeditis, & pæne inexplicabilibus. Plutarchus de Catoe maiore, *ἡδὲς συγγεῖσθαι*, id est, suavis in congressibus. Hom. *Il. μ. Τάφρος ἔτ' ἄρ' ἑσπέρειεν χεῖρον, ἢτε τέρπου Πηιδίη*, id est, fossa neque ad transiliendum, neque ad transeundum facilis. Libet autem mihi hoc loco Horatiana omnia, quæ ad hoc genus pertinent, colligere, ac sub vno veluti aspectu ponere. Od. 12. lib. 1. *Blandum & auritas fidibus canoris Ducere querens*. ibidem, *superare pugnis Nobilem*. Od. 10. eiusdem, *Callidum, quicquid placuit, iocoso Condere furto*. Ode vndecima eiusdem, *scire nefas*. nisi quis malit illud scire, pertinere ad verbum *quassas*. Od. 35. *Præfens vel imo tollere de gradu*. ibid. *Ferre iugum pariter dolosi*. Od. 37. eiusd. *quidlibet impotens Sperare*. Od. 11. lib. 3. *Tūque restudo resonare septē Callida neruis*. Od. 12. eiusd. *cat vs iaculari*. ibid. *celer excipere*. Od. 3. eiusd. *Aurum irreperitum spernere fortior, Quam cogere humanos in vsus*. Od. 21. eiusd. *Seque sique nodum soluere Gratia*. Od. 19. eiusd. *Ludum insolentem ludere pertinax*. Od. 3. lib. 1. *Audax omnia perpeti gens humana*. in carmine seculari ad Deos post epod. *maturos aperire partus Lenis Ithyia*. ibid. *veraces cecidisse Parca*. Od. 6. huius lib. *celerem que promos Voluere menfem*. Od. 14. eiusd. *impiger hostium*

Perare turmas. Od. 4. lib. 2. *leniora tolli Pergamæ Graiis*. Od. 2. hoc libro. *niuem videri*. Od. 12. eiusd. lib. *Curas eluere efficax*. ibid. *Spes donare nonas largus*. epist. ad librum suum lib. 1. *trafici celerem*. & epist. ad Scæuam cod. lib. *fundus nec pascere firmus*. Saty. 4. lib. 1. *aurus componere versus*. ibid. *piger scribendi ferre laborem*. Sat. 8. lib. 2. *Ridiculus totas simul obfobere placentas*. Saty. 7. eiusd. lib. *Responsare cupidinibus, contemnere honores Fortis*. & Od. 16. epod. *Nefas videri*. & epist. ad Quintium. *Fons etiam vino dare nomen idoneus*. de arte poet. *amata relinquere permix*. ibid. *foramine pauco Aspirare, & adesse choris erat vitis*. ibid. *Cereus in vitium stecti*.
PONERE] fingere, facere, ποιεῖν, πθεῖναι. Sic enim Græci sæpe πθεῖναι, quod valet ponere, pro facere vsurpant.
SED NON HAC MIHI VIS] sed non est mihi hæc facultas, seu potestas, δύναμις: seu copia.
RES] res familiaris: aut quia abundas, aut quia non desideras, vt declarat id, quod sequitur.
ET PRÆTIUM DICERE MUNERIS] æstimare munus, & indicare quanti sit, non, vt vendamus tamen: sed vt scias, quanti pretij rem accipias à nobis, nempe carmina. *muneris* autem, non *muneris* legendum videtur: & ita Acron & Porphy. Accedit vnus cod. antiq. Vatic. auctoritas, & Tornef. & aliquot aliorum. Iam per munus perspicuè carmina significat, quæ se donare posse dicit. *muneris* tamen nō damno: si quis forte malit: cum in pluribus codicib. antiqu. reperiat.
NON INCISA NOTIS MARMORA, &c.] horum verborum sententiâ hæc est, Non statua marmoreæ, litteris & inscriptionibus honorificis notata, ceteraque monumenta à senatu P. Scipioni Africano decreta, neque retractus Annibal ab Italia in Africam consilio & virtute P. Scipionis, non domita ab eo Karthago, clariorem illum reddiderunt, quàm Ennij poëma. Non enim omnes, qui res præclaras ac laudabileis gesserunt, iudem sui nominis memoriam posteritati prodere potuerunt: sed ij demum, qui præconem aliquem suarum virtutum, rerumque gestarum na cti sunt, vt dicemus ex Pindaro Od. proxima. non dissimile est id, quod ait epist. ad August. libro. 2. *Nec magis expressi vultus per ænea signa, Quam per vasis opus mores, animique virorum Clarorum apparent*.
INCISA NOTIS PVBLCIS] verbi gratia his litteris, *S. P. Q. R. AD ÆTERNAM P. CORNELII SCIP. AFRICANI MEMORIAM*.
PER QUÆ SPIR. ET V. R. B.] i. quæ efficiunt & præstant, vt boni & fortes imperatores mortui quodammodo renascantur, & reuiuiscant.
BONIS] fortibus, ἀγαθοῖς, καλοῖς.
REIECTAQ; RETRORSVM] reuo-

catae, ac retracte in Africam. vide T. Liviū lib. 28. 29. 30. annal.

IMPIA] foedifragae, & contra foedera bellū renouantis.

EIVS, QVI, &c.] P. Cornelius Scipio Africanus describitur. Coniunge autem, eius cum voce laudes.

LVCRATVS] nam ob deuictam Karthaginem ei cognomen Africano ex virtute fuit. Sarty. 1. lib. 2. num Lelius, aut qui Duxit ab oppressa meritum Karthagine nomen, &c.

QVAM CALABRÆ PIERIDES] quā Ennii scripta, qui Calaber fuit, neq; Rudius. Sic Pindarus Olymp. eid. iō va. ἔρχοντι δ' εὐρὴ κλέος κόραυ Πιερίδες Διός. id est, habent enim amplam laudem Iouis filia Pierides.

NEQVE, SI CHARTÆ SILRANT, QVED, &c.] si litteris (inquit Horat.) nō mandentur recte facta, praclarāque facinora: nulla erit eorum merces, nullum prāmium: erunt autem tenebris sepulta sempiternis. Hanc sententiam splendē, sanē, atque ornate persequitur Pindarus Nem. carm. septimo, hoc modo. Magna corporis vires, magnaēque animi virtutes, ab hymnis & laudationibus derelictis densis tenebris circumfunduntur. Vnicum est autem rerum fortiter gestarum speculū, quo videlicet illa posteritati prodantur, atque immortalitati commendantur, & consecrantur, carmen a docto aliquo poēta conscriptum, quod illarum rerum laudes, tanquam laborum premia, complectatur. Verba Pindari sunt haec, τὰ μεγάλα γὰρ ἀλκῆ σκοπῶν πολὺ ἕμνων ἔρχοντι δόξιδμοι. ἔργοις δὲ χαλοῖς ἐσοπῆρον ἰσαμῶν εἰ σὺ τροπῶ, εἰ μνημοσύνας ἐξαπὶ λυπαρῶν ἐμπίκτος εὐρηται πρὸς ἀπεινα μὲν χθων κλυτοῖς ἐπέων ἀοιδῶν.

QVOD BENE FECERIS] tua in temp. bene merita: tuas res gestas, reipublicae vtilis ac salutaris.

MERCEDEM] ἀπεινα μὲν χθων vocat Pind. carmine illo 7. quod supra protuli. & alibi, μῦθον. sic ille, πῶτι φρος δ' ἀγαθοῖσι μῶθος ἔπος. TVLERIS] abstuleris, acceperis, vt supra annot.

QVID FOR. ILIÆ, MAV. QVE FYER] Romulus. hanc sententiam videtur ex Theocrito, nōminibus dumtaxat immutatis, expressisse. sic autem ille ex Hierone, τίς δ' ἂν ἀεισῆς Λυκίων ποτὲ, τίς κομῶντας Πελαμίδας ἢ θήλων σπῆ, ἑοῖας Κυκλῶν ἔγνα. Εἰ μὴ φυλόπιδας τρεπῶν ἕμνων ἀοιδῶν; Οὐδ' Ὀδυσσεὺς εἰσαπὶ τῆ ἑἰσαπὶ μῆνας ἀλαθείς Πάντας ἐπ' ἀθρώποισ ἀίδαντ' εἰς ἕχατον ἔλθων Ζεὸς, ἃ σήληγῃα φυγῶν ὀλοῖο Κίχελωπος; Διῶων κλέος ἔχει' ἐσιγῆθη δ' ἂν ὑπὲρ ἑὸς Εὐμαρος, ἃ ἔσει Φιλοίπτος ἀμφ' ἀγαλάσας Ἐργον ἔχων, ἀπὸς τε περὶ ἀσπλάγχθους Λαέρτης. Εἰ μὴ σφῆας ἀνασαι Ἰάωνος ἀπθρος ἀοιδῶν id est, Quis vniquam optimateis Lyciorum, quis Priami filios, aut Cycnum nouisset, nisi superiora bella cecinissent poēta? Neque verò Vlysses post errores decem anno-

rum, per omnium serò hominum vrbeis vagatus, etiam ad inferos profectus viuus, tot denique periculis perfunctus, atque ex antro Cyclopi saluus reuerfus, diurnam laudem consecutus esset: tūm subulcus Eumaeus silentio praerocitus esset, & Philoctetus, & Laertes: nisi eos Homeri cantus ab obliuione vindicassent. sic Tibul. li. 1. Carmine purpurea est Nisi coma, carmina ni sint, Ex humero Pelopis non nituisset ebur.

DIVITIBVS CONSECRAT INSVLIS] consecrat immortalitati. sic & Od. 16. e-pod arua, beata Petamus arua, diuitiis & insulas, μαχαράων ἤσους, vocant Græci.

CÆLO MYSA BEAT] in caelo collocās beatum efficit. annotatum ad Od. 3. lib. 2.

SIC IOVIS INT. OPTATIS, &c.] Vlysses apud Homē. ὁδ. λ. Alcinoō narrat, se Herculis idolum quidem apud inferos vidisse: ipsum Herculeum autem cum ceteris diis immortalibus suauissimis epulis oblectari, Iouisque & Iunonis filiam Heben in matrimonio habere. Verba Homeri sunt haec: τὸν δὲ μετ' εἰσρόησα βίβη Ηγεκλειῦν. Εἰδὼλον Ἀϋῖος δὲ μετ' ἐθαινάτοισι θεοῖσι τέρπεται ἐν θαλήσῃ: ἃ ἔχει καλλισφυρον Ἥλιον, Πάδην Διὸς μεγαλοῖο ἃ Ἡρῆς θεοσπέλαια. Hoc idem scribit Hesiod. in Iliogon his verbis. Ἥλιον δ' Ἀλκμήνης καλλισφύφῃ ἀλκίμος ὑπὸς Ἰσ Ηεακλῖος τελέσας τοῦθ' ἔσθλοισι, Πάδην δὲ μὲν Ἥλιος, ἃ Ἡρῆς θεοσπέδου, Αἰδοῖον δὲ ἀκοῖν ἐν Οὐλύμπῳ τερούει. Οὐβῖος δὲ μὲν ἔργον ἐν ἀθανάτοισι τελέσας Ναιμὶ ἀπῆμαντος, ἃ ἔργατος ἤματι πάντα. id est, Heben autem Iouis & Iunonis filiam vxorem in caelo natus est Alcmena filius; duris laboribus perfunctus. Fortunatus, qui magna re gesta inter immortales habitat, malorum, & fenectutis semper expers. Pindarus item Nem. eid. α. Tiresiam facit cum alia, tūm haec de Hercule vaticinantem, ac praedicentem, multis eum exhaustis laboribus, omni reliquo tempore otiosum, quietumque videtur, & in domicilio Deorum immortalium commorantem & epulantem Hebes nuptiis potiturum. & ἰοσμ. eid. δ. de eodem sic, Νῦν δὲ παρ' Αἰγῶν καλλιῖτον ὄλβον ἀμφέπειν καθεῖ, τετίμαται τὲ τρεῖς ἀθαιάτων φίλος Ἥσαν τ' ὀπιεῖ θεοσπῶν οἶκον ἀναξ' ἃ γαμῆρος ἡρας.

IMPIGER HERCVLES] sup. Od. 3. lib. 3. vngui Hercules. infra efficacem dixit Od. 3. e-pod.

TINDARIDÆ] Castor, & Pollux. quamuis Castor, Tyndari: Pollux, Iouis esset filius, clarum sidus autem χτ' σύνθεσιν. lucida sidera dixit numero multitudinis Od. 3. lib. 1. Sic fratres Helena lucida sidera. Eodem pertinent illa ex Oda 12. eiusd. lib. puerisque Leda, Hunc equū, illum superare pugnis nobilem: quorum simul alba nautis stella resulsit: Desiuit sacis agitatus humor, &c.

ORNATVS VIRIDI TEMP. PAMP.] Liber, cui tempora sunt ornata pampino, carmini-

minibus poetarum in caelum sublatus, & deus factus, ab hominibus imploratus, & precibus fatigatus, eorum preces ad bonos & secundos exitus perducit. Ex eo quod Baccho vota faciūt homines, intelligimus eum deum esse factum: deus autem factus est carminibus poetarum, vt extrema cum primis consentiant. supra Od. 25. lib. 3. dulce periculum est, O Lenae sequi deum Cingentem viridi tempora pampino.

AD LOLLIVM.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Scripta sua nunquam interitura. sine poetarum ope, virtutem obliuione sempiterna deleri. se suis verbis res a Lollio gestas memoriae prodiraturum. Laus constantiae, abstinentiae, & ceterarum virtutum.

NE forte credas interitura, quae Longe sonantem natus ad Ausidum,

* Non ante vulgatas per. arteis Verba loquor socianda choridis:

Non, si priores Maonius tenet Sedes Homerus: Pindarica latent,

Ceaeq; Alcæi minaces, Stesichorique graues camæna.

Nec, si quid olim lusit Anacreon, Deleuit atas. spirat adhuc amor:

Viuuntque commissi calores * Eoliae fidibus puella.

Non sola comtos arsit adulteri Crineis, & aurum vestibus illitum

Mirata, regaleisque cultus, Et comites, Helene Lacæna:

Primusve Teucer tela Cydonio Direxit arcu: non semel Ilios

Vexata: non pugnavit ingens Idomeneus, Sthenelusve solus

Dicenda Musis praelia: non ferox Hector, vel acer Deiphobus graueis

Excepit ictus pro pudicis

A Coniugibus, puerisque primus:

Vixere fortes ante Agamemnona Multi: sed omnes illacrymabiles

Vrgentur, ignotique longa Noctē: carent quia vate sacro.

* Paullum sepulta distat inertia Celata virtus. non ego te meis

Chartis inornatum silebo, Tōtve tuos patiar labores

Impune Lolli carpere liuidas Obliuiones. est animus tibi

B Rerumque prudens, & secundis Temporibus, dubiisque rectus,

* Vindex auaræ fraudis, & abstinentis * Ducentis ad se cuncta pecuniæ,

Consulque non vnus anni, Sed quoties bonus, atque fidus

Iudex honestum prætulit vrili: & Reiecit alto dona nocentium

Vultu: & per obstanteis cateruas Explicuit sua victor arma.

Non, possidentem multa vocaueris Recte beatum: rectius occupat

Nomen beati, qui deorum Muneribus sapienter vti,

Duramque callet pauperiem pati: Peiusque letho flagitium timet:

Non ille pro caris amicis, Aut patria timidus perire.

NE FORTE CREDAS] vt ne forte credas, &c. Non, si priores, &c. haec enim pendunt ex iis, quae sequuntur, vt statim dicemus.

D LONGE SONANTEM NATVS] ego Hor. de Ausido sup. Od. vlt. lib. 3. & sarty. 1. lib. 1. Ausidus acer. Significat, sua carmina immortalia futura, quamuis alios ante se poetas praestantiores fuisse fateatur: quemadmodum poetarū, qui post Homerum scripserunt, multo illo inferiorum scripta manent, & viuunt.

NON ANTE VVLGATAS PER ARTEIS] nouis, & inusitatis artibus, quia primus sum poēta Lyricus Latinus, vt sup. Od. vlt. lib. 3. Dicar, &c. ex humili potens Princeps Aoliūm carmen ad Italos Deduxisse modos. & epist. ad Maccen. 3. lib. 1. Libera per vacuum posui vestigia princeps. &

Oda 3. huius lib. *Ῥωμαία* fidicen *Lyra*.
VERBA LOQVOR.] quidam libri vet. ha-
bent *Ῥωμαία* loquar: quos non sequor.

SOCIANDA CHORDIS.] Lyrica, ad ly-
rum canenda in cod. Rain. Card. scriptum est,
verm. non clauduntur autem hic sententia, sed co-
haerent haec verba cum iis, quae deinceps sequun-
tur, hoc modo. vt ne forte existimes, versus
micos propterea, quod non sum poeta Latinorum
primus, nec Epicus, sed Lyricus, interituros: no
continuo si Homeris primum in poetis locum
meruit, Pindarus, Simonides, Alcaeus, Stesicho-
rus, Anacreon, Sappho sunt obscuri: ita non, si
principem inter poetas Latinos locum non ob-
tineo, quod Ennius occupauit, existimare debes,
nullum mihi, in quo consistam, esse reliquum.
No enim accipiendum est illud, ne quasi sit prohi-
bentis particula, vt diximus, sed vt valeat *vt non*.
sic. Od. 1. lib. 2. *sed ne relicta Musa procax iocis, Cae*
retractes munera Nania, Quare modos, etc. & epist. de
arte poet. *ne forte seniles Mandentur iuueni partes.*
ibid. *ne forte pudori sit tibi Musa Lyra solers.* & Od.
3. lib. 2. *Ne sit ancilla tibi amor pudori, etc.* & Od. 33.
lib. 1. *Albi, ne doleas plus nimio memor, etc.*

MEONIVS.] Lydius sup. Od. 6. lib. 1. *Meonij*
carminis alite.

LATENT.] obscura sunt.

CEA QVE.] Simonidea. sup. Od. 1. lib. 2. *Clea*
retractes munera Nania. quo loco notauimus, Si-
monidis praecipuam virtutem fuisse in commo-
uenda miseratione, Quintiliano teste citato.
accedat, si voles, Dionys. Halicar. de eodem testi-
monium. *Σιμωνίδης δὲ ὡς ἑστίη τὸ ὄμοιο*
γὰρ τῆς ὀμοιότητος τῆς αὐθιγίας τῶν ἀνρί-
βειας. ὡς δὲ τῶν (καὶ) ὁ βελτίων ἐξίσταται
καὶ Πινδαρῶν) τὸ οὐκ ἐξοστῆν μὴ μεγαλοφρο-
νῆος, ὡς Ὀμήρου, ἀλλὰ παθητικῆς, id est, Simonidi
autem delectum verborum observa, compositionis cō-
annuatiōem accuratam. praeterea (in quo etiam Pindaro
praestat) rationem miserationis commouenda non magni-
fice, vt ille, sed dolenter, et miserabiliter. Iam, quod d
ad huius loci sententiam pertinet, sic M. Tul-
lius in perfecto orat. Prima enim sequentem hone-
stum est in secundis, tertis que consistere. Nam in poetis
non Homero soli locus est (vt de Graecis loquar) aut Ar-
chilocho, aut Sophocli, aut Pindaro: sed horum vel secun-
dis, vel etiam infra secundos.

ALCAE MINACES.] minaceis Alcae ca-
mēnas vocat, quia Alcaeus non modò armis &
ferro tyrānos persecutus est, verù etiā amaris &
acribus versibus lacerauit, atque insectatus est.
suprà Od. 13. lib. 2. *sed magis pugna et exactos ty-*
rannos densum humeris bibit aure vulgus.

STESICHORIQVE GR. CA.] Stesicho-
rus, Tifias prius dictus est, vt scribit Suidas: Ste-
sichorus postea appellatus, ὅτι κίθαράν παρῶ-
τος χορὸν ἔσκησεν, id est, quia primus citharā can-
tu chorum statuit, & stabiluit. fuit autē Hime-
raeus: quae est vrbs Siciliae, M. Tull. Ver. de iure
dicundo. *erat etiam Stesichori poetae statua, senilis,*

incurua: summo, vt putant, artificio facta ab eo, qui fuit
Himera: sed est, et fuit tota in Graecia summo propter
ingenium honore, et nomine.

EVSI ANACREON.] Teius sup. Od. 17.
lib. 1. *si de Teia Dices laborantis in vno, etc.* Iusit
autem, quia res leueis, & amatorias scripsit. sic
Virgil. in Tityro. *Ludere, quae vellem.* Horat. satyr.
4. lib. 1. *vbi quid datur oti, illud charis.*

DELEVIT ETAS.] Anacreontis odas ali-
quot, maiorum nostrorum negligentia, & supe-
riorum temporum culpa sepultas, ac demersas,
in lucem reuocauit non ita dudum Errius Ste-
phanus Roberti F.

SPIRAT ADHVC AMOR, &c.] amor
(inquit) quem Lesbia puella Sappho suis poli-
tissimis, & eruditissimis versibus lyricis man-
dauit, & commisit, nondum obliuione hominū
sepultus est. Quamquam huius quidem poetriē
versus nobis eripuit vetustas. Extant tantum
quaedam eorum fragmenta pauca, ac minuta:
& de ea Graecorum, Latinorumque scriptorum
testimonia, quibus illius memoria ab hominū
obliuione vindicatur.

CALORES.] amores. Od. 11. huius lib. *No enim*
post hac alia calebo Femina.

NON SOLA COMTOS, &c.] Postea,
quam ostendit, sibi locum aliquem esse inter
poetas relictum, docet nūc idem ferē, quod oda
superiore, quae cumque vniquam fortiter, & pra-
clare gesta sunt, eorum memoriam ad posteros
non fuisse peruenturam, si litteris mandata, a-
tue ab aliquo vel poeta, vel quouis alio scripto-
re probato, ab obliuione vindicata non essent:
indicat praeterea, multa olim, magnaque bella
esse gesta, in quibus viri fortissimi interfuerint,
quorum nomen tamen, & memoria eò deleta
sit, quia suarum laudum scriptore, ac pracone
caruerint. Athen. lib. 13. plurima bella enume-
rat praeter Troianum, propter mulieres consti-
ta: cum quo concinit illud, Sat. 3. lib. 1. *Nam fuit*
ante Helenam cunivm terribilima belli causa. Non sola
igitur Helena Paridis formam, capillos accura-
tè pexos, & comtos, vesteis auro pictas, seu lim-
bis aureis praetextas, cultum & ornatum regiū,
comitatum denique tali duce dignum mirata,
arsit amore. Nam verbum *arsit* malim ita accipi,
vt sit absolutum, nec actionem significet. Non
sola (inquam) Helena alterius viri amore capta
belli causam praebuit.

ET AVRVM VESTIB. ILLITVM.]
sic describit Paridis cultum Eurip. Iphigen. in
Aulide, *Ἀνθρὸς τῆ εἰμαῶτων πολῆ. Χρυσῶν τε λαμ-*
πρῆς, βαρβάρῃ χλιδῆματι. id est, floridus quid-
dem vestimentorum cultu, & auro lucidus ac
splendidus, barbaris deliciis. per aurum igitur
vestibus illitum, vesteis aureas, aut certè auro
praetextas & ornatas significat.

PRIMVSVE TEVCER, &c.] aut non
primus Teucer bonus fuit iaculator. Homerus
de Teucro *ἰλ. ἦ. Τευκρὸς δὲ δῶρα ἄριστος Ἀχαιῶν Το-*
ξοῦσῶν,

Ξοῦσῶν, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν σάβη ἰσχυρῶν, id est, Teu-
cérque, qui optimus erat Graecorū iaculator &
bonus miles etiam in pugna stataria. Menelaus
autem apud Sophoclem in Aiaee, Teucrū maledi-
cti loco sagittarium appellat. Menel. *ὄτοξό-*
της εἰσικεν ἔ σμικρὰ φρονεῖν.

CYDONIO.] Cretens. Virg. Gallo. *libet Par-*
tho torquere Cydonia cornu spicula.

NON SEMEL ILIOS VEX.] Ilios vrbs
ipsa: Ilium arx vrbs: quāquam interdum Ilium
pro Troia vsurpatur: vt fortasse sup. Od. 19. li. 3.
Et pugnata sacro bella sub Ilio. & apud Virgilium
principio libri 3. *Aeneid. ceciditque superbum Iliū.*
vbi Servius hunc Horatii locū profert. Troiam
ter obsessam esse traditum est: semel ab Hercu-
le: iterum ab Amazonibus: tertium à Menelao,
& iis, qui eum secuti sunt.

IDOMENEVS.] cum alibi, tūm ἰλ. γ. licet
praecleara, & gloriosa Idomeni cognoscere fa-
cinora.

STHENEVSVE.] de Sthenelo diximus
suprà ad Od. 15. lib. 1. Iam hoc loquendi genus
pugnauit praecleara, annotauimus ad Od. 6. lib. 2.

HECTOR.] Ajax Hectorem grauiter vulne-
rauit ἰλ. ε. ad eò vt ille ingenti lapide iectus ex
praecelio ablatus, atque ad ripas Xāthi fluij col-
locatus, animo paene deficeret: etiam praec dolore
humī supinus iacere cogere, sanguinem
vomere, vltimum oculorum immenfā offusā te-
nebrā adimerent.

VEL ACER DEIPH.] Deiphobus ἰλ. γ.
à Merione vulneratur in brachio. Itaque à Po-
lita germano suo tectus, ac defensus, & in curru
collocatus in urbem reuehitur.

VIXERE FORTES ANTE AGAM.]
ἰλ. δ. λ. suae virtutis specimen edit certissimū,
argumentumque praebet luculentissimum Aga-
memnon, ab illo loco, *Ἐσπετε νῦν μοι μῦσαι*
δλύμματα δῶματ' ἔχουσαι. Ὅστις δὲ παρῶτος Ἀ-
γαμέμνονος ἄνθρωπος ἦλθε, &c. id est, dicite nunc
mihi mufa, quae domos Olympicas incolitis,
Quis primus Agamemnoni obuius venerit, &c.
Itaque quā diu hic pugnat inter primos or-
dines, atque in prima acie, Iouis monitu. horta-
tur suos Hector vt strenuè repugnent ac resi-
stant: ipse recedit, & à praeceliando abstinet, do-
nec in brachio dextero à Coone vulneretur A-
gamemnon. Quo facto cum paulo post dolore
coactus, quamuis vulnus letale nō esset, è praec-
lio, & ex acie ad naueis curru reuectus esset,
Hector eius discessu cognito init praecelium in-
credibili fiducia, maximoque animo & spiritu
elatus.

SED OMNES ILLACRYM. VRG.] sed
omnes iacēt aeternis demersa tenebris, propter-
eā quod nullum poetam naeti sunt, à quo sua
facta memoriae proderentur.

ILLACRYMABILES.] ἀκλαυστοι, quos
nemo lacrymis decorat (vt loquitur Ennius)
propter quos nemo lacrymatur, auditis scilicet

aut lectis eorum rebus gestis, & casibus aduer-
sis, ab aliquo scriptore memoriae mandatis. vel
illacrymabilem accipe, qui nullis lacrymis ab in-
feris reuocari possunt. Suprà Od. 14. lib. 2. *illacry-*
mabilem Plutona nominauit, id est, inexorabilem,
lacrymis inflexibilem, qui lacrymis non com-
mouetur.

VRGENTVR LONGA NOCTE.] aeter-
nis tenebris obruantur: obliuione sui nominis
sempiterna merguntur. vel longam noctē, mor-
tem intellige, vt sup. Od. 28. lib. 1. *sed omnis vnā*
manet nox. & Od. 11. lib. 3. *ne longus tibi somnus, vn-*
de Non times, detur. vbi notauimus *θαλασσαν* ab Ho-
mero appellari *παιυλεγα*, id est longum som-
num, longaque ad dormiendum tenebras praebentem.

SACRO.] poetas Graeci *ἱεροὶ οἰδῆς* appellat,
id est, sacros cantores. sunt enim Musis sacri, ea-
rumque sacris initiati res sacras, & diuinas, &
humano sensu maiores plerumque nuntiant.
Virg. Geor. 2. *Me verò primum dulces ante omnia Mu-*
se, Quaru sacra fero ingenti percussus amore, Accipiant.
Horat. de arte poet. *Siluestres homines facer, inter-*
presque deorum Cadibus, et vltu fædo deseruit Or-
phens. Itaque fortasse propter hanc causam suprà
idem Horat. Od. 13. lib. 2. de Alcaeo & Sapph. di-
xit illud, *Primumque sacro digna silentio Mirantur um-*
bra dicere.

PAVLLVM SEPVITAE DISTAT, &c.] id est, virtus non laudata, nullisque litteris
illustrata, & incognita, parum differt ab ignaua,
& otiosa vita. parum interest, vtrum quis totam
vitam otio, & desidia traduxerit, nulla sui no-
minis memoria posteris prodita, an rebus praec-
clarissimè gestis nemo existiterit, qui eas scriptis
eruditis ac politis memoriae sempiternae con-
secret, & commendet. Nam (vt ait Pindarus)
Pyth. *εἰδ. γ. γιγνωσκόμεθα δ' ἀρετὰ κλεινῆς*
αἰοιδίας, χροῖα τελευθεῖ, id est, virtus carminibus
eruditis illustrata, & celebrata, diuturna est. tū
verba lecta, & ornata, quae lingua ex alto animi
recessu depromserit, diutius viuūt, quā facta,
vt idem Pindarus ait Nem. earm. 4. verba Pin-
dari sunt haec, *ῤῆμα δ' ἄργμάτων χροῖωτέρον*
βιοτεύει, δ. τί κα σὺν χροῖω τῶν γλώσσα
φρενὸς ἐξέλοι βαθείας. & *εἰδ. Ζῆτα Νεμ.* ait
hymnos, & carmina, esse quaedam rerum fortiter,
& praecclare gestarum specula. Verbum *distat*
autem cum dandi casu coniunxit, vt discrepan-
di, & differendi verba in epist. de arte poet. *nisi*
quod pede certo Differt sermone, sermo merus. & Saty.
4. lib. 1. *et tamen idem scire volum, quantum simplex,*
hilarisque nepoti Discrepet.

NON EGO TEM. CHART. INORN. SIL. TÓTYE TVOS, &c.] non committam,
vt tu silentio à me praetermissus meis scriptis nō
illustreris, ac celebreris: vel non te ita filebo, vt
meis chartis sis inornatus: nec sinam, tot tuas
res gestas vetustate paullatim obscurari, poste-
ritatisque obliuione deleri. Vetus est dictū (in-

quit Pindarus Nem. 4. d. non oportere id, quod fortiter, & cum virtute gestum est, silentio tege-
re. verba Pindari sunt hæc, ὅστις δὲ τις λόγος ἀ-
θρόπων τετελεσμένων ἐσλόν μὴ χαλεπὴ σιγή χα-
λῆται. Cum in aliquot libris manuscr. Russar.
Nicotiano, Clericano, nonnullis aliis, reperissem
scriptum *mornatum silebo*: eandemque scripturam
expressam fuisse meminisse in duobus Vaticanis,
& lannoct. & Faern. Gulielmifque Cante-
rus, homo doctus admonuisset nos se ite in vno
perantiquo codice reperisse, ego damnata vul-
gata scriptura *sileri, silebo* edendum curavi.

C A R P E R E] id est, paullatim obscurare, at-
que imminuere. translatio est. vide annot. ad
Od. 11. lib. 1.

R E R U M Q V E P R V D E N S, &c.] id est, re-
rum cognitione præstans, vel rerum futurarum
prouidus.

E T S E C V N D I S T E M P. &c.] & in secu-
da, atque aduersa fortuna cõstans, & æquabilis:
& in neutram partem propensius, id est, neque
in solens, & elatus, neque fractus, ac demissus.
Est autem elegans metaphora à corpore ad ani-
mum. nam quemadmodum corpus rectum esse
dicitur, quod non est inflexum, aut incuruatum,
vt ann. sup. ad Od. 4. sic animus dicitur esse re-
ctus, qui non est perturbatus, neque cõcitusus,
neque anxius: sed sedatus, tranquillus, & paca-
tus. eadem translatione vtitur sat. 3. lib. 2. *Rectum
animi seruus?* cui par est illud, quod est ibidem,
Stus animo? vt supra diximus.

D V B I I S] *dubia tempora, res dubia, casus dubij*
dicuntur à Latinis non admodum secundi, & pro-
pmodum aduersi. Celsius Cicer. lib. 8. epist. *nunc
te contra victorem facere, quem dubiis rebus ledere no-
luisti.* Horat. saty. 2. lib. 2. *vter nam, vel, vt habent
libri manuscr. vterne Ad casus dubios fides sibi cer-
tius, &c.* Plautus in Mostellar. *Qui homo timidus
erit in dubiis rebus, is nauis non erit.* Sallust. coniur.
Catil. *qui labores, pericula, dubias, atque asperas res
facile tolerauerunt, is otium, diuitiæque, optanda aliis,
oneri, miseriæque fuerit.* Catull. de Pel. & Thet. nup.
Nate, ego quem in dubios cogor dimittere casus. T. Li-
uius lib. 30. annalium. *In bonis tuis rebus, nostris du-
biis, tibi ampla, ac speciosa danti est, pax: nobis periculis,
magis necessaria, quam honesta.*

V I N D E X A V A R E F R A V D I S] qui pœ-
na coercet auaritiam, & animaduertit in aua-
ros. vindex (inquit Festus) *ab eo dicitur, quod vin-
dicat, quo minus is, qui pressus est ab aliquo teneatur.*
sed hic vindex vltorem, & quasi punitorem si-
gnificat.

C O N S U L Q V E N O N V N I V S A N-
N I] consul est vnus anni, qui comitiis cõturi-
tis, populi beneficio, & suffragiis consulatû ade-
ptus est. Magistratus enim Romæ erant annui:
consul autem perpetuus est ille, atque etiã Rex,
qui suas cupiditates comprimere, suisq; appe-
titionibus imperare potest, qui honestum vtili
anteponit, qui muneribus non capitur, vt supra

Od. 2. lib. 2. *regnum & diadema tutum Deferens vni,
propriumque laurum, Quisquis ingentis oculo irretorto
Spechat aceruos:* Atque hæc sunt dicta ex Stoicorû
sententia: qui sapientem volunt esse solum li-
berum, solum diuitem, pulchrum, honoratum,
consulem, regem. M. Tull. Lucullo. & Tuscu. 4.
& lib. 1. de finib. & parad. 5.

S E D Q V O T I E S B O N. A T Q V E F I D.
I V D. H O N.] Queritur hic cur quem cõsulem
fecerit, eundem statim iudicem faciat ego Hora-
tium hoc significare puto, eum, quem pecunia ab
officio non deducat, esse verè consulem, neque
vnus anni consulem, vt sunt ceteri cõsules, sed
perpetuum, & tandiu quandiu pecunia non cor-
rumpitur in perniciem alterius, siue sit iudex, si-
ue aliqua alia potestate præditus, in qua integri-
tas & abstinentia eius alteri salutaris: δὲ ποδοκλῆα,
& auaritia perniciofa esse possit. Passeratius ad ea
quæ de cõsule scribit Lilius lib. 3. annal. refere-
bat. Sic autè Lilius. *Fuere qui interpretarentur, eadè
hac Horatia lege consulibus quoque & prætoribus, quia
iisdem auspiciis, quibus consules, crearentur, cautius
esset. Iudicem enim consulem appellari.* Cicero 3. de le-
gibus, de consulari potestate loquens, *Regio impe-
rio duo sunt, ique præuendo, iudicando, consulendo præ-
tores, iudices, consules appellantur.*

R E I E C. A L T O D. N O C. V V L T V.]
crecto vultu. ex cõsuetudine animo munera homi-
num nocentium à se repulit: non accepit pecu-
niam, vt nocentem absoluat. quod erat animi,
ad vultum transiit. alti enim animi est pecu-
niam aspernari ac reiicere. licet etiam dicere *al-
to vultu* dictum esse ab Horatio, quia animi affe-
ctiones sæpe declarantur atque exprimuntur
consimili corporis gestu.

E T P E R O B S T A N T E I S C A T E R-
V A S, &c.] & sibi per mediam hostium aciem
armis iter patefecit: vel per obstantes cater-
uas: id est, per munera, & pecuniam, quibus sæ-
pe expugnatur religio & fides iudicis, & magi-
stratus, expromsit sua arma: id est, suam integri-
tatem & abstinentiam, & magnitudinem animi
ab omni corruptela tutã, ac munitam: quam ex-
plicationem magis probò, vt sit allegoria. & ita
Passeratius nofter: neq; lôgè aliter Porphyrio,
qui per obstantes caterua. interpretatur, per vitia
obstantia rationi.

S V A A R M A] vel propriè, vel ἀλλορη-
κῶς suam integritatem, abstinentiam, magnitu-
dinem animi, &c.

N O N, P O S S I D E N T E M M V L T A, &c.]
ordo est, non rectè vocaueris eum beatum, qui
multa possidet. vel non eum, qui multa possidet,
rectè beatû vocaueris: sequitur deinceps, *rectius
occupat, &c.* rectè autem, id est, meritò: vt epist. 17.
lib. 1. *Aut decus & pretium rectè petit experies vir.*

D V R A M Q V E C A L L. P A V P.] sup. Od.
2. lib. 3. *Angustam, amici, pauperiem pati Robustus
acri militia puer Condiscat.* paupertatem non esse
alteri maledicti loco obiciendam, collectis ali-
quot

quot exemplis diximus ad Odam 24. eiusd. lib.
ibi. *Magnum pauperies opprobrium, &c.*

P E I U S Q V B L. F. L. T I M.] *peius timet.* i.
peius odit, seu accuratius vitat, vt epist. 17. lib. 1.
cane peius & angue vitabit chlamiadem.

F L A G I T I V M] turpitudinem, vt sup. Od. 5.
lib. 3. *flagitio additis Damnum.*

N O N I L L E P R O C A R. A. A V T P A-
T R. T I M. P.] sup. Od. 2. lib. 3. *Dulce & deco-
rum est pro patria mori. timidus perire autem sic di-
ctum hac Oda, vt illud lib. 3. Od. 19. Codrus pro
patria non timidus mori.*

A D L I G V R I N V M.

Od. 10.

A R G V M E N T V M.

Vt, dum per atate licet, fruatur formæ suæ bo-
no: alioqui fore, vt ipsum pœniteat, cum
flos ille ætatis exaruerit.

O Crudelis adhuc, & Veneris mune-
ribus potens:

Insuperata tuæ cum veniet *pluma superbig
Et, quæ nunc humeris inuolitant, decide-
rint coma:

Nunc & qui color est Puniceæ flore prior
rosæ,

Mutat Ligurinum in faciem verterit
hispidam,

Dices, heu (quoties te in speculo videris
alterum)

Quæ mens est hodie, cur eadem non puero
fuit?

Vel cur his animis incolumes non redeunt
genæ?

O C R V D E L I S] Sic Virg. Alex. *O Crudelis
Alexi, nihil mea carmina curas.*

V E N E R I S M V N E R. P O T.] formosus,
venustus, lepidus, candidus, comatus, & florens
ætate. hic Liguriniù credible est amatum fuisse
ab Horat. sup. Od. 1. huius lib. sed cur, heu, *Ligu-
rine, cur Manat rara, meas lacryma per genas?* vt &
Lyciscum Od. 11. epod. *Nunc gloriantis quamlibet
mulierculam Vincere mollitia Amor Lycisci me tenet.*

I N S P E R A T A T V A C U M V E N I E T,
&c.] cum tibi pili, & barba os, parteisque cor-

poris nunc læuis, & politas occupabunt. super-
biam Ligurini appellat, oris, & totius corporis
leuitatem: comam humeris inuolitantem, id est,
disperfam, & diffusam, florem ætatis deniq; per
plumam autem pilos & barbam significat.

E T, Q V A N V N C H V M E R I S I N-
V O L I T. D E C. C O.] comæ non collectæ in
nodum, sed diffusæ, & passæ. Pueri concubini a-
lebât comâ puellarû in morem: vt Od. 11. epod.
Aut teretis pueri longam renodantis comam. & supra
de Gyge puero Od. 5. lib. 2. *Quem si puellarum in-
sereres choro, Mirè sagacis falleret hospites Discrimen
obscurum solutis Crimibus, ambigûque vultu.* De ton-
debantur autem, cum vel domini vxorem duce-
bant, vel pueri ipsi ætate adulta, & corroborata
esse cœperant. Catull. in nuptias Iulias, *Nunc tuû
cinerarius Tondet os, miser, ah, miser Concubine Inuices
da.* hæc verba igitur cum deciderint coma, licet ita
accipere: cum exoletus fueris, cum ad vsum illû
puerilem, & impudicum, quem nunc præbes,
ineptus fueris, nempe adultus, & vir factus, &
de tonsa coma. Cum in Italia essem, quendam
adulescentem vidi Siculum, hoc nomine malè
audietem, & impudiciæ nota aspersum, quod
mentum & genas tum piliùm florescētis, vi-
tio læuigaret, ac poliret. Dicebatur etiam mu-
rium, & foricum vrina parteis illas oris, quas
commemorauim, manè defricare, & madefacere,
vt lanuginem, & barbam nascentem funditus
extirparet ac deleret: atque hoc pacto glaber,
læuis & imberbus permaneret. quod ei bene
processit. nam cum eum adulescentem annorû
decem & octo Venetiis vidissem, in eundem
postea Romæ annos triginta natum anno duo-
decimo post fortè incidi, aquè imberbum, vt
erat adulescentulus.

P V N I C E A] purpureæ. Od. 9. *Puniceo Ligubre
mutauit sagum.* Virgil. lib. 12. *Æn. cum primum era
sina celo Puniceis inuictis rosis aurora rubebit.*

H I S P I D A M] hirsutã, horridam, barbata m,
pilosam, asperã. Theocrit. *Ἐραστῆ, formæ puc-
rili breuitatem cum rosa, viola, lilio, niue con-
fert his versibus. Καὶ τὸ ῥόδον χαλδὸν ἔστι, ἡ δὲ
ῥόσος αὐτὸ μαράγει. Καὶ τὸ ἰὸν χαλδὸν ἔστι, ἡ δὲ
ἰάρι, ἡ τὰ χεῖρας. Λευκὸν τὸ κρινὸν ἔστι, μα-
ραίνεται ἀντὶ τῆς πίπτει. Ἄ δὲ γὰρ λευκὰ, καὶ τὰ
κεταὶ ἀντὶ τῆς παρῆν. Καὶ χαλδὸς χαλδὸν ἔστι τὸ
παιδικόν, ἀλλ' ὄλιγον ἔστι, id est, Pulchra rosa est,
sed eam tempus corrumpit & urit: Pulchra quidem
viola est Zephyris spirantibus, illam sed nimium festina
urget, præcepitque senectus. Lilia candida sunt, sed tem-
pore victa fassiscunt. Candida nix etiam est, sed sole aut
igne liquefcit. Sic pueri facies, pulchra, & iucunda, de-
censque est: sed citò marcescit, neque longos permanet
annos.*

T E I N S P E C V L O] sic habent septem li-
bri veteres: cum vulgati propositionem in non
habeant.

A L T E R V M] differentem, dissimilem, mu-
tatum ab hoc, qui nunc es. Græci ἑτερον dicunt,
Z

id est, alterum. Αεισ. ρήτορ. β. τὸ γὰρ δεινὸν, ἔ-
τερον τὸ εὐειδές. & ἡμίαν κ. ὁ φίλος ἕτερος ὢν
τὸ νόλακος, nam quod horribile est, differt à mi-
serabili. & de moribus ad Nicom. lib. 10. ami-
cus, qui alter est ab assentatore. Sed hac de re
plura alibi.

QVA MENS EST HODIE, CVR
E A D E M, & C.] Non dissimile est illud Tibulli
libro 1. *Et te pœna manet, nisi desinis esse superba.*
Quam cupies votis hunc reuocare diem? & Terent. in
Hecyra, *Eheu me miseram, cur nō aut istæc mihi A-*
tas & forma est, aut tibi hæc sententia? & Aufon.
Nunc piget & quereris, quod non aut ista voluntas
Tunc fuit, aut non est nunc ea forma tibi. & Homer.
ὁδ. π. *Αὐτὰρ ἐγὼν ἔπα νέων εἶλω τῶδ' ἐνὶ θυμῷ*
id est, Porro autem [utinam] ego ita iuuenis ef-
sem hac mente.

INCOLVMES] læues, & imberbes. quam-
diu enim tales manent impudici pueri genæ, sal-
uæ sunt, & integræ: barbatae autem, & pilosæ
atque hirsutæ, corruptæ sunt, & quodammodo
mortuæ, neque iam integræ, neque incolumes:
quia inceptæ ad quæstum meretricium, & amo-
res pucileis.

A D P H Y L L I D E M.

Od. II.

ARGVMENTVM.

Phyllidem amicam ad celebrandum sœcum Mæ-
cenas natalẽ inuitat. De Telepho autem
iam illi cogitandum non esse dicit, quippe
qui alius puellæ amore captus sit: ac certè
Phæthontem & Bellerophontem documẽ-
to illi esse, vt sibi disparem vitet.

EST mihi nonum superantis annum
Plenus Albani cadus: est in horto,
Phyllis, nectendis apium coronis,
Est edera vis
Multa, qua crimeis religata fulges:
Ridet argento domus: ara castis
Vincta verbenis auct immolato
Spargier agno:
Cuncta festinat manus: huc, & illuc
Cursitant mistra pueris puella:
Sordidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Vt tamen noris, quibus aduocaris
Gaudis: idus tibi sunt agenda,

A Qui dies mensẽm Veneris marina
Findit Aprilem,
Iure sollemnis mihi, sanctiorque
Pæne natali proprio, quod ex hac
Luce Mæcenas meus affluenteis
Ordinat annos.

B Telephum, quem tu petis, occupauit
Non tue sortis iuuenem puella
Diues, & lasciuia tenetque grata
Compede vinctum.

B Terret ambustus Phæthon auaras
Spes: & exemplum graue prebet ales
Pegasus, terrenum equitem grauat
Bellerophontem:

C Semper vt te digna sequare: & ultra,
Quam licet sperare nefas putando,
Disparem vites age, iam meorum
Finis amorum,
(Non enim post hac alia calebo
Famina) condisce modos, amanda
Voce quos reddas. minuentur atra
Carmine cura.

EST MIHI NONVM S. A.] Est mihi
Albani vini cadus, quod vinum nouem & am-
plius, annorum est.

PLENVS ALBANI CADVS] Albanũ
vinum commemorat Athenæus lib. 2.

NECTENDIS APIVM CORONIS]
vtebantur veteres illi coronis in conuiuũs, ob-
scure significantes rerum abundantiam, & co-
piam. *ἄπυ* enim, quod valet coronare Latine,
implere est: vt apud Homer. ὁδ. σ. α. *Κῆποι δὲ*
κρητῆρας ἐπέσειαντο ποτοῖο, quem versum pro-
pæmodum ad verbum expressit Virg. lib. 1. *Æn.*
Crateras magnos statuunt, & vina coronant. quam-

D quam nonnulli arbitrantur, solitos esse poculis
imponere coronas, & ita Virgilij versum intelli-
gendum: quæ sententia Tibulli auctoritate cõ-
firmari potest lib. 2. *Aut è veste sacris tendent um-*
bracula sertis vincta: coronatus stabit, & ipse calix.
iterum Virg. *Æneid.* 3. *Tum pater Anchises magnam*
cristera corona induit, impleuitque mero. conficie-
batur autem ex edera, vel apio coronas ad signifi-
candam eam, quæ in conuiuio versari debet, hi-
laritatem, & iucunditatem. Theocr. in Amaryl-
lide. *Τὸν σέφραμον πῖλον με χεῖραυτίνα λεπτα*
ποισεῖς, Τὸν ποὶ ἐγὼν Ἀμαρυλλί. φίλα, κροσσο
φυλάσσω. i. coges me tua læuicia coronam sta-
tim

tim discernere: quæ ego tibi Amarylli ex ede-
ra connexa seruo. Anacr. ἔστι δ' ὀφρῶσι σελίνων
σφαλισσοῖς θεμεροῖ, θάλειαι ἐορτῶν ἀγαθῶν
Διονύσω. i. superciliis autẽ coronas ex apio im-
ponentes diem festum & epulas Dionysio cele-
bremus. Anea, & focis eius, cū primũ in Ita-
liam aduenissent, humi discumbentibus, ac præ-
dentibus, solum apio fuisse substratũ, idque il-
lis mœsa loco fuisse scribit Dionysius Halycar.
lib. 1. *ἀρχαῖοι δὲ αἰῶν. vide supra annot. ad Od. 17.*
lib. 1. Linus apud Virgilium in Sileno, apio co-
ronatus est. *Ἔ. Linus hæc illi diuino carmine pastor*
floribus, atque apio crineis ornatus amara dixerit.
Sed cur hic ex apio coronas cõficere cogitat, cū
apium sit herba lingubris, & funebris, si Suidæ
credimus: sic enim ille, *σέλινος σέφανος, περιθιμῶς*
ἔστι. τὸ γὰρ σέλιον πῶθεσι προσήκει: id est, co-
rona ex apio, lugubris est: apium enim luctibus
cõuenit. cum quo congruit & Plinius lib. 20.
cap. 11. *Chrysippus & Dionysius dicunt neutrum ap-*
rium ad cibos admittendum: immo omnino nefas. nam
id desuntorum epulis dicatum esse. An apium Græ-
cis lugubre, Romanis non itè? an cibis quidem
ex apio, funebris est: corona verò ex apio nequa-
quam? Nã & alibi in rebus lætis, & secundis co-
ronæ ex apio ab Horatio adhibentur: vt Od. 36.
lib. 1. *Neu desint epulis rosa. Neu vniuax apium, neu*
breue lilium. [Huc pertinet illud Arnobij lib. 5.
aduersus gentes, *Obliuioni etiam Corybantia sacra*
donentur: in quibus sanctum illud mysterium traditur,
frater trucidatur à fratribus: interemti ex sanguine
apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne à
manibus mortui inexplabilis contraheretur offensio.]

C Sed *ἔ. παρόδω*, quod doctus quidam ad osten-
dendum, hanc herbam esse tristẽm & fune-
brem, affert verba illa Ciceronis ex epist. qua-
dam ad M. Cœlium lib. 2. epist. nõ lõgè ab extr.
Vt or atatis vitio, inquit, uelim ita sit. sed tamen togam
pretextam tibi Appio, puo te audisse, &c. vbi ille
legit apio, cū sit scriptum in omnibus libris e-
mendatis Appio, & sit nomen proprium genti-
le Appiorum: vehementer errat. conficiebantur
etiam ex philyra coronæ. sed hæc erant sumtuosio-
res, vt Od. 17. lib. 1. *Displicent nexæ philyra coronæ.*
ad quem locum lege, si tibi commo dum est, quæ
annotauimus. commemorat coronas etiam lib.
2. Saty. 3. *potus vt ille dicitur ex collo furtim car-*
psisse coronas. Postquam est impransus correptus voce ma-
gistris: ad quem locũ quædam alia annotata sunt
similia.

C RINEIS RELIGATA] sup. Od. 11. lib. 2.
comam religata. & Od. 5. lib. 1. *cui flauam religas, co-*
mam. & Od. 11. epod. *Flauam renodantis comam.*
fulges autẽ pro co, quod est, fulgere soles, vt re-
ctè Porph.

R I D E T A R G E N T O D O M V S.] *γαλά.*
renidet. hilaritatẽ quandam præ se fert. vide an-
not. ad Od. 18. lib. 2.

A R A C A S T. V I N C T A V E R B.] ara
ex cæspitib', & terra exstructa, verbenis reuin-

ciebatur. Est autem verbenæ (vt scribit Plin. lib.
22. cap. 11.) gramẽ ex ara, seu ex arce cum sua ter-
ra euulsum. Hac utebatur legati cū ad hostes
clarigatum, id est, res repetitum mittebatur: hac
Iouis mensa verrebatur, domus purgabatur, ac
lustrabatur, vt idem scribit lib. 25. cap. 9. Quam-
quam verbenæ in sacris nõ herbam certam, sed
quamlibet frondem, & quẽuis raturum, modò
felicem, significat: verbi gratia frondem pineæ,
myrteam, lauream, oleaginam. Festus, *Sagina*
vocatur verbenæ, id est, herba pura, quia ex loco san-
cto arcebantur. [sic autem legendum, non, arce-
bantur] à consule, prætorẽ vel legatis proficiẽtibus, ad
sacra faciendum, bellũque indicendum, &c. Porph.
Verbenæ dicta quasi herbenæ.

A V E T I M M O L A T O, & C.] videtur cu-
pere infici, seu imbui sanguine agni macerati.

C V N C T A F E S T I N. M A N.] omnes di-
ligentiam adhibent, manũque admodum ad eã
rem, quam paro festinat *προσδέει*, studium adhi-
bet. sic Theoc. *Ἐξαχλοῖα, ἐπεὶ πλ' ἰοδῶν δὲ δδμος*
συνδδοντες ἐξέρχεται. significat quantus sit appara-
tus.

S O R D I D V M] ab effectu, quia quicquid
fumus contingit, sordescit.

T R E P I D A N T] cum trepido, seu tremu-
lo motu sursum feruntur. vide annos, ad Od.
4. lib. 2.

R O T A N T E S] torquentes, glomerantes, ro-
tarum in morem voluẽtes. sic Virgil. Georg. 1. &
Æn. 3. *globos flammæ appellat, flammæ Ætnæ*
globorum in modum erumpentis.

V T T A M E N N O R. Q. A D V.] vt tamẽ
scias ad quem diem festum omni lætitia cele-
brandum voceris, *ιδυς, &c.*

Q V I B V S G A V D I I S] Oda proxima in-
frã, *Ad quæ si properas gaudia, &c.*

I D V S] Idus Apriles, vt statim declarat. *idus*
malim scribi per ei, vt docet Plur. & vetera mar-
mora admonent.

M A R I N A.] sup. Od. 26. li. 3. *Læuim marina*
qui Veneris lætus Custodit. Aprilem autem à Vene-
re, quam *ἀφροδίτη* Græci appellant, nomẽ tra-
xisse docet Plutarch. in Numæ vel, vt alij volũt,
ab aperiendo, quod idem auctor scribit.

F I N D I T] videtur voluisse delarare iduum
etymon. Nam Plutarchus *ῥομυμῶν*, idus deri-
uat vel *ῥομῶν* ἔιδος *ῥομῶν*, quia idi-
bus dimidiata luna est, vel *ῥομῶν* τῶν *ῥομῶν*, vel *ῥομῶν*
τῶν *ἰδυῶν* iduare, quod est, *μεελεῖν*, id est, diui-
dere. idus enim *διχοτομῶν* τῶν *ἰδυῶν*, id est, idus
enim lunam dimidiatam faciunt. Sed admonẽ-
dus est lector, hæc postrema verba Plutarchi, ne
quis frustra quærat, non reperiri in vulgatis co-
dicibus.

I V R E] propter amicitiam, quæ mihi cum
Mæcenate intercedit.

S O L E N N I S] dies festus status, & fixus: vt
dicimus sacrificiũ solenne, quod & certo anni
tẽpore, & omnibus annis præstari debet à sol-

Id est, toto Festo. M. Tull. Tuscul. 1. cum enim illam ad solenne, & statum sacrificium curru vehi ius esset satis longe ab oppido ad fanum, &c. de hac voce vide annot. ad epist. 1. libr. 1. ibid. Insanire putas sollemnia me.

QUOD EX HAC LVCE, &c.] id est, quia ab hoc die annos ætatis suæ ordine numerat. ab hoc die annorum ætatis suæ numerandorū initium ducit. hic dies est eius natalis. significat, Mecenatem idibus Aprilibus esse natum, & idus Aprilis, esse diem eius natalem.

AFFLVENTEIS] accedēteis, seu accrescēteis. tralatio est à fluminibus. Virg. Æneid. 2. leni fluit agmine Tiberis. Sic iterum Horat. epist. 1. lib. 1. sed mihi tarda fluunt, ingrataque tempora.

ORDINAT] ordine numerat. alij sic, affluenteis ordinat annos, id est, à singulis diebus natalibus constituit quid quoque anno sit acturus. non placet.

TELEPH. QVEM TV PET. OCCVP. &c.] Telephus, quæ tu amas, & expetis, in puella tibi valde dissimili, loco, re, genere, amorem suum collocauit, eiusque amore irretitus est.

NON TVÆ SORTIS] non tui generis, loci, rei, fortunæ.

TENETQVE GRATA COMP. VINCT. tenetque grata seruitute deinctum. sic Od. 33. lib. 1. ipsum me melior cum peteret Venus, Grata derinuit compede Myriale Libertina, fretis acrior Adria, Curvantis Calabros sinus.

TERRÆ AMEVET. PHAËTHON] Notissimū est, Phaëthontē, cum ætate iam adulta se Solis esse filiū ex matre Rhoda, seu, ut alij volunt, Clymena, cognouisset, currumque patris moderari illo diu, multumque negare voluisset, cælumque, & terras ob augurandi inscientiam incædio miscuisset, ambitum ipsum, fulminemque, percussum in Eridanū fluium decidisse. Plato in Timæo sic interpretatur Phaëthontis fabulā: Τὸ γὰρ ἐν τῷ πατρὶ ἡμῶν λεγόμενον, ὡς ποτὲ Φαίθων ἦλθε πατρὸς τοῦ πατρὸς ἄρμα ζευξάσας, ὡς τὸ μὴ δυνάτοιο εἶναι χεῖρ' αὐτοῦ ἔλασεν, τὰ τ' ἔπει γῆς ἐξωκέρασε, καὶ αὐτὸς κεραινωθεὶς διασθάρη, τὸ τοῦ μύθου ἔχημα ἔχον λέγεται. τὸ δὲ ἀληθὲς ἐστὶ τὸ αὐτὸ γινώσκον, κατ' οὐρανὸν ἰόντων τὸ ἀλλὰ Ζεὺς, καὶ ἀφ' οὐρανόθεν γνοῖσθαι τὸ ἔπει γῆς, περὶ πολλὰ φθόρα. Quæ verba (ut summam perstringam) hanc sententiā continent: per illam Phaëthontis fabulam, omnium, quæ circum terram, & sub cælo feruntur ac mouentur, mutationem, eorumque, quæ sunt in terra, longo temporis spatio interitū, & deflagrationē multo igni erumpente significari. Lucrētius lib. 5. Platoni assentiens idem cōplectitur his pulcherrimis versibus, Ἴσθι enim superavit, & ambiens multa perussit, Aia cum Phaëtonta ἵππῳ νῆσ' ἰσθι ἑκαστοῦ ἄεθ' ἑρπύλλῃ τοτὸ, τὴν γῆν περὶ ὅμοιοις. At pater omnipotens ira tum percussit acri Magnanimum Phaëtonta repenti fulmine ἰσθι Deturbavit equis in terram,

Solque cadenti Obuius aeternam suscepit lampada mundi, Disiectisque redegit equos, iunctaque tremanteis. Inde suum per iter recreavit cuncta gubernans, scilicet, ut veteres Graium cecimere poeta. Quod procul à vera sit animi ratione repulsum. Horatius autem hoc Phaëtonis exemplo Phyllidem deterret, ne maiora, quam, quæ sibi conueniunt, expetat, & concupiscat.

AVARAS SPES] id est, spes cupidas & audaces. hoc totum autem terret auaras spes, hoc est, vetat auidē sperare, seu vetat cupere & sperare, quæ nefas est cupere & sperare scilicet.

ET EXEMPL. GR. PRÆB. ALES PEGAS.] poetice id attribuit Pegaso Horatius, quod à Iouis ira natum est. Nam Bellerophon Antææ calumnia liberatus, grauiissimi que periculis perfunctus, denique gener Proeti, regni que socius ac particeps factus, his rebus omnibus elatus, & Pegaso fretus, dicitur, quid in cælo esset, quidque sibi fieret, explorare voluisse. Quæ audacia offensus Iupiter, æstrum in Pegasum immisit. Ita excussus equo Bellerophon in Lycia: cæpum decedit, qui Aleius τὸ πρὸ ἀλάσθαι, quod est errare, dictus est, quia in eo cæpo, debilitato corpore errarit. hæc Homeri interpretes ἰλ. ζ. Vtitur eodem exemplo Pindarus ἴσθμ. εἰδ. ζ. monēs, ne quis sibi immortalitatis spem proponat, cum simus mortales, vitæque multo breuioris, quam ut deorum sedem attingere possimus. Verba Pindari sunt hæc, Ἐμὰ κρῆν δ' εἰ πῆσ παρ' ἰθάκει, βεγῆς ἕκαστου χαλλόπεδον θεῶν ἔδραν' ὅ, τε περὶ εἰς ἕρρηλα Πάγασος δεσπότην ἀέλωντ' ἐς βρομῆς γαυροῖς ἐλθεῖν μετ' οὐμῶν Βελλεροφόντων Ζευὸς, id est, longa autem si quis circumspicit, cum sit breuior & imbecillior, quam ut ad deorum sedem, aheneo pavimento, constrictam peruenire possit: primum Pegasus pennatus dominum Bellerophontem Iouis familiarem, & confabulatorem ad cæli stationes transire cupientem excussit, &c.

ALES] alatus, pennatus, penniger, περὶ εἰς, Pindarus, alitem posuit Od. 1. huius libri pro eo qui alatis iumentis vehitur: Tempestiuus in domo Paulli purpureis ales odoribus, &c. De Pegaso supra Od. 27. lib. 1.

TERRVM EQVITEM GRAVATVS] grauatvs equitem, pro eo, quod est, grauatvs ferre equitem, Horatianum est. Nam sic loquuntur & Græci, βαρυβόμυ τὴν πῆναι, τὴν ἀπιμῆαν, id est, grauitur fero paupertatem, infamiam, &c. Plutarchus in Cæsare, τῶν βασιλέων, καὶ βαρυνόμενοι τὴν δυνάμην. Sic & Suetonius in Tiberio, matrem Liniam grauatam, id est in Angusto, ampla & operosa prætoris grauabatur.

TE DIGNA] tibi apta, tibi conuenientia. ET VLTŒ QVAM LICET, SPER. NEF. P. DISP. V.] Jordo est, & disparem vites, putando nefas esse, sperare vltæ quam licet.

DISPAREM VITES] Prouerbiū est vulgatum apud Græcos, quod monet, vt sibi quisque æqualem

æqualem vxorē ducat. τὴν ἑσ' αὐτῶν ἑλὰ subintellige βῆμα, hoc est, turbinem tibi conuenientem & propinquum age. natum à Iusu puerorū turbines flagellis circumagentium ac versantium. lege in libris epigramatum Græcorū, pulcherrimum Callimachi epigramma ad Dionem. Ita igitur & Horat. Phyllidi suadet, vt amicū sibi parem deligat: ab amore Telephi animū auertat.

FINIS AMORVM] ô Phylli, quam omnium postremam amare constitui. sic Propert. libro 1. Cynthia prima fuit, Cynthia finis erit.

CALBO] incendar, ardebo, vt Od. 9. lib. 3. Donec non alius magis Arsiſſi.

MODO] cantus, carmina modulata.

REDDAS] reddere interdum est id, quod ab aliquo acceperis, ac didiceris vel recitare, vel cātare, vt hic, & supra Od. 6. huius libri, Reddidi carmen doctus modorum Paris Horati. & epist. ad Loll. 2. libr. 1. Et puerum sano credas dictata magistro Reddere. idem ad Pifones de arte poet. Reddere qui vocem iam fecit puer. & Lucrēt. lib. 4. reddere dicta. Et sonitus audire (seuera [al. sonora] silentia noctis Vndique cum consistit) reddere dicta tacentes.

ATRÆ] id est, tristes, vel quia tenebræ nigrae sunt, quæ viuis inuisæ, & tristes sunt: vel quia nigra omnia per se tristia & horribilia sunt. ceteris notauimus. vltatū est Horatio hoc epithetū, sup. Od. 14. lib. 3. Hic dies verè mihi festus atras Eximet curas, & Od. 1. eiusd. Post equitem sedet atra cura. & Satyr. 7. lib. 2. nam comes atra premit sequiturque fugacem.

AD VIRGILIVM.

Od. 12.

ARGVMENTVM.

Describit veris aduentum: tūm cum inuitat ad epulas, ea condicione, vt secum pro symbola, vnguenti nardini onychem afferat.

Iam veris comites, qua mare temperant, Impellunt anima linteæ Thraciæ: Iam nec prata rigent, nec fluuij strepunt Hiberna niue turgidi. Nidum ponit, Ityn flebiliter gemens, Infelix auis, Cecropia domus Aeternum opprobrium, quod male barbaras Regum est vltæ libidines.

Dicunt in tenero gramine, pinguium Custodes ouium, carmina fistula: Delectantque deum, cui pecus, & nigri Colles Arcadiæ placent.

Adduxere suum tempora Virgili: Sed, pressum Calibus ducere Liberum Si gestis, iuuenum nobilium cliens, Nardo vina merebere.

Nardi paruus onyx eliciet cadum, Qui nunc Sulpicius accubat horreis, Spes donare nouas largus, amaræque Curarum eluere efficac.

Ad qua si properas gaudia, cum tua Velox merce veni, non ego te meis Immunem meditor tinguere poculis, Plena diues ut in domo.

Verum pone moras, & studium lucri: Nigrorumque memor, dum licet, ignium Misce stultitiam consiliis breuem. Dulce est desipere in loco.

IAM VERIS COMITES] hæc Ode eiusdem ferè est argumenti, atque septima.

IMPELLVNT LINTEA] impellunt vela.

ANIMÆ THRACIÆ] id est, venti Thracij, nempe Fauonij. Quidā putāt Etesias significari, à quibus valde dissentio. nam Etesia æstate spirant: Fauonij vere ineunte, Quod autem Fauonios, qui dicuntur à Græcis Zephyri, aiunt quidam non esse Thracios, quia Aquilones, qui sunt Septentrionales, Thracij appellantur à poetis, respondeo, Homerum Ἰλιάδ. 1. facere etiam Zephyrum à Tracia vnā cum Borea spirantem. Sic enim ille, Βορρῆς, καὶ Ζέφυρος ποτὲ ἴσθησαν ἄπτον: ad quem verbum notat Eustathius, Zephyrum dici vnā cum Borea spirare ex Thracia, vel quod Thracia sit communis omnium ventorum quasi officina; seu commune domicilium: vel quod Zephyrus per Thraciam in mare Græcum incidat: vel quod Thracia falcis figuram præ se ferat: vel; vt alij volunt, signa litteræ: quare cum ita latè pateat, non esse mirum si ab vtraque eius parte hi venti spirare dicantur, Boreas à septentrionali, Zephyrus ab Occidentali. vide quæ sunt annotata sup. ad Odam 25. lib. 1. ibi, Thracio vento. Iam verò quod alij dicunt, hic æstatem perspicuè describi vel ex hoc versu intelligi posse, Adduxere suum tempora Virgili: dico eum referendū esse notū ad anni, sed ad diei tempus: nempe ad horam diei z iij

septimam aut octavam, seu potius nonā, ac decimam: quo tempore Romani cenare solebant. Quod si quis contēdat pertinaciter ad anni tēpus esse referendum, respondebo, in Italia Vernum tempus multo calidius, & sticulusus esse, quam in Gallia. Quocirca non debere esse mirū si dicat, *Adduxere sium*. Præterea versus illi superiores, *Nidū ponit, Ityn, &c.* declarat, hic ver describi, non æstatem. hirundo enim Veris est nūtia, vt sciunt omnes: vnde prouerbiū, *Pna hirundo ver non efficit*. Itaq; Horatius vernum tempus, significat per Zephyros & hirundinem primam epist. 7. lib. 1. ad Mæcenat. 2. *te dulcis amice reuifet Cum Zephyris, si concedas, & hirundine prima.* adde quod epithetum illud *veris comites*, argumēto est significari Fauonios, qui vnā cum vere ineunte spirant: neque probō quod illi, *veris comites*, interpretantur, *ver sequentes*. quemadmodum (inquiunt) Od. 7. huius libri, dixit *ver proteris æstas*. Longē enim hoc illi dissimile est. Nam ver quidē sequitur æstas: & cōuenit ita loqui. sed *etefia sequuntur ver*, non itē cōuenit. Multo autē minus cōuenit, ita describere etefias: *vertos ver sequentes*, *mare temperantes, &c.* Postremō vocem *comes* nō significare eū, qui subsequatur, & qui post earis: sed qui vnā & eodem ordine ingreditur, argumento est locus ille Od. 28. lib. 1. *de quoque deuexi rapidus comes Orionis Ilyricis notus obruit vndis*. Sed nimismulta de nugis. Vtatur suo quisq; iudicio. iam ex Lucretio, M. Tullio, Plauto, Terentio intelligere licet, quid intersit inter animū, & animam. Lucret. lib. 3. *Nunc animū, atque animam dico coniuncta teneri Inter se, atque vnā naturam conficere ex se: Sed caput esse quasi, & dominari in corpore toto Consilium, quod nos animū, mentēque vocamus.* Idem lib. 5. *ac prece quasi Pentorum pavidus paces, animāque secūdas.* Idem lib. 3. *Et magis est animus vitæ claustra cōtēns, Et dominantior ad vitam, quam vis animāi. Nam sine mente, animōque nequit resūdere per artus Temporis exiguam partem pars vlla animāi, sed comes insequitur facile, & discedit in aurā, Et gelidos artus in lethi frigore linqvit, &c.* Et M. Tull. Tuscul. lib. 1. *Animū autem animam nostri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus animam, id est, ventum. ibid. Ipse autem animus ab anima ductus est.* Idem ibid. *quam regionem cūm superauit animus, naturāque sui similem contigit, & agnouit: iunctus ex anima tenuis, & ex ardore solis temperato, ignibus infusit, &c.* Idem ibidem, *anima sit animus, ignis sit, nescio.* Plaut. Afinar. DE. *Animam adepol suauiterem, quam vxoris mea.* P H I L A E N. Dic, amabo, an fuerit anima vxoris tuæ? Idem Aulular. *sed me animam recipere sinas, te rogo.* Idem ibid. 5. *Quin cūm is dormitum, sollem obstringit ob gulam. E. cur? S. nequid anima forte amittat dormiens.* Terēt. Adolph. *quid sibi sinas, mi Geta? animam recipe.* Idē in Phorm. *Animam compressi, aurē admouī.* Iterum M. Tull. frumentaria, de Apronio, *qui non modo animam integrum, sed ne animam quidem puram conseruare*

potuisset. idem in Timæo, ita contigit, vt inter ignem, & terram, aquamq; poneret, eaque inter se compararet, & proportione cōiungeret, vt quemadmodum ignis anima, sic anima aqua: quodque animā aque, id aqua terra proportione redderet. Virg. in Sileno, *semina terrarūque, animaque, marisque fuisse, Et liquidi simul ignis.* Idem Georg. 2. *animāque & olentia Medi Ora fouent illo, & senibus medicatur anhelis.* Idem lib. 8. *Æneid. Quantum ignes, animaque valent.*

R I G E N T] horrent, squallent: frigore, glacie, gelu.

N E C F L. S T R. H I B. N. T.] nec fluuij niuib; & imbrib; hibernis aucti, horribile strepitum edunt. sup. Od. 2. eiuſd. libr. *Monte decurrens velut amnis, imbrēs quem super notas aluere ripas.*

N I D. P O N. I T Y N F L E B. G E M.] hirūdo (inquit) veris nuntia Ityn filium gemens a se interfectum in odiū Terēi viri sui, nidum ponit. Hesiodus ἐργ. καὶ ἡμ. hirundinem ὀρθροῦ βίου ἀπέλλαι, id est, manē gementem. Τὸν δὲ μυστ' ὀρθροῦ Πανδίωνος ἄποτο χελιδὼν Ἐσ φαδὸς ἀνθρώποις ἕαρος γόν ἰσαυδροῖο, id est, post hunc autē hirundo Pandionis filia surrexit, & in lucē prodit hominibus vere ineunte. apud Homerum item εἰδωτ. Penelopa Vlyſsem virū suum nōdum agnoscens, & tamen cum eo loquens, sese cum Iulcinia comparat Itylum filiu suū Iugente, his verbis: Ὄς δ' ὅτε Πανδαρεὺς κέρρη χλωρῆς ἀνδρῶν Καλὸν αἰείδησιν ἕαρος γόν ἰσαυδροῖο Δειδρῆον ἐν πετάλοισι χεθεζομένη πεκνοῖσιν, Ἦτε θαμὰ τρωπῶνα χεῖ πολυγῆα φωνῶ, Πῶδ' ὀλοφυρομένη Ἰτυλον φίλον. id est, Quēadmodum autē cūm Pandarei filia Chloreis Iulcinia suauiter canit vere ineūte ramis densis arborum infidens: Quæ se crebrō conuolucens vocem variam, & flexibilem mittit: filium Itylum optatum Iugens, &c. Plato autem in Phædone, negat hirundinē, Iulcinia, vrpupam, cynnos doloris, gemitūve causa canere, his verbis: Ἐδ' ἀπὸ τῆς ἡ ἀνδρῶν, καὶ χελιδῶν, καὶ ἐπὶ τῆς ὄν δὲ φασι Διὸς λυπῶν ἰσχυρῶν αἰδῶν, ἀλλ' ἔδδ' ταῦτα φαίνεται μοι λυπῶν αἰδῶν, ἔτε οἱ κῶνοι.

C E C R. D O M. A T E R N. O P P R. & c.] Eryſichthon Cecropis filius non regnavit Athenis. nā patre viuo mortuus est. Cecropi successit Cranaus, quē Amphictyon eius gener regno spoliavit. Hic rursus ab Eryſichthon eiectus est. Eryſichthonij autem patrem mortalem fuisse negant, natūque eum dicunt alij ex Marte & Terra, alij ex Vulcano & Terra, cūm Vulcanus Mineræ coniugio a Ioue impetrato, illa reluctāte effectum libidinis in terram profudisset. Huius filius fuit Pandion: cuius filia Procne & Philomela. Itaque, quod hanc auem æternum Cecropiæ domus opprobriū dicit esse, nō est ita intelligendum, eam ex stirpe & sanguine Cecropis ortam esse: sed Cecropia domus intelligenda est, regū Atheniensū familia, tamenq; non sit vna. Fabula autē notissima est de Procne in hirundinem,

run dinem, Philomela in Iulciniam mutata: quā cūm Tereus rex Thraciæ, qui Procne in matrimonio habebat, constupraſſet, ei ipsi, quā constupraſſet, linguam præcidit, ne vxori suæ rem euntyaret, quamquam alij putant Philomelā in hirūdinem, Procne in Iulciniam esse veras: vt Gorgias, qui cūm hirundinis volantis stercore inquinatus esset. ἀρχρόν γέ (inquit) φιλολομῆλα, refert Aristotel. lib. 3. Rhetoricor. Sic Virg. in Sileno: *Quas illi Philomela dapes.* sic & Varro lib. 4. de lingua Latina.

Q V O D M A L E B A R B A R A S, & c.] quā barbaram illam Terēi viri sui libidinem immaniter, & crudeliter vltā fuerat, nempe filio communi Ity interfecto. Propert. lib. 3. *Incepit absumtum ne sua mater Ityn.*

D E L E C T A T Q V E D E V M] Pana. fuit autem Pan (vt scribit Theocriti interpres) Penelopæ, & procorum filius: ideōq; Pan vocatus est, quia *Ἐν πάντων ἐσάρη*, id est, omnium semine factus est. alij Mercurij eius patrem fuisse, in hircū mutātū. De Pane scribit Plutarchus mirabile quiddā lib. *Ἐδ' ἡ Σαλαμοῖστων γρηγρη*. Epithetū quendā sibi narraſſe, cūm ille in Italiā nauigaret, & ad insulas Echinadas peruenisset, vesperi, mari placido, & tranquillo vocem esse auditam cuiusdam Thamum appellātis. Erat autē is Thamus gubernator nauis Egyptius non omnibus vectoribus notus. Qui cūm bis appellatus tacuisset, atque ad tertiam appellationem respondiſſet: eum, cuius erat illa vox, summa vocis contentione ita locutum esse: Vbi ad Palodes delatus fueris, nūtiato, Pana magnū diem suum obisse. qua voce audita, primum omnes, qui in nauī erant, metu perterritos esse: deinde cōsultasse vt rūtū praſtaret, eīne. voci obtemperare, an totam rem negligere. re inter eos communicata, & consultando agitata, ad extremum placuisse, vt Thamus, quod iussus esset, faceret, maximē si tūm, cūm ad illum locū peruenissent, malacia esset. itaque fecit: & quā clarissima voce potuit, proclamauit, magnum Pana obisse. Vix dum clamādi finem fecerat, cūm ingens factus est non vnus, sed veluti compluriū hominum gemitus. id cūm Romam perlātū esset, Tiberium, qui tum imperium obtinebat, ita ei nūtio fidem habuisse, vt doctissimis quibusque hominibus conuocatis, & coactis, quærere instituerit de Panis ortu, genere, & natura. Illos autem re multūm, diūq; disputata, ad extremū sine vlla diffensione ac varietate pronūtiāſſe, Pana, de quo quæreretur, & qui diē suū obisse diceretur, Mercurij, & Penelopæ filium fuisse. Non desuerunt Christiani hōmines, qui hūc Pana, Christum fuisse putarint, magnum omnium mortalium pastorem, & seruatorē: tēpora certē conueniunt. conueniunt & ea, quæ ab antiquis de Pane tradita sunt: Pana, deum esse rusticū in naturæ similitudinem conformātū: vnde & πᾶν dictus est, id est, omne, quasi naturæ vniuersæ

deus. habet enim cornua, quæ radios solis, & cornua lunæ significāt, rubet eius facies, quæ significat naturam atheris igneam. ad pectus pellem ceruinam habet stellatam, qua cælū stelliferū, seu stellis distinctum significatur. pars eius inferior, hirsuta est, qua designantur arbores, virgulta, herbæ, fruges, feræ, & ceteræ animātes in terra sedem habentes. pedes sunt ei caprini, vt declaretur terræ stabilitas, firmitas, ac soliditas. fistulam tenet septē calamus compactam, vt ostēdatur cæli harmonia ex vno cæli, & altero septē siderum motu contrario, vnde septem soni efficiuntur, constans. virgam incuruam, seu pedum gestat, propter annum, qui in se recurrit. Idem cum Amore deo, seu Cupidine luctatus est, ab eoque superatus. Sic Deum huius mundi opificem, amor generis humani vicit, & (pæne dicē) coëgit, vt forma humana sumta terras incoleret oucis pasceret, hoc est, homines veritatis & simplicitatis amāteis erudiret, eōsq; ex Orci faucibus morte sua vindicatos ac redemptos seruaret, & (vt Arnobij verbo vtatur) sospitaret. Herodotus in Euterpe Pana scribit a Mendesiis in octo diis numerari. hos autem deos octo, duodecim diis priores haberi. Addit præterea Pana à pictoribus & fictoribus Græcis ac Latinis ἀγορεύουσαν, & πρᾶσσελῆα, id est, faciē caprina, & auribus hircinis pingi. & sculpi solere.

N I G R I C O L L E S A R C A D I.] Virg. Gallo, *Pan deus Arcadia.* Arcadia, frumenti ferax. Nigra autem terra, frumentis optima. iccirco nigros Arcadiæ colleis dixit. Virg. Georg. 2. *Nigra ferē, & presso pinguis sub vomere terra, Et cui putre solum (namque hoc imitamur arando) Optima frumentis. non vllō ex aqore cerues Plura domum tarāis decedere plauſtra iuuenis.*

A D D V X. S I T I M T E M P. V I R G I L I.] Alcaeus, πᾶντα δὲ δὴν ἄσπο πάματος, id est, omnia præ calore & æstu sitiunt. Virgil. lib. 3. Georg. *Inde ubi quarta ssum veniens collegeris hora.*

S E D P R E S S V M C A L I B.] sed si vinum Calenū haurire & bibere cupis. sup. Od. 11. lib. 1. *Cacubum, & pralo domitam Caleno Tubibes vnam ducere* interdum est spiritu attrahere, vt hic, & sup. Od. 17. lib. 1. *Hic innocenti pocula Lesbij. Duces sub umbra.* & apud M. Tull. lib. 2. de nat. deorū. *ab aere eo, quem spiritu ducimus.*

G E S T I S] id est, vehementer cupis. Gestis (inquit Festus) qui subira felicitate ex hilaratus, nimio corporis motu præter consuetudinē exsultat.

I V V E N V M N O B I L I V M] Claudij, & Drusi.

N A R D O V I N A M E R E B E R E] vnguento nardino dato, vinū Calenū accipies, id est, si vnguentum nardinum afferes, ego vinum Calenū tibi depromam. In quibusdam libris scriptum reperit, *merereberis.*

N A R D I P A R V V S O N Y X] idem dicit, quod paullo antē dixerat. nam Virgilium ad cenam eā cōditione inuitat, si nardi concham, aut

onychem afferat. Cōtrā Catull. cenaturum esse apud se Fabullū dicit paucis post diebus, si modò ille cenam lautam, & copiosam attulerit cū vino & sale: se autem nihil præter vnguentum fragrantissimum præbaturum. sic Catul. *Cenabis bene mi Fabulle apud me paucis, si tibi Dij fauent, diebus, si tecum attuleris bonam, atque magnam Cenam, non sine candida puella, Et vino, & sale, & omnibus ca-chinnis.* deinde paucis verbis interpolitis, *Nam vnguentum dabo, quod meæ puellæ Donarunt Penere, Cupidinisque.* hunc autē (vt ait Dioscorides lib. 2. *πωμά βετι καρχηλιου ομοιον τῶ τ' πορφύρεος, εὐρεσιολιδιον εν τῇ Ἰνδία εν τῶς καρδοφόροις λί-μναις, διὰ τῆς ἀρωματικῆς νεμοιδρον τῆς κορχηλιῶν τῶς καρδον,* id est, onyx, conchylis est o-perculum, purpuræ operculo simile, quod reperitur in India in paludibus iis, quæ nardum ferunt. Itaque & odores suauissimos afflat, quoniā conchylia nardo vescuntur. Ex his igitur siue testis, siue conchis, fieri poterant vasa ad vnguentū seruadum aptissima, ex quo hunc vnguentariū odore iam essent penitus imbuta. alij dicunt Onychē esse marmoris genus, & onychē hic interpretatur, ampullam marmorēam. Est etiam ὄνυξ lapis idem, qui alabastrites, ex quo ὄνυξ vnguentariū id est, vas ad diuturnam vnguentū custodiā probatissimum, vide Hermolaum Barbarū. Duxerunt autem appellationem & hic lapis, & hæc cōcha à similitudine vnguis humani, quia nihil sit in eis rugosum, nihil asperum: sed omnia, vt in vngue, lauia ac polita. Propertius lib. 3. *Sit mēsa ratio, nōxque inter pocula curvat: Et crocino narvis myrrhem vngat onyx.* & Catull. de coma Berenices; *Nunc vos, optato quas iunxit lumine teda, Non prius unanimis corpora coniugibus Tradite nudantes reiecta veste papillas, Quam iucunda mihi munera liber onyx.* Est etiam onyx gemma coloris candidi, ex qua vas vnguentariū fieri solitum esse cōstat.

QVI NVNC SVLP. ACCVB. HORB.] Od. 28. lib. 3. *Parcis deripere horreo Cessantem Tibuli consulis amphoram.* in verbo *accubat* autem tralatio est à rebus animatis: positumque est pro acclinatur, seu acclinatum est.

SPES DONARE NOVAS LARGVS.] largus & liberalis in afferenda & donanda noua ipse: vt epist. ad Tōrtqu. lib. 1. *Spes inber esse ratas, largus donare,* id est, largus ad donandum.

AMARÀ QVE: CVRÀ RV M.] id est, amaras curas, seu potiùs amatores curarū. sic loquitur Od. 1. lib. 2. *Et cuncta terrarum subacta.* & saty-rā (secundā libri secundi, *Corruptus vanis rerum.* & vltima eiusdem, *dimque Ridetur fictis rerum Bala-trone secundo.* & epistola ad Pifones, *Indiciis mon-strare recentibus abdita rerum.* & epist. ad Scæuiam, *tu poscis vilia rerū.* sic Iliu. *subita rerum.* lib. 9. *incerta cāsum.* lib. 30. & alibi, *diuersa montium.* & Lucret. lib. 1. *Inter septa meant voces: Et clausa domorum Trā-svolitant.* idem lib. 2. *Nunc hic, nunc illic superant vi-talia rerum, Et sperantur item.* ibidem. *Contempla-tor enim, cum solis lumina cumque Inferium fundunt*

radios per opaca domorum. & lib. 6. *penetrat per rara viarum.* Virgil. lib. 6. *En. per opaca viarum Corri-piunt spatium medium, foribusque propinquat.* idem lib. 2. *Obfudere alij telis angusta viarum.* Patereculus *auersa viarum, & aua iuuentum.* sic etiam Græci. Aristoph. Pluto. ὁ Ζεὺς μὲν οὐδ' εἰδὼς τὰ τούτων μῶρες, id est, Iupiter igitur sciens horum stulta, id est, stultitias.

ELVERE EFFICAX.] ad eluendas curas efficax. suprā ann. ad Od. 8. iam, quod hoc vinū ad curas eluendas efficacem esse dicit, id omniū vinorum commune ferē est: atque hanc laudem omnibus propemodū vinis tribuunt poetæ. itaque vinum λαθημδέα, id est, obliuionem mærorum afferens: & πωσιλιππον, id est, molestiis modum & finem imponens. & νηπεσθές, id est, lucem adimens, seu lucem liberans. & χαλκῶν ἐπιληθον ἀπάντων, id est, malorum omnium obliuionem inducens, appellant Græci: obliuiofum Latini, vt Horat. suprā Od. 7. lib. 2. *Obliuiofo pocula Mæstico Cibaria exple.* eodem pertinet illud Od. 9. cpod. *Curam meūmque Casaris rerum iuuat Dul-citudo solvere.* & illud Od. 13. eodem lib. *Illic omne malum vino, caritudo leuato Deforinis agymonia Dul-cibus alloquit.* & illud saty. 7. lib. 2. *Nunc vina qua-rens, nunc somno fallere curam.* & hi Alcæi versus apud Athenæum, *Οὐδέ γὰρ κελαιοσιν θυμὸν ἐπιπέ-πειν. Προκόλομεν γὰρ οὐδ' ἐν ἀσπιδόροι, Ω Βα-κχί. Φαρμακὸν δ' ἀείπειν Οἶνον ἐνεκγεμῆτους με-θύου. Ναι,* quos sic vertimus, *stultum est malis cor dedere languidum, O Bacchi: affluemur profus enim nihil ad erendo, pharmacum opimūm autem est, Feru-idiore madere vino.*

CVM TVÀ MEROB.] cum onyche nardi. **I M VNEM.]** inancem, nihil afferentem, vt annotatum est ad Od. 23. lib. 3. Sic apud Virgil. Georg. 4. *Immuniisque sedens aliena ad pabula fucus.* Sed Græcum verbum exprimere voluit, *ασηβολυμ*: quo vtitur Terent. Phorm. *tene aσηβολυμ venire vnicūm, atque lanium è balneis.* Non vult igitur Horatius, Virgilium venire *ἀσυβόλον*, id est, sine symbola. Animaduertendum est autem tum apud Græcos, tum apud Latinos, quemadmodum & apud nos, cenas alias fuisse conuiu-toris sumtu apparatus, atque instruat: alias, in quas suam quisque partē conferebat. has ἐργασί-illas *εἰλαπίναι* appellat Græci, ab eo, quod quasi gregatim, seu turmatim, aut turbatim compo-tarent, *ὡδὲ τὸ κατ' ἴλας πίνειν*: vel ab eo, quod vniuersum, & quasi in gyrum, *ὡδὲ τὸ εἰ-λαπίν*, seu εἰληπίν, seu εἰλεπίν. Hom. ὀδυσα. α. *Τίς δ' αἴς, τίς δ' ὁμιλος ἔδ' ἐπλετο; πῆτε δ' ἐσ-πεί;* *Εἰλαπίν*, ἢ γάμος; ἐπει οὐκ ἔρανος τὸ δ' ἐ γ' ἔστιν, id est, Quod epulum, quis cæterus hic est: quæ tandem te cogit necessitas? turri: conu- uiuium publicum, an nuptialis cena? Nam non est conuiuium: ex collecta. & ὀδυσα. λ. *Η γάμος, ἢ ἐργασί, ἢ εἰλαπίν. τε γαλήν,* id est, Aut nuptia-li conuiuio, aut ex collecta, aut cena publica & vniuerfa omni epularum copia referta. in ἐργασί autem,

alitem, id, quod confertur à conuiujs, *συμβολυμ* Græci, & symbolā Latini vsucapto vocabulo nominat: *collecta* Latino & proprio. itaq; quod apud Terent. Andr. vulgò legitur *symbolum dedit*, corrupta scriptura est. nam, vt aliàs admonui, symbolam legendum, quod item dudum docuit Adrianus Turnebus, vir doctiss. & ita scriptum est apud Plautum in Stichō, *eadem nocte symbolam dabo*, Praterèa interpretes Homeri sic docent, *ἐρανος λέγεται τὸ συμβολυμ γινώσκον δ' εἶπεν.* & interpres Theocriti ad εἰδ. ζ. *ἔπει δὲ τῶν Ἑραδιωτότων παροισμῶν, ὅτις ἔπει δ' εἶπεν κληθείς ὡς ἔργασί, ἢ χαλός ἔστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς,* qui ad cenam vocatus tardius venit, aut claudus est, aut non dat symbolas. & Procu-lus in hunc locum Hesiodi, *Μηδὲ πολλὸν εἴνου δαίτης διαπέφελος εἶναι. Ταῦτα φησὶ, ἔρανον δ' ἴδωσι τὰς κελουμῶνας συμβολάς. αἷται γὰρ πολύτροποι ἐν θεῖς οὐκ τὴ κοινῇ πολλοῖς συσσίτην εἶναι, ἀεζέεισσαι μὴ οὐκ εἶναι διασπρόστον ἐν ταῦταις, καὶ δύσκολον, ἐρούσαις διαπάλῃ μὲν εἰλαπίνῃ, χαλῶν δὲ πλείτερον ἄλλοις κοινῇ ναι. οὐτω γὰρ παλαιὰ συνείσηται ἀλλήλοις συσσί-σφύροντες εἰς τὸ κοινὸν ἔρανοι, καὶ μετ' ἀλλή-λων ἐπιμῆροι,* id est, hæc, inquit, locum dant symbolis, quæ appellantur. hæ enim valde hospitaes, & multorum hospitium fuerint, multos inter se concilians, vt vnà cibum capinat, & efficiētes ne quis in eis se aditu difficilē, & morosum præbeat, quia sumtum quidem exiguum habeant, iucunditatem autem & gratiam pluri-mam propter communionem. Sic enim olim vnà inter se cibum capiebant, conferentes singu-li in commune, & vnà inter se epulantes. sic Alexi apud Athen. lib. 6. οὐ γὰρ μὴ πθῆται συμ-βολάς, Πρυτανεία ταῦτα ἀεζοσσορεύεται. vbi enim non cōferuntur symbolæ, ea prytanæa ap-pellantur. Hegesander apud eundem lib. 8. *τῶ συμβολυμ τῶ εἰς τὰ συμπόσια.* Ἐπὶ τῶν συμ-πιρότων εἰσφερομῶν Ἀργείοι καὶ κελουσί, τῶ δὲ μεῖδα. ἀσαι, id est, symbolam, quæ à cōpotantibus in conuiuia confertur, Argiui καὶ appellant, portionem autem ἀσαι. Erat & tertium genus, γάμος, id est, cōuiuium nuptiale, vt intelligere licet ex illis verbis. Homeri, quos suprā protulimus. quod quamobrè præberetur, nomen ipsū declarat. Erat autem hoc quoque, quod nuptiale dicitur conuiuium, magnificentum, & sumtuosum, & liberale, vt perspicuū est tūm ex iisdem verbis, tūm ex Aristot. lib. 4. de mo-ribus ad Nicom. vbi loquitur de eo, quem βα-γασον Græcè nominat, ego operariorum more insolentem in sumtu faciendo Latine reddidi. verba Aristot. sunt hæc, *καὶ λαμπρῶτατος ὡδὲ μέλος, οἷον ἐρανοῖς γαμωῖς ἐπών,* id est, & splen-dorem ac magnificentiam ostentat in concinnè atque inuenustè, verbi gratia, nuptiali apparatu eos accipit, qui symbolam in cenam dederunt.

TINGERE.] τίνγειν, quo verbo vtitur Al-caeus: vel dicēdum positum esse tingere, pro ma-

defacere: cui respondet Græcū *βρέχειν*. Sed non dissimulabo me reperisse in vno cod. Vatican. & Ianno & aliqñtque alijs, *tingere*.

NIGROVMOVE MEMOR.] id est, ro-gi, busti, mortis memor.

DVM LICET.] dum vitā manet, & dū fert ætas. sic Saty. 6. lib. 2. *quo, bone, circa, Dum licet, in rebus iucundis vine beatus: Vix memor, quā sis auibrenis.* vide annot. ad Od. 9. lib. 1.

MISCE STVLTIT. CONSIL. BREY.] misce feris iocosa. Nam animus humanus perpetuā contentione ferre non potest. & nisi interdū ioco ac ludo remittatur & relaxetur, obtunditur, atque (vt verbo Lucretiano vtar) ob-brutescit. Rectè igitur poeta noster ita monet, Oda 11. lib. 2. *quid æternis minorems Consiliis animūm fatigas?*

IN LOCO.] opportunè: cum tempus, & lo-cus ferunt, aut etiam postulant. *ἐν χερσῶ.*

IN LYCEN.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

Insultat ei, quod iam anus fiat, & libidine fla-grans, contemnatur à iuuenibus.

A *Vdiuere Lyce di mea vota: dij Audiuere Lyce. fis anus, & tamen Vis formosa videri: Ludisq; bibis impudens: Et cantu tremulo pota cupidinem Lentum sollicitas ille virentis, & Doctæ psallere Chia, Pulchris excubat in genis. Importunus enim transuolat aridas Quercus, & refugit te, quia luridi Dentes, te quia rugæ Turpant, & capitis mines. Nec Coæ referunt iam tibi purpura, Nec clari lapides tempora, quæ semel Notis cōndita fastis Includit volucris dies. Quò fugit Venus? heu: quò ve color decēs? Quò motus? quid habes illius, illius, Quæ spirabat amores: Quæ me surpuerat mihi,*

*Felix post Cynaram, notaque, & artium
Gratarum facies? sed Cynara breuicis
Annos fata dederunt,
Seruatura diu parem
Cornicis vetula temporibus Lyceni
Possent ut iuuenes visere feruidi
Multo non sine risu,
Dilapsam in cineres facem.*

A V D I V E R E L Y C E] Lycæ meretrici nunc tandem senescit, insultat, cuius ferociam ac superbiam queritur. Oda 10. lib. 3. *Extremum Tanam si biberes Lyce, &c.*

L Y D I S Q] & ludis ludos amatorios, & Venereos: hoc enim significat ludere interdum. vt *Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti.* epist. 2. lib. 2. Terent. Eunuch. *quia consimilem luserat ille ludum.*

E T B I B I S I M P V D E N S] in eo declaras, quàm sis impudens, quòd ludas, & bibas proinde ac si puella esses. puellas autem hoc loco accipio pro scortis. nam neque puellæ virgines, & pudicæ, neque matronæ Romanæ vinum bibebant, vt annotauimus sup. ad Od. 15. lib. 3. quem locum huc ascribere libet, quia cū hoc cõgruit. *Te lana prope nobilem Tonsa Luceriam, non citbara decent: Nec flos purpureus rosa, nec poti vetulam face tenus cadi.* vbi quidam non rectè censuerunt legendum sed poti vetulam, &c.

C A N T V T R E M V L O] qualis est fenum, & vetularum.

C V P I D. L E N T V M S O L L I C.] amoris flammam in te iam exstinctam, & pane emortuam, cantu prouocas, & excitas.

I L L E V I R E N T I S E T D O C T.] Ille autem, nempe Cupido, vigil cubat in genis Chia puellæ atate florentis, & psallendi perita.

E X C V B A T] vigil cubat, cū in te sit sopitus, ac, pæne dicam, sepultus.

I M P O R T V N V S] qui nec quiescit, nec alios conquiescere sinit, diximus suprà ad Odam 6. lib. 3.

A R I D A S Q V E R C V S] δρῦς αἰχμαλίας, γερωνόρα, vetulas significat, quæ atate defloruerunt, atque exaruerunt.

L V R I D I D E N T E S] illumie squallidi, & crocei coloris: litridi. suprà *Orcum luridum* dixit Od. 4. lib. 3. & infra Od. 17. epod. *ossa pelle amicta lurida.* γρηλαίους ὀδύνης eodem sensu dixit Anacr. Luridum dictum est à lura, vtre, seu culleo seu pelle: quæ prius, quàm sit aliquo colore suffusa, pallida & crocei, vel lutei coloris est.

C A P I T I S N I V E S] canities, canis. sic loquitur Antipater in epigram. illo, quod scripsit in Biantem lib. 3. epigr. Τῆδε Βίαντα κέλευθα, τὸν ἀτρέμας ἤγαγεν ἐμῆς. Eis ἀδύλω πολλῶ γρηλαί νφόμενον, id est, hic Biantem texi, quem tacitè,

seu quietè ad Orcum duxit Mercurius canæ senectæ niuibus persulum. Iam Græci γρηλαί πολιορκίαρον solent appellare. [Sed Quintilianus, hanc translationem ait esse duram lib. 8. Car. de tropis his verbis, *sunt & dura, hoc est, à longinqua similitudine ductæ, vt capitis viues.*]

N E C C O A R E F E R E N T] nec Coæ vestes (inquit) id est, tenues, subtilisque, & bombycino filo contextæ: nec gemmæ ætatem illâ florentem, quæ iam abiit, tibi reducent. Significat nec vestitus elegantia ac nitore, nec gemmarum pretio, ac fulgore formam amissam, & tempore ac vetustate consumtam atque extinctam renouari. Coas vestes fuisse admodum tenues, & pæne pellucidas declarat locus Saty. 2. lib. 1. *Alteram nil obstat Cois tibi, pæne videre est, vt nudam.* quam quidam libri veteres illic habent, *Alteram nil obstat. Chlorim tibi pæne videre est, vt nudam.* Hermolaus Barbarus autem conatus est ostendere, in omnibus libris, vbi Coæ vestes appellantur, mendum inesse, & Cæas vestes, ab insula Cæo, non Coas esse nominatas. ego tamen non sum ausus scripturam inueteratam immutare.

N E C C L A R I L A P I D E S.] nihil muto. Nam quàm mihi valde placeat altera scriptura, quæ reperitur in duobus codicibus Vaticanis & in lannoct. Vrs. Tornes. vno Russard. *Nec carè lapides, mouet me tamè locus ille apud M. Tull. lib. 4. accul. Candellabrum è gemmis clarissimis opere mirabili perfectum.* nisi quis etiam locum corruptum esse dicet, & legendum esse contendet, è gemmis carissimis. Omnino & hæc recepta tolerabilis, & illa altera probabilis est.

T E M P O R A, Q V A S E M B L N O T I S, & c.] id est, tempora præterita, ætatem exactam, præteritos annos: vt Virg. *Æn. 5. O mihi præteritos referat si Iupiter annos.* solebāt autem Romani (vt sciunt omnes) cū res foris gestas, tum acta vrbana singulorum annorum, & cõs. nomina in fastis, memoriæ publicæ causa, perscribere. icircòd suprà *memores fastos* appellat Od. 17. lib. 3. & Saty. 3. lib. 1. *fastos mundi.* Tempora si, fastosque volles euoluere mundi. Quæ sunt igitur in fastis perscripta, aut incisa, ea sunt præterita: & quæ præterita, si modò sunt alicuius momenti, fastis includuntur. Porphyrius *includit* interpretatur *signauit, deposuit, sepeluit.* Includi enim tumulo, vita defuncti intelliguntur.

Q V O V E C O L O R D E C E N S] colorem decentem eadem ratione, eodèmq; ferè sensu dixit, quo suprà Od. 27. lib. 3. *malus decentem.* Antequam turpis macies decentem occupet malus, in quibusdam lib. scriptum est calor decens.

S P I R A B A T A M O R E S] ἔρωτας ἔπειναι, sic enim loquuntur Græci. Anacreon ἀπαλλῶ παῖδα καὶ τρωγῶν, Κόσπιν ἔλλω πνεύσας, id est, teneram puellam tenens, quæ totam Venerem spirat. M. Tull. ad Q. Frat. lib. 3. *sed minantur tamen, in primisque Aph. πνεύων Q. scânula,* id est, Martem spirans. sic epistola ad Augustum lib. 2. *Et spirat*

spirat tragicum satis. & Virgil. Georg. 2. *spirantes naribus ignem.*

Q V A M E S V R P V E R A T M I H I] id est, quæ optimam mei partem mihi furtim ademerat. *surperat* autem συρπῶν, pro subripuerat: quod est admodum vlitatum & huic, & ceteris poetis. vt Saty. 3. lib. 2. *unum me surpente mori,* pro subripite. Lucret. 2. *quapropter vbi ipsam Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debet.* Virgil. *Æneid. 8. Cingite fronde comas, & pocula porcite dextris.*

F E L I X P O S T C Y N A R A M] de Cynara. sic epist. ad Villicum lib. 1. *Quem scis immunem Cynara placuisse rapaci.* & epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *Inter vna fugam Cynara mare proterua.* post Cynaram autem, vel quia foli Cynaræ cedebat: vel quia Cynara mortua est.

A R T I V M G R A T. F A C.] facies lepōris, & venustatis plena: facies instructa atq; ornata iis rebus omnibus, quæ homines ad amandum allicere & possunt, & solent, vt oculorum splendor & flagrantia, frontis laeior, oris nitor, vultus ad risum & hilaritatem compositus, & quasi natura factus, labrorum natiuus rubor, & arte adiutus, genarum candor puniceo colore temperatus. & simil.

P A R E M C O R N. V E T V L A T E M P.] sup. Od. 17. lib. 3. *Amosa cornix.* cornicum viuacitas prouerbij locum obtinuit. Hesiodus *Εὐνάτοι ζῷοι γρηλαί λαχέουζα κοράνη Ανδρῶν ἡσώντων,* id est, *Treis iuuenum atates, & bis sex garrula cornix Mittitur viuendo diu.* Lucr. lib. 1. *cornicum vt sacra vetusta.*

D I L A P S A M I N C I N. F A C E M] vel te, quæ olim oris tui suauitate, & flagrantia oculorum iuuenes incendebas, nunc consumtam, aridam, exsanguem: vel formam tuam olim eximiam nunc corruptam. *dilapsam* autem legendum est, non *delapsam*, vt habent nonnulli mendosi codices, etiam veteres. sic Virgil. Georg. 4. *dilapsus in aquas dixit,* vbi de Proteo loquitur. *aut in aquas tenuis dilapsus abibit.* idem lib. 4. *Æneid. dilapsus calor,* absolute. & *vna Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.*

A D A V G V S T V M.

Od. 14.

A R G V M E N T V M.

Augusto nullos à senatu populòque Romano honores deferri dicit, qui virtutes eius æquare possint. Viçtorias, quas eius priuigni de variis gentibus reportarunt, celebrat: tanquam ad ipsius Augusti felicitatem simul & gloriam pertinentes: quòd nimirum bella auspiciis illius gesserint. Tandem igitur quassibet gètes, etiam quæ in remotissimis terræ partibus sitæ sint, eius imperium agnoscere & venerari ait.

Q V A C U R A P A T R U M, Q V A R E Q U I R I T I U M

** Plenis honorum muneribus, tuas
Auguste virtutes in eum
Per titulos memoresq; fastos
Æternet? ò quæ sol habitabileis
Illustrat oras, maxime principium,
* Quem legis expertes Latina
Vindelici didicere nuper,*

*Quid Marte posses. milite nam tuo
Drusus Genaunos, implacidum genus
Brenosq; veloceis, & arceis
Alpibus impositas tremendis,
Deiecit acer, plus vice simplici.
Maior Neronum: mox graue praliū
Commisit, immaneisq; Rhætos
Auspicijs pepulit secundis,
Spectandus in certamine Martio,
Deuota morti pectora libera
Quantis fatigaret ruinis:
* Indomitas propè qualis vndas
Exercet Auster Pleiadum choro*

*Scindente nubeis: impiger hostium
Vexare turmas: & frementem
Mittere equum medios per igneis:
* Sic tauriformis voluitur Ausidus:
Qui regna Dauui persluit Appuli:
Cum sauit: horrendamq; cultis
Diluuiem mediratur agris:
Vt Barbarorum Claudius agmina
Ferrata vasto diruit impetu:
Primosq; & extremos metendo
Strauit humū sine clade victor,
Te copias, te consilium, & tuos
Præbente diuos, nam tibi, quo die
Portus Alexandria supplex,
Et vacuam patefecit aulam,
Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus:
Laudemque, & optatum peractis
Imperij decus arrogauit.
Te Cantaber non ante domabilis,*

Te Cantaber non ante domabilis,

Medusq; & Indus: te pfugus Scythos
Miratur, ô turela præsens
Italia, dominæq; Romæ:
Te, fontium qui celat origines
Nilusque, & Ister: te rapidus Tigris,
Te belluosus, qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis:
Te non pauentis funera Gallia,
Duræq; tellus audit Iberia:
Te cadæ gaudentes Sicambri,
** Compositis venerantur armis.*

QVÆCVRRA] significat, senatum, populūque Rom. quantumvis studij, curæque conferat ad iustos, & meritis Augusto honores decernēdos, nullos tamē eius in patriam meritis dignos decernere vllō modo posse.

PATRV M] senatorum. Sallust. de bello Catil. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reip. consulebant. hinc vel atate, vel cura similitudine patres appellabantur.

QVIRITIV M] populi Rom. supra Od. 1. lib. 1. Hunc si mobilium turba Quiritum, &c.

PLENIS HONOR. MVNERIB.] honorificis muneribus, vt statuis, triumphis, monumentis publicis.

PER TITVLOS] per inscriptiones tuas virtutis, tuorumque in reimp. meritum indices.

MEMORES QVÆFASTOS] qui continēt, memoriam rerum foris, & domi gestarum, actorumque publicorum: sup. Od. 17. lib. 3. & Ode superiore.

ÆTERNET] perpetuet, æternas reddat. Varro lib. 2. rerum humanar. litteris ac laudibus æternare, ex Nonio.

QVÆ SOL HABITABILES] ô omnium principum, qui terrarū parteis habitabiles incolunt, maxime. non enim omnes terrarū partes sunt habitabiles, vt sup. Od. 2. lib. 1. quæ, id est, qua parte, seu quibus partibus: cod. Rain. Card. habet o, quæ lux, &c.

QVEM LEGIS EXPERT. LAT. VINDEL.] de Vindelicijs sup. Od. 4. huius libri. Vide re Rhæti bella sub Alpibus Drusum gerentem, Vindelici. Iam hoc genus loquendi, quem, nempe te, Vindelici didicere, Quid Marte posses, Græcorum est proprium, quo sæpe vtuntur Comici, & Tragici, & alij. Aristoph. in Pluto. ἄλλ' ἢ τῶν ἑσπερίων σαυτὸν, ὅτις εἶ, φεράσον: age igitur, prius te ipsum, qui sis, dicito. Sophocl. in Thracin. τῶν θεῶν φεράσον, φίλη Δεσπόνα, τὸνδε, τίς ποτ' ἔστιν ὁ ξένος, id est, per deos, dicito hunc, cara domina, seu hera, quis tandem sit hospes. Plato in Phædro. καὶ εἰδέναι τὴν τὴν ἑραστὴν φίλιαν, ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίνεται, id est, & scire oportet ama-

toris amicitiam, quod nō est cum benevolentia coniuncta. Terent. in Eunuch. Ego illum nescio, qui fuerit. hoc quod fecit, res ipsa indicat. M. Tull. epist. ad Q. Frat. lib. 2. Hæc me, vt confidam, faciunt. Plautus Afinar. Verum meam uxorem nescis, qualis sit. Idem Aulular. Ego te faciam, miserimus mortaliū vti fier. Idem in Menachmis. Solem vides, vt statim occacatus est præ huius corporis candoribus?

LEGIS EXP. LAT.] id est, qui suis legibus viuunt, neque Romanis, aut vllis alijs astricti sunt.

GENAVNOS, &c.] magna est in his nominibus librorum antiquorum varietas. alij habēt Geranos, Brenosque. alij Genauos, Breuōsque: sed plures Genauos, Breuōsque. Strabo lib. 4. si locus emendatus est, hos populos Tenaos, & Brencos appellat his verbis, οἱ δὲ οὐρανὸν ἐκείνη Νότιοι τὴν Σελίδος παραρτήσαντες κατέχουσι τὸ πλεον μὲτὰ Βρέσιων καὶ Τενάων, id est, Vindelici autem & Norici eam, quæ extrâ est, partē montib. vicinam ferē totam incolunt, cum Brencis & Tenaus. Itaque, vel ex illo Strabonis loco Horatius est emendandus, & legendum hîc Tenaos, seu Tenaunos, & Brencos: vel ex Horatio, Strabo est corrigendus. omnino vel Tenaunos, & Brencos, vel Genauos: vel Genauos, & Brennos, seu Breunos potius: non Gelonos legēdum puto.

IMPLACIDVM GENVS] horum populorum immanitatem ex paucis verbis Strabonis cognoscere licet. οὐ μόνον ἀνδροφονέουσι, ἀλλὰ καὶ μέγιστον ἄρρεων τρεφόντων, καὶ μὴδ' ἄλλοι παυρόμνητοι καὶ τὰς ἐγγύτους γυναικῶν κτείνουσι, ὅσας φάσιν οἱ μάλιστα ἀρρεοκτείνουσι, id est, non solum viros interficiunt, verum etiam vique ad infantes masculos progrediuntur: & ne hîc quidem desinentes, etiam prægnantes mulieres trucidant eas, quas vates dixerint in vtero masculos gerere.

DEIECIT] aptissimo verbo vsus est, & pæne dicam, militari vtitur eo sapitissime & Cæsar Deiecit autem plus vice simplicis, id est, plus quàm semel: semel atque iterum deiecit.

MAIOR NERONVM] Claudius Tiberius Nero. de quo sic Sueton. Exhinc Rhæticum, Vindelicumque bellum, inde, Pannonicum, inde Germanicum gessit. Rhæticum, ac Vindelico gentis Alpinas, Pannonico Brencos & Dalmatas subegit. epist. ad Iul. Florū lib. 1. Iuli Flori, quibus terrarum militet oris Claudius Augusti primignus, scire laboro. Maior Neronum autē sic dixit hoc loco, vt in lib. de arte poet. O maior inuenum. & saty. 6. lib. 1. qui se vulsum ferre negat Noniorum posse minoris.

MOX GR. PROEL. COMM.] mox, Genauis, & Brēcis, seu Breunis præsidio deiectis, pugna cū hostibus commisit, & signa contulit.

SPECTANDVS IN CERT MART.] dignus, qui spectaretur in prælio, quātis ruinis & cladibus vexaret Rhætorum animos, morte liberam non extimescentis. certamen Martiū dixit, quia sunt quædam certamina ludicra, vt prælia

prælia campestria, vt epist. 18. lib. 1. sunt & certamina diuitiarum, vt epist. 4. eiusd. & certant inter se homines ingenio, contendunt nobilitate, vt ait Lucret. lib. 3. Certare ingenio, contendere nobilitate.

DEVOTA MORTI PECT. LIB.] Rhætorum pectora ita mortem non horrentia, vt se morti deuouisse viderentur. morti libera autem, vel quia sponte sua, & nulla necessitate coacti mortem oppetebant: vel quia qui pugnantes in acie cadunt, liberi moriūtur: & ita libera epithetum est perpetuū mortis, quæ in acie oppetitur.

INDOMITVS PROPE QVAL VND.] Drusum Rhætorū turmas præclis fecundis vexantem, ac profigantem comparat cum Austro Virgilijs exortis, quæ tēpestates excitant, vndas maris agitante. Ordo autem verborum hic est, Drusus impiger hostiū vèxare turmas, & mitt. frem. eq. p. magn. qualis propemodum est Austro cum vndas exercet, Pleiadum choro scindēte nubes.

EXERCET] fatigat, agitat. vt apud Virgil. Georg. 3. exercita cursum flumina.

PLEIADVM CHORO] Pleiadas Atlantis fuisse filias, nunc stellas in Tauri cauda locatas, (Virgilijs nominat Latini) quarum sex dumtaxat cernantur, septima sit obscurius: earumque ortum, atque obitum, pluuiū esse: præterea eas ortu matutino, qui est à kal. Maiis vsque ad decimum Kal. Quinctilibis, æstatem: vespertino, qui est à kal. Octobribus vsque ad v. Idus Decēbr. hiemē præsignificare, ac nuntiare, notum est vel pueris. Hesiod. ἔργ. ἡμ. Πληιάδων ἀτλαγενέων ὅτι πολλοὺς ἄρρεων ἀμφοτέρωθεν δὲ δυσιδρώων, id est, Pleiades Atlantigenæ celo exorientes Mæsis tempora significant, eademque cadentes Pernisse agricolis ostendunt tempus arandi. & Aratus, Ἐπιπέσοι δὲ τὰς κατ' ἀνθρώποις καλέονται, Ἐξ οὐρανὸν εὐνοίας ἐπὶ τὴν ὀφθαλμοῖσιν Ἀλκυόνη, Μαρὸπι τε, Καλαμὸς τ', Ἠλέκτρι τε, Καὶ Στερόπι, καὶ Τηλέτη, καὶ Πότνια Μαιά, quos versus sic Latine reddidit Cicero, Hæc septē vulgò perhibentur more vetusto Stella: cernuntur verò sex undique parue. Et non interuisse putauit conuenit unam, sed frustra ac temerè à vulgo ratione sine vlla septem dicier, vt veteres statuerē poeta, Mæris cunctis auo qui nomine dignant, Alcyone, & Merope, atque Celeno, Taygetique, Electra, Steropique, simul sanctissima Maia. & Theocr. in Hyla. Ἄμμος δ' ἀντέλλοντι πελειάδες, ἔρχεται δὲ Ἄρνα νέον βόσκειοντι τετραμμένον ἑταρος ἡδὴ, Τημος ναυπηλίας μιν ἀσπετο θεῖος δάωτος Ἡρώων, id est, Cùm autem oriuntur Virgiliæ, prata autem remota agnum nouellum pascunt, conuerfo iam vere: Tum nauigationis memor erat flos heroum diuinus. Ostendit autem his versibus Aratus, eas æstatis, & brumæ nuntias esse. Ζεὺς σφισι καὶ γέρεός, καὶ χέλιματος ἀρχομένου Σημάμεν ἐπέευσεν, ἐσφραγίδων τ' ἀρότσιο. Athenæus lib. 2. doctet Pleiadas ab Æschylō, Pindaro, Simonide

Peleiadas, quod valet πελειάδες, id est, colūbas, nominari. Vnius Simonidis verba ascribam ea, quæ ad hunc locum pertinent. Ἐπιπέδ' Ἀτλας ἐπὶ τὴν ἰσπλοσέμων φίλων θυγατέρων τῶν (Μαίαν) ἔσχηον εἶδος, αἱ καλέονται πελειάδες οὐρανῶν. Sed de his qui plura scire vult, legat Athen. eoque dixi, libro.

SCINDENTE NVB.] id est, imbreis profundente nubibus à vento scissis.

IMPIGER HOST. VEX. TVRM.] impiger in vexandis hostium turmis.

ET FREMENTEM] Virg. Georg. 1. princ. τὴν, ὅ, cui prima frementem Fudit equum, &c. & Horat. Oda 9. epod. Ad hunc frementeis verterunt bis mille equos, &c.

MEDIOS PER IGNEIS] id est, per medias prælij flammis: per media, eaque acerrima pericula. sic epist. 1. lib. 1. Per mare pauperiem fugiens per saxa, per igneis. sic Hom. ἰλ. κ. Τούτῃ δ' ἑσπομύθοιο, καὶ ἐν πυρὸς ἀγρομύθοιο Ἀμφω νοσήσασθαι, ἔπειτα ἐπὶ οἴδῃ νοσήσασθαι, id est, Hoc comitante vel ex ardentibus ignibus ambo salui euadamus, quoniam egregie sapit unus.

SIC TAVRIFORMIS VOLVITVR, &c.] Hercules ab inferis reuersus, in Ætoliā profectus est ad Oeneum, filiam suam Deianiram vxorem sibi vt ille daret. quam cū offendisset Acheloo fluiui vicino iam desponsam, cū eo luçtans est, tauri speciem præ se ferente: cuius altero cornu auulso puella potitus est. Est autem Achelous omnium, qui sunt in Græcia, fluiuiorum maximus, videturque tauriformis habitus vel propter eius multas flexiones, vel potius propter eam, quod multis locis relicto suo alueo exiitabat. Ab eo ceteri fluiui maximè ij, qui imbribus augentur, non solum tauriformes, sed etiam Acheloi solent appellari. Quin etiam tam Græci, quàm Latini Acheloum pro aqua vsurpare solent. Euripid. Bacch. ὁ δ' ὄς ἐσείδῃ δόματ' αἰθεροῦ δουῶν, Ἡῶς' ὀκείσε, κατ' ὀκείσε δμοσιν Ἀχελῶον φέρειν Ἐνέππων, &c. id est, ille autem vt vidit, a deis conflagrare putans, eo se propter contulit: deinde iubens illuc famulos Acheloum ferre, &c. Virgil. Georg. 1. Pocalque inuenis Acheloua miscuit unam. Homerus ἰλ. φ. Xanthum Achilli iratum, quod alueum suū cadaveribus impediret, facit erumpentem, atque exastuantem corpora denique in terram euicentem cum mugitu instar tauri: ex quo fortasse qui Homerum secuti sunt, poetæ, fluiuis omnibus tauri speciei tribuerunt. verba Hom. sunt hæc: Τὸς ἐν Ἰαλλε θύραζε μιν κίως ἤντε ταῦρος Χέρονδῃς, his consentanea scribit interpres Sophoclis in Trach. οἱ ποταμοὶ ταυρόκρανοι διετυπωῖτο, ἢ ὅτι μιν κημιῶν εἰσι ταύροις τῶν πελάγησιν ἀεὶ τὰς Σιβαλάς, ἢ ὅτι χιζέται τὴν γλῶσσαν βόας, ἢ ἀπὸ τὸς καταινομαῖς τῶν ποταμῶν ἐνοῖ, id est, fluiui taurinis cornibus fingebantur, vel quod mugitu ad ostia, taurorū sunt similes, vel quod terram scindunt, vt boues: vel quia pascua sunt

propter fluuios. sic Aelianus *ποταμὸν ἴσχυρ' ἔτι δὲ πλεῖν ἢ ποταμὸν φύσιν, καὶ τὰ δεινὰ αὐτῶν ὄρωμινα. βίωσι δ' εἰ τιμῶντες αὐτοὺς, καὶ τὰ ἀγάλλονται αὐτῶν ἐργάζονται, οἱ μὲν ἀνθρωπομαρφύρας αὐτῶν ἰδρῦσαντο, οἱ δὲ βοῶν ἐίδος αὐτοῖς τὰ εὐθηκαί,* sic enim emēdandus Aelianus, vt hoc notem *ἐπιμαρφύρας* quorum verborum hæc sententia est, Fluuiorum autē naturam & corū alneos videmus. Verumtamē qui eos colunt, & qui eorum simulacra fingūt, alij in humanam figuram eos conformant, alij eis boum formā affingunt. licet etiam dicere, ostia & ora fluuiorū per cornua significari. Itaque Virgilius lib. 8. Æneid. in extr. Rhenum bicornem appellat, vel quia duobus alueis fluit, vt vult Seruius, vel quia duobus ostiis in Oceanum influit. Idem de Tiberi lib. 8. *Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.*

AVIDVS] suprà *longè sonantem* appellat Od. 9. de quo plura ad Od. vi. lib. 3.

PERFLUIT] reclamantibus ferē omnibus cod. veterib. in quibus scriptum est *presluit*, aut *presluit*, vulgatos secutus sum, non pugnaturus, si quis malit, *presluit*. sic suprà Od. 3. huius libri, vbi vulgati habent *presluit*, veteres plerique omnes habebāt *presluit*. Et verò ita Litius locutus est lib. 54. *Duo cingunt Scodram flumina: Clausula latere vrbis, quod in orientem patet, presluit: Barbana palude oriens.* Quare quamuis & olim & nunc editum sit me assentiente, *presluit*, antiquam tamen censco restituendam.

CVMSVIT] cum auctus imbribus *sternit sata lata, boumque labores*, vt ait Virgil. vide suprà annot. ad Od. 29. lib. 3. sic Hom. de Diomede *ἰλ. ε. Οὐδὲ γὰρ ἀμπελῶν ποταμῶ πλῆθοσι ἐοικὸς Χειμαίρῃ, ὅτ' ὄνεια ῥέον Σιδεῖα ὅτε γὰρ ὄρεα. Τὸν δ' ἔτ' ἀρτε γὰρ ὄρεα ἐργάζονται ἰχθυόσιν, ὅτ' ἀρα ἔρχεται ἰχθυὶ ἀλειδίων ἐλπίδιων Ἐλθόντ' ἔξαπνις, ὅτ' ἔπιεσση Διὸς ὑμῆρος, Πολλὰ δ' ὕπ' αὐτῆ ἔργα κερταίπε καλ' ἀχρῶν, id est. Ruebatur autem per campum fluuius torrenti exundanti similis: qui celeriter fluens ponteis disturbat. Eum autem neque pontes continent, neque septa agrorum virentium comprimūt repente labentem, cum eum auxerit celestis imber: multa autem ædificia, & opera manu hominum facta eius impetu labefactata cōcidunt.*

MEDITATUR] secutus sum scripturam triū veterum codicum, quos in Italia vidi, & totidē, quos in Gallia, in his Tornes. quam & viri docti valde probant: agnoscit Porphyr. Nam vulgati habent *minitatur*, quā tamen non aspsero. nam ita legit Non. Marcell. testem citans hunc locū. inest autem in verbo *meditatur* mirabilis, & longē audacior, quā in illo altero *minitatur*, tralatio à re animata ad inanimam.

PRIMOSQUE ET EXTR. MET.] sic Virg. lib. 10. *Proxima quæq; merit gladio.* quem locū producant testem Acron & Porphyr.

STRAVIT HUMVM] sic scriptum reperiri in plerisque libris calamo exaratis, tribus Va-

tic. & Iannoct. Faër. Vrf. Tornes. Nicot. Russar. *stravit humum* autem, id est, operuit, & complet humum. vulgati habent, *stravit humi*, quod minus probo, sic enim locutus est suprà Od. 17. lib. 3. *Ἐ γαλιτῆς ἰνυλὶ Δεμισσά τειπεστὰς ἀβ Εὐροστρην, ἀγυα νισφὶ ἄλλῃ ἀγυρ, &c.*

SINE CLADE VICTOR] victor sine vlla suorum iactura. lōgē huic dissimilis est ea, quā victoriam Cadmeam nominant.

PRÆBENTE] sufficiente, suppeditante, *πρεβόντος, ἐπαρῶντος.*

TIVOS DIVOS] qui tibi fauent, qui tua omnia incepta fortunant. hoc idē dīctum (inquit Porphyrio) quōd Augusti auspiciis hæc à Druso gesta sunt.

NAM TIBI, QVO DIÈ PORT. &c.] sententia huius loci hæc est. Quo die Alexandria, in quam Antonius, & Cleopatra confugerant, potitus es, anno scilicet, post initiū belli Mutinensis, decimo tertio: eo ipso die omnium bellorum præritorum felicem exitum habuisti. Nam bellis omnibus compositis, & victoria parta, remp. constituisti, imperium populi Rom. stabiluisti, laudem, & gloriam tibi sempiternam tot victoriis partis comparasti, tertium deniq; consulatū, dominatūque perpetuum cōsecutus es. Priscian. lib. 2. docet, vtrumque esse vitatum, *Alexandria, & Alexandria*: vt Antiochia & Antiochæa.

LVSTRO TERTIO] nondum finito, id est, anno decimo tertio nondum exacto. Errant autem, qui duo lustra nouem annis duntaxat putant constare, quasi quintus annus finis sitvnius & principium alterius.

ARROGAVIT] peperit, vendicauit.

TE CANTABER] sup. Od. 8. lib. 3. *Cantaber fera domitus catena.* & Oda 6. lib. 2. *Cantabrum indoctum iuga ferre nostrā.*

PROFVGVS] Od. 24. lib. 3. *Campestris melius scythæ.* & Od. 35. lib. 1. *te profugū scythæ.*

OTVTELA PRÆSENS ITAL. DOMINÆ QVE] quitanquam Deus præsens Italiā, Romāque tutaris. alia ratione dixit sup. Od. 6. *Virginiū prima, puerique, &c. Delia tutela dea* id est, quos Diana tuetur. magna autem vis est in nomine *præsens*. dicimus enim *Deum præsentem*, cuius numinis vim, auxiliūque, quasi præsentis, sentimus. vide annot. ad Od. 35. lib. 1.

DOMINÆ QVE ROMÆ] Od. 3. huius lib. *Romæ principis vrbium Dignatur suboles, &c.*

TE, FONT. QVI CEL. ORIGINES] Herodotus in Euterpe scribit neminem vnquā neque Græcū, neque Afrum, neq; Ægyptium autum esse sibi profiteri se scire Nili fonteis, seu origines, præterquam quandam tabularū, & ædis Mineræ, pecuniāq; custodem in vrbe Sai, atque eum tamen sibi ludere, & nugari visum esse: quippe qui dixerit Nilum ex quodam lacu infinitæ altitudinis inter duos montes interiecto manare. Scriptores recētiore, quib' hæc exquirere

quirere fuit cūrē, aiunt Nilum ex montibus Lunæ oriri. Tibull. lib. 1. *Nile pater, quānam possum te dicere causa,* *Aut quibus in terris occulisse caput?* [Dion Nicæus in Seuero scribit, *Nilum oriri ex monte Atlante, qui quoniam omnium montium altissimus est, semper niuibus oppletus est, quæ æstate liquecentes maximam aquarū vim illo tempore maxime gignūt. Addit idem illius montis radices cum semper aliās esse palustres, tum maxime æstatis tempore, ex eoque Nilum tum potissimum crescere.] originem autem habent cod. Faër. & Iann. ceteri omnes, quibuscum vulgati congruunt, *origines*: quos sequor: quia perspicue Herodotus eo, quem dixi libro, *πηγὰς Νέλου* dicit, non *πηγὴν*, de Nilo plura in commentar. Lucret.*

ISTER] quem eundem esse, atque Danubiū nonnulli volunt, sed aliis atque aliis gentibus. Apollonius lib. 4. argon. scribit Istrū ex hyperboreis montibus oriri, & cum ad eum locū, qui interiectus est inter Scythiam, & Thraciam perueniret, in duas partes secari: quarum altera in Pontum Euxinum, altera in mare Tyrrenū influit: eadēque tradit interpres ad eum locum. de eodem lege Strabon. lib. 4.

TE RAPID. TIGR.] Tigris, Armeniæ fluuius, à celeritate nomen traxit. Itaque meritò rapidus ab Horatio appellatur: quāquam quidam legi volunt, *trepidus*, id est, celer.

TE BELLVOSVS] Oceanum belluosum vocat propter ingentis belluas in eo nascentes, & viuentes: in quibus est phyceter, *ingentis columna modo* (vt narrat Plin. lib. 9. cap. 4. *se attolens, altiorque narium velis, diluuium quandam errans.*

TE NON PAV. FVN.] Aristot. lib. 3. de moribus ad Nicom. scribit, Celtas neque terræ motus, neque fluctus extimescere. Aelianus autē lib. 12. Var. hist. etiam amplius, nempe illos pugnare coronatos: argumentūmq; eis suarū cantilenarū constare ex hominibus iis, qui fortiter in bello pugnantes ceciderint: eosdem partim rebus præclare gestis gloriantes, partim suē ipsorum virtutis monumenta Græcorū more relinquentes, tropæa victorię excitare: fugere autem, apud eos vsque adē turpe esse, vt ne ex domibus ruinosis quidem, ac labantibus sese auferant: quin ne his quidem incendio deflagrantibus salutis suæ fuga consulere, à flamma iam occupatos: nonnullos autem maris æstum accedentem expectare, ac subire: alios vltro fluctibus arma inferre, eorūque impetum excipere nudis gladiis, hastisque destitūctis, quasi eos possint vel exterrere, vel sauciare.

CAEDE GAUDENTES SICAMBRI] suprà Od. 2. eiusd. lib. *quandoque trahet feroceū Persacrum cliuum merita decorus Fronde Sicambros.* Cæde gaudentes autem, vel quia bellicosi, & belli studio dediti sunt, vnde cedes oriuntur: vel simplicius, quia cædibus delectantur: quod argumentum est immanitatis.

COMPOSITIS] vno consensu, vnōq; tempore de manu positis: vel cōditis, & suo loco positis, vt Od. 7. epod. *cur dexteris Apollantur enses cōditis?* eadem fortasse significatione dixit Satyr. 3. lib. 2. *Audire atque togam iubeo componere, quisquis Ambitione mala, aut argenti pallet amore.*

AVGVSTI LAVDDES.

Od. 15.

ARGVMENTVM.

Augusti laudes hac quoque oda canit, licet à canendis eius præliis ab Apolline deteritum se fuisse dicat. Potissimum autē laudat eum, quōd pacē suis reddiderit, & refrænata, quæ cum summa licentia vagabatur, morum corruptela, eas artes reuocarit, per quas imperiū à maioribus fuerat amplificatum.

PHOEBVS *volentem prælia meloqui,*

Victas & vrbes, increpuit lyra:

**Ne parua Tyrrenum per aquor*

Vela darem. tua, Cæsar, etas

FRUGES & agris rettulit vrbes,

Et signa nostro restituit Ioui,

Derepta Parithorum superbis

Postibus: & vacuum duellis

IANVM QUIRINI CLAUSIT: & ordinem

Rectum euaganti frenā licentiæ

Iniecit: emouitque culpas:

Et veteres reuocauit arteis:

PER QUAS LATINVM NOMEN, & Itala

Creuere vires: famāq; & imperi

Porrecta maiestas ad ortum

Solis ab Hesperio cubili.

CUSTODE RERVM CÆSARE NON FVROR

Ciuilis, aut vis exiger ortum:

Non tra, quæ procudit enseis.

Et miseris inimitat vrbes.

NON, QUI PROFVNDVM DANVBIVM BIBVNT,

Edicta rumpent Iulia: non Geræ;

Non Seres, infidivæ Persæ,

Non Tanain prope flumen orti:

*Nosque & profestis lucibus, & sacris
Inter iocosi munera Liberi
Cum prole, matronisque nostris,
Rite deos prius apprecati,
Virtute functos more patrum duces,
Lydis remisto carmine tibiis,
Troiamque, & Anchisen, & alma
Progeniem Veneris canemus.*

PHOEBVS VOLENTEM PROELIA, &c.] sic Virgil. in Sileno, *Cum canerem reges & praelia, Cinthius aurem Felicit, & admonuit, pastorem Tyrrae pingues Pascere oportet oves, &c.* Idem in Copra. *Mori autem vellens, vivite, ait: venio.*

NE PARVA TYRRH. PER ÆQVOR.] allegoria est. nam aliis verbis aliud significat, nepe vetuisse Phœbum, ne humilibus versibus, & imbelli Musa, res grâdeis, amplas, & bellicas canat. quod sup. Od. 3. lib. 3. dixit, *Magna modus tenuare parvis.* Quemadmodum enim periculosum est parvo nauigio in mari Tyrrheno navigare, sic non est tutum tenuibus, & humilibus versibus res magnas & graueis perfequi.

ET SIGNA NOSTRO REST. IOVI.] Parthi Phraate regnum obtinente signa, quæ Crassus amiserat, Romam ad Augustum vltro remiserunt. scribunt Strabo, Sueton. Paterculus, & alij. *nostro Ioui autem, id est, Ioui Capitolino.* Horat. epist. ad Lollium 2. lib. 1. *& Cantabrica bella tulisti sub duce, qui templi Parthorum signa refecit.* Idem ad August. *Ei formidatam Parthibus te principe Romam.* & Saty. 5. lib. 2. *Tempore, quo iuuenis Parthibus horrendus ab alto Demissum genus Anea, &c.* sic & Virg. lib. 7. *Aeneid. Auroramque sequi, Parthosque reperere signa.*

DEREPTA.] id est, detracta. Sic autem legendum vel inuitis codicibus omnibus & antiquis, & recentioribus, non *Direpta*: quamquam in duobus non obscura existant huius germanæ scripturæ vestigia.

ET VACVVM DVELLIS IANVM QVI RITV, &c.] Hæc de re sic Sueton. in Augusto, *Ianum Quirinum semel atque iterum à condita urbe ante memoriam suam clausum, in multo breviori temporis spatio, terra, marique pace parta, tertio clausit.* & Varro lib. 4. de lingua Latina, *Tertia est Ianualis porta ab Iano: & ideo ibi positum Iani signum, & institutum à Numa Pompilio rege, ut scribit in annalib. L. Piso, ut sit semper clausa, nisi cum bellum sit. Nusquam traditum est memoria Pompilio rege fuisse apertam, sed post T. Manlio consule bello Carthaginiensi primo confecto, & eodem anno apertam.* Hæc tamen Varro Plutarch. de fortuna populi Rom. *Ἰανου ἱεροῦ, id est, portam Iani biforem appellat: quam (inquit ille) πολέμου πύλου ἑλευθερίου, id est, belli portam nominant. Idem in Numa. Ἐπὶ δὲ τοῦ αὐτοῦ*

ἑλευθερίου πύλου ἑλευθερίου, id est, est autem & eius templum Romæ cuius duæ sunt ianæ: quod belli portam appellant. Virg. lib. 7. Aeneid. geminas belli portas appellat. Sunt geminae belli portæ (sic nomine dicunt) Religionem sacra, & seui formidine Martis, &c. Porro autem, *Fanum Quirini* edendum putarim M. Antonio Mureto, & I. Passeratium assensus: quorum alter coniectura ductus sic reponit, alter mihi assenserat se scriptum vidisse Romæ in vno libro manuscr. *Fanum Quirini*. vnde quàm sit facile facere *Fanum Quir.* neminem esse puto, qui nõ videat. Putabat tamen Passeratus etiam legi posse, *Ianum Quirinum*. quæ lectio nec mihi displicet.

EVAG. FRENA LICENT. INIE.] hanc scripturam in vno Vatic. reperit, cum quo tamen cõsentit cod. Iannoct. Fabr. & Torn. Ruffard. Nicot. Cleric. sic probo, vt cõtendam, eam esse veram & germanam: vulgatam autem, & ordinem rectum, & vaganti frena licentiæ, &c. corruptam dicimus enim Latinè frenos, aut frena iniicere, vt M. Tull. Philipp. 13. *namque illi exsultanti tanquam frenos furoris iniicit.* [Valerius Max. lib. 2. cap. 9. *Frenis sunt iniecti vobis Quirites, nullo modo perpendi: adigati & constructi estis amaro vincula seruitutis.*] *Ordinem iniicere, nemo, qui Latinè loqueretur, meo quidem iudicio, dixit vquam.* Significat autem, Augusti Cæsaris ætate immoderatam, & ordine carentem peccandi licentiã veluti quibusdã frenis esse repressam. sup. Od. 2. 4. lib. 3. *indomitam audeat Refrenare licentiam.* ordo autem est, *Iniicit frena licentiæ euaganti ord. rect. id est, extra ordinem rectum vaganti ordinem non seruanti.* Atque hæc ipsa lectio in nonnullis lib. vulg. reperitur: & eam agnoscit Porphyrio.

EMOVITQVE CVLPAS.] nempe supplicio in improbos cõstituto, sic suprà Oda, quam modò commemoravi, *Quid tristes querimoniae, si non supplicio culpa reciditur? Quid leges sine moribus, &c.* secutus sum autem hoc loco cod. Iannoct. Tornes. 2. Vatic. & Clericanũ, & Nicotianũ, qui ita habent, non *amouit*. neq; verò dubitabit quisquã Latinè doctus, quin hæc scriptura sit vera. vtitur eodem verbo Saty. 3. lib. 2. *Emouit veterem mirè nouus.* & epist. 2. lib. 2. *Dura sed emouere loco me tempora grato.* & Virg. lib. 2. *Aeneid. Neptunus, magnoque emota tridentis Fundamenta quatit.* Idem lib. 6. *His dictis cura emota, pulsusque parumper Corde dolor tristis.* ibidem, *Egregia interea coniux arma omnia cecidit Emouet.*

ET VETERES REVOC. ART.] id est, virtutes: vt frugalitatem, patientiã paupertatis, contemptum pecuniæ & diuitiarum, studium laudis & gloriæ, continentiam, &c.

PORRECTA.] prolata, amplificata, propagata.

AD ORTVM SOLIS.] quidam libri veteres habent *ad ortum*, in his Tornes. Nicotiani duo, Clericanus,

Clericanus, Daniellus.

AB HESPERIO CVBILI.] à solis occasu. *ἄσπερος* Græcis, vesper est Latinis.

FVRORE CIVILIS.] bellum ciuile: quod ciues furore concitati inter se gerunt. Virg. lib. 1. *Aeneid. Iamque faces & saxa volant: furor arma ministrat.*

EXIGET OTIVM.] secutus sum meliorum codicum, Iannoctij, & Vaticanorum 2. & Clericani, & vnius Nicotiani scripturam, quam Porphyr. comprobat. nam vulgati habet *eximet*. exigere autem hoc loco valet, eijcere, expellere: vt dicimus, *Regibus exactis*, vel, vt Nonius interpretatur apud Lucilium, *excludere*. Lucill. *Festum frigus atque horrorem exacturum puter.* *Exacturum pro exclusurum*, inquit Nonius: quod minus probo. Nam etiam apud Lucilium exigere frigus valet, expellere, meo quidem iudicio. sic apud Næuium, seu Nouium potiùs, *Indigne exigor patria innocens.*

PROCVDIT ENSEIS.] ad procudendos & fabricandos enseis impellit.

INIMICAT.] inimicas inter se reddit. *συναχρῆ, ἑστιά* [χ], verbum non admodum vsitarum. non dissimile est id, quo vtitur Laberius, *iniquare*. sic ille apud Nonium, *iniquum animum indignanti iniquat contumelia.*

NON QVI PROFVND. DANVB. BIB.] Thraces, Pannoncs, Taurici, Germani.

EDICTA RVMP. IVL.] leges Iulias infirmabant, vel de adulteriis, vel quilibet alias.

INFIDIVE PERSÆ.] duo codic. Vatican. Rain. Card. Tornes. *infidique*. sic infra Allobrogem nouis rebus infidelem dicit Od. 16. epod. *Nouisqueribus infidelis Allobrox.*

TAN. PR. ELV. ORTI.] Scythæ, & Sarmatæ.

PROFESTIS.] dies profesti hominibus concessi sunt ad rem priuatam, ac publicam administrandam. vtitur hoc nomine Saty. 3. lib. 2. *Qui Porientanum festis potare diebus Campana solius trulla, vappam profestis.* & Saty. 2. lib. 2. *hæc profesta.*

VIRTUTE FVNCT. MORE PATR.] apud Hom. Ἰλ. 1. Aiax. Vlyffes, Phœnix ad Achillem missi, vt eius animum placarent, atq; ad lenitatem inflecterent, offendit eum citharæ cantu animum oblectantem, p̄fcorumq; virorum laudes canentem, his verbis, Ἴν ὄγε θυμὸν ἐτερπεν, δεῖδ᾽ ἰδὲ ἄεζ. κλέα ἄνδρῶν, &c.

LYDIS TIBIIS.] siue Phrygiis, nihil refert. Tibiæ enim in Barbaria primùm repertæ sunt, in quas cū aliquando incidisset Minerva, easq; semel inflasset, cõtinuò reiecit, vt omnium organorum musicorum deterrimas. Quamquã Porphyrio Phrygiis tibiis res tristes: Lydiis latas cani solitas scribit.

REMISTO.] in libro de arte poët. sic veris falsa remisit.

ET ALMÆ PROGEN. VEN.] Iulium Cæsarem, Augustum, Tiberium, Drufos: vel, si quis mallet, Iuliam gẽtem ab Iulo nominatã. sic Lucretius princip. lib. 1. *Aeneadum genitrix, hominum, diuinumq; voluptas, Alma Venus.*

EPODON LIBER.

LAMBINVS LECTORI.

D I V, multumque dubitavi, & quaesivi: neque dum dubitandi finem feci, lector erudite, quamobrem hic liber vel epodon, vel epodos nominetur. Nam quid sit *εποδον*, *αντιεποδον*, *επωδον* apud Pindarum, docent eius interpretes. Apud Horatium autem ubi locus est *επωδον* si neque *εποδον*, neque *αντιεποδον* reperiuntur: an dicemus *επωδον* librum dici propter adiunctos breviores versiculos: quos, qui canebant, in neutram partem movebantur: sed in vno loco insisterent: atque in his Odis esse strophem, siue antistrophen cum epodo, ut in chorea mouerentur a sinistra parte in dexteram, deinde quiescerent, vnoque in loco insisterent: an epodon liber dictus propterea, quod duo essent, qui canerent: vnus, qui longiores versus pronuntiaret: alter, qui breviores subiiceret, qui dicebatur *επωδον*, quasi accentor, aut succentor quidam, respondendi munere fungens, quod vir quidam doctissimus Florentinus mihi dixit in sermone, cum eius hac de re sententiam exquirerem, in superioribus libris fuisse *εποδον*, & *αντιεποδον*, in hoc esse *επωδον*, an placebit, huius libri Odas appellatas esse *επωδον*, quasi odas posteriores, non *επωδον*: quemadmodum liber posterior Platonis de legibus *επινοια* inscribitur: an *επωδον* appellati versiculi breviores, eo quod accinuntur longioribus, ut, *beatissimus ille qui procul negotiis, et prisca gens mortalium*: an quod quidam testantur se vidisse in quodam codice veteri, hunc librum ita inscriptum, *Quintus Odarum liber*, id sequemur, ut nullus iam dubitandi locus sit relictus, nihilque causa, qua obre hac de re plura quaeramus: ego quidem neque vnus codicis auctoritate standum esse censeo, neque vllam earum, quas exposui, causarum, satis certam, aut necessariam esse puto. Itaque vetus illud Academicum verbum hic vsurpans, *επινοια*, ne rei falsae assentiens, temeritatis culpam sustineam. Interea tamen placet Diomedis, & Marij Victorini, & aliorum Grammaticorum veterum sententiam probare, qui propterea hunc librum inscriptum esse dicunt, quia singulis longioribus versibus, singuli breviores accinuntur, qui *επωδον* appellantur. Docent enim illi carminis genus vnu esse, in quo versus ita inter se connexi sunt, ut alter sine altero audiri non possit: quorum prior *επωδον*, id est, praecinens, posterior *επωδον*, id est, quasi succinens, nominatur, vti in elegis, longus & hexameter, est *επωδον*: breuior, & pentameter, *επωδον*. Eadem igitur ratione hic trimeter *Ibis Liburnis inter alta nauium*, *επωδον* erit, quasi praecinens, alter autem, dimeter, *επωδον*, quasi succinens. *Amice propugnacula*. Sed lubet mihi Marij Victorini verba hic subscribere ex lib. 3. *Archilochus fuit singularis artificij in excogitandis ac formandis nouis metris, primisque epodos excitauit, alios breviores, alios longiores, detrahens vnum pedem, seu colum metro, ut illi subijceret id quod ex ipso detractum esse videbatur, ut in hero, a quo primum cepit, Diffugere niues: redeunt iam gramina campis: Dehinc epodus sui generis, Arboribusque comae. Idem paullo post. Idem Archilochus penultimis hero hexametri partibus alie syllaba huiusmodi versum induxit, qui metro Phalacio: id est, tribus trochaicis ultimis clauderetur: ut est, At tuba terribilem sonitum dedit aere canoro. Adiecta enim ante ultimos pedes, sed syllaba, fiet aere sed canoro. quod est carmen Phalacium. Iuncto omni fiet versus huiusmodi: At tuba terribilem sonitum dedit aere sed canoro. Quod quidam hexametrum heroum *επιποδον* dixerunt. Huic idem epodum subdidit trimetrum versus Iambicum catalecticum: id est, ultima parte immixtum. Cuius exemplum noster Horatius secutus est illa Oda, *Soluitur acris hiems grata vice veris et Favoni. Dehinc trimeter catalecticus vice epodi Trahuntque secas machinae carinae, &c.* Ex quibus Marij verbis intelligere licet & qui sunt, & quare dicantur epodi. Sed quaerat aliquis, cum etiam in superioribus libris reperiantur minores versiculi longioribus subtexti: cur non etiam libri epodon appellentur, & cur hic solus appelletur, respondeo, quia totus hic liber, & omnes odae, quae in hoc libro sunt, habent tales versiculos, qui epodi dicuntur: non item odae librorum superiorum, sed paucae. haec mea de huius libri inscriptione sententia est, quae sicui minus probetur, afferat probabiliorem: & ego manus dabo.*

AD MÆCENA-

AD MÆCENATĒM.

Od. I.

ARGUMENTUM.

Mæcenati ad bellum Actiacum proficiscenti comitem se offert, non tam quod praesentia sua quicquam commodi sit ei laturus, quam quod minus de salute eius sollicitus sit futurus.



L I S * *Liburnis inter alta nauium,
Amice propugnacula,
Paratus omne Caesaris periculum
Subire, Mæcenas, tuo.
Quid nos? quibus te vita sit superstiti
Lucunda: si contra, grauis?
Vtrumne iussi persequemur otium
Non dulce, ni tecum simul?
An hunc laborem mente laturo, decet*

*Qua ferre non molles viros?
Feremus: et re vel per Alpium iuga,
Inhospitalem et Caucasum,
Vel Occidentis usque ad ultimum sinu,
Forti sequemur pectore.
Roges, tuum labore quid iuueni meo,
Imbellis, ac firmus parum.
Comes minore sum futurus in metu:
Qui maior absenteis habet.
Ut assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet:
Magis, relictis: non, ut adsit, auxilium
Latura plus praesentibus.
Libenter hoc et omne militabitur
Bellum in tuae spem gratiae:
Non ut iuuenis illigata pluribus
Aratra nitantur meis:
Pecusve Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascua:
Nec, ut superni villa candens Tusculi
Circæa tangat moenia.
Satis, superque me benignitas tua
Ditavit haud parauro,*

A *Quod aut, auarus ut Chremes, terra
premam:
Discinctus aut perdam ut nepos.*

L I B U R N I S] nauibus sic dictis à Liburno-
rum gente: de qua Veget. lib. 4. cap. 28. & tribus
deinceps sequentibus cap. vide Od. 32. lib. 1. Na-
uibus igitur Liburnis, quae sunt aliquanto trire-
mibus humiliores, ibis inter altas & magnas
triremis, ac naueis rostratas. fortasse Antonia-
nas significat. Nam Caesarianae humiliores erant,
ut narrat Plutarch. in Anton. & Dion. lib. 30. sed
alij per alta nauium propugnacula, turres, quae
erant in nauibus Caesaris, aut etiam ipsas Caesari-
nae naueis, quae turritae erant, significari voluit:
quorum sententiam confirmat Seruius ad hunc
Virgilij locum lib. 8. *Encid. extr. Vna omnes ruer-
e, ac rotum spumare reducis Conuulsam remis, rostris-
que tridentibus equor. Alta petunt pelago, credas inna-
re reuulsas Cycladas, aut montes concurrere montibus
altis. Tanta mole viri turriti puppibus instant. ad quae
verba notat: hoc de historia traxit. Nam Agrippa pri-
mus hoc genus turriti inuenit, ut de tabularis subito eri-
gerentur, simulac ventum esset in praelium, turres hosti-
bus improuisa. Accedit Prudentius, cuius sunt hi
versus. *Fluctibus Actiacis signum symphonia belli
Aegypto dederat: clangebat buccina contra. Insisterant
tenues cymba, fragileisque phaseli inter turritas Mem-
phitica rostra Liburnas.* Ego suum cuique iudicium
A iij*

Od. 2.

ARGUMENTVM.

Varias vitæ rusticæ laudes hæc ode complectitur: præsertim verò ab animi tranquillitate & frugalitate eam laudat.

BEATVS ille, qui procul negotiis, Vt prisca gens mortalium, Paterna rura bubus exercet suis, Solutus omni sænore: Neque excitatur classico miles truci: Neque horret iratum mare: Forumque vitat, & superba ciuium Potentiorum limina. Ergo aut adulta vitium propagine Altas maritat populos: Aut in reducta valle mugientium Prospectat errantes greges: Inuileis que falce ramos amputans, Feliciores inserit: Aut pressa puris mella condit amphoris: Aut tondet infirmas oueis: Vel, cum decòrum mitibus pomis caput Auctunus aruis extulit, Vt gaudet insitiua decerpens pira: Certantem & unam purpuræ: Qua muneretur te, Priape, & te pater Siluane, tutor finium. Libet iacere modo sub antiqua ilice: Modò in tenaci gramine. Labuntur altis interim ripis aquæ: Queruntur in siluis aues: Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod inuitet leueis. At, cum tonantis annus hibernus Iouis Imbreis, niueisque comparat: Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane Apros in obstantis plagas: Aut amite laui rara tendit retia, Turdis edacibus dolos:

A Pavidumque leporem, & aduenam laqueo gruem, Iucunda captat præmia. Quis non malarum, quas amor curas habet, Hæc inter obliuiscitur? Quod si pudica mulier in partem iuuet Domum, atque dulcis liberos: Sabina qualis, aut perusta solibus Pernicis uxor Appuli: Sacrumque vetustis exstruat lignis focum B Lassi sub aduentum viri, Claudensque textis cratibus lectum pecus, Distenta siccet ubera: Et horna dulci uina promens dolio, Dapes inentas apparet: Non me Lucrina iuuerint conchylia, Magisue rhombus, aut scari: Si quos Eois intonata fluctibus Hiems ad hoc uertat mare: Non Afra auis descendat in ventrem meum, C Non attagen Ionicus Iucundior, quam lecta de pinguis simis Oliua ramis arborum: Aut herba lappathi præta amanti, & graui Malua salubres corpori: Vel agna festis casa Terminalibus: Vel hædus ereptus lupo. Has inter epulas, ut iuuat pastas oueis Videre properantis domum? D Videre fessos vomerem inuersum boues Collo trahentes languido: Positosque vernas, ditis examen domus, Circum renidentes Lareis? Hæc ubi locutus sænator Alphius, Iam iam futurus rusticus, Omnem relegit idibus pecuniam: Querit Kalendis ponere.

Vt PRISCA

Vt PRISCA GENS MORT.] vt primi homines, qui nondum viribus conditis ruri vinebant, atque in siluis habitabant: quin neque arabant, neque fodiebant, neque ferebant, &c. quam vitam pulchrè describit Lucretius libr. 5. *id est, utque per calum solis uoluentia lastra Poliginago vitam tractabant more ferarum: Nec robustus erat curui moderator aratri Quisquam, nec sibat ferro molivier arua. Nec noua defodere in terram uirgulta, neque altis Arboribus veteres decidere falcebus ramos. Quod sol, atque imbres dederant, quod terra crearat sponte sua, satis id placabat pectora donum, &c.* BVBVS] sic habet libri aliquot veteres. itaque legit Priscian. lib. 7. EXERCET] colit, subigit. Virgil. Georg. 2. Aut presso exercere solum sub vomere. NEQUE EXCIT. CLASS. MIL. &c.] id est, neque militat, neque nauigat quauis causa, neque vel litigat, vel litigatoribus operam dat, neque in potentiorum hominum ædibus emolumentum spe inuitatus commoratur. NECHORRET IR.] Glauco comædus dicere solebat se libentius iuxta mare pedibus iter facere, quam iuxta terram nauigare. supr. Od. 3. Qui uidit mare turgidum. Virg. Georg. 2. sollicitus alij remis freta caca, uisuntque In ferrum. FORUMQUE VITAT.] Virgil. ibid. nec ferrea iura, In sanium ue forum, aut populi tabularia uidit. AVTSUPERBA CIVIUM POT. LIM.] Virgil. ibid. penetrant aulis, & limina regum. superba autem, id est, superbis conuenientia, vel superiorum dominorum, vt Od. 14. lib. 2. pauimentum superbum. PROPAGINE] Virg. ibid. non longe à principio. sed truncis olea melius propagine uites Respondent. ALTAS MARITAT POPULOS] sic Catullus vltimum maritum appellat in carmine nuptiali, Et si forte eadem est vltimo coniuncta marito. & in eodem carmine vitem viduam, quæ non est coniuncta cum vltimo. vt vidua, in nudo uirgine que nascitur aruo. Numquam se extollit, numquam mitens educat uiam. Horatius sup. Od. 15. lib. 2. platanis que celebs eminet vltimos. Idem contra Od. 5. lib. 4. Vltimum, populum, & simile arbores viduas appellat, quæ vitibus carent. Et vitem viduas ducit ad arbores. Idem in epist. ad Quintium lib. 1. Pomisue, an præta, an amicta vitibus vltimo. Sed quid hoc loco valet epithetum alius? quid altitudo populi confert ad coniunctionem seu maritacionem vitium? Quid si legendum dicamus, Albas mar. pop? Nam & supra hoc epithetum populo tribuit Oda 3. lib. 2. Quæ pinus ingens, albaque populus, &c. nisi forte illic legendum est, albaque pop. vt respondeant pariter inter se pinus ingens, albaque populus: & contra hæc Albas mar. pop. An altas populos hoc loco dixit, vt significaret, altitudinem populorum valere ad extollendam vitis, quæ natura caduca est, & humi repit, humilitatem? Nihilominus tamen etiam epithetum alba, populo conuenit. ha-

bet enim frondeis altera ex parte albas: atque iccirco λευκή à Græcis dicitur: atque ob eandem causam candida à Virgilio appellatur, in Mæride, hic candida populus antro imminet. quamquam est & populus nigra. Ex quo fortasse à Virgilio bicolor dicta est 8. Æneid. Dixerat: Hercules bicolor cum populus umbra, &c. nisi potius propterea quod frons populi etiã albæ re vera bicolor est. AVT IN REDUCTA VALLE] sic supr. Od. 17. lib. 1. Hic in reducta valle Canicula vitabis estus. PROSPECTAT] procul spectat. Virg. Æn. 9. Hæc super è vallo prospectant Troës. ERRANTIBUS GREGIBUS] Virgil. Tityro, Ille meas errare boues. INVILEISQUE] superuacuos, aut sterileis. AMPVTANS] putare (inquit Varro lib. 5. de ling. Lat.) est purum facere. FELICIORES INSERIT.] Virg. Georg. 2. nec longum tempus: & ingens Exit in calum ramis felicibus arbor. sterile arbores, infelices nominatur. M. Tull. in orat. pro C. Rabirio. infelici arbori suspendio. & ita Linius, de infelicitibus arboribus consule Macrobi. lib. 3. cap. 20. INSERIT] Virgil. Tityro. In fere nunc Melibee pyras. Idem Mæride, In fere Daphni pyras. DECORVM MIT. POM. CAP.] pomis ornatum, sic sup. Od. 7. lib. 4. Pomifer auctunus. MITIBVS] maturis, non acerbis. sic Virgil. Tityro, sunt nobis mitia poma. AGRIS EXTVLIT] sic habent omnes fere, quos vidi, libri manuscripti. non, vt vulgati, aruis. VT GAUDET] quàm gaudet, vt supr. Od. 25. lib. 3. ut mihi deuo Ripas, & vacuum nemus Mirari libet! & hac eadem Oda infra, Hæc inter epulas, ut iuuat pastas oueis Videre properantis domum! annot. sup. ad Od. 25. lib. 3. CERTANTEM ET VVAM PURP.] liuidâ, purpuream, certantem colore cum purpura. de verbis pugnandi, & certandi, & similibus, vide annot. ad Od. 6. lib. 2. MYNERETVR TE] donet te. Terentius Heaut. munerarier ancillas primum. PRIAPE] de Priapo dicemus Saty. 8. lib. 1. SILVANE] epist. 1. lib. 2. Tellurem porca, siluanum lacte piabant. SVB ANTIQVA IL.] iannosa. Virg. lib. 4. Æneid. Ac velut annosam valido cum robore quercum, &c. Idem argutam appellat propter lenem venti suffurum: Forte sub arguta confederat ilice Daphnis. TENACI GRAMINE] tenax gramen appellat, quod terra firmiter adheret. sup. Od. 12. lib. 4. tenerum. Od. 3. lib. 2. remotum. Virgilius creatam, tenacem dixit, quæ valet ad conglutinandum, argillam significans, lib. 1. Georg. erera, solidanda tenaci. alia ratione Plautus fenem quendam tenacem & pertinacem dicit.

L A B V N T V R] fluunt. vt epistola ad Lolliū libr. 1. at ille Labitur, & labetur in omne volubilis a- uum. & Od. 29. lib. 3. cetera fluminis Riu feruntur, vnic medio aluco Cum pace delabentur Etruscum in ma- re, &c.

R I P S] complures libri veteres habent, riuo.

Q V E R V N T V R I N S I L V I S A V E S] ita canunt, vt queri videatur: quod refellit Pla- to, vt alibi annotauimus. μωρε/ζυσι. vide an- notata ad Odam 7. lib. 3. ibi. Sub cantu querula, &c. sic Virgil. Tityro. Nec genere aëria cessabit tur- tur ab ulmo. idem 3. Georgic. Et cantu querula rum- pent arbusta cicada. vbi notat Seruius querula, id est, canora. & profert versum illum ex Oda 7. lib. 3. Sub cantu querula despicit tibia.

S O M N O S Q V O D I N V I T E T] quod, nē- pe fontis lymphis manantibus circumstrepe- re, somnos leucis suadeat. sic Virg. Tityro, Sape leui somnum suadebit inire susurro. Theocrit. εἰδ. η. Ad δὲ τῶν θέρους παρ' ὑδάτ' ῥέον ἀθροισκοῖται. id est, Dulce est æstate ad aquam fluentem sub dio cubare.

L E V E I S] sic Od. 16. lib. 2. Nec leucis somnos timor, aut Cupido sordidus aufert. alibi somnum faci- lem appellat. vnde Lucret. canes leuisomnos dicit lib. 5. At leuisomna canum fido cum pectore corda.

T O N A N T I S I O V I S] eadem ratione hic Iouem tonantem dixit, qua suprà. Od. 1. lib. 1. Iouē frigidum. & Od. 3. lib. 3. fulminantē Iouem. & Virg. Geor. 1. Iouem humidum. & Theocr. δὲ α. ἀθροῖον. vt annot. ad Od. 1. lib. 1.

A N N V S H I B E R N V S] tempus anni hiber- num. annum pro parte anni posuit, vt recte Porphy. sic Virg. Palam. Nunc frondent silua, nūc formosissimus annus.

M V L T A C A N E] id est, multis canibus, vt sup. Od. 15. lib. 1. multo milite, pro eo, quod est mul- tis militibus: & infr. Od. 16. Argo remige. & Vir- gil. lib. 2. Æneid. utrumque armato milite complent. idem lib. 1. raptoque ex hoste penatis: ad quem lo- cum profert hunc Seruius.

O B S T A N T E I S] oppositas, obiectas. A M I T E L A V I] perica, seu furcula aucupali. Festus.

T V R D I S E D A C I B V S P O L O S] tendit retia, & συνθεσι, dolos turdis. Turdorum, quos κίχλαι, Græci nominant, tria genera ponit Ari- stoteles.

P A V I D U M Q V E L E P O R E M] recte pa- uidum. nam huic animali maius est quàm pro- portione cor. quibus autem animalibus hoc natu- rā cōtigit, ea sunt timidissima, teste Plinio lib. 11. cap. 17. vbi de corde loquitur. sic Plin. Maxi- mum autem est portione muribus, lepore, asino, ceruo, pā- theræ, mustelæ, hyantis, & omnibus timidis, aut propter metum maleficiis. Quapropter Demosthenes ora- tione. εἰς τὸν δῆμον. Elchinem conscientia vitæ antea cta, & facinorum ac flagitiorum a se ad- missorum metu perterritum ait in rebus secun-

dis ciuitatis leporeis vitam vixisse, trepidantem, & pauentem, & semper plagas expectatam. sic Demosthen. Τοιαύτω γὰρ εἶλου πολιτείας (ε- πειδ' ἡ ποτε καὶ τῶν ἐπιλήθεις σοὶ ποιήσαι, δι' ἡν εὐτυχισθῆς μὲν τῆς πατρίδος λαγὼ βίον ἔζεις, δεδιώς καὶ πειμῶν, καὶ αἰετὴν ἰσχυροῦς ἀρεσσο- κίων: ἐν οἷς δ', &c. 1. Talem enim reipub. admini- stranda rationem secutus es, posteaquam tibi tandem temp. administrare venit in mentem, vt in rebus secun- dis ciuitatis leporeis vitam viueres, omnia circumspicere, horreret, tremet, pauet, plagas & verbera ob ea, quorum tibi conscius eras, scelera, & flagitia, semper ex- spectares, &c. Profertur etiam ab Eustathio ad li- brum. ἰλ. κ. hic verficulus in eandem sententiam, Λαγὼ βίον ζῆς ὁ παρὶν ἀπρομῶς λέων, id est, lepo- ris vitam viuus, qui antea leo intrepidus eras.

A D V E N A M G R E V M] aptissimum epi- thetū. Græci enim in oris septentrionalibus non nisi vere, æstate, & autumno commorantur. sub finem autumni in regiones commigrat temper- ratiores, ac tepidiores. nos Galli hæc ob causam peregrinatrices, seu (si dicere liceat) viatrices ap- pellamus. Aristoteles hanc auem ait esse ἀγα- λάων καὶ πολιτικῶν, id est, congregabilem, & ci- uilem. Itaque ducem habere, cuius imperio pa- reat: ducem autem nudo capite prospicere, & speculari tum, si quid forte periculi impedeat, clamando significare, ac denūtiare. M. Tull. lib. 2. de nat. deorum. Illud vero ab Aristot. animad- uersum, a quo plerique, quis potest nō mirari? Græci cum loca calidiora petentes, maria transmittunt, trianguli for- mam efficere, &c. satis enim mihi est locum indi- casse.

C A P T A T] non dixit, capit. iucundius enim est captare, quàm capere. vt faty. 2. lib. 1. nā Trans- uolat in medio posita, & fugientia capiat. & ibid. pos- tum sic tangere noluit: Captat, & apponit. Sic enim le- gendum, quantumuis alij nescio qui obstrepāt, & reclamant.

Q V I S N O N M A L A R V M] mendosē le- gitur in nonnullis cod. Quis non malorum, cum omnes manuscripti habeant, malarum. hoc autē epithetum distinguit curas malas à bonis. sunt enim aliqua curæ laudabiles, & cum virtute cō- iunctæ: vt cura rei familiaris, cura valetudinis, cura eius nostri patris, quæ præest, & imperat: amoris autem curæ, vitiosæ sunt, ac vituperabi- les. sed quod attinet ad amoris, aut curarum earum, quæ propter amorem suscipiuntur, obli- uionem, scribit Pausanias in Achaïcis, aquam Selemni fluuij viris, & feminis ex amore labo- rantibus mederi, eamque vim habere, vt, qui in eo fluuij loti fuerint, illos amoris capiat obli- uio: quod si verum est (inquit ille) πιμώτερον πολλῶν χρημάτων ἔστιν ἀνθρώποις τὸ ὑδάτ' τῶ Σελέμνυ, id est, aquam Selemni multo plurius fa- cere debent homines, quàm magnam pecuniæ vim.

Q V O D S I P V D. M V L. I N P. I. &c.] queadmodum nihil viro optabilius est vxore pudica.

pudica: ita nihil mulieri iucundius euenire po- test viro, qui vnū, & idem cum ea sentiat, eamq; amat ex animo: quod quidem Nauicæ præca- tur Vlyses summe felicitatis loco ὀδύσας, nihil enim (inquit) præstabilius, nihil meli' est, quàm viri, & vxoris cōsentiens, & conspirans volun- tas: talisq; cōiunctio inimicis acrem dolorem iniuriam, amicis voluptatē affert: ipsi autem ex- periendo sentiunt, quanta in tali cōiunctio- ne, vitæ iucunditas. verba Homeri sunt hæc sub Vlyssis persona. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσσα δίδωσι: ὅσα φρεσὶ σῆσι μνησθῆσαι, ἀνδρᾶ τε, καὶ οἰκόν, καὶ ὁμοφροσύνῃν ὀπάσειαι. Ἐοχθίλῳ. οὐ μὲν γὰρ τῶ γὰ κρείσσον' ἢ ἀρεῖον. Ἡ δ' ὁμοφροσύνην τε νόη- μασι νῦν εἶπον Ἀνὴρ, ἠδὲ γυνὴ, πῶδ' ἄλ- γα δισπιδυέουσι, Χάρματα δ' εὐμυέτησι, μί- λιστα δὲ τ' ἐκλυοὶ αὐτοί. Hesiod item ἐργ. καὶ ημ. ait virū nihil sibi bona, & pudica vxore melius parare posse: cōtrā nihil grauius, atque acerbius mala. his verbis, Οὐ μὲν γὰρ τῶ γυναικός ἐνὴρ ληΐζετ' ἀμεινον Τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὐτῆς χα- κῆς οὐ δίχθιον ἄλλο. Δεπιτολόγης, &c. Quidam hic reponendum censent iuuans, & infra legunt; detracta copulatione que, sacrum vetustis, &c. Præterea quidam libri vet. habent, Quid si pud. mul. &c.

D V L C E I S L I B E R O S] sic Virg. 3. Geor. sed tota in dulcibus consumunt vbera natos. idem libro 2. Æneid. Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla vi- dendī, Nec dulcē natos, exoptatūque parentem. & lib. 4. Nec dulcēs natos, pueris nec præmia norū?

S A B I N A Q V A L I S] quales sunt Sabina mulieres, aut Apula.

P E R V S T A S O L I B V S] Græci vno voca- bulo dicunt, ἡλιουκαυτός. Theocr.

P E R N I C I S V X. A P P.] profert hūc ver- sum Seruius ad illum Virgil. Geor. 3. Diua iacet pernix, &c. atque vtrobique interpretatur perni- cem, perferentem: atque ductum esse à per- nitendo.

S A C R U M Q V E] focus facer est Vestæ, & Iari. sic autem legendum potius sacrumque, in- quam, quàm, vt vulgò, sacrum ver. quo posito, ni- hil est suprà mutandum in voce, iuuat, quod qui- dam volunt: pro quo reponunt iuuans cōtrā au- thoritatem omnium librorum antiquorū: neq; tamē lectionem illam damno, si quis fortè eam receptæ anteponat.

E X S T R A T L I G N I S F O C V M] hy- pallage est. i. exstruat ligna super focū. Od. 9. lib. 1. ligna super foco Larō reponens. Ad hunc locū per- tinent ea, quæ sunt apud Euripid. in Electra: vbi Electra colono cuidam, & operario nupta, sic cū eo loquitur. satis tibi negotij exhibēt, quæ foris sunt: nos autem domestica curare, & adornare oportet. aduenienti enim foris operario iucun- dum est domestica, composita & pulchrè ad- ornata reperire. Verba Euripid. hæc sunt, ἔλας δ' ἔγεις Τάχαθεν ἔργα. τ' ἂν δόμοις δ' ἡμῶς ῥεῶν ἔξω πεπτεῖεν, εἰσιόντι δ' ἔργα τῆ Ούραθεν ἠδὲ

τῶνδ' εὐεσκεν χελαῶς. s v b] paullo antè, vt annotauimus suprà ad Od. 9. lib. 1.

D I S T E N T A] fat. 1. lib. 1. Quodque aliena ca- pella gerat dissentium vber, Tabescat. Virgil. Pöllione. Ipsa lacte domum referent dissentia capellæ Pbera. Idem in Melibæo. Thyrsis vbera: Corydon dissentas lacte ca- pellas. Lucret. libr. 1. Candens lacteus humor vberibus manat dissentis.

E T H O R N A] huius anni: vt suprà Od. 23. lib. 3. hornam frugem dixit. & faty. 6. lib. 2. palea porrectus in horna.

D V L C I D O L I O] dulci, propter vinum, quod eo continetur.

P R O M E N S] sup. Od. 28. lib. 3. promere condi- tum, & de strenua, Cacubum. & Od. 21. eiusd. Corui- no iubente Promere languidiora vina.

D A P E S I N E M P T A S] escas domi natas: nō pisceis vrbe petitos, vt Saty. 2. lib. 2. bene erat, non piscibus vrbe petitis: sed pullo, atque hado. Virgil. Geor. 4. seraque reuertens Noctē domum dapibus mien- sos onerabat inemtis. nam inemtas malè quidam vi- leis interpretantur.

L V C R I N A] in lacu Lucrino capta. vt Sat. 4. lib. 2. Lacrima peloris.

I V E R I N T] delectauerint. sic vsurpat ep. 19. lib. 1. iuuat immemorata ferentem Ingenium oculisque legi, manibusque teneri. & Satyr. 6. lib. 2. Tandem ur- banus ad hunc: quid te iuuat (inquit) amice, Prærupti memoris patientem viuere dorso? eadem non longè à principi quod adest, gratum iuuat: hac præce te oro, Pingue pecus domino facias, &c. & paullo pôst: Hoc iuuat, & melli est. & epist. ad Pison. de arte Poët. iuuat, aut impellit ad iram. ibidem sub exte. Sic ani- mos natum, inuentumque poema iuuandis, si paululum à summo discessit, vergit ad imum. Oda 19. lib. 3. In- sanire iuuat. & Oda 9. hoc libr. Curam, motumque Casari rerum iuuat Dulci Lyæo soluere. Od. 11. ibid. Pecti, nihil me sicut antea, iuuat scribere versiculos a- more percussus graui. Oda 16. eod. lib. Nouaque mô- stra iunxerit libidine Mirus amor, iuuat vt rigens sub- fidere ceruis, &c. Satyra 1. lib. 1. Quid iuuat immensf te argenti pondus & auri Eurtim defussa timidum de- ponere terra? ibid. An vigilare metu exanimem, no- tescique, diesque Formidare malos fures, incendia, ser- uos, Ne te compilent fugientes: hoc iuuat? & Satyr. 3. lib. 1. inaneis Hoc iuuat, haud illud querentem, num si- me sensu, &c. Iuuare interdum est prodesse. idem epist. 2. lib. 1. Qui cupit, aut metuit, iuuat illum sic- domus, aut res, vt lippum picta tabula, fomenta po- dagram.

O N C H Y L I A] conchylimum nomen est ge- nerale omnia testacea cōplectens, vt musculos, mitylos, ostrea, pectines, echinos, &c. putatque Athenæus conchylia esse dicta ὠστὰ τὸ κεχυνέ- νου, id est, ab hiando.

R H O M B V S] quæ Romani Rhombum Græco nomine appellant. Græci alio etiam Græco Ἰσπίται dicunt, vt scribit Athenæus lib. 7. in ex- tremo. à figura autem rhombus appellatus est.

nos Galli nostra lingua turbinem, & (vt propius accedam ad consuetudinē nostrī sermonis) turbonem nominamus piscem fuisse magni pretij declarat etiam locus Hor. saty. 2. lib. 2. quid tūm rhombos minus equora alebant? Tūm erat rhombus, &c. Hodie quoque apponitur in mensis diuitū, & in caris piscibus habetur. Idem Athen. lib. 8. videtur ῥήμβου à rhombo distinguere.

SCARUS] Diphilus apud Athe lib. 8. his verbis scarum commendat. σκάρος ἀπαλόσαυρος, ἰαθύρος, γλυκὺς, κίφος, εὐπέπος, εὐμαδόντος, εὐκοιλίος, id est, Scarus molli, seu tenera carne præditus est, friatilis, dulcis, leuis, ad concoquendum facilis, facile redditur, ventrem mollit. Adidit idem, recentem scarum esse suspectum. propterea, quod lepores marinos captat, illique vescitur. iccirco eius intestina vim bilis effectricē habeat. Idem lib. 7. hunc solum ex omnibus piscibus dormire dicit, & propter eā causam nūquam noctu capi. Oppian lib. 1. Ἀλευτ, solū vocalem esse scribit, καὶ σκάρου δὲ δὴ μένος ἐν ἰσθμοῖσι πᾶσιν ἀειδίδοις φθάζεται ἰκμυαλίω λαλαγίω, ἢ μένος ἰσθμοῦ. Ἀρροῖον παρῆσιν ἀνὰ σκάρου δειπτοῖν ἀδύα, &c. vide annotata ad Od. 3. lib. 4.

SI QUOS EOIS INTON.] id est, Si quos scaros coorta tēpeltas, & fluctus excitati in mari Ionio, & Oriētali ad hoc mare, nēpe Tyrrenum, conuertant, & compellant. ad Eleusinem scaros pulcherrimos capi Lynceus quidā Sami⁹ scribit in epistolis, vt tradit Athe lib. 7. Priscianus lib. 9. docet tonitum à verbo tonandi vñtatius esse, quàm tonatum, & producit hunc locū testem, vt nouum, & pæne inusitatum.

AD HOC VERTAT MARE.] Tyrrenum, seu Etruscum.

AFRA AVIS] gallinā Africanā, seu Numidicā significat, de qua Columella, & Plinius.

DESCENDAT IN VENTREM MEVM IV C.] mihi sit cibus iucundior.

ATTAGEN IONICVS] Mart. Ionicarum gustus attragenarum. Aristoteles lib. 9. ἀττὴν ἰσθμοῦ. Attragenam ponit inter eas auēs, quas ὀρνιθίας κοιντικὰς vocant Græci, id est, quæ in puluere volutantur: qualis est gallina, perdix, phasianus. Idem lib. 9. ὁ Ἀτταγὴν, κοιντικὸς ὄρνις. ἢ ὀρνιθίων ὄσοι ἐστὶν ἰσθμοῦ, ἀλλ' ὀρνιθίοι, κοιντικοί, &c. i. Attagē, auis est in puluere volutabilis. Aues enim omnes, quæ non sunt altiuiolæ, sed terrestres, sunt in puluere volutabiles.

AVT HERBA LAPATHI] lapathū Latini rumicem nominant. cum commēdat Lucilius apud M. Tull. lib. 2. de finibus. ὁ lapathe, vt iactere necesse est, cognitiuū cui sis. vnde lapathium, deminutum nomen: Varro, Hanc eandem voluptatē tacitulus tacim consequi lapathio & ptisana possum. hæc herba mollit aluum, vt docet infra sat. 4. lib. 2. si duram morabitur aluus, Mitulus, & viles pellent obstantia concha, Et lapathi breuis herba, ed albo non sine Coo, &c. vers. seq. & grani Malua sa-

lubres corpori. & Od. 31. lib. 1. me pascum oliua, Me cichorea, leuisque malua. Quin lapathus ὄπδ τὸ λαπαθίον dictus est, quod valet exinanire, & pro ventrem leuare vsurpatur: vnde λαπαθίς, qua voce vititur Arist. lib. β. φυσ. ἀχροόσ. οἶον τὸ βανδύσαι, εἰ λαπαθίον ἐπιεῖται: id est, verbi gratia, ambulare, si est alui lenande gratia. Iam ἔλαπαθίον, populari, & vastare significat.

TERMINALIBVS] Terminalia dies festi qui agebantur in honorem Termini Dei. Terminalis autem sacrificabant (inquit Festus) quod in eius tutela sineis agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum, qui terminum exarasset, & ipsum & boues sacros esse. Idem addit deinceps. Terminalium quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto, quod nefas esse putabant, terminum intra tectum consistere. Ei autem quotannis agnā immolabatur, mense Februario, eiusq; mensis die vltimo: propterea scilicet, quod initio vrbs condita Februarius mensis fuerat vltimus. Imò falsum est, si Plutarcho credimus, agnā, aut allam animantem Terminali immolari solitam, nihil enim viuū, animāque præditum Romani ei immolabant, vt testatur ille, propterea fortasse (inquit) quod, cum Romulus terminos cōstituisset, quod progredi armis liceret, omnemque terram propriam esse statuisset, ad quam hæc, & ferri acies peruenire possent: Numa Pompilius vir iustus, & ciuilis, & philosophus, agrum Romanum ab agro finitimorū finibus distinxerit, atque iccirco Terminalium, vt pacis & amicitie præsidē & custodē, à sanguine & cæde purum esse oportere existimavit. Ouid. tamē lib. 2. Pastor. priorem sententiam confirmat. & addit, Nec queritur, lactens cium sibi porcā datur. de Terminali notauimus etiam quædam alia ad carmē sæculare infra.

VEL HÆDV8 EREPTVS LVPO.] vir quidam doctis, annot. Plutarchum libro secundo συμποσιακῶν tradere. earum pecudum, quas lupus momorderit, carnem quidem teneriorē fieri, lanam autē corrūpi: ex hoc intelligi posse, cur Horatius ereptum lupo hædū dixerit. Ego hæc verba ereptum lupo, non iccirco ab Horatio esse addita puto, quod hædi caro à lupo moria, sit tenerior: sed propterea quod rustici, & aratores, quorum hominum vitam, & victum; vt frugalem, hic laudat Horatius, nō aliter essent hædum in cenā apposituri, nisi à lupo dētibus appetitus, ac laceratus esset. multo enim malūt caprum adultum habere viuum, quàm hædum tenellū, ac delicatū comessē. nunc autē, posteaquā à lupo morsus, & fortasse interemptus est, multo satius est eum lupo ereptum comessē, quàm deuorandum reliquisse. præterea, quod dē lupi faucibus ereptum edunt, non vidētur ex hædili suo sumere: sed alienum, neque iam suum capere, & apponere: & ita de lucro quodammodo cenare. sententiam meam adiuvat Martialis lib. 10. in epigrammate, cuius initium est; Numiat octauam Phariæ

Phariæ, &c. ex quo paucos hos versus proferam: Paruis onyx, una ponetur cenula mensa, Hædus inhumani raptus ab ore lupi, Et, quæ non egeant ferro struitoris, ofella; Et faba fabrorum, prototomique rudes: Pullus ad hoc, cenisque tribus iam perna superstes Addeur, saturis mitia poma dabo, &c. Postremū mecum facit & Porphyrus, his paucis verbis: Factus grauior ex perditio.

VT IVVAT] quàm delectat? ἡδύ: quàm iucundum est: vt paullo antè.

VIDERE FESS. VOM. INV.] Sic Virg. Alex. Aspice: aratra iugo referunt suspensa iuuenti. profert hunc locum Seruius ad illum Virgilij versum.

RENIDENTIBVS] ridenteis, hilares, vt sup. Od. 18. lib. 2.

HÆCVBILOCVTVS] nihil subaudiendum puto. fingit autem superiora illa omnia dicta esse à fæneratore Alfiō. ostenditque tantam esse vitæ rusticæ iucunditatem, & opportunitatem, vt etiam homines ab hac alienissimi, eam laudare cogantur: qui tamen lucri dulcedine, & sordibus irretiti, eius suauitatem gustare non possunt. nonnulli subaudiunt verbum, sum, vt totus ille sermo sit poetæ. quod si placet, addenda distinctionis nota post vocem locutus, vt sit hic Horatij sensus: Hæc vbi locutus sum, id est, postquam Alfius me hæc loquentem audiuit: is omnem pecuniam idibus, &c. quærit Kalendis ponere, id est, collocare: nempe ad ingenium suū rediens, & oblitus illorum omnium, quæ de laudibus vitæ rusticæ dicta sunt. Quidam tamē vt mihi referebat Germ. Valens, hunc Alfium aiunt iccirco ab Horatio induci studentem & properantem Kalendis pecuniam collocare, quam idibus à suis debitoribus relegerat, quod vereatur, ne Romani ij, qui sumtuosius & luxuriosius viuunt, quique nummos alienos pascūt, vt alibi loquitur, vitæ rusticæ laudibus auditis, luxuriosè viuere desinant. & sese ad continentiam & frugalitatem conferant: & ita non habeat iam qui nomina facere velint, & pecuniā fenori accipere, atque hoc modo pecunia sua sit sterilis & otiosa. Quam explicationem minus probo. Verum tamen iudicet lector.

IAM IAM EVTVRVS] id est, eo animo, & consilio, vt rusticam vitam colat.

OMNEM RELEGIT] id est, omnem pecuniam in fænore positam, exegit idibus: statim ad ingenium rediens, denuo quærit apud quos Kalendis collocet.

RELEGIT] in nonnullis cod. scriptum est, rededit. ego, athen relegit malo, vt habet cod. duo Vatic. Iannoct. Vrs. Tornes. Ruffard.

IDIBVS] idibus nomina exigebant, vt ex hoc loco intelligere licet. & Saty. 6. lib. 1. magni Quo pueri magnis è centurionibus orti ibant ostentio referentes idibus ara: Kalendis autem, & exigebant, & collocabant, vt Saty. 3. lib. 1. Qui, nisi cum tristis misero venere Kalenda, Mercedem, aut nummo

unde extricat, amarus Porrecto iugulo historia, caprius vt, audit. quod item declarat Plutarchus in libello τὸ ἐπὶ τῇ μὴ δαυεῖσθαι: Οὐδ' ἀναμνήσει τῶν Καλαυδῶν, καὶ τῆς νεομηνίας τῆς ἱεπορτικῆς ἡμερῶν οὐσαν, ἀποφροδὰ πρὸς οὐ τοὺς δαυεῖσθαι, καὶ εὐλογῶν. id est, neque Kalendarum memoriam reficit, & nouæ lunæ: quæ cum sit omnium dierum facerrima, & sanctissima, nefastam tamen & horribilem, ac tristem faciunt fæneratores. Præterea interdum fæneratores, præsertim moderatores, quæ summo iure debebant debitores soluere Kalendis, ea exigebant demum idibus, & dabant eis diem soluendi laxiorem.

AD MÆCENATEM.

Od. 3.

ARGVMENTVM.

Efus allij detestatio.

Parentis olim si quis impia manu Senile guttur fregerit: *Edit cicutis allium nocentius. O dura messorum ilia, *Quid hoc veneni seuit in præcordiis? Num viperinus his cruor Incoctus herbis me* fefellit: an malas Canidia tractauit dapes? Vt Argonautas præter omnis candidum Medea* mirata est ducem: Ignota tauris illigaturum iuga, Perunxit hoc Iasonem: Hoc delibutis ultra donis pellicem, Serpente fugit alire. Nec ~~tantum~~ vniquam siderum infedit *vapor Siticulosa Apullia: Nec* munus humeris efficacia Herculis Inarsit æstuosius. At, si quid vniquam tale concupiueris Iocose Mæcenas, precor, Manum puella suauio opponat tuos: Extrema & in sponda cubet.

PARENTIS OLIM SI QVIS] id est, si quis posthac patrem senem stragulaerit, aut ingulauerit: nō cicutam, aut aliud vſitatum venenum, sed allium quouis veneno perniciosius, ac praesentius edat. *frangere guttur* ita dictum, vt supra *frangere ceruicem*, Od. 13. lib. 2. *Illum & parentis crediderim sui Fregisse ceruicem*, tale illud epist. 16. libri 1. *Contendat laqueo collum pressisse patrum, &c.*

EDIT] Petrus Victorius, quē semper honoris causa pomino, Variar. lectionū lib. 6. scribit, hoc loco legendum esse *edit*, ab edim, is, it, testaturque ita se reperisse scriptū in codicibus manu scriptis: Cui assentior, nāque eam scripturā & agnoscunt A Cro, ac Porph. & ego in trib. cod. Vatic. & Iann. Vrf. Torn. sine vlla litura expressam reperi, Denique ita loquitur Plaut. in Trinummo, *hostesue, an ciues comedis parui pendere*. & ita loquitur saty. vlt. lib. 2. *Et leporum auulſis, vt multo suauius, armos, Quam si cum lumbis quis edis*. Nouius apud Nonium, *Quod editis, nihil est: si volitis, quod acetis, copia est*, iterum Plaut. in Menechm. *Dum tu illi quod edis, & quod poter, praebeas, &c.* Idem Trinummo, *De mendico male meretur qui ei dat, quod edis, aut quod bibit. Nam & illud, quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam*.

CICUTIS] quae necant frigore. nā allii cōtra calore nocet, de cicuris epist. 2. lib. 2. plura.

ODYRA MESSORVM ILIA] quae ferre possint tam durum venenū, vt quidē Hor. videtur. nam allium, cibis est rusticis, & messoribus non iniucundus. Virg. Alex. *Thestylis & rapido fessis messoribus aestu Allia, serpillisumque, herbas contudit olentis*.

QVID HOC VEN. SAV.] Quid hoc est veneni, quod sauit in praecordiis? sauit, id est, aestuat: ventriculum, & totum corpus nimio calore incendit.

IN PRAECORDIIS] praecordia, vt nomen ipsum indicat, pars est corporis interior, corde anterior, & superior: sub qua sunt pulmones, vngulae bubulae speciem gerentes, & cor eis annexum, in pectore sub sinistra mamma situm: sub corde & pulmonibus saeptum est transversum ex valida membrana constans: infra sunt à dextra parte iecur: à sinistra lien. sat. 4. lib. 2. *leni praecordia multo Prolueris melius*.

NUM VIPERINVS HIS ERVOR, &c.] num me insciēte cruor viperinus his herbis incoctus est? *sefellis*, id est, latuit, & *λαθε*. *sefellis incoctus*, id est, ignorati esse incoctum. de verbo fallendi diximus ad Od. 10. lib. 1. *incoctus herbis* autem sic dictum, vt infra saty. 8. lib. 2. *Erucas videntes multis ego primus amaris Monstravi incoctura*, vt quidem olim putabam legendū. & ita Virg. Georg. 4. *Huius odorato radices incoctae Baccho*.

CANIDIA] Gratidia venefica, quam multis locis exagitat, & infectatur acerbissimis verbis Horatius, vt infra tota Oda 17. & satyr. 1. lib. 2. *Canidia Libuci, quibus est inimica venenum*.

& tota sat. 8. lib. 1. Canidiam autē nominat, quia non licebat quemquam nominatum scripto maledico, & contumelioso describere.

VT ARGONAVTA, &c.] id est, postquam Medea praec omnibus Argonautis Iasonis amore capta est, hoc illum veneno perunxit, ne à tauris illis ignem spirantibus, quos aratro iungere ab Aeta cogebatur, vlla ex parte offenderetur. Hoc dicit, non quod re vera ita fecerit Medea, vt ego quidem arbitror, sed vt alij diritatem, & inclementiam declaret. quamquam licet etiā dicere, Horatium spectasse alij vim, & naturā: quae est eiusmodi, vt venena efficiat praesentiora, certiora, atque efficaciora. Iccirco veneficiis accommodatissimum est, siue quis amicos seruare velit, siue inimicos de medio tollere. Quin etiā hoc traditum de alio est, si galli gallinacei praecellium commissuri, allium gustarint, ad pugnam animosiores, ac ferociores reddi. Idē equis paullo antequam signa cōferantur, aciesque cōcurrant, cum pane & vino datum, miram in eorum pectoribus ferociam, incredibilēque pugnae cupiditatem, & laboris tolerantiam ingenerat. Nōnulli autē ex interpretibus Pindari scribūt, Medeam Iasoni praecipisse, ne tauros, restante, & aduerso vento ageret: sed secundo vento, vt ita vis flammæ in anteriorem partem auerteretur. Itaque cōsultuit ei eadē opera, vt sulco vno cōfecto, ne ab eius extremo nouum sulcum institueret, vt solent aratores: sed ad eundem locū reuersus, vnde primū arare coepisset, sulcū secundum designaret. alij tradūt, Medeam nescio quod pharmacum cum oleo confudisse, & miscuisse, eoque Iasonem perunxisse, ne flamma quicquam in eum valere posset. hanc totā fabulā persequitur Pindarus in carmine illo elegantissimo quarto Pyth. cuius haec pauca verba mihi ascribere licet, *Αλλ' ὅτ' Αἰήτας ἀδαμάντιον ἐν μέσσοις ἔρωτον σείριλατο, καὶ βόας, οἱ φλόγ' ἀπὸ ζαυθῶν γενέων πνέον χειρομῆοιο πυρός· χαλκούς δ' ὀπλάς ἑράσασσον ἄδὸν ἀμειβομένοι· τὴς ἀραγῶν ἐν γλαί πελασσε μένος*, id est, sed vbi Aetas ferreum aratrum medio in agro statuit, taurisque, qui flammam ignis ardētis ex naribus, & faucibus spirabāt, vngulisque ferreis terram gradientes pulsabāt: eos adductos Iason solus admouit iugo. de his tauris sic Apoll. lib. 3. *δύω πέλιν τὸ ἀρῆιον ἀμφὶ μέμοντες ταύροι χαλκώποδες σείματι φλόγα φουλώοντες*, cetera vide apud eundem Apollon. de tauris illis, & de Medea amore Iasonis capta. dicemus nos quoque non nihil ad Od. 5. huius lib.

HOC DELIBVTIS VITA BONIS PELLICEM] Glaucam Creōtis filiam: de qua dicemus ad illum locum Od. 5. *cur dira barbarā minus Venena Medea valent, Quibus superbam fugit vltia pellicem Magni Creontis filiam? Cūm palla tabo munus imbutum, &c. hoc delibutis*, id est, allio imbutis, seu vnctis. hoc autem significat, nō alia re delibutam eam vestē fuisse, quam Medea Glaucā dona-

ca donauit, quā allio: quāsi allium ignem, & flammam concipere potuerit, qua illa & tota domus cōflagrarit, instar naphthae: seu olei viui, quo credibile est donū illud Medae perunctū fuisse. Glaucamque flamma subitō comprehēsa exarsisse. Plinius lib. 2. cap. 105. de naphtha, *Ita ferunt à Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne raptā*.

SERPENTE FUGIT ALITE.] à draconalis instructo, & pennigero vecta. notum est hoc ex Medea Euripidis in extrem. *Δέγ', ἐπιβέλει, χερσὶ δ' οὐ φαίσεις ποτε· τοῖον δ' ὄχημα πατρὸς ἡλίου πατρὸς Διδῶσιν ἡλίου, ἔρμους πολεμίας χερσὸς*, id est, dic siquid vis. manū autē tiges numquam: tale nobis vehiculū pater Sol donat, arcem, & praesidiū aduersus hostilem manum. Varro Marcip. *Dixit regi Medeam aduectam per aera in rheda anguibus*.

NEC TANTVS VM QVAM SIDERVVM, &c.] vapor apud Lucretium, & ceteros bonos scriptores semper valet idē, quod calor. Lucret. lib. 3. *Tennis enim quadam moribundos deseruit aura Mistra vapor: vapor porro trahit aera secum: Nec calor est quisquam, cui nō sit mistus & aer*. duobus nominibus vaporis, & caloris, eandem rem significat Virgil. Aeneid. 5. *leni vaporis taurinas Est vapor, & toto descendit corpore pestis*. ibid. *respirans donec vapor omnia, & omnes*. Quattuor amissio, sermata à peste carina. siderum vaporem, seu calorem nimis acrem, aestuosam impotentiam appellat. Oda 16. infra. *Nulla nocenti pecori vestigia, nullius astri Gremem astuosa torret impotentia*. huc pertinet illud Oda 1. lib. 3. *arbore nunc aquas Culpante, nunc torrentia agros Sidera*.

SITICVLVS] Jarida, siti huius, vt loquitur Virgil. Georg. 2.

NEC MVNVS HVMERIS, &c.] id est, nec id munus, quod Deianira ad Hercule mīst, Nesci Centauri cruore imbutū, vehemētiore calore humeros eius, & viscera excruciauit, quā allium, eorum, qui co vescuntur, inflāmare corpora solet. De hac tunica ad Hercule mīssa, qui plura scire volet, legat Sophoclis Trachinias, & M. Tull. Tuscul. lib. 2. vbi ali quot Sophoclis verfus, qui ad hanc rem pertinent, producūtur, ab ipso Tullio Latini facti. *sed videamus Herculem ipsum* (inquit M. Tull.) *qui cum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quaerebat, quas hic vocat apud Sophoclem in Trachiniis edidit, cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset, inhaesissetque ea visceribus, ait ille, o multa, &c. vide & annot. ad Od. 17. huius libri*.

EFFICACIS] id est, ad agendum, & efficiendum apti. *επιπρακτικῆς, δραστηρῆς, ενεργητικῆς*.

SI QVID VM QVAM TALE] nempe allium.

I OCOS E M AECENAS,] opportunē hoc loco iocofum appellauit, de Mecenatis oculis, & rebus amatoris verba facturus, vt notat Porphyrio.

MANVM PVELLA SVAVIO &c.] id est, te osculari volentem opposita manu prohibeat. In quibusdam libris veteribus scriptum est, *saui*.

EXTREMA ET IN SPONDA CVBERT.] & sefe quā longissimē abs te remoueat, neque se tibi complectendam, potendamque praebat, cum in communi tecum lecto cubabit. Sponda extrema sunt lecti latera: seu exteriores lecti partes.

IN MENAM LIBERTUM Pompeij Magni.

Od. 4.

ARGVMENTVM.

In eius, ex mutata conditione arrogantiam inuehitur.

LVPI, & agnis quātā sortitō obrigit, Tecum mihi discordia est, Ibericis peruste funibus latus, Et crura dura compede. Licet superbus ambules pecunia: Fortuna non mutat genus. Vidēsne sacra metiente te viam Cum bis* ter vlnarum toga, Vt ora vertat huc, & huc euntium Liberrima indignatio? *Sectus flagellis hic triumphalibus Praeconis ad fastidium, Arat Falerni mille fundi iugera: Et Appiam* mannis terit: *Sedilibusque magnus in primis eques Oithone contemto sedet. *Quid attinet tor ora nauium graui Rostrata duci pondere Contra latrones, atque seruilem manum, Hoc hoc tribuno militum?

LVPI ET AGNIS] Luporū & agnorum discordiam, atq; inimicitias etiam Homerus significat his verbis *ἰλ. γ. Οὐδ' ἔλκεται ἕ' ἀρνες ὁμόφρονε θυμὸν ἔχουσι*. *Αλλὰ χερσὶ φρονέσι Δι' ἀμπερες ἀλλήλοισι*, id est, neque lupi, & agni concordem animum habent. sed perpetuō inter se malē cogitāt & maleuolunt. & Plato in

Phaedro, Ως λύκοι ἀγα φίλῶσ' ὡς πᾶσι φι- λῶσιν ἐρεσῶσ', id est, ut lupi agnum amant, sic puerum amatores. verus est nescio cuius poë- tae. infra Od. 12. ut pueri crevis ἄγνα λυπος.

ΤΕΣ Μ ΜΗΝ ΔΙΣ C.] subintellige, tā- ta: ut sit, Tanta mihi tecum discordia est.

ΑΘΡΤΙΤΔ] fortitō non est fortuitō: sed hoc sēntit Horat. cūm primūm nata animalia sunt, suū cuique animalī à natura propriū quendam, & ut ita dicā, peculiarem affectū, verbi gratia, alicuius rei persecutionē vel fugam, amorē vel odiū esse attributū. suntū fortasse à veterū mo- re, qui plurimis & maximis in rebus fortibus utebantur: vnde & apud Græcos λαγρόν, & apud Latinos fortiri usurpatur pro cōicqui, atq; obtinere. Potest etiam hoc dici, fortem, quam κλῆρον Græci dicunt, idem esse, quod aliis verbis δόματα, & μοίρα à partiendo appellant, quia v- nusquisque statim ab ortu suo certam viuendi & moriendi condicionem diuinitus; aut à fati- diuifam, ac tributam consequatur. de fortibus non nihil diximus ad Odam; lib. 2. Quāta igitur inter lupos & agnos discordia est natura: tā- ta mihi tecum inimicitia intercedunt.

IBERICIS PERVSTE FVNIB.] signifi- cat, eum fuisse seruū, utpote cuius in lateribus & tergo, verberum: in curibus, vinculorum & cōpedum exstarent vestigia. Funēs Iberici au- tem è spatio intelliguntur: cuius magna est in Hispania copia. iam perisse latum, est hellenismus id est, tu, cuius latus perustum est.

ET CRVRA DVRA COMP.] & cuius cura perusta sunt duris compedibus. epist. 16. lib. 1. In manicis & compedibus duro te sub custode tenebo.

SACRAM METIENTE T B VIAM] cūm per viam sacram incedis. via sacra ad Capitolium ducit. sic autem dicta est, quod in ea scē- dus inter Romulum & Tatium iētum sit. auctor Festus Pomp. Ode 7. eodem libro ut descenderet sacra catenatis via. & saty. 9. lib. 1. Ibam fortē via sacra, sicut meus est mos.

CVM BIS TER VLNAR. TOGA] am- plissima, togæ laxitas & amplitudo diuitum est: contra arcta toga eorū, qui sunt mediocrius, aut etiā tenuioris fortunæ, ut epist. ad Loll. 2. lib. 1. Arcta decet sanum comitem toga. Porphyr. iustam togæ magnitudinem sex vlnis constituisse vult intelligi.

VT ORA VERTAT, & C.] quo pacto ho- mines prætereuntēs, in te ora vertētes indignē- tur indignationem Græci νέμωσιν, & indignari νέμωσιν vocant. quod distinguit Aristoteles ἀπὸ τῆς φθογῆς lib. 2. de moribus ad Nicomachum, his verbis, νέμωσιν λυπεῖται ἢ τῶν ἀνα- ξίως ἐπαράττουσι φθογῆς ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν ἢ τῶν πᾶσι λυπεῖται, id est, indignabundus, seu is, qui ad indignandum propensus est, dolet eo- rum rebus secundis, qui eis indigni sunt: inuidus hunc superans rebus omnium secundis conta-

becit. Idem propemodum scribit ἠπὸρ. β. εἰ γὰρ ἔστι τὸ νέμωσιν λυπεῖσθαι ἢ τῶ φωνοειδῶ ἀ- ναξίως ἐπαράττουσιν, ὅρα τὸν μὲν δὴλον, ὅτι οὐκ οἶόν τε ἔστι πᾶσιν ἀγαθῶς νέμωσιν, ἀλλ' ἔστι τῶν πᾶσι γὰρ δυνάμει, & c. id est, si enim indi- gnari, est dolore affici ob eius, qui prætér dignitatem & meritum videtur rem suam bene gerere, res secundas: primum quidem perspicuum est non licere ob omnia bo- na indignari, sed ob diuitias & potentiam, & c. duntaxat. & item Topic. β. νέμωσιν δὲ ὁ λυπεῖ- σθαι ἔστι τῶν τῶν κερῶν ἐπαράττουσιν, huc per- tinet locus ille Ciceronis ad Atticū lib. 5. nō fa- tis explicatus. ut libet, sed plane gaudeo, quoniam τὸ νέμωσιν interest τῆς φθογῆς. ut libet (inquit M. Tull.) sed plane gaudeo, videlicet Hirrum repul- sam tulisse. erat enim indignus eo honore, quē petebat, nempe augurato. Itaque si eū obtinuis- set, ego merito indignatus essem, neque propter meam indignationem, inuidere ei honorem di- cendus essem. differt enim τὸ νέμωσιν, quod in- dignari Latine dicimus, ab eo, quod est inuide- re, seu φθογῆς, ut Græci nominant. Atq; hūc qui- dem locum sic arbitror esse explicandum, nō, ut alij interpretantur, interest, id est, vtile est, & c. nam illud interest, pro differt, est positum, ut Aca- demic. 2. qui illa visa, & quibus omnia decreta sunt na- ta, negant quicquid à falsis interesse. Plutarchus præ- terea, ut mihi indicauit German. Valens, libello τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς, his Aristotelis sententia scribit: ὅτι πολλὸν ἡγοροῦνται τὸ τῆς πα- θῶν θράμματα τῶ λογισμῶ συμπαρόντα, & ὁμοιωτικῶν τῶν ἀρετῶν, ὁ θυμὸς ἀνδρείος μέτριος ὄν, ἢ μισοπονητῆ τῆ δειμαρσύνη, & ἢ νέμωσιν ἢ τῶν παρ' ἀξίαν ἐπαράττουσιν τῆ ἠπτιμέλει, & ἢ ἡγετησῆ ἀφρόνῳ, id est, quibus multo vtiliores sunt affectuum alumni impet- tus, cūm rationi prestō sunt, & virtutes adiutā: ut animi excaescētia fortitudinem acquir, im- probitatis odium ad iustitiam valet, indignatio ad eorum, qui prætér meritum fortunati sunt, obiurgationem & monitionem excitat.

SECTVS FLAGELLIS HIC] μίμωσις est orationis eorum, qui indignantur, hunc Me- nam esse tribunum militum, sumtuosissimis & mollissimis vestibus collucēre, tot agri iugera possidere, in quatuordecim ordinibus sedere, cūm cuius Romanus nō sit. Nam triuiri capi- tales de maleficio eorum cognoscebant, qui ci- ues Romani non erant, id est, aut peregrini, aut serui: eosque flagellis discēari, ac verberari iu- bebant. idem Treuiri dicebatur. Erant & triu- iri, seu treuiri monetales, qui his litteris signifi- cabantur, III V. A A A F. id est, Treuiri auro, argento, ari stando fundendo: vnde natus iocus Ciceronis in epist. ad Trebat. Treuiros vites cen- seo: audio capitale esse: malleum auro, argento, ari essent, & c. id est, Treuiros populos Belgis & Germanis interiectos vites cenfeo. audio esse bellicosos & pugnaces. malle esse monetales, id est, pecu- niosi & locupletes, ut eorum spoliis, & præda te locupletare

locupletare posses. Atque hæc ex Bembo.

PRÆCONIS AD FASTIDIV M] vsque ad fatietatem præconis, qui absentibus, aut etiā aliud agentibus triumuiris hūc Menam aliqua- do flagellis discēcandum curauit, & satiatius ver- beribus licetorem finem cadendi facere iussit.

ARAT FALERNI MILLE F. IVG.] indignum, libertū impurū tot agri iugera, præ- fertim Campani, arare.

ET APP. MANNIS TERIT] & vctus equis breuibus, & ad delicias & luxū fortuna- torum hominum accommodatis, viam Appiam peregritat. Epist. 7. lib. 1. Impositus manni aruum calumque Sabinum Non cessat laudare.

SEDIL. QVE MAGN. IN PRIMIS EQ. OT H.] in primis sedilibus, id est, in primis ordinibus. L. Roscius Otho legem tulit, ne quis equestris ordinis esse posset, qui quadringenta millia sestertium non haberet, & ut equitibus Rom. solis in quattuordecim ordinibus, & se- paratiū à plebe ludos spectare liceret. excepti autem erāt duo primi tribunus. Icirco hūc Me- nam dicit lege Roscia contenta, in primis sedi- libus sedere, qui esset indignus tribunatu. De hoc Roscio Othone sic M. Tull. in orat. pro Mu- ræna. L. Otho vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Idem Philipp. 2. Illud tamen audacia tua, quod sedi- sti in quattuordecim ordinibus, cūm esset lege Roscia deco- ratoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortuna vitio, non suo decoxisset. Horat. epist. 1. ad Mæcen. lib. 1. Roscia dic sodes, melior lex, an puerorum Nænia, que regnum recte facientibus offert?

TOT ORA NAVIVM, & C.] tot hancis rostratas.

CONTRA LATRONES] contra piratas, cūm hic ipse Mena pirata esset, ut eum appellat Plutarch. in Antonio.

ATQVE SERVILEM MANYM] & con- tra fugitiuos, id est, cōtra seruos: qui bellum ser- uile gesserunt Chryso, & Spartaco dūcibus. de bello seruili diximus supra nonnulla ad Od. 14. lib. 3. sed præstat seruilem manum, fugitiuos ac- cipi, quos armavit Sex. Pompeius Magni filius, in quo exercitu Mena & Menecrates erant rri- buni militum.

IN CANIDIAM VE- neficam, Od. 5.

ARGVMENTVM.

Loquentem inducit puerum quendam, quem a- liquot veneficæ sub terra defoderant mento- tenuis, fame necandum: ut ex eius iecore & medulla poculum amatorum conficerent. Huius preces primūm, deinde imprecatio- nes aduersus eas describit. Existimatur autē Gratiā Canidiæ nomine significare.

ATō decorum quicquid in calo regit Terras, & humanum genus:

* Quid iste fert tumultus? & quid omniū Vultus in vnum me truces?

Per liberos te, si vocata partibus

Lucina veris affuit,

Per hoc inane purpura detus precor,

Per improbatum hac Iouem,

Quid ut nouerca me intueris? aut vti

Petita ferro bellua?

* Ut hac trementi questus ore, constitit

* Insignibus raptis puer,

Impube corpus, quale posset impia

Mollire Thracum pectora:

Canidia breuibus implicata vipers

Crineis, & incomptum caput,

* Iubet sepulchris caprificos erutas

Iubet cupressus funebreis,

Et vncta turpis oua rana sanguine,

Plumamq; nocturnæ strigis,

Herbasq; quas Iolchos, atq; Iberia

Mittit, venenorum ferax:

* Et ossa ab ore rapta ieiunæ canis

Flammis aduri * Colchicis.

At expedita Sagana per totam domum

Spargens auernaleis aquas,

Horret capillis, ut marinus, a speris

Echinus, aut currens aper.

Abacta nulla Veia conscientia,

Ligonibus duris humum

Exhauriebat ingemens laboribus,

Quo posset infossus puer

* Longo die bis, ter ve mutat a dapis

Inemori spectaculo:

Cūm promineret ore, quantū exstāt aqua

Suspensa mento corpora:

* Exsucta vti medulla, & aridum iecur,

Amoris esset poculum:

* Interminato cūm semel fixa cibo

Intabuissent * pupula.

Non defuisse masculæ libidinis

Ariminensem Foliam,

Et otiosa credidit Neapolis,
 Et omne vicinum oppidum:
 Quae sidera excantata voce Thessala,
 Lunamque calo deripit.
 Hic irreflectum saua dente luvido
 Canidia rodens pollicem,
 Quid dixit? aut quid tacuit? o rebus meis
 Non infideles arbitra
 Nox, et Diana, quae silentium regis,
 Arcana cum sunt sacra:
 Nunc nunc adeste: nunc in hostileis domos
 Iram, atque numen vertite.
 Formidolosa dum latent siluis fera
 Dulci sopore languida:
 Senem, quod omnes rideant, adulterum
 Latrent* Suburana canes,
 Nardo perunctum, quale, nec perfectius,
 Meae laborarunt manus.
 Quid accidit? cur dira barbara minus
 Venena Medea valent,
 Quibus superbam fugit ultra pellicem
 Magni Creontis filiam,
 Cum palli, tabo munus imbutum, nouam
 Incidio nuptam abstulit?
 Atqui nec herba, nec latens in asperis
 Radix* fefellit me locis.
 *Indormit vnctis omnium cubilibus
 Obluione pellicum.
 Ah, ah, solutus ambulat veneficae
 Scientioris carmine.
 Non vsitatis, Vare, * potionibus,
 (O* multa fleturum caput.)
 Ad me recurre: nec vocata mens tua
 Marsis redibit vocibus.
 Maius parabo: maius infundam tibi
 * Fastidientis poculum.
 Priusque calum fides inferius mari,
 Tellure* porrecta super:
 Quam non amore sic meo flagres, uti
 Bitumen atris ignibus.
 Sub hac puer, iam non, ut ante, mollibus
 * Lenire verbis impias:

A Sed dubius vnde* rumperet silentium,
 Misit* Thyestias preces.
 Venena,* magni fas, nefasque: non valet
 Conuertere humanam vicem.
 Diris agam vos: dira detestatio
 Nulla expiatur victima.
 Quin, ubi perire iussus expirauero:
 Nocturnus occurram furor:
 Petamq; vultus umbra curuis unguibus:
 Quae vis deorum est Manium:
 Et inquietis assidens praecor diis,
 B Pauore somnos auferam.
 Vos turba vocatim hinc, et hinc saxis
 petens
 Contundet obscanas anus.
 Post insepulta membra* differant lupi,
 Et Esquilina alites.
 Neq; hoc parenteis, heu, mihi superstites,
 Effugerit spectaculum.

AT O, DEORVM QVIC QVID] facit
 quendam puerum loquentem, quem Canidia,
 hoc est Gratidia: (Gratidiam enim mutato no-
 mine, per Canidiam significat) Saganā, & cete-
 ra venefica mento tenus sub terra defoderant,
 famēque necare constituerant, ut ex eius iecore,
 & medulla amoris poculū cōficerent. quicquid
 autem scriptū reperitur in codicibus manuscri-
 ptis, Donati, Faer. quinq; Vatic. Tornes. Vrf. ce-
 teris ferē omnibus: itaque legit Seruius annota-
 tione quadam ad lib. 7. Aeneid. eamque scriptu-
 ram secutus sum. non enim vnum aliquē Deū,
 sed omneis implorat. sic loquitur Horat. Satyra
 6. lib. 1. Non, quia Maecenas, Lydorum quicquid Etru-
 scos, &c. & Liuius lib. 23. pauca hora sunt, intra
 quas iuantes per, quicquid Deorum est, dextas dex-
 tra iungentes fidem obstrinximus. in eo desident in-
 ter se, quod alij habent regis: alij regit. sed plures
 regit: nempe quinq; Vatic. Faer. & Tornes. &
 Nicotian. vnus, & Russard. Iam quod Priscian.
 lib. 17. ait, ut hoc loco abundare, id mihi mirum
 est, & p̄ne dicam, incredibile. Est enim interie-
 ctio dolorem, aut cōquestionem exprimēs, non
 coniuētio. Idem tamen videtur sentire Seruius,
 qui ad illum Virgilij versum lib. 7. Aen. Et non
 sic Phrygius penetrat Lacedaemona pastor, &c. hanc an-
 notat, legitur et An non, &c. sed hoc absolutum et
 planū est. Si autem legeris Et, copulatiua particula est,
 ad ornatum solum pertinens. Horat. Et o deorum quic-
 quid in celo regit, &c. Idemque ferē scribit ad il-
 lum locum lib. 9. an non viderunt mania Troia, &c.
 nisi

nisi quod ibi scriptum est regis.
 QVID ISTE FERT TVMVLTVS?] quid sibi vult iste tumultus? quid affert? quor-
 sum tumultuamini?
 ET QVID OMNIVM] sic habent quin-
 que libri Vatic. & Torn. & Nicotianus, & Rus-
 sard. vnus: non aut.
 PER LIBEROS TE] genus obtestadi re-
 ligiosissimū, & sanctissimū, orare aliquē per res
 ei carissimas, aut misericordia dignissimas. Sic
 Plautus Afinaria, Ita te obtestor per senectutem tuam,
 Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam, &c. Sic
 hoc loco hic puer orat Canidiam primū per
 res ei carissimas, per liberos: deinde per prae-
 tam suam, id est, ornamentum aetatis, quod pro-
 inde est ac si oraret per aetatem suam, videlicet
 aetatem infirmam, atque imbecillā. vide annot.
 ad illum locum infra, Supplex et oro regina per Pro-
 serpina, &c. Oda vltima. Malē autem utrobique
 quidā accipiunt praepositionem per, quasi sit iu-
 rantis, cum sit orantis & obsecrantis, vt dixi.
 SI VOCATA PARTVBVS LVCINA] de
 Lucina diximus sup. ad Od. 2. lib. 3. hoc igitur,
 dicit. Oro te per liberos tuos, si vmq; verē pe-
 peristi: si vmq; tibi pariēti Lucina affuit, &c.
 VERIS] vult intelligi Canidiam falsos sibi
 supposuisse partus, neque vmq; peperisse. cui
 concinit illud antiphrafticū Od. 17. infra, Tuisq;
 venter partum eius. Catull. ad Ianuam. Longus homo
 est, magnas cui litens intulit olim Falsum mendaci ven-
 tre puerperium.
 PER HOC INANE PVRPVR] prae-
 textam significat, qua utebantur pueri vsque ad
 annum decimum quartum: deinde fumebāt to-
 gam virilem, quam puram appellabāt. inane au-
 tem appellat purpurā decus, quia nihil ei pro-
 dest ad molliendam, aut flectendam harum mu-
 lierum immanitatem, & crudelitatem. Valent au-
 tem haec ad augendam facinoris atrocitatem a
 persona, cui fiat tam immanis iniuria.
 QVID, VT NOVERCA] qua inimica est
 priuignis (inquit Eurip. in Alceste). nihilōq; vipe-
 ra mitior. Et Sed πρὸς ἢ πρὸς αὐτῶν τερ-
 τοῖς τοῖς ἀπὸ τοῦ οὐδοῦ ἠπιατῆρα, id est,
 Inimica enim est (ubiens nouerca liberos prio-
 res, vipera nihilo mitior.
 AVT VTI PET. FERRO BELL.] aut
 vt bellua ferro lacesita. Aristoteles lib. 3. de mo-
 ribus ad Nicomach. ait feras, si non lacesantur,
 & quamdiu in silua sunt, non temerē sauire in
 quemquam: sed tum denique cum percussē fue-
 rint, aut perterritae.
 VT HÆC TREM.] posteaquam puer hęc
 tremula voce questus, sinem querendi fecit, &c.
 participium questus iunxit cum quarto casu, vt
 Od. 2. lib. 1. saeculum Pyrrha noua monstra quæsta.
 INSIGNIBVS RAPTIS] prae-texta, & for-
 tasse etiam bulla sibi a Canidia ereptis. Bullam
 sic describit Virg. Aeneid. 5. it pectore summo Flexi-
 liū obtorti per collum circulus auri. M. Tull. primo

accus. lib. de Iunio pupillo, itaque tibi Hortensius non
 illius at. sed causa: non vestitus, sed fortuna popularis
 videbatur. Neque te tam commouebat, quod ille cum to-
 ga praetexta, quam quod sine bulla venerat. Vestitus e-
 nim neminem commouebat is, quem illi mos, & eius inge-
 nuitatis dabat: quod ornamentum puertiae pater dederat
 indicium atque insigne fortunae, hoc ab isto praedone erep-
 tum esse grauius, & acerbē homines ferebant. praetex-
 ta utebantur pueri omnes, modō ingenui: prae-
 texta & bulla, senatorum filij duntaxat.
 IMPVBE CORPVS] si puer erat, & prae-
 textatus: ergo & impubes. Quare quod addit,
 Impube corpus, valet etiam ad amplificationem
 facinoris.
 THRACVM] qui tamen sunt barbari: & ita,
 immites, & inhumani. ex quo vult intelligi, has
 veneficas inhumanitate, & immanitate populos
 barbaros atque immanis superare.
 CANIDIA BREVI. IMPLIC.] Cani-
 dia, cui crines erant viperis implicati. Hellenis-
 mus est, implicata crinibus & caput. hanc Canidiam,
 furia facit. ornat enim cam, viperis & anguibus
 furiarum in morem: quarū crinibus angues im-
 plicati finguntur a poetis. Vide quae notauimus
 supra ad illum locum, Eumenidum recreantur an-
 guis, Oda 13. lib. 2. Iam Satyra 8. lib. 1. planē hanc
 Canidiam, & Saganā, quae paulō post commem-
 moratur, furias appellat. & vt non testis inulius
 Horruerim voces furiarum et facta duarum?
 CUPRESSVS FVNEBREIS] supra Od.
 14. lib. 2. inuisis appellat. ad quem locum multa
 de cupresso diximus: quibus hęc ascribātur, quae
 tradita sunt a Seruio ad illum Virgilij versum
 Aen. 3. Caruleis masta vitis, atrāque cupresso. cupres-
 sum atram dici a Virgilio: id est, funestam: quia
 inferis consecrata est, & quia caesa numquā re-
 uirescit. Praeterea moris Romani fuisse ramum
 cupressi domui funestae praeponi, ne quis ponti-
 fex per ignorantiam ingressus, pollueretur. Hinc
 Horat. (inquit ille) nec harum, quas colis, arborum,
 Te praeter inuisam cupressum Vlla br. dom. seq. in duo-
 bus Vatic. & Vrf. scriptum reperi cupressus. in a-
 liis cupressos.
 TVRPIS RANAE] rubetae. Propertius quo-
 que significat, rubetam adhiberi solitam a vene-
 ficis ad amatoria pocula: sic enim ille lib. 3. ad
 Lygdamum, illum surgentis ranae portenta rubeta, Et
 lecta ex sectis anguibus ossa trahunt.
 PLYMAM QVE NOCT. STRIG.] idem
 Propert. deinceps, Et strigis inuenta per busta iacen-
 tia pluma. strigem describit Ouid. lib. 6. Fastor. a-
 nis est nocturna mali ominis (inquit Porphy.)
 Plinius lib. 11. cap. 39. hoc de strige scribit dūta-
 xat. Esse in maledictis iam antiquis strigem cōuenit: sed
 quae sit auium constare non arbitror.
 IOLCOS] vrbs Thessaliae. Iam Thessalica ve-
 nena celebrantur a scriptoribus. ne longius ab-
 eamus, supra Od. 27. lib. 1. Quae saga, quis te soluere.
 Thessalis Magus venenis, quis poterit dem? & mulieres
 Thessalae, veneficae habebantur. Aristophan. Nu-

bib. Γαυῖα φαρμακίδ. εἰ ὑπὸ ἀνδρῶν θεῖα- λυδ. &c. Ioccos autem esse legendum admonuit iampridem Beroaldus: quam lectionem comprobant boni codices. in his Faern. & duo Vati. agnoscit Porphyrio.

ET OSSA AD ORE RAP. IE. C.] vtrum dentes ieiunæ canis, an ossa aliena, quæ ieiuna canis rodebat: quod probabilis est. Iam ieiuna canis, auida, & desiderio æstuans. Iccirco, quæ ab eius salina contacta sunt, ad philtrū conficiendum vtilia.

FLAMM. ADVRI COLCH.] qualibus tota Creontis domus, & eius filia Glauca, seu Creusa contagrauit, vt mox dicemus. Colchicas autem appellat, quia opera & arte Medææ Colchidis excitatæ sunt.

AT EXPEDITA SAG.] εὐζανος, succincta. Saganam veneficā commemorat etiam Satyra octava lib. 1.

SPARGENS AVERN. A QV.] sic Virg. de Didone sacra quædam magicalia simulat. lib. 4. En. sparserat & latice simulatos fontis Avern.

HORRET CAPILL. VT MARIN. &c.] Echinus marinus è genere est ostreorum, seu testaceorum malis. est & terrenus, quorum vtrumq; aduersus eorū, à quibus captatur, insidias esse cautissimum ac munitissimū spinis & capillis suis oppositis, scribit Athen. li. 3. his verbis, ὅτι δ' οἱ ἐχνοί, λέγω καὶ τὰς χερσαῖας καὶ τὰς θαλασσίους, καὶ εὐνοῖαι εἰσι φυλακτικοὶ ποταμοὶ τὰς ἡρῶντας, ποταμοὶ δὲ αἰχμηταὶ τὰς ἀλγύνας, εὐνοὶ πὶ χερσαίωμαι, Ἴων δ' Χίος μαρτυρεῖ, λέγων οὕτως. Ἀλλ' ἐν τῇ χερσὶ τὰς λέοντος ἦνεσα. Ἡ τὰς ἐχνοῦ μάλλον οἰχεῖται τετραγῶν, ὅς ἐστ' ἐν ἄλλων κρείσσοναν ὀρμὴν μάτη, Σπερτεῖλος ἀμφ' ἀκρωτῆας εἰλέγει δέμας, Κεῖται δὲ αἰεὶ τε, καὶ γίγνεται ἀμύχλος. quæ verba Latine reddemus ad Saty. 4. lib. 2.

ABACTA NULLA VERA, &c.] id est, Veia non vilius facinoris, aut maleficij conscientia ab instituto depulsa, nec deterrita. Hæc est tertia venefica.

HVMVM EXHAVIEBAT] scrobem faciebat, in quam puerum defoderet.

QV. O. P. O. S.] quam in terrâ defossus puer, postea immortali longo spectaculo dapis bis, aut ter die mutata: id est, spectaculo dapis nouæ aliâs atq; aliâs opposita, & semper sublata, nunquā concessa, vt pueri auiditas hoc spectaculo in horas augetur, & in hoc desiderio fame moreretur: & ita ex eius medulla præsentissimum amatorium poculum conficeretur.

CVM PROMINERET ORE, &c.] cum puer in terram defossus mento tenus, ore è terra tantum prominere, quantum ex aqua extant corpora mento suspensa.

EXSUCTA VTI MEDVLLA] cum in omnibus lib. scriptis Vaticanis, & ceteris, Iann. Faer. Virf. Nicot. & aliis aliquot, scriptum reperissem *exsucta*. in vno autem atque altero *exsucta*,

sine vlla litura, idque ad Gulielmum Faernum, hominem acerrimo iudicio, & ad restituendos veterum scriptorū libros temporis iniuria corruptos cum natura factū, tum arte comparatū, retulissim: is realiquantisper considerata, respōdit sibi videri legendum *exsucta* ab exsugendo, libri vulgati autem habent *Exserta*: quos si quis mallet sequi, non inuidebo.

AMORIS ESS ET POCVLVM] φιλτρον, quod infrâ desiderij poculum nominat, Od. vltima. *Desiderique temperare poculum.*

INTERMINATO] id est, interdicto, interminari est minando vetare, vt Terent. And. *Interminatus sum ne faceres?* & Heautont. *meministi me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum, si puellam parerem, nolle tolli?* habet autē hoc quidem verbum significationem agendi: sed nobiles grāmatici tradiderunt, omnium verborum, quæ deponentia nominantur, participia interdū etiam passionē significare. itaque interminatus cibus intelligendus est, quem quis tangere prohibitus est: cibus vetitus, & interdictus. Hoc igitur dicit Horatius, fiebat illa omnia à Canidia Sagana, Veia vt exfusa ex puero ita mortuo medulla, amoris esset poculū, cū pupula oculorum huius pueri cibo alio atq; alio aliâs appposito, & sæpe mutato, & nunquam concesso, sed negato, & interdicto, ac vetito infixæ cōtabuissent, atq; extinctæ essent, puero fame mortuo. Hoc autem fiebat, vt puero fame necato, quam cibus appositus quidem atq; ostentatus, sed negatus & sublatus augebat, amoris poculum ex pueri iecore & medulla compositum, & conflatum, præsentius, ac validius esset.

PVPVLÆ] oculorum acies, κέρα. MASCVLÆ LIBIDINIS] significat, hæc fuisse tribada, & amore fæminarum, tanquam virum, arsisse, qualem fuisse Sapphonem plerique tradiderunt.

VOCE THESSALA] carminibus, & cantionibus Thessalicis. τῆ ἐπιποδῆ, de cantionibus, quas Græci ἐπιποδῆς appellant, quibus constat veteres studiosè vsos esse, quibusque multum tribuisse, dicemus ad epist. 1. lib. 1.

LVNAMOYE CÆLO DERIPIT] Virg. dicit deducere Lunam, in Pharmac. *Carmina vel celo possunt deducere Lunam.* Horatius infrâ Od. vltima, *deuocare Lunam: Per atque libros carminum valentium reflexa celo deuocare sidera.* & ibid. *Deripere Lunam vocibus possunt meis.* Prop. lib. 2. *Et iam Luna negat rotas descendere celo.* καὶ ἄρ' ἔπειν, & καὶ τῶν γε τῶν σελήνῳ dicunt Græci. Plato in Gorgia, ὅπως μὴ πεισώμεθα, ὅτι τῶν φασι τῶν πῶν σελήνῳ καὶ λαίρ' ὄσας τὰς θεῖα λικας, &c. id est, vt ne nobis accidat quod aiunt mulieribus Thessalicis euenire, lunam deducentibus. Eodem pertinent Petronij Arbitri versus, quos quia neque emendati leguntur in vulgatis exemplis, (descripti autem nuper ex v. c. Errici Memmij exemplari, cum

plari, cum id esset Petro Ronfardo, Antonio Bassio, Remigio Bellaqueo, poetis nostræ Gallia clarissimis, & mihi commodatum) & multas alias veneficarū arteis, & præstigias, cōplectuntur, non me pigebit huc ascribere. *Quicquid in orbe vides, parer mihi: florida tollis Cum volo, sicca: in arefcie languida succis: Cum volo, fundis opes, scopulique atque arida saxa Nilias iaculantur aquas: mihi pontus inerteis Summitis fluctus, Zephyrique tacentia ponunt. Ante meos sua stabra pedes: mihi flumina parer, Hyrcanæque tigres: Et in stabra leones. Quid leniora loquor? Luna descendit imago Carminibus deducta meis, rapidūq; ferentis Electere Phæbus equos reuoluto cogitur orbe: Tantum dicta valent, taurorum flamma quiescit Virgineis extincta sacris, Phæbeaq; Circe Carminibus magico socios mutauit Physis: Proteus esse solet, quicquid libet: hū ego callens Artribus Idæos fructus in currite sstam, Et vnt sum flumio in summo vertice ponam. καὶ τῶν γε τῶν σελήνῳ dicit Lucian. in φηλοσοφῶν, id est, de uellere, deripere autem est è loco superiore taperé, vt supra Od. 28. lib. 3. *deripere heros.* & Virg. Georgic. 2. in spisso vimine qualos, Coldeque prælorum fumosis deripe testis.*

IRRESECTVM] pollicis vnguem, quem ita roferat ad vium, vt amplius refecari nō poteret: vel simpliciter, non resectum.

QV. ID. DIXIT? AVT QV. ID. TACVIT?] epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. *dicenda, tacenda locutus.*

OREBV MEIS] hæc dicuntur à Canidia. ET DIANA] Hecate, seu Luna. Sed cur Lunā implorat? scribunt Græci interpretes, mulieribus amore captis vñtatū esse Lunam inuocare, vt viris Solem: quemadmodum & Euripides Phædrā inducit in Hippolyto: vel propterea quod nox taciturna est: amoribus autē futuriis, & clādestinis silētio, & nocte opus est: vel quia Luna quoque ex amore aliquando laborauit: ex quo fieri, vt mulieribus, quæ eodem malo afflictae sunt, adiutricem se præbeat: vel quia hæc dea ignis calorem præ se fert: amor autem ignis instar est. hæc interpr. Theocr.

QVÆ SILENTII REGIS:] Primum cur hic silentij mentio sit: deinde quamobrem luna silentij regit? respōdeo. Sacris omnibus silentio opus est, etiā magicis & maleficis. Virg. lib. 3. *Idæis que nemus: hinc fida silentia sacris.* Itaque pronuntiabat præco in sacris publicis, *sanete linguis.* annotatum ad Odam 1. lib. 3. Ad sacra autē nocturna & nefaria, præcone, qui silentium indiceret, opus non erat, cum luna teste, & nocte silente fierent: vt apparet ex Theocr. pharmaceutr. Luna enim silentio præest, quia nox taciturna est. Virg. lib. 4. *Æneid. Cum tacet omnis ager, pecudes, pisceque volucres, Quæque lacus late liquidos, quæque aspera dumis Rura tenent: somno postea sub nocte silenti.* Idem lib. 8. *cesarum ouium sub nocte silenti.* Pellibus incubuit stratis. & lib. 2. *tacita per amica silentia luna.* Lucret. lib. 4. de Faunis, *Quorum noctu inago strepitum, lullōque iocanti Affirman vulgō taciturna silentia rumpi.* Horat. sup. lib. 2. *Oda 8. Et toto taci-*

turna noctis signa cum celo.

NOCTVANA] arcana, & muliebria, & malefica. Diagondas Thebanus, vt scribit M. Tullius lib. 2. de legibus, nocturna omnia sacra perpetua lege è media Græcia sustulit. Idem Marcus hanc legem sanxit eod libro *Nocturna mulierum sacrificia ne fiant, pr ater vlla, quæ populo ritē fient.* CVM FIVNT] Sic habent plerique libri manuscr. alij dum sunt sacra.

NVMEN] vim & potentiam vestram diuinam.

FORMIDOLOSÆ DVM LALENT, &c.] noctu sic Virgil. lib. 4. *Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras, siluæque, & sæua quierant. Aquora, & c. formidolose, quæ metum incutiunt, horribiles. alij timidias interpretantur. in quibusd. libris legitur formidolosis, vt cohaereat cum voce silis. sed plerique libri manu script. habent formidolose, quos sequor.*

DVLICI SOPORE LANGV. ID.] Virg. lib. 4. *Æn. nec dulci declinat lumina somno.* Homcr. *ἰλ. κ. ἰππος ἔχρ γλυκερός.*

SENUM, QVOD OMNES RIDEANT, ADVLT.] Est enim ridiculū quiddam, senex amator. Ouid. *Turpe senex miles: turpe senilis amor.* Tibull. elegia. 1. lib. 1. *Iam subvepet iners aetas, nec amare decebit, Dicere nec cano blanditias capite.*

ADVLTERVM] Varum amatorem, & scortatorem: qui me spreta, & reiecta meretricis Suburbanas scatur.

LATRENT SVBVRANÆ CANES.] primum hoc sit constitutum, ita legendum contententibus omnibus veteribus codicibus, non suburbana, neq; suburbana: deinde quid sit Suburvideamus. Subura locus in vrbe Roma, in quo sunt mons Cælius, & Carina. Varro lib. 4. de ling. Latina putat Suburā dictā esse à pago Sucufano C in B mutato. idē eod. lib. Suburā regionē, primā scriptā esse tradit. P. Viator autē Suburā in secunda regione vrbis collocat. à Subura dicta est tribus Suburana, de quib. lege Dionys. Halicarn. lib. 4. ἀρχ. Ρωμ. In Subura prostabant meretrices: quas dum noctu scatur Varus, optat Canidia vt eum allatrent canes, quæ in eo loco sunt.

NARDO PERVNCT. QVALE, NEC PER F.] id est, tali vnguento nardino perunctū, quale meæ manus non laborarunt, & quo perfectius non laboraret, seu laborarint: vel nardo perunctum, quale meæ manus nunquam laborarunt: aut certè quo perfectius non fecerunt, vt sit cōrrectio. sic enim mihi videtur explicandus hic locus: ne cogamur dicere, quod quidā, quale hic positum pro quali: quemadmodum, in quibus, loquebantur antiqui, quamvis ita explicet Priscianus lib. 17. quod si demus ita esse, non video tamen, quomodo hæc possint coherere: nardo perunctum tali, quali non elaborarunt meæ manus perfectius. nunquam enim quisquam Latinus quale vsurpauit pro quod: nec quali pro quo,

Deniq; ne sim longior, præsertim in re non ita magni momenti, sic est locutus Horatius saty. 5. lib. 1. vt hoc loco: *anima, quales, neque candidiores Terra tulit, neque quis me sit deumior alter*: quorum versuum explicationem videto suo loco. est enim planè huic similis, & geminus. Neq; verò mihi vilo modo probari potest eorum sententia, qui sic explicat, Perfusus erit ille tali vnguento, quale eiusdem generis nūquam melius feci, seu fecerim. Nō enim ita loqui solent Latini, *quale perfectum, aut quale melius, &c.* Sed non celabo lectore, me in nonnullis libris manuscriptis scriptū reperisse, *laboravit*. Quid accidit, &c.] Adhibuerat Canidia in Varum præstantissima venena, quæ nihil in eum vulerant tamen.

CUR DIRA BARBARÆ. &c.] cur ea ipsa venena, quibus vsa Medea Creusam, seu Glaucam Creontis filia, & totā regiā incēdio cōsumsit, nihil mihi profunt, nullamq; vim habent in Varum?

SYPERBAM.] ita legendum, non *superba*, vt referatur ad Glaucam Creontis regis filiam, & ita lib. Don. & Vatic. duo, & Torn. & Cleric. & Danielis. & Nicotianus. *superbam* accipe pro potentem, & superbi regis filiam. sic Virg. principio libri tertij Æneid. *ceciditque superbum Ilium* ad quem locum Seruius, *superbum* id est, nobile, & potens, sic supra Oda 14. lib. 2. *mero Tinguet pauimentum superbum, &c.*

CUM PALLA, TABO MVNVS.] Medea dolore illo muliebri ex cruciata, stimulata, atq; impulsā propter Isafonis, & Glaucæ Creontis Corinthiorum regis filia nuptias, pallam dicitur ad pellicem suam misisse veneno infectā: qua accepta & Creontis domus, & eius filia cōflagrauit. lege Euripidis Medeam: vbi ita loquitur. *Δεπίον τε πέπλον, καὶ πλόρον χειρὶ λατὸν. [reperit πέπλον, καὶ πλόρον.] Κανὰρ λαβούσα χόρτον ἀμφὶ τῆς προῖ, Κανὰς οὐλείται, πᾶς ὄς, ὅς ἐν τῆσσι κόρησ. Τοιοῖσδε χεῖσσι φαρμακίοις δαρῆματα.* id est, Et tenuem vestē, & comam auro intertextam ad eam mittam. Quod si hoc ornamentū accepit, & corpori circumdedit, male peribit, & quisquis eā attigerit. Talibus pharmacis hæc dona inficiā. Iam verò Medea fuisse veneficā, multū boni scriptores memoriæ prodiderunt, Theocritus Pharmac eam inter veneficas numerat. Circe videlicet, & Agamedam quarum illa pharmacis homines ex hominibus exuebat, atq; in feras vertebat: hanc tot venena cognouisse ait Homerus, quot alit terra, his verbis. *ἢ ποσα φαρμακα οἶδεν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα θῶν.* Scholiastes Theocriti scribit, in mōte quodam, quem Selenæū appellat, quasi Lunæ montem, Circes & Medea mortaria, seu tusilla ostēdi, in quibus sua pharmaca tūdebant. Theocriti versus sunt hi: *Φάρμακα τὰδ' ἐρδισα χροῖονα μήτε τι Κίρκης, Μήτε τι Μιδείας, μήτε Ζελῆς Περμίδης.* accedat ad Theocrit. Tibullus eleg. 4. lib. 2. *Quicquid habet Circe, quicquid Medea*

veneni, &c. A. **ATQVI NESC HERBA.]** Germanus Valens existimabat significari aconitū: quam *σποδὴς ἀκόντης*, id est, a cote, dictam voluit, quod ex ea nascatur. Theophr. *φύεται δὲ πανταχῶς, καὶ σποδὴ ἐν ταῖς ἀκόντις μόνον, ἀπὸ ὧν ἐχρει τὸ σποδοσπρηλαν, &c.* Ouid lib. 7. metamorph. *Quæ quæ nascuntur dura viuacia caute, Agrestes aconita vocant.* MEFPELLIT] melatuit, me fugit. Verbum fallo cōiunxit cum participio latens. ita in libro de arte poetica. *Nūquam te fallant animi sub vulpe latentes.*

INDORMIT VNCT. OMN. CVBIL. &c.] ordo est. indormit cubilibus omnium meorum pellicum, vnctis obliuione mei, neque mea mihi quicquā profuit pharmaca: vel indormit cubilib. vnctis obliuione omnium pellicū, vt intelligamus, hoc dicere, & queri Canidiam. Varū nō solum sui amore solutum, suiq; oblitum in vtramq; aurem dormire: sed etiam omnium suarum pellicum. Porphyr. hunc locum sic explicat: *Indormit cubilibus vnctis obliuione omnium pellicum, &c. est sensus vnctis quare sint præsentiora veneficia, quæ cubile Vari vngunt medicaminibus, per quæ medicamina obliuio ei affertur omnium pellicum. Pellices autem Canidia pro se vna dixit.* hæc tenus Porphyrio. Ego Porphyrius explicacionem probare non possum, in eo quod omnes pellices Horatium dixisse putat pro vna Canidia. Credibilius est in omnium pellicum numero etiam Canidiam contineri.

CARMINE.] *εἰς τὸν* cantione. credibile est (inquit) Canidia, Varum solutum esse meis veneficis opera, & carminibus alicuius potentioris veneficæ.

POTIONIBVS.] nonnulli libri habent, *cautionibus.*

(O MVLTA FLETVRVM CAPVT)] hæc sunt includenda interpolationis nota. Versiculus autem, qui antecedit, cohæret cum iis, quæ deinceps sequuntur. *multa* porro valet multum, seu sæpe, vt Virg. Georg. 3. *Multa gemens, ignominiam, plagâsq; superbi Victoris.* id est, caput multum fleturum, id est, quàm grauiā tibi impendent mala. sic Græci loquuntur *οὐμώζεις*, flebis, id est, miser eris, & cui malum rōinantur, aut precantur, eum iubent *οὐμώζεν*, id est, plorare, quod loquēdi genus multis locis expressit Hor. vt saty. 10. lib. 1. *Demetri, sēque Tigelli, Discipularum inter iubeo plorare cathedras.* (saty. 1. lib. 2. *Qui me commorū) melius nil tangere clamo.)* *Flebit, &c. insignis tota cantabitur urbe.* & saty. 5. lib. 2. *inuuentis Nil sibi legatum, præter plorare, sibi.]* sic (vt dixi) sæpe loquuntur Græci. Xenop. ἑλλην. β. de Theramene. *λόγεται δὲ ἐν ῥήματι καὶ τὸτ' αὐτῷ, ὅτι, ὡς ἐπεὶ ὁ Σάτυρος, ὅτι οὐμώζειν, εἰ μὴ σιωπήσειεν, ἐπιτρετο, ἀνδ' ἐσσιπῶς, ὅσα ἀπὸ οὐμώζουμι;* id est, celebratur & hoc eius dictum, cum dixisset Satyrus eum platurum, nisi taceret: at si taceam (inquit) non igitur plorabo? Athenæus libr. 4. ex Hegelandro de quodam

quodam afoto, *Ελευσίνι τε μυθῆων ὄντων ἔθνη κεῖν Αειπαλαρε τῆ ἐρωιδῆθι θρόνον ὡδῆ το Ἀνάκτορον, οὐμώζεις Φησας τῶς κολύσοντας,* id est, Eleusine autem mysteriorum die Aristagoræ amica sedem posuit ad ædem Castoris & Pollucis, ploraturus dicens qui prohiberent. vtitur & M. Tull. epist. vltima lib. 3. ad Q. Frat. *ἀλλ' οὐμώζεις, nos modò valeamus.* Euripid. in Cyclope. *τὸ Κόκρωπος ἀμαθίαν Κλαίειν κελύων, καὶ τὸν ὀφθαλμῶν μέσον.* Apud Aristophanem autem locis innumerabilibus hæc verba iteratur *καὶ ἐμ, &c. οὐμώζεν, &c.* totidem apud Lucianum.

MARSIS VOCIBVS.] Marsis carminibus. Virg. Æn. 7. *neque eum viuere in vuluera caninus somniferi, & Marsis quaesita in montibus herba.* Pompon. Pistorib. *Mirum ni hæc Marsa est, in colubras callet cantianculam.* al. *canticulum.* ex Nonio. sententia autē hæc est, nec mens tua femel meis venenis alienata, carminibus Marsis reuocata ad sanitatem reuertetur.

FASTIDIENT.] subintellige me: vt rectè notat Porphyrio. id est, me aspernanti. epist. 3. lib. 1. *Fastidire lacus, & riuos ausus apertos.*

PRVSQVE CÆLVM SIDET INF.] hyperbole. Prius inquit, cælum mari subsidebit, seu subsidet & subiacet, terra super cælum & mare proiecta, atque extenta, quàm non amore, &c.

TELVRE PORR. SVR.] terra superiecta. sic enim locutus est sup. Od. 2. lib. 1. *Et superiecto pauida natantur. Aquore dama.*

BITVMEN ATRIS IGNIB.] Virg. lib. 3. *nigrumque bitumen.*

SVB HÆC.] paullo post quàm hæc locuta est Canidia. de præpositione *sub*, vide annot. ad Oden 9. lib. 1.

LENIRE.] lenibat. vt saty. 9. lib. 1. *meum iecur vrere bilis.* vide annot. ad sat. 8. lib. 1. at *illa currere in urbem.*

VNDE RVMP. SIL.] vnde exordium loquendi sumeret sic loquitur Lucret. lib. 4. *Quorū noctiuago strepitu, ludæque iocanti Affirmanē vulgò taciturna silentia rumpi.* Virg. lib. 10. Æneid. *quid me alta silentia cogit Rumpere, & obduntū verbis vulgare dolorem?* idem videtur valere *rumpere vocem.* Virg. Æneid. 2. *Compositū rumpit vocem, &c. me destinat ara.* & libr. 3. *turpique hanc pectore vocem.* Sed hoc ita dictum, vt illud ab eodem lib. 4. *Tantos illa suo rumpebat pectore questus.* & ita Græci, *ῥήζου φωνῆ.* Aristoph. *νεφελ. Οὐρανομήκη ῥήζατε κ' ἄμοι φωνῆ ὡ παμλασπλευ.* Herod. lib. 1. ὁ δὲ πᾶσι οὗτος ὁ ἀφῶνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὴν ἀφῶσι, καὶ δέους τε, καὶ χειμῶν ἐρήξε φωνῆ, &c. id est, hic autem puer, qui mutus erat, vt vidit irruentem Persam, præ metu, & malo, rupit vocē. Demosth. Philip. 9. *ὡς ἔ τῶς τῶν ἐτόλμισεν οὐδ' εἰς τοῖσδε χειμῶν τῶσπιόσις ῥήζα φωνῆ:* id est, Quare non antè quicquam ausus est tali malo coortu vocem rumpere. & *ῥήζα σιωπῆ.* O. P. lib. 1. *καὶ ῥήζα τῶσπιόσις ῥήζα ποτε*

δεσμὰ σιωπῆς, id est, *Quodam equis in pugna, inter que arma, silentia rupit.*

THYESTEAS PRÆCES.] diras precatōnes, & execraciones, quales Thyestæ fuerunt in fratre Atreum, quia illi Atreus filios eius trucidatos, & in frusta sectos, & cōctos apposuerat. epist. de arte poet. *Aut humana palam coquat exorta nefarius Atreus.* qua de re sic M. Tull. lib. 1. Tuscul. quæst. *Execratur luculentū sanè versibus apud Ennium Thyestes primūm, vt naufragio pereat Atreus. durum hoc sanè. talis enim interitus non est sine graui sensu. illa inania. summis saxis fixus asperis Euisceratus latere pendens saxa spargens rabo, sanie, & sanguine atro: Neque sepulcrum, quo recipiatur, habeat; portū corporis, vbi remissa humana vita corpus requiescat à malis.* Idem in L. Pilonem, *Thyestæ ista execracione est, poeta vulgi animos, non sapientum mouentis, vt in naufragio expulsus vsquam saxis fixus asperis, &c.* præces etiā Cæsar vsurpat pro execracionibus diris lib. 6. de bello Gall. *Gaiusulcus rex dimidiā partū Eburonum omnibus precibus detestatus Ambiorigem, qui eius consilij auditor fuisset, raxo se exanimauit.* sic Hor. infr. sat. 6. lib. 2. *improbis vnges tratis precibus.* & supra Od. 28. lib. 1. *precibus nō lingua multibus.* Græci *ἀρεῖς* appellant. Eurip. Phœniss. *Ἀρεῖς ἀρεῖται τοῖσιν ἀνοσιώταταις.*

VENENA MAGN. FAS, NEFAS QVE.] hunc locum alij aliter, ego sic explico. Venena magnum fas, nefasque quidem conuertere possunt, atque aded conuertunt, ac peruertunt: sed humanam vicem conuertere, aut immutare non possunt. Venena confundunt quidem fas, & nefas, cū venefici fas violent: sed venenis non potest fors humana vitæ immutari. Itaque licet venenis iuxta omnia humana, ac diuina perfringatis: effugere tamen non poteritis, quin vestrorum maleficiorum pœnas detis, mortēq; miserabili percreatis. Virgil. Georg. 1. *Quippe vbi fas versum atque nefas.* Quod si quis dicat, hoc loquendi genus esse impeditum, & perplexū: ita locutus est & M. Tull. lib. 10. epist. ad Att. epist. 1. *Istum, qui sibiū Brandisium de pace misit, me legatum iri non arbitror.* & Plautus Amphitr. *Tua quiduis nūtiare, hanc nostram adire non sinam.* Nam sic Plauti versus explicandus est: *Tua quiduis nūtiare sinam, hanc nostram adire non sinam.* Sic & Demosth. *τῶν ἐν χερσῶν. Ἀνδ' εἰ τοιοῦτον λέγει τις, ὃν κρατήσαντας τοῖς ὀπλοῖς, ἀλλὰς δ' ὄκα ἐπὶ κολάσαι, ὄκα ἐχρῆτε, οὐμωζιστὶ ποιήσετε.* Nam sic Demosthen. explicandus. *ὃν κρατήσαντας τοῖς ὀπλοῖς, ὄκα κολάσαι, ἀλλὰς δ' ὄκα ἐπὶ κολάσαι,* id est, quem vobis armis victum licet castigare, aliter autem castigare non licet. Cū hæc scripsissem, atq; edidissem, Turnebus collega meus, vir alioqui doctiss. à me dissentiens, sic hunc locū explicauit Aduerfar. lib. 14. *In veneficiis quidē magna vis est: sed tantum profecto non possunt illa pro hominibus efficere, vt natura equi & iniqui, vt fas & nefas, vt ius & iniuria mutantur.* Hæc tenus ille. *Et humanam vicem scilicet interpretatur, humana vi-*

ce, seu pro hominibus. in quo valde fallitur. & ve hementèr errat: & miror, hoc ei in mentem venire potuisse: neq; enim adiuuat M. Tullius, què profert: adde quòd sentètia ex hac explicacione nascitur incepta, ac frigida, atque ad eò falsa. nam venena, seu venefici ac veneficæ suis veneficiis vertut fas & nefas: quemadmodum scelerati & facinorosi, & iniusti, & intemperantes homines suis factis ac flagitiis fas & nefas miscèt ac peruertunt. quod & Virgilius ipse confirmat illo, quem protuli, loco.

DIRIS AGAM VOS] diris precibus vos persequar: diras vobis precabor. Tibull. eleg. 7. lib. 7. Tunc tibi, Iena, precor diras: satis anxia viuas, Moverit è votis pars quocumque Deos.

NOCTURN. OCCURR. FVRR.] sic minatur Dido lib. 4. se mortuam. Enam percuturam. sequar atris ignibus absens: Et cum frigida mors anima seduxerit artus, Omnibus umbra locis aderit: dabis improbe penas. sic Furius ille Heraclienfis apud M. Tull. de suppliciis, cum moriendū iam sibi esse videret, dicebat, non testium modò cateruas, cum res Ferris ageretur, sed tum à diis manibus innocentis penas, celeratorumq; Eurias in eius iudiciū esse venturas. taleis in impios Furias immitti fingunt poëtæ. sic enim loquitur Orestes apud Eurip. in Oreste à μητερ, ηκατενα σε μη τισει μοι τες αμα πωποδς, ηα δρακοντιδεις κρεγς. Αδται ηαδ αωται πλησιον ηρωσκουσι μου. O mater, obsecro te, ne mihi incute viigines istas facie cruenta, & draconibus implicatas. istæ enim, istæ in me irruūt. M. Tullius autem in oratione pro Rosc. Amerino, & in L. Pisonem, ait hæc esse à poëtis conficta, remora autem à sua quemque fraude, et suo terrore maxime vexari, à suis malis cogitationibus, conscientiaque animi terri. Et as esse impiis asiduas, domesticæque Furias, qua dies, noctesque parentum penas ab impiis filiis repetunt.

POST INSEP. MEMB. DIFFERENT] different. i. discerpent, dilacerabunt, diversa ferent, dissipabunt, vt infra Od. 10. Fractisq; remos differat. Διαφορησουσι. Aristoph. equitib. Διαφωρησω σ, εστι ηεουεις, i. differam te, si quid muties. Nihil autem fuit veteribus illis horribilius, quàm insepultum corpus canibus, atque aibus dilaniadum relinqui. Hoc minatur Hector, vt grauissimam pœnam, Troianis ignavis ηλ. ο. Ον δ' αυ ηζων απανευτε νεων ητεραωι νοησω, Αυτδ οι ηνατοι μητισομευ, ου δε νυ πογη Γιωτοι τε, ηνωτωτε πυρος λελαχουσι ηαλοντα, Αλλδ κωγες ηρουσι πας απος ημετεροιο. Quem autem ego longè à nauibus alibi videro, ibidem ei necem afferam, neque eum propinqui, neque propinquæ mortuum comburèt, sed canes ante vrbem nostram dilacerabunt. Et idem Hector moriens ηλ. η. petit ab Achille in maximi beneficij loco ne se canibus apud nauis dilaceradū præbeat: sed Troiã pretio accepto remittat, vt à viris, matronisq; Troianis sepeliatur. Et Priamus ηλ. ο. id vnum extimefcens, ac detestans, audet

per media Græcorum castra ad inimicissimum hominem Achillem supplex ire, ab eoque petere, vt filij corpus quâ plurimis muneribus acceptis sibi reddat, sepelièdūq; potestatem faciat: & Elpenor ηδνοαηλ. vnus è sociis Vlyssis, qui, cum potus in tabulato obdormisset, subitòq; exprorectus non per scalas descendisset: sed è recto delapsus sibi cœnices fregisset, orat Vlysem apud inferos, ne se insepultum, sterūque, ac lacrymis amicorum carentem, iacere patiatur, his verbis, Μη μδ κελουσω, Αηαπλον ιδων ηπιηει ηεταλειπης Νοσφιοθεις, μηποτι ηεων μελομα ηαναμει. Et Ajax apud Sophoclem iamiam sibi latus gladio perfolurus, Ionem orat, vt simul atq; occubuerit, mittat ad se aliquem, qui suæ mortis nūctium ad Teucrum perferat, vt ab illo sepeliatur, neq; à quopiam inimico prius conspectus, obiiciatur canibus, atque aibus diripiendus. Aiatis verba sunt hæc. ηα μη κωγες ηαδρωδ τε ηεποηλευθεις περος ριθηα κωσι πας οληητος, οιαρωις η ηλωρ, & Ariadna à Theseo relicta sic queritur apud Catull. carm. de Pelei & Thet. nupt. Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibusque Præda, nec iniecta tumulabor mortua arena. Sic igitur hic puer prædicat fore, vt lupi, & aues rapaces harum veneficarum membra insepulta dilacerent, ac differant. hac eadem de re diximus nonnulla ad Od. 8. lib. 1.

ESQVILINE ALITES] ita reperi scriptum in omnibus libris manuscriptis: neq; assentior iis, qui hoc loco legi volunt Esquilinæ nam ab Esquilii colle vrbis Romę, dicuntur aues Esquilinæ, quæ in illo colle volitare solent. diphthongum autem sequente vocali non elidi non est nouum, vt dicemus ad Od. 11. huius lib. Iam verò quòd ad primam syllabam attinet, ea constat ex e. vocali, non diphthongo æ. & ex s. consonante, non x. Atque hæc scripturam com probant eum antiqua marmora, tum manuscripti codices, vt omittam, quòd apud Dionys. Halic. lib. 2. Ρωμ. αρχ. ita scripturam est hoc nomen εσκυλινος λωφος, & item aliis locis.

NEQVE HOC PARENTEIS (HEV) MI. SVR.] acerbum quidem, & loctuosum est parentibus, ipsos superstites esse liberis: sed magnum tamen illis affert solatiū, videre eos, quorū opera hi morte immatura interierint, quàm acerbissimas pœnas persoluere. hoc igitur dicit puer erunt quidem mihi parentes (quo nihil eis grauius accidere potest) superstites: sed hoc solati tamen suum lectum, mærorumque lenient, ac leuabunt, quòd vos insepultas, ac proiecetas, à canibus, lupis, & aibus dilacerari videbūt. Sic M. Tullius lib. 5. Accusatio. de Dexione quodã, cuius filium Verres necandum curarat. Non ex litibus astimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua colamitate cineri atque ossibus filij sui solatiū vult, ali-quod reportare. Hic iam grandis natu Eubulida hoc tantum exacta ætate laboris, itinerisque suscepit, non vt aliquid ex suis bonis recuperaret, sed vt, quibus oculis cruentas

lis cruentas cœnices filij sui viderat, iisdem te condemnatum videret. Admonendus autem lector est, vocem parentis hoc loco non esse vocandi casus, quod putauit Porphyr. sed accusandi. Nam si vocandi casus esset, subintelligendum esset extrinsecus, vos, vt esset vos effugeret: quod esset Horatio indignum. Nunc autem hoc posito, quòd ita est, parentis superstites, esse accusandi genus, nihil est difficultatis, nihilque subintelligendum. Quòd autem addit interiectionem dolentis, heu, id eò pertinet, vt ostendat, casum parentibus esse abominandū, ipsos filijs esse superstites. Nam cōtrā assiduis precibus, & omnibus deos obsecrāt, vt filij sibi sint superstites. M. Tull. lib. 2. de natura deorum. Nam qui totos dies precabantur, & immolabant, vt sui liberi sibi superstites essent, supersticiosi sunt appellati. dictus autem superstes à verbo super-sum, quòd superfit: & refertur ad alterum extinctum, & corruptum. Horat. lib. 2. Oda 2. Illū ager penna metuente solui Fama superstes. lib. 3. Od. 9. Pro qua non metuum mori, si parcent anima fata superstiti. ibid. Pro quo bis patiar mori, si parcent puero fata superstiti. & Oda 17. lib. 2. Nec carnis aque, nec superstes Integer. & Carm. sæcul. post epod. Cassius Aeneus patria superstes.

IMMERENTIS] immeritos, nihil commertitos. Aiuunt quidã, Horatium inuehi in quẽdam Cassium Seuerum, poëtam maledicum: & petulantem.

CANIS] latrator, maledice. M. Tull. in oratione pro Roscio Amerino, accusatores cum anseribus, & canibus comparat: alios enim esse, qui clamare possunt tantum, non etiam nocere: alios, qui latrare, & mordere possunt. illos anseribus: hos canibus esse similes. eadẽ ratione maledicos homines, canes appellare licet. Itaq; Menæchmus ille apud Plautū, Hecubam eò canem ait cœptam esse appellari, quòd, quemcumque aspexerat, in eum omnia mala ingerebat. Præterea canes dicuntur, qui sunt impudentes. Hom. ηλ. Α. Εξ αυ νυδ εφυγας ηανατων κλον, id est, nūc quidẽ mortem effugisti canis. Ex quo κωωωπιης, qui oculis est caninis, id est, impudētibus, vox eidem vtitatiff. Obseruatione autem dignum est, Horatium, hunc maledicū siue Cassium, siue quem alium, cū cane ignauo, imbelli, & nullius animi: se, cū cane strenuo, valido, & genoroso comparare.

LVPOS] eos, qui remordere possunt.

MOLOSSVS.] canis magnus, & procerus, quales nascuntur in Epiro. infra sat. 6. lib. 2. simul domus alta Molossis Personat canibus. Lucret. lib. 5. Irritata canum cum primum magna Molossum Molliarista tremunt duro nudantia dentis. Virg. Georg. 3. Feloces spartæ catulos, acremque Molossum Pastre sero pingui.

LACON] canis Laconicus, seu Lacedæmonius. Virg. Amiclaum nominat Georg. 3. Amiclaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram.

AMICA VIS PASTORIBVS] φιλη, amans pastorem, vel cara pastribus. Theocrit. ειδ. εκωωα φιλοπολιμουι dicit, id est, canem amicū gregi.

AGAM] persequar, vrgebo, ηπι εζω, ηδ αωω, διαζω. vt Virg. En. 7. de canibus. P. cernui arde-tes agerent. Oda sequi. Acerba fata Romanos agunt. epist. ad August. Nauem agere.

QUÆCUNQUE PRÆCIPERA] quisquis erit petulās, contumeliosus, & maledicus. Præclare ille, quisquis fuit, qui in cicūribus & domesticis animalibus, assentatorem: in feris, maledicū & obtrectatorem, pessimū esse dixit.

TV, CUM TIMENDA VOCE, &c.] tu posteaquam diu, multumque latrasti, cibo tibi oblato nareis admoues, & tūm latrare desinis. allegoria est. significat enim, hunc lingua promptum esse, vocẽque admodum valere: sed rō & factis ignauum: quippe qui maledicat, vt pretium accipiat: quo ei oblato, taceat.

QUALIS LYCAMBÆ SPR.] id est, qualis Archilochus: qui Lycamben sacerū propterea, quòd ille filiam suam sibi iam despondam mutata voluntate se daturum negarat, tam maledicis, & contumeliosis versibus insectatus est, vt illum agritudini animi remedium suspensio quærere coegerit, atque ad idem mortis genus

IN CASSIVM SEVERUM poëtam maledicum.

Od. 6.

QVID immerentis hospites vexas canis.

Ignauus aduersum lupos?

Quin huc inaneis, si potes, vertis minas

Et me remorsurum peris?

Nam, qualis aut Molossus, aut fuluus

Lacon,

Amica vis pastoribus,

* Agam per altas aures sublata niueis,

Quæcumque precedet fera.

Tu, cum timenda voce complesti nemus:

Proiectum odoraris cibum.

Cave: cave. namque in malos asperrimus.

Parata tollo cornua.

Qualis Lycambæ spretus infido gener,

Aut acer hostis Bupalò.

An si quis atro dente me petiuerit,

Inultus ut flebo puer?

spōsam quoq; suam adegerit. infr. epist. ad Mæcen. 3. lib. 1. Nec facerem quarit, quem vêtibus oblinat atris, Nec sponsa laqueum famoso carmine nectis. & in epist. de arte poet. Archilochum proprio rabies armavit iambo.

AVT ACER HOST. BVPALO] Hipponax poeta iamborum item scriptor, Archilochi atate posterior: qui, vt tradit Dionys. Halicarn. trimetrum Archilochium de industria in scazoprem inflexit, vt vehementius feriret. M. Tull. lib. 7. epist. de Tigellio. eumq; additum iam tum puto Calui Licinij Hipponacteo præconio. Idem libr. 3. de natura deor. Neque enim quem Hipponactis iambus lastrat, aut qui erat Archilochi versu vulneratus, à deo immisum dolorem, non conceptum à seipso, continebat, &c. Hipponactis (inquit Plinius libr. 36. cap. 5.) notabilis fœditas vultus erat. quamobrem imaginem eius lascivis locorum Bupalus, & Anthermus sculptores fratres proposuere ridentium oculis. Quod Hipponax indignatus amaritudinem carminum destrinxit in tantum, vt credantur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere, sicut in Delo, quibus subiecerunt carmen, non vitibus tantum censerit Chium, sed & operibus Anthermi filiarum. Bupalus autem legendum esse, non Bubalo, & libri ferè omnes veteres fidè faciūt, & illa declarat, quæ extant libro 3. epigr. Græc. in Hippon. Ω εἶνε, φεύγε τὸν χαλαρῆτι τῶνον, τὸν φεμῶτον Ἰππώνακος. οὐτε χ' ἄ τέρρα. Ιαμβιάζει Βουπάλειον ἔς σῦρος, &c. id est, o hospes, fuge Hipponactis sepulcrum horrendum, verborum grandine referunt: cuius etiam cinis iambos intorquet in odium Bupalus.

INVLTVS VT, FLEBO PVER?] frequens est his generibus loquendi Homerus, nō me terrebis, vt puerum. non te extimescam, vt puer. vno contenti erimus exemplo. Hector Achilli ἰνάδ. ψ. Παλῆδῃ, μὴ δὴ μὲ ἐπτόσσι γὰρ νηπίον ὄς, Ἐλπεὸ δειδύξασθαι, id est, Pelide, ne spera te mihi, vt puero, terrorem incussurum. sic igitur Horatius hoc loco. an si quis mihi maledixerit, cōfugiam ad stetum, & lacrymas inultus, vt puer, qui dolorem suum nulla alia ratione vlcisci potest: minime verò.

IN BELLVM CIVILE gestum hinc Bruto & Cassio, illinc Octauiano, M. Antonio, M. Lepido ducibus.

Od. 7.

QVò, quò scelesti ruitis? aut cur dextera

A Aptantur enses cōditi? Parumne campis, atque Neptuno super Fusum est Latini sanguinis, Non, vt superbas inuide Karthaginis Romanus arceis vreret: *Inactus aut Britannus vt descenderet Sacra catenatus via: Sed vt secundum vota Parthorum, sua Vrbs hac periret dextera? Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus Vmquam, nisi in dispar* genus. B Furōrne cæcus, an rapit vis acrior? An culpa? responsū date. Tacent: & ora pallor albus inficit: Mentēque percussæ stupent. Sic est, acerba fata Romanos agunt, Scelusque fraternæ necis, Vt immerentis fluxit in terram Remi Sacer nepotibus cruor.

SCELVSTI] impij, qui bellum civile meditemini: in quo ciuem à ciue interfici necesse est.

AVT CVR DEXTERIS, &c.] cur enses vagina te & i nudantur, vt destringuntur in ciueis?

NON VT SVPERBAS, &c.] non vt Romanus miles Karthaginem, quæ de imperio cū populo Rom. bello ancipiti diu decertauit, seu (vt ait Paterculius priorē libro) quæ imperij Rodiu amula fuit, euerteret, atque incenderet, neque vt Britanni nōdum bello lacesciti, aut nondum domiti, vincti per triumphum ducerētur: sed vt Roma sua manu labefactata concideret.

DESCENDERET] erat enim via Sacra decliuis à Carinis ad forū: deinde accliuis ad Capitoliū. M. Tull. lib. 4. epist. ad Att. Itaque a. d. tertium Id. Nouemb. cum sacra via descenderem, insectus est me.

SACRA VIA] supra Oda 4. sacram metiente te viam. & Satyr. 9. lib. 1. Ibam forte via sacra, sicut mens est mos, &c.

VOTA] optata, vt Sat. 6. lib. 2. Hoc erat in votis. epistol. de arte poet. voti sententia compos. & in responf. Canid. Od. 17. infr. Si tardiora fata te votis manent?

NISI IN DISPAR GENVS] sic habent libri complures manuscripti. alij, feris: quod si cui placebit magis, cohærebit cum voce leonibus. reperi & in vno codice impresso quidem illo, sed in quo inerant optima notæ a scripte ab Ioanne Morello, viro nobili, & in primis docto, quas dicebat

dicebat se ex Gulielmi Pelisserij, egeditissimi viri, episc. Mompess. codice manu scripto descriptis: in illo igitur codice a scriptum reperi, nisi in disparēs feras. quæ scriptura si est antiqua, nulla, meo quidem iudicio, ei est anteponcenda.

FVRORNE CÆCVS] insaniane vos agit præcipiteis, an vis aliqua maior, nempe θεὸς βία, seu θεὸς ἐλάχεια, seu θεὸς πῦρος, συμφορὰ, an culpa?

ET ORA PALLOR ALBVS, &c.] Virgilius Æneid. 4. Hæc effata silet, pallor simul occupat ora.

MENTESQVE PERC. STVP.] conscientia sceleris obstupuerunt. Hom. ὀδ. ὦ. Τέρον εἰμὸν, θυμὸς μοι ἐνὶ στήθεσσι τῆδ' ἔπικεν. percellere autem est ita commouere, vt proras ac prosterinas: peruertere, euertere. infr. Od. 11. Amore percussam graui.

SCELVSQVE FRATERNÆ NECIS] vult bella ciuilia ex scelere Romuli, qui fratrem Remum interfecit, à Diis immortalibus in Romanos esse immissa, atq; inuecta. Virg. Georg. 1. referit accepta periurio Laomedontis, fatio iam pridem sanguine nostro Laomedontæa limum periuria genti.

VT IMMERENTIS] posteaquam Remus immeritò, & iniuria à fratre Romulo interfectus est.

SACER] perniciosus, execrabilis, vt supra sacrum illum dixit Od. 19. lib. 3. (quamquam mihi magis placet, idèd sacrū dici, vel quia Troiana menia à Diis structa sunt: vel quia vrbes omnes, lacrae sunt.) & Catull. ad Virronem, si cui viro, homini sacer alarum obstitit hircus, &c.

IN ANVM LIBIDINOSAM. Od. 8.

Rogare longo putidam te saculo, Vires quid eneruet meas? Cum sit tibi dens ater: & rugis vetus Frontem senectus exaret: Hiētq; turpis inter aridas nateis Podex, velut crudæ bonis. Sed incitat me pectus, & mamma putres Equina quales vbera. Ventēq; mollis, & femur tumentibus Exile suris additum. Esto beata: funus, atq; imagines Ducant triumphales tuum.

A Nec sit marita, quæ rotundioribus Onusta bacis ambulet. Quid? quod libelli Stoici inter sericos Iacere puluillos amanti? Illitterati num minus nerui rigent? Minus ve languet fuscinum? Quod vt superbo pronoces ab inguine, Ore allaborandum est tibi.

ROGARE, &c.] Precisio est, qua vtimur: in indignationibus. subaudiendum enim, verumne est? oportetne? ferendumne est? aut similia. sic infr. Satyr. 4. lib. 2. Tē lapides Parisi luvulenta radere palma? Cic. pro Rosc. Amerino, Est ne quemquam tanta audacia præditum? Idem Philipp. 14. quemquam me fuisse tam sceleratum, qui hæc fingeret? Lucret. lib. 2. princip. o miseris [al. cæcis] hominum mentis, o pectora cæca. Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periculis, Degitur hoc aui, quodecumque est! nonne videre, Nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt cum [al. cui, seu quoi] Corpore se iunctus dolor ab sit, mente fruatur. lucundo sensu, cura semine, [al. semota] mentisque? Terentius in Andria, Nihilne esse proprium cuiquam? Idem in Phormione, Tantane affectum hominem quemquam esse audacia? Iterum Horatius Satyra 8. libri secundi. Tene, vt ego accipiar laurē, torquior omni sollicitudine distritum? sic Aristoph. in Pluto, πὸ γὰρ ἀντιλέγειν τοῦ μὲν ὑμῶς, ὅς οὐ πᾶντ' ἔσ' ἀγὰρ ὑμῶν ὄλγ' ἔτιω πενίαν; Contra dicere vos audere, quin omnia bona vobis à paupertate proficiantur? vbi tale quiddam subaudiri annotat scholiastes, τίς αὖ ἀκούων ἀνέχοιτο; vel πῶς οὐκ ἂν εἴη φαρμακόν; id est, quis patienter audiat? vel, nonne sit graue & insolens dictu?

LONGO PUTIDAM TE SACO.] longa atate. ἀποβολή, nam cum ætas, triginta: sæculum, centum annorum (spatio terminetur, vix credibile est hanc mulierem. tamdiu vixisse. Aiunt autem significari ac describi Gratidiam, quam acerrimo odio persequebatur Horatius, quàmque nomine mutato alibi Canidiam appellat.

D ENERVET] infirmet, frangat, ad Venerem ineptas reddat?

CUM SIT TIBI DENS ATER] sup. Oda 8. lib. 2. Dente si nigro fieres, vel vno Turpior vngui. M. Tull. in Pison. dentes putridi.

ET RUGIS VETVS. FRONT. SENECTVS] & cum senectus frontem tibi rugofam effecerit? frons exarata, rugosa est intelligenda per tralationem. Mulier quædam Veneta, anus, cum essem Venetiis, mirarēq; eius cutem mitidam, faciēq; omnium rugarū expertem. multis à me precibus obsecrata, vt mihi nitoris illius, & lautoris causam aperiret, dixit, se vngue-

to amygdalino, ex amygdalis amaris cōfecto, cui adiectū esset aliquantum mellis, cū radice lili, & cera siue candēa, siue flava, omnīs rugas & oris, & totius corporis absterfisse.

HIETQVE TURPIS INTRA] & cum tibi sit podex ita hinc, & patens, ut podex cruda bouis, id est, quæ cruditate laborat, quæ cibū non concoquit, id est, cibum non continet, sed crudum eicit: inest autem fortasse flagitiosa in his verbis obscenitas, significat enim hanc vetulam esse epulo.

SED INCITAT ME PECTVS, &c.] amara ironia est, hoc modo, Sed debet me pectus aridum, & māmā pedule, & flaccida, putresq;, & venter mollis ad Venereum incitare. Hoc autē māmārium vitii emendare potest edera, siue cruda, modò contusa, atque ita māmāis admota, siue in vino rubro incocta vsque eod, ut parū liquoris superat: & item cū illo reliquo exiguo liquore admota. Verūm huius incommodi muliebris remedium longè certissimū, ac probatissimū est, sciatina piscis, mulieris māmāis impositus, a quo narravit mihi iuueni Rondeletus natu iam grandis, cum vnā essemus in comitatu. Francisci Turnonij Cardinalis, māmāis pendulas & languidas ad eod contrahi & constringi, ut virginalium māmārium similitudinē gerant. Quin (ut idem mihi confirmavit) si quā mulier habeat ficum, & rimam illam pudendā nimis latā & patentem vel natura, vel multo partu, aut etiā cōcubitu, hic piscis ad motus speluncā illam immanē ita constringet & angustat, ut reddet, ut puellā nondum viro maturā rimula videatur.

EQVINA QVALES VBERA] id est, māmāis putres & pendulæ, tales, qualia sunt equina vbera, sic enim loquuntur Latini. At Horatius Græcorum morem loquendi secutus est, apud quos id prouocabulū, quod referendi vim habet, cum eo nomine, quod antecedit, cōgrue refertur, nulla habitā eius, quod sequitur, ratione, ut Plato lib. nono de rep. in princip. τῆς δὲ ἐνδεῆς ἕρπτος, ἀσπιδόεσσι ἔσται ἢ χιτῆσι, οὐ χιτῆσιν: sic L. Luceius M. Tull. Ciceroni lib. 5. epist. si solitudine delectari, cum scribas, & aliquid agas, eorum, quorum consuesti, gaudeo.

ET FEMVR TYMENTIB, &c.] femur exile enim furis tumidis, vel tabem, vel aquā intercutem, vel languorē totius corporis, & aegrotiā, vel similem ali quem morbum significat.

ESTO BEATA: FVN. ATQVE] concessio est, esto quantumvis diues, & nobilis: imagines in funere tuo circumlatæ antiquitatem tui generis declarent. solebant enim in pompa funebri maiorum imagines, præsertim eorum, qui triumphassent, & res præclaras gessissent, præferri. M. Tull. de orat. 2. Quid illam animi (luniam, quæ effertur) patri nuntiare vis tuo? quid illis omnibus, quorum imagines duci vides? quid maioribus iuu?

ROTVNDIORIBVS] rotunditas vniones comendat, ut & candor, & magnitudo, & lætior, ut scribit Plin. lib. 9. cap. 35. Quare si per bacas vniones significat, cur rotundioribus dicat, apparet: si alias gemmas intelligat, obscurum est.

ACIS] gemmis, lapillis. fat. 3. lib. 2. aceto diluit insignem bacam.

AMANT?] solent, ut supra Od. 3. lib. 2. vnam hospitalem consociare amant. Quid, quod inter tuos puluillos molles, & delicatos, philosophorum libros eorum, quorum disciplina feruissima est, adhibere, & ostentare soles?

ILLITER NVM MIN. NERVI RIGENT?] num. mentula minus arriuntur, si sine inerūditiā num. mentula sine litteris non arriuntur? Amicus & collega meus totum hunc locum sic explicandum putabat. Libelli Stoici cupiunt versari inter puluillos molles & delicatos, ergo multo magis Epicurū. Cum igitur ego sum Epicurus, & doctus, existimare debes me multo fastidiosorem amatorem esse, quā Stoicum aliquem. Quare alius tibi amator querendus est, si que indoctus atque illiteratus, nam mentula illiterata, non minus arriuntur, quā literata: Sic ille. Sed hæc explicatio ita aliena & à verbis, & à sensu Horatii est, ut seipsa refellat: mirorque eam homini illi doctissimo venire unquam in mentem potuisse.

MINVSVE LANGVET FASCIN. &c.] hic versiculus coniungendus est cum duobus, qui deinceps sequuntur, & interrogationis nota ei apposita, ad finem vltimi transferenda. Sed mihi prius exoranda sunt aures verēdiores, ut mihi ignoscant, si dum huiusmodi locos explio, verbis flagitiosis, & obscenis utar. nam vel intacti erant mihi relinquēdi: vel, si sententiam verborum exprimere meæ partes erant, id commode facere sine verborum turpitudine nō poteram. fascinum igitur hoc loco mentulam significat, ut in Priapeis, Peducabere fascino pedali: Cuius rei hæc ratio est, mentula species è collo puerorum suspensa, aspicientibus risum mouet: atq; iiccircō fascinum, & fascinatiū intidiam depellere, aut placare existimabatur. Nā quæ ridicula, & subturpia sunt, fascinationibus remedio sunt. Et Varro lib. 5. de lingua Lat. testatur, collo pueri rem turpiculam suspendi solitam, ne quid obesset, bona scana causa. Idem eodem libro ea remedia, proebra dicta esse docet, seu proebra à prohibendo: & item Festus: quæ Græci ἀπέχρησται appellant. significat autem, hanc anum ita esse deformem, victā, rugosam, putidam, ut ad eam nemo arrire possit, nisi ea mentula languidam, & iacentem ore excuscitet. hæc igitur erit sententiā, Mentula, quā tu turpissimè ore & lingua mulcendo excitas, & erigis, minūse iiccircō languida est, quod ore tuo pronocata arrigitur: profecto nihilominus languida est, nam quantumvis licet ore obscenissimo, atq; impurissimo cum prouoces, tādū stat, quandiu

quandiu eam permulces, & linguis: simulatq; verò desisti mulcere, & cum primū tuam libidinem explere conaris, cōcidit, ventris rugis, mollitudine, femorum exilitate, frontis rugis, reliqua denique totius corporis deformitate offensa, debilitata, atque enervata. Quidam tamen per os vocem blandam intelligunt: & proferunt illud Iuuenalis. Vox blanda & nequam digitos habet, significat igitur, hanc anum nullis neque blandimentis, neque delinimentis assequi posse, ut ametur, aut eius amplexus expetatur, propterea quod anus est: Huc pertinent Afranij versus, si possit homines delinimentis capi, Omnes haberent hanc amatores anus. Atque corpus tenerum, & morigeratio, Et ac sunt tenena formosarum mulierū. Mala atus nulla delinimenta inuenit.

SVPERBO] fastidioso: quia te fastidit, atq; aspernatur.

ORE ANLABORANDVS EST TIBI?] ore tibi præterea laborandum est? ore tibi permulcenda: & adiuuanda mentula est?

AD C. GILNIUM Mæcenatē.

Od. 9.

ARGVMENTVM.

Præsentit voluptatem, quam percipiet, cum Augustus de Antonio, & Cleopatra triumphumaget.

QUANDO *repositum Caccubum, ad festas dapes, Victore latus Casare, Tecum sub alta (sic Ioui gratum) domo, Beate Mæcenas, bibam, Sonante mistum tibiis carmen lyra, *Hac Dorium, illis Barbarum? Vt nuper, actus cum freto *Neptunius, Dux fugit vstis nauibus, Minatus vbi vincla, quæ detraxerat *Seruis amicus perfidus: Romanus (ehu, posteri negabit.) Emancipatus femina, Fert vallum, & arma miles: & spandonibus Seruire rugosis potest:

Intérque signa turpe militaria Sol aspicit conopeum. * Ad hunc fermentis verterunt bis mille equos Galli canentes Casarem: Hostiliumque nauium in portu latent Puppes sinistrorsum citæ. Io triumphes, tu *moraris aureos Carrus, & intactas boues. Io triumphes, nec Iugurthino parem Bello reportasti ducem, Neque Africano: * cui super Karthaginem Virtus sepulcrum condidit. Terra, marique victus hostis, Punico Lugubre mutauit sagum. Aut ille centum nobilem Cretam orbibus Ventis iturus * non suis, Exercitatus aut petit Syrtis Notus: Aut fertur incerto mari. Capaciores affer huc, puer, scyphos, Et Chia vna, aut Lesbica: Vel, quod fluentem nauis cam coërceat, Metire nobis Caccubum. Curam, metumque Casaris rerum iuuat Dulci Lyæo soluere.

REPOSITVM] repositum, reconditum, ut Od. 28. lib. 3. prome reconditum Lyæo strenua Caccubum.

VICTORE LETVS CASARE] in prælio nauali aduersus Anton. & Cleop.

SVB ALTA DOMO] δόμαρ & ὑπόδομος, in alta domo: vel sub recto altæ domus.

SONANTE MISTVM TIBIIS] sic Od. 1. lib. 4. lyraque, & Berecynthia Delectabere tibia Mistis carminibus, non sine fistula, & Od. 19. lib. 3. cum Berecynthia Cessant flamina tibia? cod. Færn. & vnus Vatic. habent, Sonante mixtis tibiis carm. &c. quæ scriptura mihi non displicet.

HAC DORIUM, ILLIS BARBARVM] lyra sonate carmen Dorium, tibiis barbarum. Per barbarum autem vel Phrygius modus, vel Lydius significatur, licet aliter dicat Gla-reanus. Nā Athenus lib. 14. tradit ex Heracli-

da Póico lib. 3. de musica, quemadmodum tria totius Græciæ genera sunt, nempe Dorea, Æoles Iones: ita tres harmonias esse dicitur; Dorian seu Doricam, Æoliam, Ioniam: Phrygiam autem; & Lydiam à barbaris, qui Pelopem in Peloponnesum veniente secuti sunt, manauisse. Ac Doria quidem grauior, virilior, seuerior, & pæne dicã, tristior fuit: cui nō admodum dissimilis erat Ioniam antiqua, quæ degenerauit postea, à barbaris mutata & corrupta. Æolia verò remissior, hilarior, laxior, mollior denique, & ad res amatorias aptior habebatur. Sed præstat hac de re ipsa Heraclidæ verba ascribere: *Ἀρμονίας γὰρ εἶνευ τρεῖς, τρεῖς γὰρ ἡ γένεσις, Ἑλλήνων γὰρ, Δωρικῆς, Ἰολικῆς, Ἰωνίας. Οὐ μικραὶ οὐδ' ὄσσης Δωρικῆς ἐν τοῖς τέτρων ἦθεσι, Δακρυμυχοὶ μάλιστα τῆς Ἑλλήνων Δωρικῆς. τὰ παλαιὰ Δωρικῆς ἦσαν, ἰδ est, Harmonias enim esse tres: Eria enim etiam fuisse Græcorū genera, Dōtes, Æoles, Iones. Cū igitur nō parua in seipsum horū moribus differētia, Lacedæmonij maxime aliorum Dorū patriam morem conseruabant. Lucianus quoque in Harmonide his consensentia scribit, *καὶ ἐκείνη ἀρμονία ἀσφραδίστην τὸ ἴδιον, τῆς Φρυγίου τὸ ἕθερον τῆς Λυδικῆς τὸ βακχυλικῆς τῆς Δωρικῆς τὸ σεμνὸν τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρὸν. id est, & quod cuiusque harmoniæ proprium est, seruari: Phrygiæ, cō citationem, & furoris diuini similitudinē quandam: Lydiæ, agitationē Bacchicam: Doriæ, grauitatem seueritatis plenam: Ionice, hilaritatē lepidam, & concinnam: & Aristoteles lib. 8. de rep. eo loco, vbi de harmoniarū dissimilitudine disputat, ostendens ex dissimilibus cantibus aliter atque aliter affici auditores, Dorian harmoniā solam ex omnibus ait moderatos, sedatos, tēperatos affectus in animis auditorū ingenerare. Verba Aristot. sunt hæc, *Ἐπιθεὶς γὰρ ἡ τῆς ἀρμονικῆς δέσνη καὶ φρεσὶς ὡς ἀκρότατος ἀλλὰ οὐκ ἀπὸ θεοῦ, &c.* In eodē libro Phrygiam harmoniam ait nō rectē à Socrate esse relicta ac retentam cum Doria, præsertim cū ex organis tibias reiecerit. habet (inquit Aristot.) eandem vim in vocibus Phrygia harmonia, quam tibia in organis. Nam utraque ad animos concitandos & permoendos valet. Sed plura de his lege apud Platonem lib. 3. de rep. & apud Aristot. lib. 8. Barbarū autem interdum idem valere, quod Phrygiū, declarant exempla ex bonis scriptoribus: Hora. epist. 2. lib. 1. *Græcia barbarica lento collisa duello. Barbaricæ id est, Phrygiæ: & Virgil. lib. 1. Æneid. Barbarico postes auro, spoliisque superbi: Barbarico, id est, Phrygio.***

A C T V S] fugatus, διαφθεῖς, agere enim interdum valet insequi, διακέν, vt sup. Od. 6. *Agam per alias aue sublata nicens.* quemadmodum (inquit) nuper fecimus cū victus est Sext: Pompeius in freto Siciliensī, nempe ante pugnam Actiacam.

N E P T V N I V S D V X] Sext. Pōpeius Ma-

gni filius, qui se Neptuni filium prædicabat. **M I N A T V S** V R B I V I N C L A] minatus ciuibus Rom. seruitutem, quam seruus & fugitiuus demerat. sup. Od. 4. *Contra latrones, atque seruilem manum.*

R O M A N V S] nunc redit ad victoriã Actiac. spe præceptam, & ad Anton.

N E G A B I T I S] negabitis vniquam factum esse, vt incredibile quiddam; & à ciuis Romani ingenio, atque indole alienum.

E M A N C I P A T V S] Antonius traditus famina Cleopatrar. Emancipatus, id est, potestati permittitur, & pæne dicã, in manū datus. Emancipare enim nō est id propriè, quod quiddam & litterarū, & iuris ciuilibus imperiti existimãt, patria potestate liberare. Nam quāuis hoc quoque significet, nō est tamē hæc propria huius verbi significatio: sed tratata, & ex simulata illa, seu (vt loquuntur) imaginaria venditione, quæ in emancipationibus intercedebat, nata, emancipare enim dicebatur emtor, id est, quasi manu capere: emancipare vëditor, id est, manu dimittere. & alteri tradere. Sic Plautus in Bacchid, *nunc mulier tibi me emancipo: tuus sum; tibi operam do.* M. Tull. in Catone maiore. *ita senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est.* sic enim legit Nonius Marcellus, non vt vulgò, *mancipata.* & lib. 1. de finibus, *Quid L. Torquatus, is qui consilium cum Cn. Octauio fuit: cum illam seueritatem in eo filio adhibuit, quam in adoptionem D. Silano emancipauerat, &c.* & Philipp. 2. *cum iste venditum, atque emancipatum tribunatum consilio vestris opposuit.* Rectè igitur Festus, *Emancipati duobus modis intelliguntur, aut ij, qui ex patris iure exierunt, aut ij, qui aliorum sunt domini: quorum utrumque, sit emancipatione, id est (vt ego interpretor) traditione.*

F E R T V A L L V M] miles Romanus, vt intelligamus quantum interfit inter disciplinam militarem hodiernam, & veterem illam Romanam, ferebat plus dimidiati mēsis cibaria, ferebat si quid ad vsum vellet, ferebat vallū, vt scribit M. Tull. Tuscul. 2. *nam scutum, gladium, galea, in onere nostri milites non plus numerant* (inquit idē) *quàm humeros, lacertos, manus, arma enim, membra militis esse dicunt.* sed hæc sub imperio fæminæ perferre turpe est.

S P A D O N I B V S S E R V I R E R V G O S I S] qui erant in comitatu Cleopatrar. sup. Od. 37. lib. 1. *Contaminato cum grege turpium Morbo virorum.* Propert. lib. 3. *Et famulos inter femina trita suos.*

C O N O P E V M] κωνοπέιον nominat Græci velum ad culices excludendos, atque arcendos comparatum: quos illi κωνοπαις dicunt. Quod autem syllaba huius nominis ea, quæ est vltimè proxima, corripitur ab Horatio, & item à Propertio lib. quem modò commemorauī, *Fædãque Turpeio conopea tendere saxo,* id minus est vtitatum. Nam dipthongus Græca est, fereò semper à Latinis ver-

nis vertitur in i aut e longa, vt cichorëa, chorëa, Alexandrëa, siue Alexandria. Sed cur turpe conopeum? quia molle, & delicatum, & thalamis aptum, non castris, aut militia: neque Romanæ grauitati, ac disciplina: decòrum.

A D H V N C] Antonium. iam hoc totum, ad hunc veteritatem idem valet, quod, huic aduersi fuerunt, seu cõstiterunt: huic aduersati sunt: ab Antonio deficiētes ad Cæsare transfugerunt: & ita, cum Cæsare stantes, equos in Antonium verterunt. Nam nomen *aduersus* ex præposit. ad, & vertendo factum est. vnde *venit aduersi, fortuna aduersa, prælium aduersum: & aduersi hostes,* qui terga non vertunt, & *aduersa naues,* quæ proram habet obuersam, seu aduersam. Cæsar lib. 3. de bello Gall. *circiter cccx. naues eorum paratissimæ, atque omni genere armorum ornatis. è portu profecta, nostris aduersa constituerunt.* Contrã auersi, qui terga vertunt. Idem lib. 1. de bell. Gall. *cum ab hora septima ad vesperum pugnatum sit, auersam hostem ne mo videre potuit.*

F R E M E N T I S] vtitatum equorū epithetum. sic suprà Od. 14. lib. 4. *Frementem Mittere equum medios per ignes.* Virg. Georgic. 1. *utque, d. cui prima frementem Fudit equum magno Tellus percussa tridenti, Neptune, &c.*

G A L L I] proinde ac si diceret: Galli Antonium reliquerunt, atque ad Cæsarem transfugerunt: Romani autem spadonibus Egyptiis seruire maluerunt. Fortasse significat Gallos equites Amyntæ, aut Deiotari, qui ambo ab Antonio ad Cæsarem transfugerunt: quod cõfirmare possunt Plutarchi, & Dionis, & aliorum testimonio. Iam quod equites commemorat, cū agatur de pugna nauali, notū est ex Plutarcho, aliisque, Cæsari & Antonio eodem tempore, quo classes erant ad pugnam naualem paratæ, fuisse etiam in terra, & in littore exercitus aduersarios, pedestres & equestres.

H O S T I L I Ū M Q V E N A V I V M] & hostilium nauium puppes, id est, naues hostiles: vel propriè posteriores nauium partes, fugã & Alexandriam spectantes, in portu delitescunt. *citas* habent omnes lib. manuscrip. quod nomen alij interpretatur, ad fugam paratæ, & expeditæ: ad fugiendū, quàm ad pugnandum aut vincendum paratiores: quæ sententiam cõfirmat Plutarch. in Antonio, his verbis, de Cleopatrar loquens, *ἠδὴ τρεῖς πρυγυλὸ ὄρωσαι, καὶ πρὸς ἑδῆν τὰ κατ' ἐσωτὸν ἔχοντες τὸν νηπὸν ἕσται χεῖρῆσιν, ἀλλ' ὅθεν ἀπαισι πρὸς τὴν παραγυμναστικὴν ἀπολυμύδων, id est, iam fugam spectans, & res suas ita instruens & adornans, non vt ad vincendum essent accommodatæ, & vtilis, sed quo modo rebus perditis facillimè serreciperet. alij simpliciter, *celeris, vt Homer: & ceteri Græci θεοδὲ νηας* dicunt, sed nonnulli *sira* legunt, & ita habent quiddam lib. typis excusi, vt intelligamus Cleopatrar nauis i. x. post finistrum cornu collocatas: cui præerat Cælius.*

I O T R I V M P H E, T V M O R.] id est, tu nimis tardus es: currus ipsi triumphales parati sunt, tu eis in mora es. Erat autē *io triumphæ* vox militum Imperatorē triumphantem prosequētium, quod declarat T. Linius lib. 45. his verbis, *Militum quidem propria est causa: qui est ipsi laureati, & quisque donis, quibus donati sunt, insignes, triumphum nomine cient.* & Varro lib. 5. de lingua Lat. *Triumphare appellatum, quod cum imperatore redeuntes milites clamitant per urbem in Capitolium euntes, io triumphæ.*

A V R E O S C V R R V S] aureos fuisse triumphantiū imperatorum Ro. currus docet Philostratus in vita Dionis, his verbis: *Τροικαδὸς τοῦ αὐτοκράτορος ἀναθέμενος αὐτὸν ὑπὲρ τῆς Ρώμης ἐς τὸν ἑρυσὴν ἀμαξῶν, ἐφ' ἣ οἱ βασιλεὺς τὰς Σατραπείων πομπῶν πομπῶν ἐλάττειν θαυμάσιον ἐπισηφόμενος τρεῖς τὸν δῶνα, τὴν ἢ λέγειν ὅδε οἶδα, φίλῳ δὲ σε ὡς ἑμαυτοῦ, id est, Traianus igitur imperator, cū eum Romæ in curru aureo, in quo imperatores triumphant, posuisset, dicebat, sæpe se ad Dionem conuertens, equidem quid dicas nescio, te autem amo, vt me ipsum.*

E T I N T A C T A S B O V E S] ἀδμύτοις ἀζεύκτοις: nondum sub iugum missas, vt apud Virg. lib. 4. Georg. *intacta toridem ceruice iuuenca,* vel nondum à tauro initas: intellige autem boues ad sacrificium pro victoria faciendum paratas.

D V C E M] Marium. cuius legato Syllæ Iugurtha victus traditus est, & ab eo ad Mariū deductus. auctores Sallust. & Plutarch.

N E Q V E A F R I C A N O] neque Africano bello parem Augusto ducem repositi, nempe P. Cornelium Scipionē Africanum minorem.

C V I S V P E R K A R T H A G I N E M V R T V S, &c.] id est, qui sua virtute Karthaginem, urbem olim potentissimam ac florentissimam deleuit, atque euerit, sepulcrumque sibi super eius ruinas positum, atque exstructū amplissimum, atque ad sempiternam hominū memoriam clarissimum comparauit. Nam videtur mihi hoc significare Horat. gloriã, & immortalitatem P. Cornelij Scipionis Africani minoris mortui in euerfione & excisione Karthaginis positam esse, quia illius vrbis bustum ac funus, ipsi Africano sit instar magnificentissimæ sepulcræ, quæ nō sinat, illuc iacere insepultum. M. Tull. in orat. contra Rull. *Quam* (de Karthagine loquitur) *P. Africanus nudatam iectis, ac manibus, siue ad notandam Karthaginensium calamitatem, siue ad testificandam nostram victoriam, siue ad oblatam aliquam religionem, ad aternam hominum memoriam consecrauit.* Idem Offic. 1. *si Karthaginem & Numantiam funditus sustulerit,* ex quibus duobus M. Tull. locis, & ex historia cū inter omnes cõfset, Karthaginē funditus à Scip. fuisse euerfam, hæc huius loci sententiam esse arbitror, Karthaginē euerfam & deletam P. Corn. Scipioni Africano, L. Paulli filio, sepulcri loco esse. Quæ ad-

modum enim dum manent sepulcrorū monumenta, manet & corum, qui in eis conditi sunt, memoria: sic dum exstabit Karthaginis ruina, seu potius dum exstabit diruta Karthaginis memoria, Scipionis virtus ac victoria celebrabitur, atque hanc explanationē huius loci cōfirmat Patriculus his verbis, *Eam urbem* (nempe Karthaginē) *magis invidia imperij, quam vilius eius temporis noxia inuisam Romano nomini P. Scipio funditus sustulit, fecitque sue virtutis monumentum, quod fuerat aui sui clementia.* Adr. Turnebus autē sic hunc locum explicat, *cuius sepulcro Karthaginis euerse titulus subscriptus, aut incisus est.* Ego puto, aliā sententiam acutiorem, & argutiore his verbis cōtineri ac significari. Omnino videtur mihi Horatius, si eam, quam vult ille, sententiam exprimere voluisset, aliis verbis fuisse vsurus. veruntamen vtatur suo quisque iudicio.

PUNICO LVG. MVT. S A E.] hoc dicit Punico, id est, purpureo sago posito, lugubre sumit. vide annot. ad Od. 16. lib. 1. Vtebatur autem imperatores in praelio etiam temporibus Heroicis, vt licet ex Homero intelligere, chlamydidibus, aut sagis purpureis. Homer. *ιλ. θ. de Agamem. βη δ' ἰσκαυ χεστέ τε κλισίας κ' νίας Αχαιῶν Πορφύρεον μέγα φάρος ἔχον ἐν χερεί παρ χερί,* id est, luit autem per Græcorum tabernacula, & naueis magnum pallium purpureum manu tenens. Iam de Romanis ducibus, cōstat, eos hoc colore vestitus vsos esse in bellis & præliis. Plutarch. Bruto, *Τὸν δὲ βρώτων ὁ Αντωνίου ἀνερῶν τεθνηκότων, τὸ μὲν σάμα τῆ πολυτελεστῆ τῆ εαυτῆ φοινικίδων ἀεὶ βάλανεν ἐμέλευσεν, ὑπερον δὲ τῶν φοινικίδων κεκλυμένῳ ἀσθῆνῳ ἀπέκτεινε τὸν ὑπερόμῳ,* id est, Cū autem Brutum Antonius mortuū reperisset, corpus quidem sumtuosissimum ex suis sago purpureo tegi iussit. Postea autem cū id furtim sublatum esse cognouisset, eum, qui subtraxerat, interfecit. [Idem *Σπυθ. βασιλ. Αντιοχος ὁ ἑπτὰ κληθεὶς ἰεραὶ ἐπαλάμει ἀπὸ βασιλείας παρὸς τ' ἀδελφὸν σέλευκον. ἐπεὶ ὁ δὲ σέλευκος ἠτήθη ἐκ τῶν γαλατῶν ἰσθμῶς φανερός ἐδ, ἀλλ' ἐδδκει χεστακίον φθῶν οὐκ εἶς τῶν πορφύρεον ὁ Αντιοχος, φωνὸν ἰματίον ἀνέλαβε, &c.] Eiusdem coloris vestitu utebatur Cæsar, vt conuicere licet ex illis verbis, quæ extant libr. 1. cosm. de bello Gallico, *Accelerat Cæsar, vt praelio inter-**

AVT ILLE CENTVM NOBILEM, &c.] sic supra Od. 27. lib. 3. *centum tetigit potentem Oppidis Creten.*

NON SVIS] id est, aduersis, inimicis.
EXERCITATUS NOTO] visitatus erat exercitus, id est, vexatas à Noto, vt Od. 14. libr. 4. *Indomitas propè qualis undas Exerct Auster Pleiadum choro.* & M. Tull. pro Milone. *Quid enim nobis duobus, iudices, laboriosius? quid magis sollicitum, magis exercitum dici, aut fingi potest?* T. Liviuis lib. 49. de Catone, *similitates multo plures & exercuerunt eum, & ipse exercuit eas.* Virgil. *Æn. id. 3. nate Iliacis exercite fatio.* de Syrtibus diximus supra ad Od. 22. lib. 1.

AVT FERTVR INCERTO MARI] errat, nesciens quo in sinu, quæve in regione maris nauiget.

CAPACIORES AFFER HVIC, &c.] affer maiores calices, vt bibamus liberalius. sic faty. 7. lib. 2. *Et calices poscunt maiores:* quod Græci dicunt, *ἄγτειν μέγας,* subaud. *κύλικας.* Athenæus lib. 2. *ἄγτειν πῖνν μεγάλη κύλικα, &c.* M. Tull. autē lib. Accus. 1. *sic sermo inter eos, & inuitatio, vt Græco more biberetur. hospes hortatur. poscunt maioribus poculis.* ad quem locum annotat Asconius Pedianus, *poscunt,* id est, *proiciant,* sed mihi videtur hoc quoque loquendi genus à Græcis expressum. sic enim loquuntur. *ἄγτειν πῖνν μεγάλη κύλικα,* id est, poscere bibere, seu potum maiore poculo. Athenæus libro x v. *ἄγτειν πῖνν ὄυλπιανός ἤπει πῖνν μεγάλη κύλικα.* post hæc Vlpianus, poscebat vt biberet maiore poculo, & ita Plaut. in Rudente. *Nerptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.*

VEL QVOD ELV. NAVS. COERC.] quamobrem vinum Cæcubum dicatur hinc vim habere nauisæ coercendæ, ex iis, quæ supra ad Od. 20. libr. 1. de hoc vino annotauimus, intelligere licet, nempe esse *πυκνικόν,* id est, sensum pungere, ac ferire, nam, quæ pungunt, mordentque, ac feriunt sensum, ea nauisæ sedant.

CVRAM, METVMQVE CÆSARIS RERV IVVAT] supra Oda 7. libr. 1. nunc vino pellite curas. Iam de hoc genere loquendi *soluere metum, & soluere curam,* diximus ad Od. 12. lib. 1.

LYÆO SOLVERE] alludit ad Græcum nomen Lyæi, id est, Bacchi: quod ductum est à verbo λύω, id est, soluere: interpretatiōque nominis est. sic M. Tull. pro Roscio Amerino, alludens ad Chryfogoni Syllæ liberti nomen, *venio nunc ad illud nomen aureum Chryfogoni.* Idem Philipp. 11. *Lyfidicum ipsum Græco verbo, qui omnia iura dissoluit.*

IN MÆVIVM.

IN MÆVIVM.

Od. 10.

ARGVMENTVM.

Tempestatem, & naufragium ei imprecatur.

MALA soluta nauis exit* alite, Ferens olentem Mæuium.

Vt horridis vtrumque verberes latus, Auster memento fluctibus.

Niger rudentes Eurvs inuerso mari, Fractosque remos differat.*

Insurgat Aquilo, quantus altis montibus Frangit trementeis ilices.

Nec sidus atra nocte amicum appareat: Quæ tristis Orion cadit.*

Quietiore nec feratur equore, Quam Graia victorum manus:

Cum Pallas vsto verit iram ab Ilio In impiam Aiæcis ratem.

O, quantus instat nauitis sudor tuis, Tibique pallor luteus,

Et illa non virilis euulatio, Preces & auersum ad Iouem:

Ionius vdo cum remugiens sinus, Noto carinam ruperit!

**Opima quod si præda curuo littore Porrecta mergos iuueris:*

Libidinosus immolabitur caper, Et agna tempestatibus.

MALA ALITE] malo auspicio, sup. Od. 15. lib. 1. mala ducis aui domum, Quam multo repetet Græcia milite. ἀπαισῶ ὄρνιθι. Mæuius poëta incepto, & odio suo nauigationem aduersam exoptat. Seruius & Porphyrio eundem esse putant, quæ Virgilius oderat, vt apparet ex Palæm. *Qui Bauis non odit, amet sua carmina Mæui:* ad quem versum etiam hunc locum affert Seruius.

OLENTEM] tætri odoris hominem: qui odor ex alis exsistit, sed non in omnibus æquè grauis: in rufis, in edacibus, in immundis, atque illotis plerumque intolerabilis. naforum pestem appellat Catullus, vt alibi dicemus.

VT HORRIDIS VTRVMQVE VER-

BERES IATVS, &c.] optat ei nauigationem incommodam, atque aduersam, vt dicebamus, denique naufragium.

NIGER RVDENTEIS EVRVS] Ni-grum Eurum dixit fortasse, quia tempestates, & fluctus excitat. lege annot. ad illum locum, *nigris æquora ventis,* Oda 5. lib. 1.

RVDENTEIS] Virgil. lib. 3. Æneid. fridur- que rudentum. rudentes, funes sunt nautici, seu nauales.

INVERSO] concitato, agitato. sed in voce inuerso maior vis inest. significat enim mare ita esse concitatum, vt inuersum videatur.

DIFFERAT] diuersos ferat, dissipet. supra Od. 5. huius libri. insepulta membra differunt lupi. Terent. Adelph. *miseram me, differor doloribus.* Idē in Andria. *Orationem sperat inuenisse se, Qua differat te.* Lucrēt. lib. 2. *Scintilla que agere, ac latè differre famillam.* Plaut. in milite gloriæ. *nempe vt a simulam me amore istius differri.* Itaque quemadmodum hic Horat. remos differat, sic Virgil. Æneid. 1. *Franguntur remi,* dixit.

SIDVS AMICVM] φιλόν, gratum, optatū, salutarem nempe Castor, & Pollux, vt supra Od. 12. lib. 1.

NEC SIDVS ATRA, &c.] Virgil. lib. 1. Æneid. celo nox incubat atra. sic describit aduersam tempestatem, & naufragium Apollon. lib. 2. *ἄρσε δὲ κύμα Κεκληγὸς ποιοῖσι: μελαμὴ δ' οὐρανὸν ἀρχαίς Ἀμπερχεν, οὐδέ τι ἀτρα διαυγέα φαίμετ' ἰδῶσθαι.* Eri. νεφέων, σιωπῆς δὲ πῆλὸς ἔσφορος ἠρήρετο, id est, fluctum autem excitauit ventos euocans: atra autem nubes caelum occupauit, neque vsquam lucida sidera apparebant, vt per nubem cerni possent, aer autem caliginosus increbruerat. Sed omnium, mea quidem sententia, optime Virg. lib. 1. Æneid. *Præ Euris que Notis que ruunt, crebræque procellis Atrius, &c.*

TRISTIS ORION] Virgil. lib. 1. Æneid. nimbus Orion.

TREMENTEIS ILICES] sup. paullo audacius dixit trementeis verberes ripas, Od. 27. lib. 3.

QUIETIORE] placatiore, tranquilliore, sedatiore.

QVAM GRAIA VICTORVM MANVS] quàm Græci victores, qui vel omnes ferè naufragio perierunt, vel magnis tempestatibus iactati, longis que erroribus circumacti, vix tandem nudi, & egentes in patriam redierunt. Agamemnon autem tot periculis terra, marique, defunctus, ab Ægisto & Clytemnestra vxore interfectus est.

IN IMPIAM AIACIS RATEM] Aiæcis Oilei. Aiæx Oilei filius Locus plerisque Græcis cōuectioribus suis Troia excissa calamitati, & exitio fuit, propterea quod Cassandram Minervæ supplicè in eius templo stuprauerat: quo facinore Dea offensa dicitur etiam oculos auertisse. Itaque reuertētibus Græcis, iamque Eubææ vicinis, tantos fluctus, tantæque tempestates ex-

citavit, vt complures naufragio perierint. Neptunus autem, cum ille ad vada Gyrae saluus delatus esset, dixissetque se diis inuitis seruatum esse, periculumque effugisse, eam vocem tam impiam indignè ferens, saxum Gyraeum, cui ille insidebat, dirupit, ac discidit: quo facto praecipitem illum in medios fluctus exturbauit. auctor Homer. ὄδυσσ. δ. καὶ νύκην ἐκφυγὲ κίερα, καὶ ἐπὶ μέγιστον περ Ἀθλίω, εἰ μὴ Ἰσφρίαλον ἔπος ἐκβαλε, καὶ μέγιστον Φηρ ἀέκμητι θεῶν θυγατρὶ μάγαν καὶ γαλαθάλασσιν. Τὴ δὲ Ποσειδάων μεγαλειώτερον ἀδύσατος. Αὐτὴν ἔπειτα βίαναι ἐλὼν γερσὶν, εἰσερσῆσιν, Ἠλασε γυροβίον περσῆν, ὅπου ἐχρῆσθη αὐτῷ, καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ μῆνε, τὸ δὲ πρὸς ἔμπεσε πόντω, τὸ δὲ Αἴας τῷ ὄρωτον ἐπεὶ ὄδυσσος μέγιστον, τὸν δὲ ἐφάρει καὶ πόντον ἀπέπειρα κωμῆροντα.

O, QUANTVS INSTAT NAVITIS, &c.] ὅσοστροφη ad Mæuium. quantum (inquit) sudabunt nauæ tui in ea, quæ tibi impendet, tempestate: quantum tu pallebis?

PALLOR LVTEVS] pallor luridus, fuluus, crocei, vel aurei coloris, vt Catullus ad Iuuent. *Hos pes inaurata pallidior statuas?*

EVLATIO] fletus muliebris. M. Tull. de legib. 2. *Cælius lessum quasi lugubrem euulationem esse dicit se suspicari.* Idem Tulcul. 2. *euulatio ne mulieri quidem concessus: hic nimirum fletus est, quem x 11. Tabula in funeribus vetant adhiberi.* Horat. Od. 16. hoc libro infra, *vos quibus est virtus, muliebre tollite luctum.*

AVERSVM] minus audientem precès. vt sup. Od. 2. lib. 1. *minus audientem Carmina vestam?*

VDO NOTO] humido Austro. sic Virgil. lib. 1. Georg. *quid cogitet humidus Auster.*

REMIGENS] iterum, atque iterum murmuràs. tralatio est à bobus, vt Od. 10. lib. 3. *Audis quo strepitus ianua, quo nemus Inter pulchra situm tecta remugiat ventis?*

OP. QVOD SI PR. CVRVO LITT. &c.] Quod si tu naufragio perieris, & corpus tuum in litus eiectum, præda mergis fuerit, libidinofus, &c. inueneris autem non inueneris esse legendum peruincunt libri manu scripti: duo Vatican. Ianoct. Faern. Nicotiani, Russardini duo, Nonnulli tamen habent, vt vulgati inueneris.

LIB. IMMOL. CAP. ET AGN. TEM.] caper Baccho potius solebat immolari, vt annot. sup. ad Od. 8. lib. 3. *album Libero caprum.* interdum etiam tempestatibus: & item agna, eaque nigra. Virg. *Æneid. 5. Treis Eryci vitulos, & tempestatibus agnam. Cedere deinde iubet.* Idem lib. 3. *Nigram hiemi pecudem, Tephyriis felicibus albam.* Aristophan. *Βατραχ. Ἀπρ, ἀρνα μελάιναν πᾶδες ἐξενέγχετε, Τιφῶς γὰρ σὺ βατρεῖον ὁρῶσθε.* Id est, Agnam, agnam nigram pueri efferte: Nam typhon exsistere incipit.

AD PETTIVM.

Od. II.

ARGVMENTVM.

Se amore captum, non posse ad versus faciendo operam, studiumve conferre.

Petti, nihil me, sicut antea, iuuat
Scribere versiculos,
Amore perculsum graui:

Amore, qui me, præter omnes, expetit
Mollibus in pueris,
Aut in puellis vrere.

Hic tertius *december, ex quo destitit
In achia furere,
Siluis honorem decutit.

Heu me, per vrbe (nam pudet tanti mali)
Fabula quanta fui?
Coniuuiorum & pœnitet:

In queis amantem languor, & silentium
Arguit, & latere
Petitus imo spiritus.

Contra que lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium
Querebar appllorans tibi,
Simul calentis inuerecundus *deus

Feruidiore mero
Arcana promorat loco.

Quod si meis inastuet præcordiis
Libera bilis, vt hæc
Ingrata ventis diuidat

*Fomenta, vulnus nil malum leuantia:
Desinet imparibus
Certare summotus pudor.

Vbi hæc scuerus te palam laudaueram:
Iussus abire domum,
Ferebar incerto pede

Ad non amicos, heu, mihi posteis, &
heu,
Limina dura, quibus
Lumbos, & infregi latus.

Nunc gloriantis quamlibet mulierculam
vincere

Vincere mollitia,
Amor Lycisci me tenet:
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia,
Nec contumelia graues:
Sed alijs ardor aut puella candida,
Aut teretis pueri,
Longam renodantis comam.

Hanc oden, quæ in omnibus libris erat dicolos, distrophos, feci vt esset tricolos, tristrophos, partim Georg. Bucanani sententia approbata, partim codices quosdam antiquis, secutus.

AMORE PERCVLSVM] tralatio est, sic Virgil. Georg. 2. *Quarum sacra fero ingenti percussus amore,* percellere proprie significat ita impellere, vt pericetas, quemadmodum supra diximus ad Od. 7. huius lib. *Mentesque percussa stupet:* quod quidem exempla ex bonis scriptoribus declarant. Lucrēt. lib. 1. *Aëria primum volucres te, dina, tuumque significant initium percussa corda tua vi.* Idem lib. 6. *Nimirum quia cum vehementer perculit ætu, Confluere ex ipso possunt elementa vaporis.* Idem lib. 5. *regesque superbi Corripimus Diuum percussis membra timore.* Catull. ad Manlium. *Tempore, quo certa: Stymphalia monstra sagitta Perculit.* Virgilius *Æn. 5. Viderem Buten, immani corpore qui se Debyrcia veniens Amyci de gente ferebat, Perculit & sulua moribundum extenat arena.* Plaut. Epid. *perij, plaustrum perculli, vbi tamen docti quidam legunt, haustum perculli.* Terent. Eunucho. *Quo trudu? perculleris iam tu me.* M. Cato lib. Originum. *Ventus Certicus, cum loquere, buccam implet: armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.* libet autem mihi *επιπερρωσ*, vt studiosis bonarum litterarum adolescentibus consulam, & gratificer, Plautum, & M. Tullium, quibus in locis hoc verbo vsi, à librariis corrupti sunt, suæ integritati restituere. Plautus in Trinummo. *Si animus hominem percullit, actum est, si animo seruiuit, non sibi. Si ipse animum percullit: dum uiuit, victor victorum cluet. Tu si animum vicisti potius, quam animum te, est quod gaudeas.* quo loco omnia, quæ quidem viderim ex empla, habent, *perpulis.* Idem Epidico. *planè hic est, qui mihi in Epidauro primus pudicitiam percullit.* vbi corruptè *perpulis.* M. Tull. in orat. pro M. Cælio. *Quid tumultuarius soror? quid insanus? quid à clamore exorsa, verbis, paruum rem, magnam facis? vicinum adolescentulum aspexisti: candor huius te, & proceritas, vultus, oculique perculerunt,* id est, de recto mentis statu deturbantur, *εσφιλαν.* vbi vulgò legitur *perpulerunt,* mendosè. Idem lib. 1. de orat. ad Q. Fratrem. *Equidem, & ser. Galbam memoria teneo, diuinum hominem in dicendo, & M. Emiliam Porcinam, & Cn. ipsum Carbonem, quem tu adolescentulum perculli-*

sti, ignarum legum, hesitantem in maiorum institutis, rudem in iure civili: vbi vulgati codices habent *perpulis*, vitiosè: cum significet, Cn. Carbonem, quem M. Crassus accusauerat, sententiis iudicium damnatum, & fortunis suis euersum esse. & epist. ad Nigid. Figul. lib. 4. *Nulla enim mensura priuatum percussit insignis iniuria: vbi mendosè vulgò *perpulis.* Sed quòd quidam simij hic continent legendum esse *percussum* & repugnantibus libris omnibus, & reclamante ratione, nã illi valde pingues sunt.*

MOLLIB. IN PV. AVT IN PVEL.] sic Lucret. de amore lib. 4. *Sic igitur, Venereis qui telis accipit ictum, sine puer membra muliebribus hunc iaculatur, seu mulier toto iactans è corpore amorem, unde feritur, eò tendit, gestique cœre, Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.*

HIC TERTIVS DECEMBER] tertius annus, seu potius tertia hiems, & ita, tertius annus. HONOREM] frondeis, quæ sunt arboribus ornamento. Virgil. lib. 2. Georg. *frigidus & siluis Aquilo decussit honorem.*

FABVLA QVANTA FVI] quàm multus de me sermo habitus est dedecoris, & ignominia: plenus? sic loquitur Tibull. de Apolline lib. 2. eleg. 3. *Fabula nunc ille est, sed, cui sua cara puella: Fabula sit, manuit, quàm sine amore, Dem.* Idem lib. 1. eleg. 4. *Parce puer, quæso, ne turpis fabula fiam.* vbi quidam malè volunt legi, *turbis*, sic Hor. infra epist. ad Vinn. Afellam. *A sinæque paternæ Cognomine vertas in risum, & fabula fias.* Non dissimile est illud Propertij lib. 1. *Quod si parua tua dederis vestigia culpa, Quam cito de tanto nomine rumor eris?* Idem propè valet venire in ora: de quo genere lege annot. ad epist. ad Iul. Flor. lib. 1. *Quid Titius, Romana, &c.*

CONVIUIORVM ET PœNITET] id est, & pœnitet me interfuisse in eis conuiujs, in quibus, &c. vel & vellè me non interfuisse in eis conuiujs, &c. vel sic, & displicent mihi ea conuiuia, &c. Sic vsurpant interdum hoc verbu Latini. M. Tull. lib. 6. de rep. *tam verò ipsa terra ita mihi parua visa est, vt me imperij nostri, quo quasi punctum eius attingimus, pœniteret.* Idem in Cæliana, *Quod obiectum est Cælio de pudicitia, id nunquam tam acerbè feret Cælius, vt eum pœniteat non deformem esse natum.* Quidam libri veteres habent, & coniuuiorum pœnitet, &c. quæ fortasse vera est scriptura, vt copula & pertineat ad finem versus antecedentis, & versus deinceps sequens initium capiat à Coniuuiorum.

IN QVEIS AMANT. ET LANG. ET SILENT. &c.] hæc sunt amoris argumenta: de quibus supra ad Od. 13. lib. 1.

ET LATERE PET. IMO SPIR.] Plautus in Cistell. *Hoc, sis, videt: vt suffirium petiuit aliè.* Notaueram olim in nomine *latere* syllabam vltimam re produci: nisi quis diceret esse legendu, & *latere* ex petitus imo spiritus, id est, è latere petitus, sed verbis ita in suum ordinem & numerum

rum restitutis, ac descriptis, non est ei obseruationi locus. Interdum vocalis longa ante vocalē sequentem nō eliditur quidem, sed tamen producit, vt Od. 28. lib. 1. *οβιβυς, & capiti inhumato.* sic Catull. in Lesbiam. *Quo signo? eadem totidem mox deprecor illi A. Sidue.* Lucret. lib. 6. *sed natura loci opus efficit ipsa sua vi.* ibid. *Denique res auro argentum copulat vna.* *Et* quæquam hic verus in nonnullis libris manuscriptis ita legitur: *Denique res auro argentū cōcopulat vna.* Propertius lib. 2. *Regnā ve prima Remi, animos Karthaginis alta.* Virgil. Georg. 2. *Orchites, & radix, & amara Pausia bacc.* *En. 5.* *sed amena piorum Concilia, Elysiūque colo: hinc casta Sibylla Nigrarum, &c.* idem in Pharmac. *auris in coribus illum I. maris, aut Rhodope, aut extremi Garamantes, &c.* idem in Palamone: *Et succus pecori, & lac subducitur agnū.* Idem *En. 4.* *Quid struit, aut qua spe inimica in gente moratur? idem En. 1.* *Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.* Idem lib. 10. *Mæonia generose domo, ubi pinguis culta, &c.* Interdum nō solum non eliditur, verum etiam corripitur, etiam si sit vocalis natura longa, aut etiam diphthongus, vt suprà Od. 5. *Et Esquilina alites.* & Saty. 9. lib. 1. *si me amas (inquit) paulum hic ades.* Catull. in Mamurr. & Cæs. *Pno in ludulo erudituli ambo.* Idem ad Camerium, *Te quaesiuimus in minore campo, Te in Circo, te in omnibus tabernis.* Virg. *Æneid. 6.* *Nomen, & arma locum seruant, te amice nequiu Conspicere.* &c. idem lib. 3. *In sale Ionio in magno. idem Pharm. an. qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?* Lucret. lib. 4. *Nam si abest, quod ames, prestō simulacra tamen sunt illius, & nomen dulce obuersatur ad aureis.* Idem lib. 5. *Pectora, terrarum qui in orbi sancta iuuet Fana.* Idem lib. 2. *Puam progeniem, qui in oras luminis edant.*

CONTRÁQUE LVCR. NIL VALE-
R E] Etiam Anacr. queritur, in amore nihil valere genus, sapientiam, mores: solamque pecuniā spectari: præterea ostendit, pecuniā cum rebus omnibus humanis pestē afferre, atque interitū, tum maximē miseris amantibus esse calamitosam, & capitalem, his verbis: *Απόλοιστο τρωάτος ελπίος Ο τόν άρχυρον Φιλήσας. Διδ. τήτων Ορε άδελφός Διδ. τήτων & τοκήες Πόλεμοι, Φόνοι δι άστων Τό δέ χυρον, άλλύμεσδα Διδ. τήτων οι Φιλουύτες;* id est, *Pereat malē ipse primus, Argenti amore captus, Hoc propter & duorum Amica corda fratrum Soluuntur, vt alteri alter Necem afferat eruentam. Hoc propter & parentes & filis necantur: Hoc fonte bella, pugna, Cades, necēque manant. Sed, quod grauius videri, Capitaliūque debet, Hoc propter interitum Miserabiles amantes.* Cum his congruit Plautinum illud *Curgul. adepol qui amat, si eget, misera Afficitur arumna.* hac eadem de re lege eleg. nonam Tibull. lib. 1.

S I M V L] simul vt, vt sæpe alibi.
INVERECUNDVS DEVS] Bacchus. *contra sup. Od. 27. lib. 1. verēcundūque Bacchum sanguineis prohibeterixis.* Inuerecundum hoc loco Bacchum dicit, quia, qui immoderatē vinum

biberunt, nihil verentur.
FERID. MERO ARCANA PROM.
LOC O] quæ tacenda erant, me, vt proloquerer, coegerat: peccatore in lucem protulerat. sic lib. 1. Saty. 4. *Cōdita cum verax aperit præcordia liber.* Ouid. lib. 1. de arte. *Tunc aperit mentis auro varisima nostro Simplicitas, arteis excutiente Deo.* sic Alcaeus, *Οινος άδύρωπος Νότης.* id est, vinum hominibus est instar dioptræ, qua cognoscatur eorum mores.

QVOD SI MEIS INÆST, & C.] horū, qui deinceps sequuntur, quattuor versuum, hæc mihi videtur esse sententia. Quod si hæc iniuriæ, quæ mihi ab Inachia inferuntur, iustum, ac liberum mihi dolore commouerint, meque ita iritarint, vt has inaneis querelas, & aegritudines animi, quibus non modō nō confanescit amoris vulnus, verum etiā recrudescit, ex animo depone, ac delere, & te cōtēm nere atque aspernari possim: desinam impudenter cum potētoribus contendere: vel pudebit me nō cedere superioribus: vel desinam summoto & deposito pudore certare cū aduersariis meis, qui plus apud te pretio & pecunia possunt. Est enim impudētis cū potētoribus pugnare. potest & alio modo explicari, vt statim dicemus. Sed Turnebo neutro modo placet, vt eadem opera, eodem loco referemus.

VT HÆC INGR. VENTIS DIV.] id est, vt hæc amoris pabula ciuciam ex animo. *uentū diuidat,* id est, dissipet, difcutiat: ex animo meo delectat. vide annot. ad Od. 26. lib. 1. *ibi Tradam proteruis in mare Creticum, & C.*

F O M E N T A] amoris formēta sunt, nisi fallor, ex omnes cogitationes, quæ dolorem, & curam ex amore proficiscentem, alunt, fouent, amplificat: curæ, querelæ, cogitationes anxie, suspiria, lacrymæ. Lucret. appellat *amoris pabula,* lib. 4. *sed fugitare decet simulacra, & pabula amoris Abstergere, [al. absterre] sibi.* Propert. *alimenta* lib. 3. *Crescit enim assiduē spectando cura puella: ipse alimenta sibi maxima prabet amor.* Horatius epist. ad Iul. Florum lib. 1. *fomenta curarum* appellat curarum fegetem, ac materiam. *quod si Frigida curarum fomenta relinquere posses, Quid te celestis sapientia duceret, ires.* Cum hunc locum, vt & alios innumerabileis, planissimē declarassem, miror, homines quosdam *χερονθεϊς* etiam hīc, vbi suis perturbatissimis & dissolutissimis notarū scopis facile carere poteramus, blaterare aufos esse.

DESINET IMP. CERTARE SVMM.] locus est, meo quidem iudicio, perobscurus, quæ & paullo antē explanauī, & nunc iterum explano: *summotus pudor:* id est, impudentia desinet certare cū amulis me superioribus: proinde ac si ita dicat, desinam vsque eō esse impudens, vt certem cum superioribus. Nā & lib. 1. epist. ad Claud. Neronem per depositum pudorem, impudentiam significat. *quod si Depositum laudes ob amici iussa pudorem:* vel hoc modo: desinam deposito

posito pudore contendere cum potentioribus, id est, non pudebit me iam finem cum potentioribus pugnandi facere: summoto pudore desinam cum superioribus certare: id est, nō iam me pudebit à superioribus vinci. Adr. Turnebus aliam huius obscurissimi loci sententiam esse arbitrabatur, nempe hanc. *me paullo inuerecundius geram, nec ita pudenter me amica summitam, vt solito: sed eam aspernabor, desinamque sectari imparem, neque redamantem.* Impares enim in amore appellantur; cum mutuo non amant amantes, & cum alteri amanti alter vicem non reddit: *contra cum mutuo & ariter inter se amant, pares dicuntur.* Hæc sunt verba viri & mihi amicissimi, & doctissimi. sed primum carior est mihi amicitia, veritas: deinde quantumuis doctus sit, errare tamen potest, vt homo. Profert ille ad confirmandam sententiā suam locum ex Oda 15. hoc eodem lib. & *quæret iratus parem: & alterum ex Oda 33. lib. 1. cui placeat impares Formas, atque animos sub iuga ahenea Sæu mittere cum ioco.* Sed hæc exempla nihil eum adiuuant. non enim negamus, animos impares significare animos discordes, & in amore nō respondentis: Sed hoc dicimus *imparibus*, hoc loco aliud significare. Nam primum *imparibus* per se ponitur sine substantiō, vt loquuntur grammatici: deinde si hoc sensisset Horat. quod ille putabat, dixisset, *Desinet impari certare, & C.* non vt hic, *desinet imparibus:* quemadmodum Oda 11. lib. 4. *Dissipare vites.* sed quid multis opus est luce clarius est, horum verborū eam, quam ille vult, sententiam esse non posse, cum præsertim verbum *certare* satis declararet per impares significari amulos, & aduersarios, quibuscum ei certandum erat, nō puellam, quam amabat. Iam vt dicimus certamen impari, iniquum, & inæquale: ita & aduersarium imparem, & inæqualem, siue intelligamus superiorem, siue inferiorem.

VBI HÆC SEVERVS TE PALAM] posteaquam te audierit hæc inachiam ac probaram: abs te dimissus, redibam tamen ad illam amore coactus.

IVSSVS ABIRE DOMVM] iussus participiū à verbo iubeor, quod negat esse vstitutum Seruius ad illum locum *En. 10. aegre iussō,* cum tamē dixerit M. Tullius in oratione pro Quinctio. *ita inebare. recusabat Alphenus.* Ac de hoc verbo quidem, esto vt lubet: sed de participio non est dubium, quin sit vstitutum. Virgil. Georg. 4. *huc tu iussos asperge saporēs.* & 3. *Æneid. Iunoni Argiua iussos adolemus honores.* Horatius præter hunc locum, etiam in Oda 6. lib. 3. *sed iussa coram me sine consilio Surgit marito, & C.* & Satyr. 2. lib. 1. *neque cunctetur cum est iussa venire.* carm. seculari post epod. *Iussa pars mutare larceis, & vrbem.* Idem epist. 12. ad Iccium: *Stella sponte sua, iussane vagentur & errent.* Ex quo iniussus a. um. idem Od. 16. *infra illic iniussu veniunt ad mulctra capella.* & Satyra 3. lib. 1. *Vt numquam inducant animum cantare, rogati. Inuisi numquam desistant.*

FERR. INCERTO P. AD NON AM.] tametsi constitueram animū obfirmare, ne Inachiam expeterem, neve amarem: ego tamen ad eas ædeis, quæ mihi tam iniuæ, atque inimicæ fuerant, recurreram: ad ea vestibula, super quæ iacuerā nocteis totas, reuertebar. sic Tibul. li. 2. eleg. 7. *Iuravi quoties rediturum ad limina numquam? Cum bene iuravi: pes tamen ipse redit.* & Lucret. lib. 4. *At lacrymans exclusus amator limina sæpe Floribus, & fertis operit, posteisque superbos Pnguit amaracino, & foribus miser oscula figit.* Est autem miserimā amantis cōdicio, cum ab ea puella, de qua se bene meritum esse existimat, & quam ex animo amabat, iniuste læsus, amandi tamen finē facere nō potest: tum enim cū odio pugnat amor: quo grauius malum amanti accidere nullum potest. id declarat Catull. hoc elegatissimo epigram. ad Lesbiam, *Dicebas quondam, solum te nosse Catullum, Lesbiam, nec pra me velle tenere Iouem. Dilexi tum te, non tantum vt vulgus amicum: sed, pater vt natos diligit, & generos. Nunc te cognoui. quare & si imperis vrer, Multo mi tamen es vltor, & leuior. Qui potis est? inquis. quod amantem iniuria talis Cogat amare magis, sed bene velle minis. amare magis autem (vt hoc dicam ὁδὲ πέρρορον) valet magis vri, & μάλλον ἔργον, non μάλλον Φιλῆν.* eiusdem argumenti est etiam hoc in eandem, *Qdā & amo. quare id faciam, fortasse requiris. Nescio, sed fieri sentio, & excrucior.* eodem pertinet illud Græcorum epigr. quo negat amator verum esse, quod vulgo dici solet, cōtumelia amorē dissolui, quippe qui experiat, puellæ suæ cōtumelia amoris sui infantiā magis irritari, atq; excitari. sic habet epigr. *Ἦεις ἔρωτας ἔλυσε, μάττω ὁ δὲ μῦθος ἀλάττω. Ἦεις ἐμῆδ ἐπίδει μάλλον ἐρωταυῖτω.*

P O S T E I S] foreis, seu posteis, ex quibus constant fores, seu quæ sunt in atrio domus. suprà Oda 1. lib. 3. *Cur inuidendū postibus, & nouo sublimē ritu moliar atrium? & Virgil. lib. 2. Ipse inter primos correpta dura bipenni Limina perrumpit. posteisque à cardine vellit.* & Lucret. lib. 4. *posteisque superbos Pnguit amaracino.*

LIMINA DVRA, QVIBVS LVMB.] ab hoc loco non abhorret ille Od. 10. lib. 3. *Non hoc semper eris liminis, aut aqua Celestis patiens latus.*

NVNC GLORIAN. QVAM LIB. MYLIERC.] nunc vix dum Inachia amore solutus, Lyciscum puerū quauis muliere molliorē perditē amo.

VNDE EXPEDIRE] quo me amore explicare, ac soluere nō possint amici neque libere monendo, ac reprehendendo: neque grauiter, & contumeliosē obiurgando.

LIBERA CONSILIA] infr. Sat. 4. lib. 1. tria proponit, quibus sua quicq; vitia corrigere possit, his verbis, *fortassis & istinc Largiter abstulerit longa atas, liber amicus, Consilium proprium.*

NEC CONTVMELIÆ GRAVES] quorum? vtrum etiam amicorum, qui mihi libera consilia dederunt, an inimicorum, qui de nobis

saepemelius merentur contumeliosè nos infestando, quàm blandi amici?

S E D A L I V S A R D O R, & c.] alius amor. Lucrèt. lib. 4. non minimum hoc esse ostendit è remediis amoris, aliò conuertere mentem: Et illicre humorem collectum in corpora quaque, Nec retinere semel conceptum vnus amore, Et seruare sibi curam, certumque dolorem. P'cus enim viuiscit, & inueterascit alendo, Inque dies eliscit furor, atque arumna grauescit, Si non prima nonis conturbes voluera plagis, V'olginagàque vagus V'enerè antè recentia cures. M. Tull. lib. 4. quæst. Tuscul. Etiam nouo quodam amore veterem amorem, tanquam clauum clauo eijciendum putant. Pausan in Ach. (vt supra diximus) tradit, aquam Selemni flu. mederi animis amore faucis.

P V E L L Æ C A N D I D Æ] Sat. 2. lib. 1. Candida, recta que sit.

T E R E T I S] proceri: vel membris teretibus, solidis, & politis. Od. 4. lib. 2. teretisque furas.

L O N G A M R E N O D . C O M.] religantis: in nodum colligentis. alebant enim comam formosi, & impudici pueri, vt annot. sup. ad Odam 10. lib. 4.

Od. 12.

ARGUMENTVM.

In anum fœdam, ac fœtidam, quæ se ab eo subigi cupiebat.

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?

Munera cur mihi, quidve tabellas

Mittis nec firmo iuueni, neq; naris obesæ?

Namque sagacius vnus odoror,

Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis:

Quàm canis acer, ubi lateat sus.

Quis sudor vietis, & quàm malus vndiq; membris

Crescit odor, cum pene soluto

Indomitâ properat rabiem sedare: nec illi

Iam manet humida creta, colorque

Stercore fucatus crocodili: iamque subbando

Tenta, cubilia, tectaque rumpit,

Vel mea cum sauis agit at fastidia verbis!

Inachia langues minus, ac me.

Inachiam ter nocte potes, mihi semper ad vnus

Mollis opus pereat malè, quæ te Lesbia quærenni taurum, monstrauit inertem,

Cum mihi Cons adesset Amyntas: Cuius in indomito constantior inguine neruus,

Quàm noua collibus arbor inhaeret:

Muricibus Tyriis iteratæ vellera lana,

Cui properabantur: tibi nempe:

Ne foret aqualeis inter conuiuia, magis quem

Diligeret mulier sua quàm te.

O ego non felix, quam tu fugis, vt paueat acreis

Agna lupos, capreaq; leones.

Q V I D T I B I V I S] etiam hanc odam in Gratiâ scriptam esse volunt veteres.

N I G R I S D I G N I S S I M A B A R R I S] valentissimis ac mētulatissimis amatoribus dignissima: vel propriè & litteratè, elephātis, immanibus beluina digna, nō viris. nōnulli existimant significari nefarium concubitum, id est, auersum. in cod. Fabr. neque vsquam alibi, si bene memini, scriptum est longis dign. barr. Turnebus putat etiam dici posse, per Barros hinc non elephantos, seu Barrum illum, qui deformis, & niger erat, significati: de quo Horat. saty. 4. lib. 1. Nonne vides, Albi vt male viuat filius, utque Barrus inops? &c. & 6. eiusd. lib. vt si qui agrotet quo morbo Barrus, &c. & 7. eiusd. Sifennas, Barros vt equis præcurreret albis.

M V N E R A C V R M I H I, Q V I D V E.] malim sic potiùs legi: munera cur mihi, curue tabellas Mittis, &c. vel, vt Canterus, munera quid mihi, quidue tab. &c.

T A B E L L A S] litteras, epistolas. N E C F I R M O.] non admodum strenuo in certamine Venerco.

N E Q V E N A R I S O B E S Æ] sic habent omnes ferè vet. cod. non nec naris. significat hanc mulierem esse immundâ ac fœtidam: quod cum ita sit, sibi illius immūditatem, ac fœtorem virulentum placere nō posse, vt pote qui sit sagacissimus, ac naris acutissimæ, atque emundatissimæ. Nam naris acutæ homines, sunt sagaciores, citiusque ac melius odorantur, quàm qui narem habent obefam atque obtusam. ex quo naris acutæ homo pro eo, qui acuto ingenio est: naris obtusæ, pro pingui, & stupido vsurpatur. Sat. 3. lib. 1. minus apertis acutis Naribus horum hominum.

N A M Q V E S A G A C I V S] Cic. ad Attic. lib. 6. Illud præterea μυστιώτερον ad te scribam: tu sagacius odorabere.

P O L Y P V S

P O L Y P V S] polypus nariū morbus, caruncula est (inquit Corn. Celsus lib. 6. cap. 8.) modò alba, modò subnubra, quæ narium orbi inhaeret, & modò ad labra pendens narem implet, modò retrò per id foramen, quo spiritus à naribus ad faucis descendit, ad eò increvit, vt post vnam conspicit post: strangulâque hominem, maximè Austro, aut Euro flante: seræque molis est, raro dura.

A N G R A V I S H I R S. C V B. H I R C. I N] an inquit fœtor ille tæter in alis. Catullus ad Virronē, si cui, Virro, homini sacer. alarum obsticit hircus. idem in Rufum, caprū appellat. Ledit te quædam mala fabula, qua tibi fertur Valle sub alarum trux habitare caper. Hunc metunt omnes: neque mirum. nam mala valde est Bestia, &c. ibidem nasorum pestem dicit. Horat. ad Torquat. lib. 1. epist. capram. sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capra. vbi tamen quidam per capras, meretricēs significari putat. Ad huiusmodi autem alarū, & totius corporis odorem tollendum, mirum in modum valet cinaræ radix siue decocta cum vino, bibatur: siue ex ea factum emplastrum, partibus corporis huic odori opportunis, admoneatur.

Q V I S S V D O R, & c.] loquitur iam secum de hac anu cum quadam exclamacione, in tertia persona.

V I E T I S] marcidis, languidis, tempore corruptis, & imminutis. Vietum dictum à viendo, quod est vincire, vt docet Varro lib. 4. de lingua Lat. M. Tull. de diuinat. lib. 2. contactū aliquo morbo, bouis exile, & exiguum, & vietum cor fuisse. Idem in Catone maiore, sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum, & tanquam in arborum bacis, terræque frugibus, maturitate tempestiua quasi vietum, & caducum. Jam cum tertia huius nominis syllaba longa sit, vt apud Lucret. lib. 3. Nec supra caput eiusdem cecidisse vietam Vestem, dicendum est duarum vocalium i & e fieri συνόσηρον, vt apud eundem Lucret. eodem lib. seorsum est dissyllabum. At neque seorsum oculi, neque nares, nec manus ipsa Esse potest anima, &c. quæ de re plura aliàs.

E T Q V Æ M M A L V S V N D I Q V E M. C R. O.] Ad hunc locum illustrandum valde mihi cōferre videtur illa Plautina, Mostell. quia acastor, mulier rectè olet, vbi nihil olet. Nam istas veteres, quæ se vnguentis vntitabant, interpoles. Petula, edentula, quæ vitia corporis fūco occultum: Pbi sese sudor cum vnguentis conficiant, illico Itidem olent, quasi cum vna multa iura confundit coquas: Quid oleant, nescias: nisi id vnum, male olere intelligas.

P E N E S O L V T O] pene meo à me depromto, nudato, & expedito: & ita accipiendum est verbum λέω in Græco illo oraculo, quod Ageo ab Apolline editum refert Plutarchus. Αοος τον αρύχοντα πόδα μέγα φέρει τε λαών Μη λύσης αρην δήμιον Αηλωσαν ἀφ' ης δει. nec illud Virgilij mulcum dissimile est lib. 3. Georg. solve matres, mitte in Venerem. alij pene meo languente. alij pene soluto interpretantur re transacta, quod non placet. penè antiqui caudâ vocabât, inquit Fest.

I N D O M I T A M R A B I E M] libidinem effrenatam, & rabiōsam.

P R O P E R A T] hæc anus. alij legunt properas: quos ego neque sequor, neque recello. scripturâ quam in omnibus codicibus reperi, tunc, ac retineo. Iam, hoc totum, Indomitam properat rabiem sedare vno verbo, aut certè duobus expressit Lucret. lib. 4. subat, ardet: quem locū mox profertemus.

I L L I] Janui quidam volunt legi illis, vt subaudiatur membris. sed reclamant omnes codices. volunt autem idem legi hæc omnia in secūda persona properas, rumpis, agitas, quæ scriptura mihi placeret, si eâ vetus aliquis codex comprobaret.

C R E T A] ad candefaciendū, qualem vim habet & cerussa. Mart. lib. 6. P. silothro nitet, aut acidâ lateat obliata creta.

S T E R C. F V C. C R O C O D.] Paulus Aegineta scribit, crocodili terrestris simū, porriginem, & furfures abstergere, his verbis, η δὲ τῆς χερσῶν κροκοδείλων κόπρη ἀλφειῶς σπυρίτης. Sola autè Libya terrestris crocodilos alit, vt scribit Pausan. Corinth. duorum ferè magnitudine cubitorum. Iam verò è crocodili stercore, seu fimo, fucum fieri declarat & Clemens Alex. his verbis, in mulieres suæ ætatis inuehēs, Κροκοδείλων σπυρίτοις ἀεὶ ἀδύου, & σπυρίτων ἀφροῖς ἐγγυρόδου, & τοῖς ὀφρύσι τῶν ἀσκολῶν ἀσμάθηδου, & λιμυθῶν τῶν παρειῶν ἐν τῆς ὀφρύδου, id est, Crocodilorum stercoreibus vtentes, & spumis rerum putrium sese vngentes, & supercilia fuligine denigrantes, & cerussa malas candefaciētes.

S V B A N D O] cluncis agitando, libidinè que ardendo. Festus: quidam autem suillum genus iccirco Veneri inuisum esse prodiderunt, quia immundissimi sunt suis ex omni mansueti pecore, & ardentissima libidinis, ita vt opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum subare, & subire dicuntur. Lucret. lib. 4. Nec ratione alia volucres, armenta, feræque, Et pecudes, & e qua maribus subsidere possent, si non, ipsa quod illorum subat, ardet abundans Natura, & Venerem salientum lata retrahat. Κατὰ τοῦτο dicunt Græci: quod tamen verbum propriè locum habet in apris, & suibus. dicunt & τρωποῦ: quod tractum est à vaccis taurum appetentibus.

T E N T A] penem. Catull. ad Gell. Nescio quid ceritè est, an verè fama susurrat, Grandia te medij tenta vorare vni? Itaque nomen tenta, distinctionis nota separo à voce sequente.

V E L M E A O Ì M] disunctio vel pertinet ad alterum cum, quod antecedit supra, cum pene soluto Indomitam properat, &c. id est, vel cum hæc anus verbis iracundis atque asperis fastidia mea exagitat.

I N A C H. L A N G. M I N. A C M E] verba vetulæ ad Horatium. minus langues Inachia cōplexu, quàm meo: minus remissus, aut ignauus es cum Inachia, quàm mecum.

D iij

IN AC. TER NOCTE POTES] honeste & pudenter verbum turpetacuit. quale est illud Teretianum Eunuch. Ego illum Eunuchum, si sit opus, vel sobrius. & Virg. Palam. Nonimus est qui te, transfera tuistibus hircu: Et quo, sed faciles nymphæ risere, sacello.

MOLLIS] languidus, enervatus. OPVS] Venerem. PERBAT MALÈ, QVÆ TE LESB.] ordo est, pereat malè Lesbia, læna, quæ mihi robustum aliquem, bonisque lateribus iuvenem quærenti, quæ mihi commonstrauit ignauum, inualidum, atque ad Venerem ineptum.

QVÆRENTI TAVRYM] validum, firmumque iuuenem. Od. 5. libr. 2. nec tauri ruentis in Venerem, tolerare pondus. taurus significat etiam membrum viri obscenum: ex quo verbum græcum τρωαυῶ, quod dicitur de muliere libidine ardente & marem concupiscente, ut modò dixi: & ἀταύρωτος puella, id est, intacta & incorrupta.

MVRICIBVS TYRIIS ITERATÆ] his tincta. δὲ καφῶδες, vide sup. Od. 7. libr. 1. Optima autem habebatur purpura Tyria. Virgil. Georg. 3. Tyrio conspectus in ostro. Idem 4. Æneid. Tyrioque ardebat murice lana Demissa ex humeris, Horat. sat. 4. libr. 2. Et Tyria dare circum illota toralia vestes, epist. 10. libr. 1. Non qui Sidonio contendere calidus ostro Nesit Aquinatem, &c. Nequis autem incautior fallatur, iterata lana, numeri singularis est, patrii casus.

CVI PROPERABANTVR?] cui magna cum celeritate texebantur, vel sarciebantur: vide annot. ad Od. 7. libr. 2.

NE FOR. EQV. INTER.] ut omnium æqualium tuorum dici posses fortunatissimus, & puellæ, seu amicæ tuæ carissimus.

MVLIER SYA] amica tua.

O BGO NON FELIX] sic habent nostri libri veteres. alij tamen se in suis reperisse dicunt, O ego infelix. [Et verò ita profert hunc versum Carisius lib. 2. institutionum grammaticarum his verbis, quia nemo dicit, O ego, nisi exclamatio sit, ut apud Horatium, O ego infelix, quem tu fugis, &c.]

VT PAV. ACR. AGNA LVP.] sic Theoc. in Cyclope, φεύγεις δ' ἀπὸρ δὲς πολὺν λύκον ἀθρήσασα, id est, fugis autem, ut ovis, quæ lupum canum vidit. Ouid. lib. 1. de arte, Vique fugit visus agna novella lupos. vide suprà ad Od. 4. huius lib. in princip.

CAPR. QVE LEON.] Homerus ἰλιάδ. λ. Οἷτε σε πεφύλαξι, λέονθ' ὡς μικρὰς αἰγῶν, id est, qui te horrent, ut leonem capræ.

AD AMICOS.

Od. 13.

ARGVMENTVM.

Hiemem hilariter & iucundè esse traducendam.

HORRIDA tempestas celū contraxit: & imbres, Nivæque deducunt Iouem, Nunc mare, nunc silūs

Threicio Aquilone sonant. rapiamus amici

Occasionem de die:

Dumque virent genua,

Et decet, obducta soluatyr frōte senectus,

Tu vina Torquato moue

Consule pressa meo.

* Cetera mitte loqui. Deus hæc fortasse benigna

Reducet in sedem vice:

Nunc & Achaemenia

Perfundi nar do iuuat. & fide Cyllenæa

Leuare diris pectora

Sollicitudinibus:

Nobilis ut grandi cecinit * Centaurus

alumno,

Inuicte mortalis dea

Nate puer Thetide,

Te manet * Assarici tellus: quam frigida

parui

Findunt Scamandri flumina,

Lubricus & Simois.

Vnde tibi reditum certo subtemine Parce

Rupere: nec mater domum

Cerulea te reuehet.

Illic omne malum vino, cantūque leuato,

Deformis agrimonie

Dulcibus alloquīs.

HORRIDA TEMPESTAS CÆLVM] descriptio turbulentæ & spurcæ tempestatis, qualis est illa apud Homer. ὀδ. ε. Ὡς αἰπὼν σύναγετ' νεφέλας,

νεφέλας, ἐπὶ ὄρεσιν δὲ πόντον Χερσὶ τρέλαιαν ἔλδον πάσας δ' ὀρόηυεν ἀέλλαι Παρταίων ἀνέμων, αὐτὸ δὲ νεφέλας καὶ λυγρὰ Γαίην ὀμοῦ, καὶ πόντον ὀράρει δ' οὐρανὸν ἕν ὕψ. id est, Sic locutus nubibus contraxit, & conduxit vnum in locum, mare autem conturbauit, tridente in manus sumto, omneis porrò variorum ventorū procellas excitauit, totamq; terram simul & mare nubibus cooperuit. nox denique è caelo terræ incubuit. Sed propius ad Horatianam accedit illa Anacreōtis, Μείς ἰδὼν δὴ Πισφιδήϊων ἔπλεε Νεφέλας δ' ἰδαττι βαρυβόλαι. Ἀγριοὶ δὲ χυμῶνες παταγῶσιν, id est, inensis autem nouember instat. nubes aqua grauida sunt: feræ tempestates personant & percrepant. adde & illam Archilochi, Γλαῦκε ὄρεα βαθὺς γὰρ ἦδη κύμασι παρῳασέλαι πόντος. ἀμφὶ δ' ἀπὸ γυρῶν ὄροφα ἴταται νέφος. id est, Glauce vide. Profundum enim iam fluctibus turbatur mare: circum summa autem tecta, in orbem acta stat nubes.

BT IMBRES, NIVESQVE DEDVCYNT IOVEM] ita caelum est nubilum, nubibusque, atque imbribus obscurum, & turbulentum, ut videatur Iupiter in terram, seu in nubibus potius descendere. caelum enim (inquit Euripides) imbribus refertum in terram decidere cupit. sic Eurip. ἔρῳ δ' ὁ στυμνὸς οὐρανοῦ πληρῆδος ἕμπερου Πεσῶν εἰς γαίην Αφροδίτης ὑπο. Fuit autem veterū opinio, quæ secuti sunt poetæ, Iouem in nubibus descendere, cum plueret, tonare, fulgurare cogitat. Lucret. lib. 6. An simul ac nubes succedere, ipse in eas tum Descendit, propè ut hinc teli deterrimet ictum? Virg. lib. 2. Georg. Ipse pater melia nimborum in nocte, corusca Fulmina molitur dextra. idem ibidem, Tum pater omnipotens sacundis imbribus aether Coniugis in gremium læta descendit. Idem in Melib. Iupiter & læto descendet plurimus imbri. Hom. ἰλ. λ. τότε δὴ παπατήρ ἀδρῶν τε, θεῶν τε Ἰδης ἐν καρφῆσι καθέζετο πιδήσας Ὀυρανὸν χεῖρας. ἐξ δὲ προπέλει μετὰ χερσίν. Iew δ' ὄτρυνε χυμῶσπερον ἀγέλευσας, id est, Tunc autem pater hominum & deorum in Ida montis fontibus circumfluentis verticibus sedebat cum è caelo descendisset. habebat autem fulgur in manibus. Irin porrò aureis alis praditam properare iussit nuntiatuam, &c. [Petronius Arbiter, sanguineoque recens descendit Iupiter imbre. s i i u e] diarexis, ut Od. 23. libr. 1. non sine vanto Auratum, & filia metu.

THREICIO] Thracio. ut sup. Od. 24. libr. 1. Threicio blandius Orpheo. quod Aquilonē Thracium appellat, de eo lege annot. ad Od. 25. libr. 1.

RAPIAMVS AMICI OCCASIONEM DE DIE] arripimus (inquit) ex hoc die occasionem hilariter viuēdi. est autem vsus verbo ad rem aptissimo, quæ admodum Ennius, vine Plysēs, dum licet, Oculis postremum lumen radiatum rape. Non dixit cape, non pete (inquit M. Tull. de oratore 3.) habere enim moram sperantia diutius esse sese viturum: sed rape. hoc verbum est ad id aptatum, quod

ante dixerat, Dum licet. sic suprà Od. 8. libr. 3. Dona presentis rape Latas hora.

DVMQVE VIRENT GENVA] hæc de re sup. diximus ad Od. 9. libr. 1. & 13. libr. 4. sed mihi videtur Horatius hoc loco Theognidē exprimere voluisse: qui post illa, quæ dixit de homine iā mortuo, ac sepulto, nulla eū amplius re delectari, nulla postea voluptate potiri, addit Ταῦτ' ἔσπρον κεράνη εὐ πείσιν, ὄρεα τ' ἔλαφρα Γούνατα, καὶ κεφαλήν ἀτρομέλιον παρῳέρο, id est, Hæc cernens vinam iucundæ, dum mihi membra sana virent, & dum fiat caput intrepidum. veteres autem per genuum viriditatem, vireis corporis integras significant, ut apud Homerum, Agamemnon optat Nestori, ut quali est animo, talibus sit & genibus. sic Hom. ἰλ. δ. Ὡ γέρον, εἴθ' ὡς θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι φίλοισιν, Ὡς τοὶ γούναθ' ἐπιτο, βῆν δὲ τοὶ ἐμπέδος εἶν, id est, ὁ senex, vti nam, qualis tibi animus est, talia essent & genua, virentque firmæ & stables. & Theocr. Κιῶσις ἐρωπι. ultimo versu ποίησι πῖ δαὶ οἷς γόνυ χλωρόν, id est, faciendū aliquid eis est, quibus viride est genu. Iterum Hom. ἰλ. i. εἴσοι αὐτῶν Ἐν στήθεσσι μένη καὶ μοι φίλα γούνατ' ὄραρη, id est, donec spiritus in præcordiis maneat, & mihi cara genua sursum moueantur, & surgant. idem ἰλ. γ. Ἀρήκτων τ', ἀλυτὸν τε, τὸ πολλὰν ροιῶντ' ἔλυσει, id est, belli vinculum irruptum & insolubile, quod multorum genua soluit: id est, quod multis exitio fuit, seu interitum attulit. eodem pertinent illa apud eundem saepe repetita. Ἄλλ' ἦτοι ἰδὼν τῶντα θεῶν ἐν γούνασι κέεται, id est, At verò hæc in deorum genibus sita sunt.

ET DECET] dum fert ætas. Horat. inf. epist. ad Iul. Florum lib. 2. epistol. versu ultimo, lætina decentius ætas. Tibull. eleg. 1. lib. 1. iam subrepet ineris ætas, nec amare decebit, &c.

OBQ. SOLV. FR. SENECT.] senectus hoc loco fortasse non atatem, sed ætatis vitium tristitiæque ac feueritatem senilem significat, ut & senium. M. Tull. pro Milone, tota civitas confecta senio est. Statius in Sinephæbis, tibi ego Antipho huc fero, inquit, senium est cum audio. hoc igitur dicit, explicetur, seu exporrigatur frons: obducta, id est, contracta, & corrugata.

TV VINA TORQV. MOVE, &c.] Suprà Od. 21. libr. 3. moueri digna bono die. moue igitur, loco scilicet: profer ex cella, seu apotheca.

TORQVATO MEO] Horatius natus est L. Manlio Torquato, & M. Aurelio Cotta Consulibus, ut suprà ea Ode, quam modò diximus. notabantur autem eadē Cos. nominibus. ita enim tempus significabatur. ex quo more illa nata sunt, optima nota, de meliore nota, & interiore nota. Od. 3. libr. 2. Interiore nota Falerni.

PRESSA] calcata. ut suprà Od. 12. libr. 4. Sed pressum Calibus ducere Liberum si gestis. aliter od. 29. libr. 3. Pressa tuis balanus capillis.

MITTE] omitte. ut epist. ad Torquatum. Mitte leucis spes, & certamina diuitiarum.

REDUCE] restituit, Prisc. legit redducet. VICI] vicilitudine. Od. 4. lib. 1. soluitur acris...

ACHAMEN. PERF. NARDO] Persico vel Assyrio vnguento nardino, vt sup. Od. 11. lib. 2. Assyriacis nardo...

FIDE CYLLENEA] Iyra Mercuriali, à Mercurio inuenta, vel conformata.

LEVARE DIRIS PECT. SOLLICITVD.] curis animos leuare. supra Od. 11. lib. 4. minuentur atræ Carmine cura...

NOBILIS VT GRANDI CEC.] Chironem significat: cuius pater Saturnus, mater Philyra...

Chironem significat: cuius pater Saturnus, mater Philyra, vxor Chariclo, de quo sic Apollon. lib. 1. Argon. Ev' ina dh Xairana pelawon alla...

veuren, &c. id est, flauus autem Achilles in domo Philyrae, & Chironis habitans...

GRANDI] non atate, sed genere, animo, indole, & spe rerum gerendarum.

ALVMNO] Achilli, quem aluit, atque erudit alumnus semper cum significat, qui alitur...

MORTALIS, DE A] inest antithesis in his duobus nominibus.

NATE PVBER THETIDE] vbi que Homerus Achillem Thetidis filium facit: & item Pindarus. alij autè, (vt tradit interpres Apollonij lib. 1. Argon.) à Philomila quodam natu esse volunt...

παρ' ἀδελφοῖσιν. cum Pindaro congruit & Apollonius lib. 4. Argon. Εμπης δ' οὐ μεθέσκειν...

TE MANET] tibi debetur, tibi parata est. vide supra annot. ad Od. 28. lib. 1.

ASSARACI TELLV] sic Virg. Æneid. 1. Assaraci domum eos, qui à Troianis orti sunt, appellat. veniet Iulius Iulentiūm...

SCAMANDRI FLVMINA] sic supra Od. 6. lib. 2. Galest flumen. Scamandrus & Simois Troiæ fluij. Homer. ἰλ. μ. princip. δῖος τε Σκάμανδρος...

VNDE TIBI REDITVM] Achilli fuisse fatale ad Troiam mori declarat Hom. ἰλ. α. sub persona Thetidis, Ἀἴθ' ὄφρα...

SVBTEMINE] subtemine legendum, vt est scriptum in omnibus codic. manuscriptis, Vaticanis, & Faëni. Iann. Rain. Vrf. Toyn. Clericano, Nicotianis, Ruiffard. ceteris. non subtegrime...

MATER CERVIA] Pindarus πογίαια θεῶν, id est, marinā Deam appellat. idem Horat. sup. Od. 17. lib. 1. Circeū vitream, id est, marinā, & in aqua habitantem.

cus, & caruleus color tribuitur, vt supra diximus.

ILLIC OMNE MALVM, &c.] apud Hom. ἰλ. 1. qui ad Achillem, vt illum placarent, missi sunt, offendunt eum in nauī, citharæ cātu agritudinem animi lenientem...

GRIMONIA] agritudinis. vtitur infra Od. 17. eodem nomine. Fastidio sa tristis agrimonia.

DEFORM. AGR. DVLCIB. ALLOQ.] Sic reperit scriptum in omnib. cod. manusc. tum Vatic. tum aliis sine copulatione ante vocem alloquii...

AD C. MÆCENATEM.

Od. 14.

ARGUMENTVM.

Phrynes amorem causam esse, quam obrem promissos Iambos non absoluat.

MOLLIS inertia cur tanta diffuderit imis
Obliuionem sensibus,
Pocula lethaeos ut si ducentia somnos
Arente fauce traxerim,
Candide Maecenas, occidis sepe rogando.
Deus, deus nam me vetat,
Inceptos olim, promissum carmen, iambos
Ad* umbilicum adducere.
Non aliter Samio dicunt, arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium:
Qui per sepe causa restudine fleuit amorem
Non elaboratum ad pedem.
Vreres ipse miser. * quod si non pulchrior i-
Accendit obsessam Ilion, (gnis)
Gaude sorte tua, me libertina, neque uno
Contenta, Phryne macerat.

MOLLIS INERTIA] mollities, μαλακότης, laboris impatiens ignauia.
DUCENTIA SOMNOS] adducentia, seu afferentia somnos, ὑπνοποιέ, ὑπνοποιά: quæ somnos gignunt, & (vt Virg. loquitur) sporifera. aliter dixit idem Virgil. lib. 4. potes hoc sub casto ducere somnos?
TRAXERIM] hauserim, biberim. Virgil. Æneid. 6. Lethæi ad fluminis undam securos latices, & longa obliuia potant. sic Horat. sat. 6. lib. 2. Ducere sollicita iucunda obliuia vita.
OCCIDIS SÆPE ROGANDO] toties me rogas, vt encces: per sepe me rogas.
DEVS, DEVS] Cupido deus potentissimus, & imperiosissimus. magna autem vis inest in huiusmodi repetitionibus Ilion, Ilion od. 3. lib. 3. Postume, Postume Od. 13. lib. 2. Ibinus, Ibinus Od. 17. eiusdem.
AD VMBILICVM ADDUCERE] abfoluere, finire. solebant enim veteres illi librorum suorum tegumenta vmbilicis ornare. Catull. ad Varum, Noui vmbilici, lora rubra, membrana Defecta, plumbo & pumice omnia equata. Martial. lib. 4. Ohe, iam satis est, ohe libelle, tam peruenimus vsque ad vmbilicos. Fiebant autem vmbilici ex ligno, aut ebone, aut aliquo alio offe.
NON ALITER SAMIO] Bathyllum Anacreontis delicias fuisse, ex eius carminibus intelligere licet.

ANACREONTA TEIVM] sup. Od. 17. lib. 1. & fide Treia Dices laborantis in uno, &c. Tra- ditum est, Anacreontem interrogatum, cur carmina non scriberet in Deos, sed in pueros, respondisse hos nobis deos esse. Pindarus quidem qui Anacreote posterior fuit, scribit idem. β. veteres poetas lyricos formosorum puerorum amores canere solitos esse: non enim illo tempore Musam mercenariam, neq; lucri studio dedicatam fuisse. verba Pindari sunt hæc, οἱ μὲν πάλαι, ὃ θεοσέβητε, φῶτες, ὅσοι χρυσομυρῶν ἐς διφρον μοιστῶν ἔβαινον, κλυτὰ φάρμακ' ἰσι σικαντοῦ μῦθοι ῥίμφοι παιδαίους ἐπέξευον μαλ' ἡδύραυς ὕμνους, ὅτις ἐὼν κελδός, ἔχρη Αφροδίτας ἐδ' ἠρόνου μνάτ' ἐρεον ἀδίστην ὄπωρα. ἂ μοισα γὰρ οὐ φιλοκέρδης πῶ ποτε μὲν, οὐδ' ἐργάτης, &c. id est, Veteres quidem illi, ὃ Thrafiybulc, quicumq; in Musarum aureis redimiculis ornatarum curam ascenderant cum insigni cithara rationem habentes, continuò puerileis iaculabatur dulcis cantus, si quis forma præstans ætatis maturæ florem dulcissimum Veneris memorem præ se ferret. Musa enim nondum erat lucri cupida, neq; mercenaria.

NON ELAB. AD PEDEM] ex Anacreontis paucorum, qui ad nos peruenierunt, versuum lectione, cuius intelligere licet, incredibilem in eo esse carminis facilitatē, ac simplicitatem: sed, quam tamen nullus labor, nulla cura, nulla cogitatio consequi posse videatur.

VRERIS IPSE] Tu quoque Maecenas amore flagras, miser.

QUOD SI NON PVLCHR. IGN.] id est, quod si Helena, quæ Paridem amore incendit: vel quæ Troiani incendij causa fuit, non fuit tua puella formosior: tuo te bono oblecta, eoque fruire: vel eo contentus esto. ambiguum inest in voce ignis. Nam Helena & incendij Troiani causam atulit, & Paridem amore inflamauit: quod vtrumque ignis appellatione declaratur. Virgil. Palam, meus ignis Amyntas. Idem Æneid. 3. Phrygiæque penates Quos mecum à Troia, mediisque ex ignibus urbis Extuleram.

OBSESSAM ILION] Troiam obsessam. Quidam libri vet. habent, oppressam Ilion.

NEC VNO CONTENTA] Terent. Eunucho, quia Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit.

PHRYNE] commemoratur ab Athenæo lib. 14. meretrix huius nominis Phryne Thespianis, vsq; adeò venusta, & eximia forma, vt, cum in iudicij capitis adducta esset, plurimifq; & grauissimis criminibus premeretur, nulla cires alia ad absolutionē fuerit suffragata, quam formæ præstātia. Nā Hyperides orator, qui eam defendebat, cum esset hæc opinio, iudices eam condemnatos, constituit eam in eorum conspectu, tunicafq; à pectore abscedit, vt nudas eius papillas, & nudū pectus aspiceret: tantamq; & oratione, & hoc factio iudicij misericordiam commouit

AD NEÆRAM.

Od. 15.

ARGUMENTVM.

Non seruatum ab ea fidem conqueritur.

NOX erat, & calo fulgebat luna sereno
Inter minora sidera,
Cum tu magnorum numen lesura deorum
In verba iurabas mea,
Arctius, atq; edera procerâ astringitur ilex
* Lentis adherens brachiis:
* Dū pecori lupus, & nautis infestus Oriō
Turbaret hibernum mare:
Intosq; agitaret Apollinis aura capillos,
Fore hunc amorem mutuum.
O dolitura mea multum virtute Neæra:
Nam, si quid in Flacco* viri est,
Non feret assiduas potiori te dare nocteis,
Et queret iratus* parem.
Nec semel offensa cedit constantia forma,
Si certus intrarit dolor.
At tu quicumq; es felicior, atq; meo nunc
Superbus incedis malo:
Sis pecore & multa diues tellure licebit,
Tibiq; Pactolus fluat.
Nec te Pythagora fallant arcana renati,
Formaq; vincas Nireæ:
Eheu: translato aliò marebis amores:
Ast ego vicissim risero.

NOX ERAT] sic Virgil. Æneid. 3. Nox erat, & terris animalia somnus habebat. & 4. Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora, &c. Apollon. lib. 3. Argon. Νύξ μὲν ἔπειτ' ἔπειτ' γέγωνε γαίης κρέμας, οἱ δ' εἰ πόρτω Νάυται εἰς εὐχέων τε, καὶ ἀπ' ἑγείας ἄελωτος Ἐδρακον Ἐν νηὶν, id est, Nox erat, (seu nox in terram tenebras adduxerat: nautæ autem ad Helicam, & Orionem è nauibus aspectum defigebant. Et Varro, Deserant latrare canes, vrbesque silebant: omnia noctis erant, placida composita quiete.

ET CALO PVLG. LVNA SER. INT.

commouit, cum eam tanquam Veneris sacerdotem oleo perfudisset, vt iudices, religione quadam animis eorum occupatis, ac deterritis, non sint ausi Veneris sacerdotem & antifitem condemnare: qua absoluta Euthias accusator iratus quod è iudicio victus in re tam aperta discessisset, nullâ postea causam dixit. Hæc illam Phrynen esse puto, quæ cum Venerem auream Delphis dedicasset, & appendisset: inscripsit ei Veneris statuar Diogenes Cynicus, τῆς δὲ τῷ ἑλ- λῶν ἀρεσῶνα: id est, Græcorum incontinentia monumentum. Cum superiora illa ex Athenæo de Phryne scripserim, quadriennio post, iuuenis quidam, eruditus quidem ille, sed plus nimio φιλατιμῆτι, reprehendit me quod apud Athenæum ita legitsem, vt habet omnes editiones, quas vidi, τῷ ἑλλῶν ἀρεσῶν ἀφροδίτης ἑλῶν ἀρεσῶνα: itaq; vertissem, cum eam tanquam Veneris sacerdotem, & antifitam oleo perfudisset, &c. quoniam, inquit, perspicuum est, legendum esse ἑλῶν ἀρεσῶνα, quod valet, si verbum verbo reddas, misericordia usus: id est, misericordia, vt ille interpretatur, comota. Cui ego hoc respondeo, primùm lectionem receptam ἑλῶν ἀρεσῶνα, visam mihi esse tolerabilem, & probabilem. Nam veteres, deorum aras ac statuas, diuinolque homines oleo perfundere solebant. Verbi gratia, Plato libro 3. de rep. facit Homerum amandari in aliâ ciuitatem è sua, oleo perfusum & lana coronatum. sic enim Plato, δὲ ποτὲ ποί- μῳ τε ἂν ἐς ἄλλου πόλιν μύρον καὶ ἑλεφάντις κεραυνοῦ καὶ ἑλῶν φεραντες: quem locum his verbis expredit Maximus Tyrius λόσις, ἡ φερανῶνας τὸν ποιεῖ τὸν ἑλῶν μύρον, id est, cum poetam coronasset, vnguentoque perunxisset. Et Alexander Magnus, cum in Sigæum peruenisset, columellam in tumulo Achillis defixam vnguento perunxisse dicitur. deinde ἑλῶν ἀρεσῶν pro misericordiam commouere non magis vitarum esse, quam ἑλῶν ἀρεσῶν pro oleo vngere. Postremò me non esse tam acutum aut sagacem, vt, quæ apud scriptores antiquos reperuntur, probabiliter, & commodè dicta, ea immutare sine auctoritate codicum manu scriptorum possim. De hac eadem Phryne sic Arnobius libro 6. aduersus gentes, Phryne illa Thespica (sicut illi referunt, qui negotia Thespica scripturarum) cum in acumine ipso esset pulchritudinis, venustatis & floris, exemplar fuisse perhibetur cunctarum, quæ in opinione sunt, Venerum, siue per vrbes Græciæ, siue quò iste fluxit amor talium, cupiditasque signorum. Itaque artifices omnes, ipsi isdem qui temporibus exsisterunt, quibus primas dabat exprimentarum similitudinum veritas, omni cura studioque certabant silium capitis prostituti Cithæra in simulacra traducere: ardebant artificum scita, alterque alterum vincere contentiosa amulatione quærebant, non Venus vt angustior fieret, sed vt Phryne pro Veneris staret. hanc eandem commemorat Lucill. in Sat. Phryne nobilis illa ubi amatorem improbus quem, &c.

MINORA,] supra Od. 12. lib. 1. velut inter igneis Luna minores. & carmine sacul. infra. siderum regina bicornis.

CVM TV MAGN. NVMEN LÆS. DEOR.] id est, cum tu peieratura. Dij magni autē sunt Iupiter, Minerva, Apollo, & ij, quos Æneas præter Deos penates, id est, deos familiares, qui domi colebatur, secum in Italiam attulerat. Nam dij magni publicè, Penates priuatim colebantur. Ennius, *Dono, ducite, dōque volentibus cum magni Diis.* Virgil. lib. 3. Æneid. princip. *Cum sociis, natoque penatibus, & magnis Diis.*

IN VERBA IVRABAS MEA] iurare in verba, sermo militaris. *Cæsar* lib. 1. de bello ciuili. *Princeps Petreius in hac verba iurat ipse: ad idem iusurandum adigit Afranium: subsequuntur tribuni militum.* T. Livius lib. 3. *Nobis vero* (inquit *Quintilius*) *nihil delectu opus est, cum, quo tempore P. Valerius ad recipiendum Capitolium arma plebi dedit, omnes in verba iurauerunt, conuenturos se iussu consulis.* Idem lib. 45. *omnes, qui in consulis verba iurauerunt.* Horatius Od. prox. *Sed iuremus in hac, simul inis fas: a renarunt. Radis lenata, ne redire sis nefas.* & epist. 1. lib. 1. *Nullius addictus iurare in verba magistri.* est autem in verba iurare, verbis ab altero conceptis, iurare se ita fecisse, vel non: facturum, vel non. verumtamen non dissimulabo, me scriptum reperisse in lib. Don. in *vota iurabas.*

ARCT. ATQVE EDERA, &c.] me arctius amplectēs, quā ab edera astringitur ilex. sic Catull. carm. in nuptias Iulie. *Mentem amore reniciens vix tenax edera hæc, & hæc Arborem implicat errans.* ibidem, *Lenta quis velat a sistas Vitis implicat arbores, implicabitur in tuum Complexum.* Horat. sup. Od. 36. lib. 1. *nec Damalis nouo Dinellietur adultero Lasciuia ederis ambitiosior.*

LENTIS ADHÆRENS BRACHIIS] Lentis, id est, flexibilibus, inharētibus, sequacibus, tenacibus, ambitiosis, ad amplectendū accommodatis. tralatio est. sic Virg. lib. 4. Georg. *Et veluti lentis Cyclopes fulmina mæsis. Cum properant.* per lentas enim significat ductileis *εὐηλότους*, aliter satyr. 9. lib. 1. *Et pressare manu lentissima brachia.* ibi enim lētissima dicere videtur, ad sentiendum quid vellet Horat. tarda. & aliter Oda 19. lib. 3. *Me lentus Glycera torret amor meae: cui simile est illud Od. 13. lib. 1. Quam lentis penitus macerer ignibus.*

DVM PECORI LVFVS, &c.] id est, semper. Tale illud Virg. Daphnidē. *Dum iuga montis aper, fluuius dum piscis amabit, Dumque thymo pascentur apes, dum vore cicada: Semper bonos, &c.* & illud Æn. 3. *In frata dum fluuij current: dum montibus vmbra: Lustrabunt conuexa: polus dum sidera pasceri: Semper bonos, &c.* Neque verò ab hoc genere alienum est illud, quod est apud Herodotum, Vrania: in extr. quo loco Atheniēses Alexādros, quem ad eos miserat Mardonius, vt eos ad condiciones à rege Perfarum lātas addiceret, respondēt hoc modo: *ὁμολογήσω δὲ τῷ βαρ-*

ἄρῳ μήτε σὺ ὑμῶν πειρῶ ἀραπειθεῖν: οὔτε ἡ μῆες πεισομένη: καὶ τε ἀπαγγέλλε τῷ Μαρδόνιῳ, ὡς Ἀθλιῶσι λέγουσιν, ἐπ' αὐτὸν ὁ ἥλιος πλεῖστον αὐτῶν ὄδον ἴη, τῆσδε γὰρ καὶ ἐφύετο, μήποτε ὁμολογήσῃ ἡμῶν Ζεφύρῳ, ἀλλὰ θεοὶσι τε συμμάχοισι πιστοὶ μὴ ἐπέμῃ ἀμειδίῃσιν, καὶ τοῖσι ἡρώσῃ, id est, Vt autem cum Barbaro consentiamus, & conspiremus, neque tu nobis persuadere conare, neque nos adducemur: & nunc Mardonio renuntia, Atheniensis dicere, quamdiū sol eandem viam ibit, quam nunc init, numquam nos cum Xerxe vllas pacis pactionēs facturos, sed & diis adiutoribus ac focis fretos, & heroibus, bellum Græciæ inferentem repulsuros.

ORION,] de Orion diximus supra ad Od. 28. lib. 1.

INTONSOSQVE] sup. Od. 21. lib. 1. *Intonsum pueri dicite Cimibium.* ἀπερονόμασι dicunt Græci.

DOLIVRA MEA, &c.] minatur Neera se amorem suum ab ea in aliam translaturum.

NAM, SIQ. IN FL. VIRI EST,] id est, si quid virtutis appellata enim est à viro virtus, inquit M. Tull. Tusc. 2.

PAREM] puellam. Oda 11. hoc libr. *Semper ut te digna sequare, & vltra, Quam licet sperare, nefas putando, Dissipem vites.*

POTIOR] rivali meo, qui tibi potior est: quem tu mihi anteponis: qui priores parteis habet apud te, vt loquitur Terent. Eun.

NOCTEIS] aliquid potiori dare nocteis, id est, assidue cum eo, quem pluris facis, quā me, pernoctare, & cubare. epist. 1. lib. 1. *Vt nox longa quibus mentitur amica, &c.* Plautus Trucul. *si raras nocteis ducit, ab animo perit.* Idem Pœnul. *Cuius ego vel nebula cyathos septem nocteis non emam.* Idem Asinar. *Noctem tuam, & vini cadum velim: si optata fiant.*

NEC SEMEL OFFENSÆ, &c.] locus est obscurus, quem sic declaro. Nec, si certo, & vero dolore affectus fuero, cōstātia mea, quæ me diu tuos mores, tuāque iniuriam perferre cōgigit, ceder tuæ formæ semel offensus, id est, quæ semel offenderit, quæ semel peccarit: quæ mihi semel offensa, atque iniusta, dum alios amas, fuerit. vel sic, & in eo cōstans ero, quod numquam cedam posthac tuæ formæ semel lapsæ, & ita mihi iniusta. Ea autem est interdum nominis offensio, significatio, apud bonos scriptores. sic M. Tullius existimationē ordinis senatorij, offensam dixit, propterea quod senatores malè administrabant iudicia. Ver. de iuredicundo. *Si me animus, atque amor in Remp. existimatioque offensa nostri ordinis, ac iudiciorum non hoc facere cōgisset, &c.* Idem in fragmentaria, *o miserum, atque inuidiosum, offensumque paucorum culpa, atque indignitate ordinem senatorium.* Idem Catilin. 1. *Et, si me meū ciuibus iniuria suspectum tam grauiter, atque offensum viderem: carere me aspectu cunum, quā in festis oculis omnium conspici mallem.*

mallem. Idem pro Sextio. *aliusne est aliquis improbis peculiaris populus, cui nos offensi, inuisi fuerimus?* Idem pro Cluentio. *etiam si in inuidiosum, aut multo offensus esse videatur: etiam si eum oderit, &c.* Idem ad Attic. lib. 2. *scito nihil vquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peracque omnibus generibus, ordinibus, atque tibus offensum, quā hūc statum, qui nunc est. talia sunt tacitus iuratus, quæ tametsi à verbis taceo, iuro mānent, vocemque habeant patiendi, significant actionem tamen.* Porphyrio autem *offense forma* interpretatur *perituro polluta.* quod si cui placeat magis, nō reclamabo. offensus etiam nonnūquam idem valet, quod infensus, & iratus, propterea, quod d, qui offensi, & læsi fuerunt, irasci solent. Plancus Ciceroni lib. 10. epist. *si hominem offensus mihi, conuictum cum Rep. non subleuassent.* Proper. lib. 3. *offensa illa mihi, non tibi amica dedit.* quæ significatio ad hunc locum quadrare non potest, quamuis in vno cod. manuscr. repererim. *Nac semel irata.*

SI CERT. INTR. DOL.] si certum animo dolorem cōceperit Flaccus: si certus in animo Flacci se infinuaret dolor, subaudiendum enim in verbo intrarit, in mētem, aut in animū Flacci: & ita loquitur M. Tull. de orat. 2. *definitio in sensum, & in mentem iudicis intrare non potest.* Corn. Tacitus lib. 1. *annalium pavidus, & cōscientia vecordis intrat metum.*

AT TV, QVICVMQVE ES.] ἄποτροφή ad æmulum, seu rivalē suum.

FELICIOR] qui nunc Neera frueris, me extruso, atque expulso.

MEO MALO] meo incommodo exultas, quod spernor à Neera.

LICEBIT] licebit per me sis opulentissimus sapientiss, pulcherrimus. sic loquitur fat. 2. lib. 2. *licebit ille repotia, natalis, aliosve dierum Festos albatu celebrat.*

TIBIQVE PACTOLVS FLVAT.] Pactolus Lydia fluuius, qui ad Sardianos auriamenta ex monte Tmolo deferens, per medium forum verbis fluit: auctor Herodot. Terpsichore. Plinius lib. 33. cap. 4. quinq; totius orbis terrarum fluuios auriferos enumerat, Tagum in Hispania, Padum in Italia, Hebrum in Thracia, Pactolum in Asia, Gangem in India.

NEC TE PYTHAGORÆ FALLANT] & quamuis philosophiam Pythagoricam perdidiceris, animo que comprehenderis. de Pythagora diximus sup. ad Od. 28. lib. 1.

FORMAQVE VINCAS NIREA] quo nemo, Achille excepto, ad bellū Troianū pulchrior profectus est Hom. auctore *Il.* vt ann. sup. ad Od. 20. lib. 3. *Qualis aut Nireus fuit, &c.* sed quod hoc loco formam in amore haud multum valere significat Horatius, Pausanias in eandem sententiā tradit Achaicis, ædificium quoddam fuisse in Ægria, & in eo, Fortunæ signum, quod Amalthææ cornu in manu teneret: tūm huic signo proximum additisse Cupidinem pennige-

rum: Atque huius operis hanc fuisse significationem fortunā magis, quā formam, in amore dominari.

HEV, TRANSLATOS ALIÒ] tale est illud Od. 6. lib. 1. *Heu, quoties fidem, Mutatūque deos flebit, & aspera Nigris aquora ventis.* sic Tibul. lib. 1. eleg. 5. *Et tu, qui potior nunc es, mea furta cauto. Versatur celeri fors leuis orbe rota.* Iam quemadmodum hūc marebis amoris, sic epist. ad Mæcen. 2. lib. 2. *dixit marere fugam, atque Inter vina fugam Cynara marere proterua.*

Od. 16.

ARGUMENTVM.

Queritur, bellorum ciuiliū nullum esse finem & remp. Romanam desperat, aliāque terras & ipse petere cogitat, & aliis, vt idem faciant, suadet.

A LTERA iam teritur bellis ciuilibus atas, Suis & ipsa Roma viribus ruit: Quam neque finitimi valuerunt perdere Marfi, Minacis aut Etrusca Porſenæ manus, Æmula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer, Nouisq; rebus infidelis Allobrox: Nec fera cerulea domuit Germania pube Parentibusq; abominatus Annibal: Impia* perdemus* deuoti sanguinis atas: Ferisque* rursus occupabitur solum. Barbarus, heu, cineres insistet. victor: & urbem Eques sonante verberabit vngula: Quæq; caret ventis, & solibus, ossa Quirini, Nefas* videre, dissipabit in solens. Forte, quid* expediat, communiter, aut melior pars Malis carere queritis laboribus. Nulla sit hac potior sententia: Phocæorū Velut profugit exsecrata ciuitas: Agros, atq; Lareis patrios, habitadaque fana

Apris reliquit, & rapacibus lupis:
Ire pedes quocumque ferunt: quocumque per
vndas
Notus vocabitur, aut protervius Africus
Sic placet? an melius quis habet suadere?
secunda
Rarem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hac. * simul imis saxa re-
narint
Vadis leuata, ne redire sit nefas:
* Neu cōuersa domum pigeat dare lintea,
quando
Padus Matina lauerit cacumina:
In mare seu celsus procurrerit Apenninus:
Nouaque monstra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet ut tigreis* subsidere
ceruis:
Adulteretur & columba miluio:
Credula nec fuluos timeant armenta leo-
nes:
Ametque salsa leuis hircus aquora.
Hac, & qua poterunt reditus abscindere
dulceis,
Eamus omnis exsecrata ciuitas,
* Aut pars indocili melior grege mollis, &
expes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite
luctum:
Etrusca prater & volate littora.
Nos manet Oceanus* circumuagus: arua,
beata
Petamus arua, * diuiteis & insulas:
Reddit ubi Cererem tellus inarata quot-
annis:
Et imputata floret usque vinea:
Germinat & numquam* fallentis termes
oliva:
* Suamque* pulla ficus ornat arborem:
Mella caua manant ex ilice: mōtibus altis
Lenis crepante lympha desilit pede.
Illic iniussa veniunt ad mulctra capellæ:

A Refertq; * tenta grex amicus vbera:
Nec vespertinus circū gemit vsus ouile:
Nec intumescit alta viperis humus:
Plurāq; felices mirabimur, ut neq; largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus,
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis:
Vtrumque rege temperante calitum.
Non huc* Argoo contendit remige pinus:
Neq; impudica Colchis intulit pedem:
Non huc* Sidonij torserūt cornua nautæ,
* Laboriosa nec cohors Vlyssēi.
B Nulla nocent pecori cōtagia: nullius astri
Gregem aestuosa torret* impotentia.
Iupiter illa pia secreuit littora genti,
* Vt inquinauit ære tempus aureum:
Ære, dehinc ferro durauit sæcula, quorum
Pis secunda vate me datur fuga.

ALTERA IAM TERITVR BEL-
LIS] etas triginta annorum spatium continet,
vt supra admonui ad Od. 9. lib. 2. Prior igitur æ-
tas bellis ciuilibus vexata, ea est, quæ intra Syllæ
& Sulpicij, Octauij & Cinnae, Marij & Syllæ,
Pompeij & Cæsaris tempora vertitur. M. Tull.
epist. lib. 4. ad M. Marcel. Omnia sunt misera in bel-
lis ciuilibus, quæ maiores nostri ne semel quidem: nostra
ætas saepe iam sensit. Idem Philipp. 8. Sylla cum sul-
picio de iure legum, quas per vim latas Sylla dicebat,
contendit: Cinna cum Octauio de nouorum ciuium sus-
fragiis: rursus cum Mario, & Carbone Sylla, ne domina-
rentur indigni, & vt clarissimorum hominum crude-
lissimam pœneretur necem. De proximo bello ciuili non
libet dicere: ignoro causam: detestor exitum. Hoc bellum
quintum ciuile geritur, atque omnia in nostram atatem
inciderunt. Altera autem etas, quæ cædem C. Cæsaris
consecuta est, multa item alia bella ciuilia
vidit: Mutinensē, aduersus M. Antonium: Peru-
sinum, contra L. Antonium M. Antonij fratrem:
D Siciliensē, seu potius Fretensē, contra Sex. Pom-
peium Pompeij Magni filium: Thessalicum seu
Philippensē, aduersus M. Brutum & C. Cas-
sium, Aetiacum, contra M. Antonium & Cleo-
patram.

SVIS ET IPSA RO. VIR.] sic supra
Od. 7. vt sua Vrbs hac periret dextera. In vno qui-
dem cod. manuscr. scriptum reperi, suis & ipsa
R. v. perit.

MARS I] à quibus Marficum bellum appel-
latum, quorum dux Propedius, vt sup. annotaui-
mus ex Strabone ad Od. 14. lib. 3.

PORSENE MANVS] Porfena dux Etru-
scorum

scorum, de quo vide T. Livium lib. 2. annalium.

EMVLA NEC VIRT. CAP.] M. Tull.
in ea orat. quæ habuit in senatu de lege agræ. con-
tra Rull. sic ait, Maiores nostri Capua magistratus,
senatum, consilium commune, omnia denique insignia
reip. sustulerunt, neque aliud quicquam, nisi inane no-
men Capua reliquerunt, non crudelitate (quid enim il-
lis fuit clementibus, qui etiam externis hostibus victis sua
sapsimè reddiderunt?) sed consilio, quod videbant, si
quod resp. vestigium illis mœnibus contineretur, urbem
ipsam imperio domicilium præbere posse. Idem in ea,
quam habuit ad populum contra eundem, dicit
populum Ro. treis solùm vrbeis in terris omni-
bus, Karthaginem, Corinthum, Capuam statuis-
se posse imperij grauitatem, ac nomen sustinere.
Deleta Karthago est (inquit) &c. De Capua multum
est, & diu consultatum. Exstant litteræ, Quiritis, publicæ
sunt s. c. complura.

SPARTACVS] de Spartaco, serutorum du-
ce, & bello seruili ab eo confato, diximus supra
ad Od. 14. lib. 3.

NOVIS REB. INFID.] Cæsar com-
mentar. de bello Gall. lib. 3. & 4. scribit omneis
Gallos rebus nouis studere, & ad bellum celeri-
ter, mobilitèrque excitari. Potest igitur fieri, vt
Horatius hoc loco nomine Allobrogū, qui Ci-
ceronis, & Cæsaris atate fuerunt pacati, ceteros
Gallos significet, qui Romanorū imperiū non
æquo admodum animo perferrebant. Quamquā
mihi sit verisimilius, Allobrogū nomine, Allo-
broges ipsos, non alios Gallos, intelligi. Neque
me mouebit, quod obiicit Glareanus, Allobro-
ges in coniuratione illa Catilinaria, populi Ro.
maiestatem conferuare, quàm coniuratorū con-
silio assentiri, & fauere maluisse: neque vsquam
alibi alienos à populo Rom. animos habuisse:
quare non facile explicari posse, quamobrè nūc
eos dicat Horatius infideles: sed hæc (vt dixi) nō
me mouet. Non enim, si nihil moliti sunt aduer-
sus populum Ro. continuè sequitur, metuendū
non fuisse, ne facerent. Præterea infideles nō hi
solūm appellantur, qui fidem non seruant: qua-
les sunt perfidi: sed & ij, quibus turd non creditur,
& qui data occasione libenter, & cupidè sint
nocituri, fidemq; violaturi. Itaque M. Tull. Ca-
til. tertia, hanc Allobrogum in rebus tam turbu-
lenti, & periculosis quietem, acque hoc orium,
non eorum erga populum Ro. caritati, aut fidei,
aut constantiæ tribuendum esse censet: sed Deo-
rum in populum Ro. benevolentia, ac benigni-
tati. sic enim scribit eo loco, tam verò illa Allo-
brogum sollicitatio à Lentulo, ceterisque domesticis ho-
stibus, tanta res, tam dementer credita & ignota, &
barbaris, commissaque litteræ numquam essent profe-
cto, nisi à Diis immortalibus huic tanta audacia consi-
lium esset ereptum. Præterea cōstat ex oratione M.
Tull. de prouinc. c. o. s. Allobroges non per-
petuè in officio, neque in fide erga populum Ro.
mansisse, his verbis. Mado C. Pomponius fortissimus
vir ortum repente bellum Allobrogum, atque hac sce-

lerata coniuratione excitatum, præliis fregit, eisque do-
muit, qui lacestierant. Postremò in oratione pro
M. Fonteio, Belgarum, & Allobrogum infideli-
tatem disertè notat idem Cicero his verbis. qui-
bus neque propter iracundiam, fidem: neque propter infi-
delitatem, honorem habere debetis. Nam hos signifi-
cari declarant ea, quæ tribus pagellis post se-
quuntur. Vos Belgarum, atque Allobrogum testimo-
nia non credere timetis? quidam vir doctus hunc lo-
cum ita videtur intelligere, vt Allobroges eò di-
xerit Horatius infideles nouis rebus, quia se
præbuerint in eos infideles, qui nouis rebus stu-
derent, nempe in cōiuratos. hæc enim illius ver-
ba sunt in commentariis eius in Catilinariâ ter-
tiam. sed illi cum simularent, se ei consilio fauere, totam
rem tamen ad Q. Fabium Sangaui detulerunt. unde di-
ctum est ab Horatio, Nouisque rebus infidelis Allobrox.
Mihi autè hæc sententiā probari nullo modo po-
test. Nam cum Horatius Allobroges hinc cum
Marfis illis, qui bellum Marficum excitarūt, cū
Porfena, cum Capua, Spartaco, Germanis, Anni-
bale numeret, qui fuerūt hostes populi Ro. per-
spicueque hoc dicat Horatius, Romam, quæ ho-
stibus externis restiterit, aut quæ ab hostibus ex-
ternis labefactari non potuerit, à ciuibus euenti:
pugnantia loqueretur, si hunc sensum probare-
mus. Multa in Allobroges M. Tull. pro Fonteio.
Sed dici potest, eum inferuire causæ.

NEC FERA CÆRULEA, &c.] cærulea
iuuentute. Sed cur cæruleam appellat? an quod
se Germani cæruleo colore inficiūt, vt formido-
losiores sint in præliis? quod quidè de Germa-
nis à quoquam memoriæ proditū esse non me-
mini. At de Britannis sic Cæsar lib. 5. omnes verò
se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colo-
rem, atque hoc horridiore sunt in pugna aspectu. vbi
docti quidam legūt luro, seu luteo infic. alij glauco.
Item Propert. lib. 2. Nunc etiam infectos demens i-
mitare Britannos, Ludis & externo tincta nitore caput,
an quod Germani ferè omnes cæruleis sunt ocu-
lis: quæ ratio probabilior est. nam etiam hoc tra-
ditum est à Corn. Tacito libro de moribus Ger-
man. Vnde habitus quoque corporum quamquam in
tanto hominū numero, idem omnibus: truces & cærulei
oculi, rutila coma, magna corpora, & tantum ad impe-
rum valida, &c.

PARENTIBVS QVE AB OM. ANN.]
eorum parentibus, qui bellis Punicis in præliis
cæsi sunt. vt sup. Od. 1. lib. 1. bellæque matribus De-
restata, abominatus igitur pœnitenti.

IMPIA PERD.] nos impij, qui huius ætatis
sumus, Romam perdemus, quam tot hostes vio-
lare non potuerunt.

DEVOTI SANG.] quorū sanguis Diis, vel
morti videtur esse deuotus ad expianda maioriū
nostrorum scelera. vide sup. Od. 4. lib. 3. de vo-
ce, deuotus.

FERIS QVE RVRSVS, &c.] solum vr-
bis Romæ rursus erit incultum, in frequens, va-
stum, ac desertum, ferisque receptacula, ac late-
E ij

bras præbebit. supra Od. 3. lib. 3. Paridisque busto Insuliet armentum, & catulos fera Celent inulta.

BARBARVS (HEV) CIN.] cineres vrbis, vel ciuium, pedibus conculcabunt barbari.

EQVES SON. VERB. VNC.] id est, eques insultabit cineribus. Ennius 8. annal. Consequitur: summo sonitu quatit ungula terram. idem 17. It eques, & plausu cana concutit ungula terram. Virg. Georg. 3. atque equitem docuere sub armis Insultare solo Varius de morte: Insultare docet campis. Lucretius lib. 3. Et contemfit, aquis insultans, murmura ponti.

QVÆQVE CARVENT. ET SOLIB.] & ossa Romuli, quæ sunt penitus in terram defossa, & in vna cõdita, atque ita neque ventis commouentur, neque à solis radiis attinguntur victor insolens dissipabit. Iam quod ad verbum carenti attinet, non semper in eo inest velle. dicimus enim carere febris, carere culpa, carere malo, & similib.

NEFAS VIDERE] videre Romuli cineres dispersos. [Non debent enim sepulcra violari, nec ossa mortuorum cõdita, aperiri, & oculis hominum exponi. Phocyl. Μιτυλικὸν φημιδῶν ἀνορύξῃς, μηδ' ἀγέλας Δείξῃς ἠελίῳ καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρεσις.] cod. v. nus. Vatic. & Tor. habent Nefas videri. quam scripturam non improbo.

INSOLENS] supra Od. 16. lib. 1. exercitus insolens.

FORTE. QVID EXPEDIAT] forte dictum pro fortasse. quod exemplum, vt rarum, notandum est.

EXPEDIAT] vtile sit, vt sup. Od. 8. lib. 2. Expedit matris cineres opertos Fallere. Catull. in Priapeis, Manumque seorsum habebis, hoc tibi expedit.

COMMVNITER, AVT MELIOR PARS] aut vos omnes communi consilio, aut melior pars vestrum. melior autem proprie positum, non pro maiore.

MALIS CARERE QVÆRITIS, &c.] ordo est hic, Fortasse quid expediat, vos omnes quæritis, aut melior pars vestrum: carere, id est, vt careatis malis laboribus. Græci subintelligunt in huiusmodi loquendi generibus, particulam ὄρεσ, quæ valet, vt. interdum etiam, & quidē sapius, nō subintelligitur, sed adhibetur. quod itē imitatus est Horat. Od. 11. lib. 1. ut melius quicquid erit, pati, quomodo interpretantur Linacæ, & Erasmus. vel repetendum est verbum quæritis hoc modo, quæritis quid expediat, & quæritis carere, vt loquitur Od. 16. lib. 1. mitibus Martare quæro tristitia. & epist. 1. ad Mæcenatem, quæris me includere ludo. adde cetera exempla, quæ ascripsi ad Od. 10. lib. 1.

MALIS LABORIBVS] malis epithetum est distinguēdi causa adhibitum. sunt enim aliqui boni, & laudabiles labores. sunt & secūdi, vt Od. 4. lib. 4. Post hoc secundis usque laboribus Romana pubes creuit. malos labores igitur intellige, qui perferuntur in bellis ciuilibus.

NULLA SIT HAC POTIOR] hanc sententiam potissimum sequamur, vt eamus quocumque nos pedes ferent, veluti Phocæi, &c.

PROCÆORVM] à quibus Massiliam esse cõditam traditum est. Athenæus lib. 13. Αερατοῦ τῆς ἐν τῇ Μασσαλιῶτι πόλιτι καὶ χεράφει οὕτως. Φωκίσις οἱ ἐν Ἰωνίᾳ, ἀμπροσθεν χεράφει κτισσαί μασσαλίαν. id est, Aristoteles in libro de Massiliensiu rep. ita scribit. Phocæi ij, qui sunt in Ionia, mercaturæ studio dediti, Massiliam cõdiderunt. T. Lilius lib. 34. Iam tum Emporia duo oppida erant inuicem diuisa vnum Græci habebant, à Phocæa, unde & Massilienses oriundi: alterum Hispani. Idem Herodotus memoriæ prodidit lib. 1. seu Clione, vbi hanc Phocæoru exsecrationē, quam hic commemorat Horatius, his verbis exponit,

Μετὰ δὲ ὡς τῆτο σφί ἐξέρχασθ' ἐποίησαντο ἰχθυεὶς χεράφει τῶ σπυλοειπομίδρω ἐουτῶσ' ἔσθλου. τῶσδε δὲ τῶτῳσι καὶ μύθρον σιδῆρον χερατεπὸν τῶσαν: καὶ ἄμοσαν μὴ ἄριν ἐς Φωκίῃν ἠξεν ἄριν ἢ τῶν μύθρον τούτων ἀναφῆσαι: id est, Posteaquam autem hoc ab iis confectū est, magnis & validis exsecrationibus classis suæ reliquias deuinxerūt: præterea verò etiam massam ferream in mare demerserunt, & iurarunt non prius se in Phocæā reuersuros, quàm hæc massa è fundo maris emergeret, atque in summa aqua exstaret. [Isocrates Archidamo ἐπὶ δὲ τούτο χερατεγαλαστότατον εἰ Φωκίσις μὲν φησὶν τῶν τῶν μεγάλου βασιλεως δεσποσίαν, ἐκλιπὸντες, τῶν ἀσίων, εἰς μασσαλίαν ἀποκίσησαι, ἡμεῖς δὲ, &c.]

EXSECRA TA] exsecrationibus vta, quas Græci ἀράς & χεραφείας appellant: vnde ἀράς & χεραφείας exsecrari. Cicero. Off. 3. erranti viā non monstrare: quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum est. sic loquitur Lilius lib. 39. de Annibale, Exsecratus deinde in caput, regnumque Prusie, & hospitales Deos violat ab eo fides testis inuocans, pœnulum exhausti. huiusmodi exsecrationis exemplum præter hoc de Phocæis, exstat & apud Æschinē in oratione κατὰ Κτησιφοδῶτος. satis erit mihi locum indicasse: γέγραπται γὰρ οὕτως ἐν τῇ ἀρᾷ: εἰς τὴν τῶν, φησὶ, τῶν Δωδεκάμοι ἢ πόλις, ἢ ἰδιώτης, ἢ ἔθνος, ἐκαχθῆς ἔστω τῷ Ἀπὸλλωνος καὶ τῆς ἀρτεμίδος, &c. id est, si quis hæc migrauerit, siue ciuitas, siue quis priuatus, siue natio, Apollini, Dianæ, Latonæ, Mineræ prouidæ sacer esto. loquitur, & ἐπέωρεται αὐτοῖς μήτε γλῶσσην ἔστω φέρων, μήτε γυναικῆς τέκνα, τίς τῶν γονέων ἐοικότα, ἀλλὰ τίς τῶν, id est, & hoc eis precatur vt neq; eis terra fructus effratur, neq; vxores eorum liberos parentibus simileis, sed monstra & portenta pariant. & apud T. Lili. lib. 28. Annal. Hæc adhortationibus exsecratio diu adiecta est, si quem à proposito spes, mollitiâque animi flexisset.

ATQVE LAREIS PATRIOS] cum duo cod. Vatic. & item Don. Faër. Torn. Cleric. Nicotiani, Ruffard. & item meus haberent patrios, ego reiecta vulgata lectione proprios, hanc probaui.

PEDES

PEDES QVOCV MQVE FERVNT] quocumque, via patuerit, nullo nobis ab initio loco, quò eamus, proposito. sic & supra Od. 11. lib. 3. I, pedes quò tetaripiunt, & aura. sic loquuntur & Græci ἢ πόδες ἄρουσι, id est, quò pedes ducunt. Theoc. in Hyla. ὁ δ', ἔ πόδες ἄρον, ἐξέρπει Μαυρόμυρος. Apollon. lib. 1. Argon. ἐς δὲ κέλευθον Πλω γῆεν, ἢ πόδες αὐτῶν ὑπέκφερον ἀίσοντα. idem lib. 4. Ως ἄρ' ἔφθ. τῶ δ' ἄρ' αἰψα πόδες φέρον ἐργασίους. [Hom. ἰλ. σ. τῶ δ' ἄρ' οὐλυμπόνδε πόδες φέρον: αὐτῶν ἀχρῆμοι Θεασσῶν ἀλαλητῶν, &c.] Plautus Mercat. Nec pedagricus, nec articularius est, quem rus pedes ducunt. Virgil. Mœr. Quò te Mæri pedes: lib. vet. habent ferent.

PROTERVVS AFRICVS] tralatio est. sic supra vetos protercos appellauit Od. 26. lib. 1. Tradam proterui in mare Creticum Portare ventis.

SECUNDA ALIT E] ἀνίσχυ ὄρησι, auspiciatò, bonis auibus. vide annot. ad Od. 15. lib. 1.

SED IVREMVS IN HÆC] quid sit in verba iurare, dixi supra ad Oden superiorem.

SIMVL IMIS SAXA RENAR, &c.] verba sunt ita cõcepta, posteaquam saxa ex imis aquarum vadis in summam aquam emerferint, & exstiterint: tum nobis fas esse putemus in patriâ, quam relinquimus, redire. prius autem redire, quàm saxa enatarint è profundo, sit nefas: nec prius in patriam redeamus, quàm saxa, quæ sunt in profundo, in summâ aquam euaserint: proinde ac si dicat, numquam redeamus. sed factis apparet, Horatium historiam, & rem gestam, quam pauld' antè ex Herodoto retulimus, spectauisse, quamuis non dicat, simul massam ferream, (quam Herodotus μύθρον σιδῆρον nominauit) è maris fundo enatarit, sed simul imis saxa renarint, id est, simul, atque saxa ex imis vadis emerferint, atque exstiterint, vel in summam aquam resilierint.

NEV CONVERSA DOMVM, &c.] nēve tum pigeat nauibus domum reuehi, cum Padus, ceterioris Gallia: fluiuius, ad mōtis Matini, qui est in Calabria, verticem peruenerit. antequam id fiat verò, pigeat nos in patriâ reuertit. atqui numquam illud futurum est. tale est illud Virgil. in Tityro. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrin.

IN MARE SEV CELSVS] seu quando Apenninus, &c. ne pigeat, &c.

NOVAQVE LIBIDINE] noua & inuifitata, & inaudita libidine. esset enim noua & inaudita, & monstri similis libido, si tigres famina libidine incensa à ceruis se subigi paterentur: & si miluij cum columbis commiserentur, & cum vaccis leones: quemadmodum pistor ille ridiculus esset, qui placidis copularet immittia, serpenteis auibus geminaret, tigris agnos, vt ait epist. ad Pison. princip.

SVBSIDERE] succumbere, subiacere. sic Lucret. lib. 4. Nec ratione alia volucres, armenta, feraq;, Et pecudes, & equa maribus subsidere possent, si

non, &c. A CREDVLA NEC FVLVOS] id est, & quando non timuerint armenta leones, &c. alij libri habent flavos.

CREDVLA] id est, quando vsque adeò fuerint credula, vt sibi non timeant à leonibus. non timeant credula, genus est loquendi, quod supra notauimus: in quo nomē appositu vim verbi adiuuat. quale & illud Od. 24. lib. 1. Primi genis mulier temperat innocens, de quibus vide annot. ad Od. 8. lib. 3. Nam hoc totū, nec timeant leones credula, perinde valet ac si dixisset, & in non timendis leonibus credula sint. FVLVOS] nonnulli lib. veteres habent flavos: quidam alij flavos.

LÆVIS HIRCVS] factus læuis, qui est horridus, & hirsutus natura.

ABSCINDERE] præcidere, intercludere, abrumper.

EAMVS OMNIS EXSECR. CIV.] tota ciuitas, (inquit) aut melior pars, exsecrata, id est, exsecratione tali vta, eamus. omnis, est recti casus, nequis errans putat esse accusandi cas. numeri multitudinis.

INDOCILI MELIOR GREGGE] melior multitudine indocta, atq; imperita, cui persuaderi non potest, vt patria relicta, alia terrarū oras petat, indocilis est, qui ad discendum ineptus est, qui doceri non potest, vt sup. od. 1. lib. 1. indocilis pauperiem pati. & Od. 3. lib. 3. tigris indocilis iugum Collo trahentes.

MOLLIS FT EXSPES] pars autem mollis, & laboris impatiens: & ab omni spe derelicta, &c. tale illud est Virg. Æn. 5. Transcribunt vbi matres, populūmq; volentem Deponunt, animus nil magna laudis egentis.

INOMINATA PERPRIMAT CVBILIA] sedes malè ominatas, & infelicis, δυστονω-νίς & κοίτας perpetuò incolat. inominata sic dictum puto, vt, inauspicara. [Auratus sic hunc locum explicandum putat, perprimat cubilia; inominata, id est, perpetuò incubet cubilibus seu lectis inauspicatis, hoc est, adulterinis, & nō legitimis, seu iniustis.]

PERPRIMAT] perpetuò præmat: quod valet, perpetuò in eis infideat, & hareat.

MVLIEBREM TOLLITE LVCTVM] sic habent omnes libri vulgati: quibus cum consentiunt aliquot manu scr. Sed mihi magis placet ea, quæ in alijs manu scr. reperitur, scriptura: muliebrem pellite luctum. nam vulgata lectio, quamuis eam confirmet nonnulli veteres, non mihi videtur equè Horatiana, quia Horatius verbum tollidi rarius solet vsurpare, pro aufcère: sepius pro excipere, & fumere: quale illud, partem vel tolleret omnes. epist. 7. lib. 1. Quin dixisset potius muliebrem pomre luctum: vt Virgil. lib. 11. Æn. Pone animos. & Horat. epist. 16. lib. 1. Pone, meum est: pono, tristisq; recedo. & epist. 10. si quid mirabere, ponas Inuitus. Verum tamen tolle querelas dixit epist. 12. princip. pro aufere querelas. Ex quo, licebit, si

E iij

quis volet, vulgatam lectione retinere ac tueri. Iamquod ad mulicbrem naturam attinet, ad lugendum propensam, tale est illud supra Od. 10. eod. lib. Et illa non virilis eiulatio.

PRÆTER ET VOLATE] & præteruolante, præterehimini, præterite.

NOS MANET] nobis est præteruoligandus, vel nobis deberur: idque dicit propter insulas fortunatas, quæ sunt in Oceano, de verbo manendi sup. Od. 28. lib. 1.

CIRCVMVAGVS] à quo vniuersa terra circumfunditur. M. Tull. lib. 6. de rep. omnis enim terra, quæ colitur à vobis, angusta verticibus, lateribus latior, parua quædam insula est, circumfusà illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Catull. de nupt. Pel. & Theoc. Occanúsque pater, totum qui amplectitur orbem. Horatius autem videtur Homericum epithetum expressisse, ἀπὸ ὄρου, id est, eis èαυτὸν ὄρουόντα, ἠρω ἐπαυόντα, καὶ εἰς κώχλου ζήμιου περιλαβόμενον. qui in seipsum reuertitur, dum circuli instar circumducitur. Sic Orpheus, Κύκλον δ' ἀκεμάτου, καὶ ἠέροου ἀκεαίου, ὅς γ' αἰὲν ἀνιστὶ περὶ εἴχ' ἀμφελλίζετο, id est, Circumit Oceanum, quem motio nulla fatigat. Et qui vorticibus terrarum amplectitur orbem.

ARVA, BEATA PETAMVS ARVA] concinna & peruenuita ἐπαυάλημις. Petamus (inquit) arua, arua, inquam, beata. Quidam hoc ordine & sensu legunt, Nos manet Oceanus circumuagus arua: beata Petamus arua, &c.

DIVITEIS ET INSVLAS] quas fortunatas appellat Latini: & Græci ὀλίβις νήσους, sic supra Od. 8. lib. diuitibus consecrat insulas, in quibus est campus Elysius. Homer. ὀδ. δ. Ἄλλ' ὅς ἐς ἠλύσιον πεδῖον, καὶ πείρατα γάμης Ἀθήναστοι πέμψουσιν, ὅτι ξυμῶς παδάμεινος. Τῆσδ' ῥήστη βιοτῆ πέλει ἀνθρώποισιν, Οὐ νιφετός, οὐτ' ἀραι χυμῶν πολὺς, οὐτε ποτ' ὕμερος. Ἄλλ' ὀλίβις ἑσφύροιο λιγυμπέλοισις ἀήταις Ὀκεανός ἀνήστοι ἀναλύχων ἀνθρώπους. i. sed te in campum Elysium, & orbis terrarum sineis Dij immortales deducunt, vbi est flauus Rhadamanthus: Qua in regione viuendi ratio facillima, & minimum laboriosa est hominibus: non sunt in ea niues, nō hiems multa, non imbres: sed semper Oceanus Fauonius suauiter spiratēis mittit, ad homines refrigerandos.

TELLVS INARATA] ἀήροτος. Homerus de Cyclopiibus ὀδ. 1. Οὐτε φυτεύουσι καὶ σὶ φυτῶν, οὐτ' ἀρόωσιν, Ἄλλ' ἅ τ' ἄσπαρτα, καὶ ἀνήροτα πάντα φύονται. id est, neq; manibus stirpeis plantant, neque arant: sed omnia eis nascuntur non sata, & inarata. sic Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμικαρπῶν δ' ἔφερον ζείδωρος ἄρουρα. Ἀυτομάτη πολλὸν τε καὶ ἀφθονον. i. fructum autem efferebat terra terum vitaliū largitrix, sua sponte, multum, & copiosum. Sic Quid. lib. 1. Metam. Ἰρφα quoque immunitis, rastroque intacta, nec vllis saucia vomeribus, per se dabat omnia tellus, &c. sequitur pau-

cis post versibus. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. & Virg. lib. 1. Georg. ipsaque tellus omnia liberius nullo possente ferebat.

IMPVTATA] non putata, nō culta. Festus, Putum antiqui dicebant pro puro. unde putata vites & arbores, quod a decisis impeditimentis remaneret pura.

NVMQVAM FALLENTIS] numquam fallentis spem domini. supra Od. 1. lib. 3. fundam mendacem dixit, qui spem agricolæ fallit. tale est illud epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. spem mentita seges. eadem ratione agrū fidelem appellamus, qui multo plus reddit domino, quam accepit. sic supra Od. 16. lib. 3. & segetis certa fides mea.

TERRMES] ramus ex arbore dereptus, nec foliis repletus, nec nimis glaber. Festus. alij propriè ramum oliuæ esse volunt.

SVA MV E] id est, non insitam, sed naturalem, & propriam. contra Virgil. de insitis lib. 2. Georg. Miraturus nonis frondenti, & non sua roma.

PVLLA] nigra. non viridis, nec acerba: sed matura.

LEVIS CREPANTE LYMPHA] illustris ὑποτύπωσις aquæ cum murmure è loco decliui defluentis, per translationem à rebus animatis. Sic Lucret. lib. 5. Quæ via scela semel liquido pede detulit undas. & Virgil. lib. 9. Æneid. cunctatur & amnis Rhausa sonans, reuocatque pedem Tiberinus ab alto. Idem in Culice, Cistaliæq; sonans liquido pede labitur unda. codices Paer: & Iannoct. habent crepitante: quæ scriptura mihi nō displicet. malim tamen crepitante, si quid mutandum sit.

INVSÆ] sua sponte, ἀτόματοι, ἀτοκέλευτοι.

VENIUNT AD MVCTRA] multærum, & multætra æquæ sunt vitata. Virg. in Palæmone, Bū venit ad multætram.

TENTA] difflenta, vt sup. Od. 2. Difflenta siccat vbera. vtitur & Saty. 5. lib. 2. eodem simplici: seu pingui tentis omiso Furuis, &c.

GREGX AMICVS] φίλος, carus, vt supra multis locis.

NFC VESPERTINVS, &c.] id est, nec vrfus vesperi gemit circum ouile. sic loquitur Virgil. Georg. 3. Nec gregibus nocturnus obambulat. id est, noctu, idē ibid. de Leandro, Noctē natat ceca serus freta, id est, sero. & Æneid. 8. Nec minus Æneas se matutinus agebat. Horatius Saty. 3. lib. 1. Et qui nocturnus Diuum sacra legerit. Idem epist. ad Numicium. lib. 1. Nauis manē forum, & vesperinus pete teftum. Idem Saty. 4. lib. 2. Si vesperinus subito te oppresserit hospes. & Saty. 6. lib. 1. Fallacem circum, vesperinisque perverro sape forum. & Saty. 6. lib. 2. vrbis auentes Mænia nocturni subreperere. & Saty. 7. c. iusdem libr. iussit ad se Mæcenatē serum sub lumina prima venire. & Od. 15. lib. 1. tamen, heu, serus adulteros Crineis puluere collines. fluxit autem hoc loquendi genus à Græcis. Hom. ἰλ. β. Ως κε πᾶντα μᾶλοι φυγερῶ κελώμεσθ' Ἄρνη, id est, vt toti nocturni trifti deceremus Marte. & ἰλ. η. Πᾶντόχοι μὲν ἔπειτα κερνητομάωντες Ἀρχοὶ Δαυκωτο,

NUMQVAM FALLENTIS] numquam fallentis spem domini. supra Od. 1. lib. 3. fundam mendacem dixit, qui spem agricolæ fallit. tale est illud epist. ad Mæcen. 2. lib. 1. spem mentita seges. eadem ratione agrū fidelem appellamus, qui multo plus reddit domino, quam accepit. sic supra Od. 16. lib. 3. & segetis certa fides mea.

TERRMES] ramus ex arbore dereptus, nec foliis repletus, nec nimis glaber. Festus. alij propriè ramum oliuæ esse volunt.

γυωτο, id est, toti nocturni Græci epulabantur. Iterum ἰλ. ε. Οὐ καὶ παννύχων εὐδεν βυλυφόρον ἀνδρα, id est, non oportet totum nocturnum dormire virum consiliarium. Idem ἰλ. α. Χθίζος ἐστὶ μετὰ δῶτα, id est, hesternus abiit ad epulas. Hesiod. ἐργ. καὶ ἡμέρ. Ἐντε λοεσσαυδροὶ τέρεσα καὶ ἡλίω ἔλασση Χρυσαιδὴν νύχτη κατὰ λῆξεται ἐνδὸθι οἴκῳ. Cum loto tenero corpore, & pingui oleo vincta nocturna cubabit domi. idem ibid. Πρῶτον παμφοσίων ὑπὸ πᾶλλετοῦ ἀκροκνέφερος, id est, Primum totus collucens oritur primo diluculo. idem in Aspidē, Παννύχος δ' ἄρ' ἔλεκετο πᾶρ' ἀνδρῶν ἀπὸ καλοῖσι, id est, totus nocturnus cubit iuxta verecundam vxorem. Theocr. θαλυτοῖς, ὅδ' ὄρθρος ἄλλον ἀλέκταρ Κοκκυδῶν κέρχισσιν ἀνιρῆσι διδῶν, id est, Gallus autem matutinus cucurriens alium in torpores molestos coniciat. Eurip. Hecuba, μεσονύκτιος ἀλλομαι. i. medio nocturnus perij.

CIRCVMGEMIT VRVS OVILE] circum ouile gemit vrsus, sunt illa, quæ supra collegimus ad Od. 7. lib. 2. inter errem Nuda leones purgiam crebro qui perfonet aurem, &c.

VT NEQVE LARGIS] mirabimur quomodo neque Euris nimis imbribus terras abstergeat, deterat, minuat: neque sol nimis caloribus exurat. sic loquitur Saty. 6. lib. 2. Sine Aquilo radit terras.

PINGVIA NEC SICCIS VRANTVR SEM.] significat, ab illis locis etiam abesse siccitatem: quam ἀρχμῶν appellant Græci. Virgilius Melibæo. Vre ager. Idem lib. 1. Georgic. Et cum exustus ager monticibus aestuat herbis: Ecce supercilio, &c. sequitur mox, scatebrisque arēia temperat arua.

VTRVMQVE REGE TEMPERANTE] moderante, modificante. de verbo temperandi supra Od. 8. lib. 1.

NON HVC ARGO.] tale propemodum est illud Virg. de Italia lib. 2. Georg. Hac loca nō tauri spirantes naribus ignem Inuētiere, &c.

ARGO REMIGIB.] Argois remigibus, vt supra multo milise, multa cane. dixi ad Od. 2. huus lib. Argoos remiges appellat heroas illos, & Græciæ principes, qui Argo nauī vecti sunt, velus aureum petentes: quæ sola, vt aiunt Homer. Pindarus, Theocritus, Apollonius, Cyancas illas, seu Symplegadas, beneficio Palladis, incolumis prætergressa est. sic Homer. ὀδ. μ. Οἷη δὴ κείνη γὰ παρὲ πᾶν ποντόπορος νῆος Ἀργῶ τᾶσι μέλασσα. Pind. πυθ. ἰδ. δ. Ες δὲ ἀνδρῶν βαρῶν ἱερόν δακρόταν λίσσονται καὶν σμυδρομῶν κινηθῶν ἀμυμμάκων Σαυφυγῶν περῶν. Theocr. in Hila. Ἀπὸς κινηθῶν οὐχ ἤλατο σμυδρομάδων καὶς Ἀλλὰ διεξάγει, λαθῶν δ' εἰσέδραμε φασιν, Ἀιετός ὡς μέγα λαῖτμα. Apollon. Ἀρρῶναυτ. ε. Καὶ τῶτ' Ἀθλιωτῆς εἰσαρῆς ἀνταρᾶσε πέδῳ Σπυρῆ δέξτερῆ δὲ ἀστυπερῆς ὄσε φέρεσθαι. Ἠδ' ἰλέλην πᾶρῶντι μετῆρος ἔοσυν' οἴσῳ.

COLCHIS] Medæa. Propert. lib. 2. seu mihi Circeæ perennidum est gramine, sine Colchis Colchiacti

uret abena socis. SIDONI] Cadmo duce. Hic Phœnicum classe vectus, rudibus adhuc Græcorum populis, & ciuilioris cultus, & litterarum pingendarum auctor fuisse dicitur. quod cum multi scriptores memoria prodiderint, tum Cornel. Tacit. Annal. lib. 2. scriptum reliquit.

CORNVA] cornua antennarum. Virg. Æn. 3. Cornua velatarum obuertimus antennarum.

LABORIOSA NEC CŌH. VLYSSEI] Oda 6. Nec cursus duplicis per mare Vlyssæi. & infra Oda proxima. Laboriosi remiges Vlyssæi. laboriosus appellatur is, qui multum laborem perferat, vt M. Tull. pro Cælio, Vos laboriosus existimet. & res laboriosa, laboris plena, & magno labore perfecta. Catull. Dactis iupiter, & laboriosus. Iam Vlyssæi quattuor esse syllabarum ab antiquo recto Vlysseus, notum est.

NULLA NOCENT PECORI] Virg. in Tityro, Nec mala vicini pecoris contagia ladent. vltimatus est nomen contagionis: & eo semper vitur M. Tull.

VT INQVINAVIT] Posteaquam ætas ærea successit aurea. notissima ex Hesiodo hæc ætatum dissimilitudo est. & diximus hac de re sup. ad Od. 2. lib. 4. nonnulla.

QVORVM] quorum, nempe sæculorum ferreorum, datur fuga piis, id est, quæ tempora ferrea licet iis, qui non sunt ciuili sanguine cruenti, me vate, effugere. fugga, id est, vt Homerus loquitur, ἀλεσθῆν, vt alij, ὑπεκφυγῆν, seu ἐκκλήσις.

AD CANIDIAM.

Od. 17.

ARGVMENTVM.

Petit, vt sibi ignoscat. eam autem dum vult videri placare, grauius & acerbissime vellicat, atque adeo lacerat.

IAM EFFICACI DO MANVS SCIËNTIA: Supplex & oro regna per Proserpina; Per & Dianæ non mouenda numina, Per atque libros carminum valentium Refixa celo deuocare sidera, Canidia parce* vocibus tandem sacris: Citumque retrò volue, volue turbinem. * Mouit nepotem Telephus Nereium: In quem superbus ordinarat agmina.

Myforum: & in quem tela acuta tor-
ferat.

Vixere matres Iliæ addictum feris
Alibus, atque canibus homicidam
Hectorem,

Postquam relictis mœnibus rex præcidit,
Hec, pernicacis ad pedes Achillei.

Setosa duris exuere pellibus
Laboriosi remiges Ulyssæi,

Volente Circe, membra: tunc mens &
sonus

* Relatus, atque notus in vultus honor.
Dedi satis, superque pœnarum tibi,

Amata nautis multum, & institutoribus.
Fugit Iuuentas, & verecundus color

Reliquit ossa pelle amicta lurida:
Tuis capillus albus est odoribus:

Nullum à labore me reclinat otium:
Urget diem nox, & dies noctem: neq; est

Lenare tenta spiritu præcordia.
Ergo negatum, vincor ut credam miser,

Sabella pectus increpare carmina:
Caputque Marsa disilire nenia,

Quid amplius vis? o mare, & terra, ardeo,
Quantum neque arro delibutus Hercules

Nesci cruore: nec Sicana feruida
Virens in Etna flamma, tu, donec cinis

Iniuriosis aridus ventis ferar,
Cales venenis officina Colchicis.

Quæ finis? aut quod me manet stipen-
dium?

Effare iussas cum fide pœnas luam:
Paratus expiare, seu poposceris

Centum iuuenos: siue mendaci lyra
Voles sonari: tu pudica, tu proba:

Perambulabis astra sidus aureum.
* Infamis Helena Castor offensus vice,

Fraterque magni Castoris, victi prece
Adempta vati reddidere lumina.

Et tu (potes nam) solue me dementia:
* O nec paternis obsoleta sordibus,

Nec in sepulcris pauperum prudens anus.

A Nouendialis dissipare pulueres.
Tibi hospitale pectus, & pura manus:

Tuisque venter partumeius: & tuo,
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
Viciumque fortis exsilis puerpera.

Canidia respondet, ostendens, se nullis
precibus exorari, nulla ratio-
ne placari posse.

Quid obseratis auribus fundis preces?
Non saxa nudis surdiora nauitis

B Neptunus alto tundit hibernus salo.
* Inultus ut tu riseris Corythia

Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
Et Esquilini pontifex venefici

Impune ut urbem nomine impleris meo.
Quid proderit ditasse Pelignas anus,

Velociusve miscuisse toxicum,
Si tardiora fata te votis manent?

Ingrata misero vita ducenda est in hoc,
Noiis ut usque suppetas doloribus.

Optat quietem Pelopis infidus pater,
Egens benignæ Tantalus semper dapis:

C Optat Prometheus obligatus alii:
Optat supremo collocare Sisyphus

In monte saxum: sed vetant leges Iouis.
* Voles modò albis desilire turribus:

Modò ense pectus Norico recludere:
Frustraque vincula gutturi nectes tuo,

Fastidiosa tristis ægrimonia.
Veclabor humeris tunc ego inimicis

eques:
D Meaq; terra cedit insolentia.

* An, quæ mouere cereas imagines,
(Ut ipse nosti curiosus) & polo

Deripere Lunam vocibus possim meis:
Possim crematos excitare mortuos,

Desideriq; temperare poculum:
Plorem artis, in te nullum habentis

exitum?

EFFICACI

EFFICACI] Epepyō Od. 3. huius libri. Nec
munus humeris efficitur Hercules, & c.

DO MANVS] dare manus est cedere, & fate-
ri se inferiorem esse. M. Tull. ad Att. lib. 2. aicbae
illum primo sanè diu multa contra: ad extremum autè
manus dedisse. Lucret. lib. 2. & si tibi vera videtur,
Dede manus: aut si falsa est, accingere contra. Idè ibid.
Nam certè fluere, atque recedere corpora rebns multa,
manus dandum est: sed plura accedere debent: Donec ole-
scendi summum terigere cacumen. Iterum M. Tull. in
Lælio, qui aduersando sape assentetur, & ligare sesi-
mulans, blandiatur, atque ad extremum det manus.
Cæsar lib. 5. de bell. Gallico, tandem dat Cotta ma-
nus per motus superiore sententia Sabini. Virgil. lib. 11.
neque ipse manus feritate dedisset.

REGNA PER PROSERP.] mos erat a-
pud veteres obsecrare per res ei, quem obsecra-
bant, aut carissimas, aut religiosissimas, & ma-
ximè venerandas, sanctissimas, atque angustissi-
mas: interdum etiam per res suas maximè im-
becillas, & humiles, & afflictas, & misericor-
dia dignissimas. Plautus, Rudente. Per ego hæc ge-
nua te obsecror, senex. M. Tull. pro Quintio: vt te,
atque eos, qui tibi in consilio assunt, obsecret, obsecrat-
que P. Quintius per senectutem ac solitudinem suam,
nihil aliud nisi vt vestra natura, bonitatisque obsequa-
mini. ibid. obsecrauit [Quintius Næuium] per fra-
tris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ip-
sius coniugem & liberos, & c. vide annot. ad Odam
5. eiusd. lib.

NON MOVEDA] ἀκίνητα, vel non irri-
tanda. Diana enim irata graucis ab iis, qui of-
fenderunt, sumit pœnas. itaque horribilis dea
est. epist. ad Pison. Aut sanctius error, & iracunda
Diana. Talis & eius frater Apollo: vt supra no-
tauimus.

REFIXA] Virg. lib. 5. Æn. Cælo cœu sape refixa
Transcurrunt crimēque volantis sidera ducunt.

DE VOCARE] deducere, vt sup. Od. 5.

VOCIBVS TANDEM SACRIS] car-
minibus, cantionibus, ἐπεὶ ὁδῶς, vt epist. 1. lib. 1.
Sunt verba, & voces.

VOLVE, VOLVE] omnes quidem lib. &
vulgati, & manu scr. habent solve: sed omnino le-
gendum volue, volue: itaque Io. Auratus collega
meus, & Carolus Vtenhouius Gandauensis, vir
doctus, existimabant legendum. volue autem re-
tro, id est, cōuerse in cōtrariam partem, vt, quem
cruciatum, & ardorem mihi attulit prior turbi-
nis cōuersio, eo me liberet cōtraria: vel vt, qui à
me discessit, is ad me reuertatur. Theocr. εἰδὺλλ.
β. X' ὡς δινεῖθ' ὀδῆ ρόμβος ὁ χαλκός ἐξ ἀφρο-
δίτης, ὡς κείνος δινεῖτο πρὸς ἀμετέρῃσι θύρασι,
id est, vt voluitur hic turbo æreus ex Venere,
seu vi Venereis: ita voluatur ille ad foreis no-
stras. Omnino retro voluere, valde vilitatè & Lati-
nè, & conuenienter, aptèque dictum: retro solve-
re, non item.

TURBINEM] rhombum magicum signifi-
cat, quem Martialis appellat Theusalicum lib. 9.

Quæ nunc Theusalico lunam deducere rhombo, Quæ sic
hos, illos vendere lena toros? de quo & Theocrit. in
Pharmac. X' ὡς δινεῖθ' ὀδῆ ρόμβος ὁ χαλκός ἐξ
ἀφροδίτης, ὡς κείνος δινεῖτο πρὸς ἀμετέρῃσι θύ-
ρασι, & Propert. lib. 3. ad Lygdamum. straminea
rhombi ducitur ille rota. & Lucian. ὁ γὰρ εἶπερ, in
eo, cuius principium est Εἰ τιν' οἴσθη, & c. εἶπα
ὅτι τῆ κάλπ' ἑσθλοκόμοισι ρόμβον, ὅτι τρέφει
ἐπὶ ὀδῶν τινα λέγεται, ἐπιβόχῳ τῆ γλώσσης βαρ-
βαρικῆ ἢ φρενῶν ὀνόματα, id est, Deinde cū
ex linu turbinem depromisset, voluit carmen
quoddam dicens lingua volubili, & barbara
quædam atque horribilia vocabula pronuntiās.

MOVIT NER. TELERH.] Exemplo A-
chillis, qui inimicis suis tandem placibilem se
præbuit, conatur Canidiam ad misericordiam
hætere. Telephus Myforum rex ab Achille,
quem armis, & manu facta prohibere conatus
erat, ne ad Troiam oppugnandam veniret, vul-
neratus, cū consulto oraculo responsum tu-
lisset, vulnus ab Achille illatū alio medicamen-
to sanari nō posse, quàm ferrugine ensis Achil-
lis, (responderat enim Apollo ὁ πρῶτος ἰατρίαι)
illum orauit vt eius rei sibi copia fieret, & im-
petrauit. Propert. lib. 2. ad Mæcen. Μύσῳ ἢ Ἀ-
μόνια ἰουενίς, quæ cuspide vulnus senserat, hæc ipsa cus-
pide sensit opem. hic, qui rex antea fuerat, exsulauit
& mendicauit. vide in epist. de arte poet. Tele-
phus ἢ Peleus, cūm pauper ἢ exsul, ut erque, & c. A-
chilleim autem, nepotem Nereitum dicit, quia
Thetis, Achillis mater, Nerei est filia.

ORDINARAT AGMINA] instruxerat &
duxerat exercitum. supra Od. 1. lib. 3. ordinare ar-
busta, pro ordine serere. Est vt viro vir latinus ordi-
net Arbusta sulcis.

VNERE MATRES] Cūm & manu scri-
pti, & typis excusi codices hoc loco inter se dif-
ferent, aliiq; vnxere, alij luxere haberent, (quā-
quam, ne quid dissimulem, ex iis, quos ego vidi,
plures habent vnxere) ego olim eam scripturam
secutus eram, quæ mihi probabilior visa erat,
suum cuique iudicium liberum relinquens, vt
hanc, vel illam amplecteretur, quemadmodum
ego vnam altera meliorem iudicaram. cuius mei
iudicij, factique rationem reddideram lectori
hoc modo. Negabam igitur, apud Homer. ἰλ. ω.
corpus Hectoris à mulieribus Troianis vinctū
esse, sed ploratum primū, lacrymisque deco-
ratum, & combustum: deinde ossa pannis mol-
lissimis inuoluta, & in vrnâ coniecta: postremò
extructum ei è grandibus saxis monumētum:
Iam verò, quòd vinctiois mentio fit interdum
apud scriptores, id non magis ad honorem se-
pulturæ pertinet, quàm lauatio, & pleraquæ
alia, quæ nonnumquam in exsequiis, & funci-
bus mortuorum solebant adhiberi: quale est
hoc exemplum ex Ennio, Tarquinij corpus bona fa-
mina lauit, & vnxit: & item hoc ex Virgil. lib. 7.
Æneid de Miseno. Principio pinguem tedis, & robo-
re secto Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris

Intexunt latera, & feraleis ante cupressos Constituant, decorantque super fulgēibus armis : Pars calidos laticeas, & abena undantia fummis Expeditur, corpisq̄ la-
uant frigidis, & vngunt. apud eundem lib. 9. *ma-*
ter Euryali queritur se filio oculos non pressif-
se, neque vulnera lauisset, his verbis, Hec, terra
ignota canibus data praeda Latiniis, Aliribusque iaces,
nec te tua funera mater Produxi, pressivoe oculos, aut
vulnera lavaui. eodem pertinet illud Euripid. Phoe-
 niss. ἐγὼ δ' ἦ καὶ μετατρέλλω Ἀδελφίδα Ἰουραστὴν
 ὄπας Δύση. ἀποθηναί τ' ἔχειν ὄντα πῶδ' ἑμῶν.
 Quis autem unquam vel poeta, vel alius scri-
 ptor in miseris mortui numeravit, quod lotus
 non fuerit, aut quod ei morienti oculi pressi.
 vel clausi non fuerint: nemo, quod sciam. At om-
 nes poeta harum commiserationum pleni-
 sunt, dum vel eorum, qui naufragio perierunt,
 vel eorum, qui in acie ceciderunt, vel similibus
 calamitoforum conditionem miserantur, ac de-
 plorant: *iacet in sepulcrum, & indefertus, aut non luctus.*
 Optabant enim omnes se sepeliri, humili, fieri,
 ac lugeri post mortem: & haec crebro à scripto-
 ribus commemorantur: *lavari corpus autem vngi,*
oculos claudē, & similia, vel non ita expectabant,
vel dicere licet illa esse horum accessiones, &
ad supremum honorem, id est, luctum, & se-
pulcrum, tanquam ad finem, referri. Iam verò
quod scribunt quidam vngere cadavera solitos
esse veteres, ut diutius integra conservarentur:
id verum esse non puto. Nam vñtionem, vel
munditiei, & nitoris, vel luxus causa adhibe-
bant, & sciebant ad corporum integritatem cō-
ferendam nihil adjuvare: corpora autem cum
diu manere incorrupta, & integra volebant, ea
vel condiebant, vel cera circumlinebant: quod
ostendit M. Tullius lib. 1. Tuscul. his verbis. Cō-
diunt Aegyptij mortuos, & eos domi servant: Persa etiā
cera circumlinitos condunt, ut quam maxime permaneant
diuturna, id quod ab Herodoto traditum est li-
bro secundo. ad eundem vsu cedrum, & cu-
pressum adhibebant. Sed cuius hominis est di-
cere hoc loco, vngi solita apud antiquos cada-
vera, ut diutius integra servarentur, cum con-
stet & Troianos, & Romanos, maximè Hōra-
tij atate, corpora mortuorum in rogam impon-
ere, & comburere, non integra servare cōfue-
uisse? Invenere igitur mihi propter has causas non
admodum probabatur: luxere autem, maximè:
propterea quòd vbiq̄ apud scriptores lugeri,
& luctu, seu fletu honorari mortuos legitus.
 Itaque Homerus non semel *χλάωεν θαλόνητας,* id
 est, flere mortuos, dicit esse *χάρας θαλόνητων,* id est,
 decus, praemiumque mortuorum, vt annot. est
 sup. ad Od. 6. lib. 2. Tūm crebra sunt haec apud
 Tragicos *ἀκλαιστος, ἀπαφος,* id est, non ploratus,
 non sepultus. Eurip. Phoen. ἐγὼ δ' ἀκλαιστος, ἀ-
 παφον διανοῖσι βορέην, id est, relinquere nō plo-
 ratum, in sepulcrum, volucris escam. quae Virg.
 expressit lib. 2. *Nos animae viles, infesta, imbematāque*
urba. Iterum apud Eurip. in Medea Iason Me-
 nens,

dēam orat, vt finat se filios suos sepelire, & lu-
 gere, his verbis. Θάλαμ' ἀνέροις μοι τῶσδε, ἕκαστῷ
 ἑστῶ πατρός, apud eundem in Hecuba, sic vmbra Ho-
 lydori loquitur: πολλοῖς δαυλοῖς κυμάτων φο-
 ρέμενος Ἀκλαιστος, ἀπαφος, apud eundem in An-
 drom. ij, qui nuntiant Pelco interfectum esse
 Neoptolemum, aiunt se corpus eius asferre, vt
 nepotem defleat, & sepeliat. Κομίζουδ' ἐν σοὶ
 καπομώζῳ, γρόισι, Κλαῦσαι τὴν ἄφρονησιν τε-
 κοσμήσασαι τὰ φῶ. Alcæus lib. i. epig. grec. Ἀκλαι-
 στος, ἀπαφος ὁδοιπόρε τῶ δ' ὄντι τῷ μὲν Ἡμα-
 θῆσι προσαῖ κέμεθα μεμνήμεναι, &c. Itaque So-
 lon mortem suam lacrymis carere non vult. *lin-*
quamus amicii (inquit) *Mavorem, vt celebret funera*
cum gemitu. At Ennius contra. *Nemo me lacrymis*
décoret, nec funera fletu Faxit: cur? valio vivus per ora
virium. Quid si quis mihi dicat, licere mortuos
 lugere, & deslere, etiam si corpus absit: ergo hoc
 loco legendum *vixere*, quia ad luctum, & plo-
 ratum, & similia, non erat necesse corpus He-
 ctoris redimī, & Troiam referri: respondeo plo-
 ratum illos, & fletus non nisi posito ante omniū
 lugentium oculos cadauere, esse solitos vsurpa-
 ri. quod ex Homero, Virgilio, & ceteris, cuius
 perspicuum esse potest. M. Tullius autem hac
 genera lugendi enumerat lib. 3. quaest. Tuscul.
padores, muliebres lacerationes genarum, pedibus, femi-
num, capitis percussiones: & Euripides in Alcest. nō
 admodum dissimilia. Πυλῶν παροίθεν δ' ἔχ' ὄρω
 Πηγαῖάδ' ὡς νομίζεσθαι Γε, χερσὶς ἕπι φθιτῶ
 πύλαις: Χάστα τ' ἔπις ἕπις ἀποθνήσκειος, &c.
 Δι νεύων πενθεσι πειτηεῖ. Οὐ δ' ἔπει νεολεῖα
 γενομένων, id est, ante portas autem non video, vt
 mos & instituta postulant, fontanas aquas, quae
 solent adhiberi in mortuorum portis: coma au-
 tem nulla est in vestibulo ē capite abscessitā: quae
 in mortuorum luctibus fieri solent. postremo
 mulierum conuentus non tollit clamorem, ne-
 que strepitum excitat. sic igitur hunc locum ex-
 plicabam. Matres Troianae corpus Hectoris,
 quod Achilles canibus, & aubus destinauerat,
 luxerunt, honorē, sepultura affecterūt, postea-
 quam Achilles Priami supplicis oratione, &
 precibus flexus est. Iam Achilles apud Homer.
 ἱλ. ω. à Mercurio praemonitus, & de louis volū-
 tate certior factus, Priamo corpus Hectoris
 Troiam deportandum, ac sepeliendum tradit. sic
 Hom. Ἴλιος μὲν δὴ ποι λέλυται γέρον, ὡς Σιδάλεως
 Κεῖται δ' ἐν λεχέσιν ἄμια δ' νοί Φαινολόμφι
 Ὀψοί αὐτὸς ἄγων. Virg. Aen. 2. *At nō ille, fatu quo*
te mētiris, Achilles talis in hoste fuit Priamo: sed iura,
fidemque supplicis erubuit, corpisq̄ exsangue sepulcro
reddidit Hectorem. Cūm his rationibus, & argu-
 mentis adductus in priore editione luxere exdu-
 dendum curassem: & aliquot annis post Lutē-
 tiae nō pauca Horatij exemplaria manu scripta
 naētus, in eis omnibus *Invixere* scriptum reperis-
 sem, nisi quod in vno, hoc verbū erat in litura:
 hac secūda editione plurium librorū auctorita-
 tatē sequi malui: in sententia tamen priore ma-
 nens,

uens, vt putem, Luxere potius legendū esse, quam
Invixere: aut certè vtramque lectionem esse pro-
 babilem: quod & Antonio Mureto videtur.
 ADDICTVM FERIS] Ad dixerat Hecto-
 rem canibus, & canibus Achilles iam ab eo tem-
 pore, quo Hector mortifero illo inter humeros,
 & ceruices, *ἦνα τι ψυχῆς ἄκιστος ἔλθερος,* id est,
 vbi celerrimus est interitus, vulnere accepto,
 iacens: quae, & pene exanimis, Achilles orabat, vt
 corpus suum patri Priamo comburēdum, ac se-
 peliendum redderet, neque canibus dilacerandū
 apud nauis relinqueret. sic enim respōdet
 Achilles ἱλ. χ. Μή μιν κύνων γένων γενάξει, μηδὲ
 πελῆων Αἰ γὰρ πάσις αὐτὸν με μένος, ἕθ' θυμὸς
 ἀειψή Ωμί Σπὸσ' ἀνὸ μὸν κρείε ἐδ' ἔδου, οἳά μ'
 ἔοργας, ὧς ὅτε ἐὰν ὄσῃ γὰ κυνῶας κεφαλής ἀ-
 παλάχοι, id est, Ne mihi homo impudentissi-
 me per genua mea supplicā, neque per paren-
 teis. Nam me animus & ira incitant, vt te crudū
 in frustra scutum comedam: talia in me commi-
 sisti: Quare non est quisquam, qui canes à capi-
 te tuo prohibere possit. & ἱλ. χ. in sepultura Pa-
 trocli cūm duodecim illos Troianos iuuenes,
 quos viuos ceperat, manu sua interceptos in ro-
 gum coniecisset, ait se Hectorem non flammis
 exulturum, sed canibus dāliandūm proiectu-
 rum. Εἰκότα δ' ἔπι Δάσσα Πειραμίδου πειλ
 διαπέμειν, ἀλλὰ κύνεσσιν.
 HOMICIDAM] *ἀνδροφόνου*, neque verò de-
 terius multo est nomen Latinum Graeco. nam
 ἀνδροφόνος, id est, viricida, apud Homerum idē
 ferè valet, quod ἀνθρωποκτόνος, id est, homicida.
 & ite apud Eurip. in Hecuba, vbi Polymnestor
 mulieres Troianas, à quibus eius liberi parui
 pueri fuerant intercepti, ἀνδροφόνος appellat.
 Denique Eustath. ad illum locum Homer. ἱλ. χ.
 ἦ γε καὶ ἡμέτερον δ' ἀνδροφασίν, ὑπὸ λυγρῆς
 Ἡματι τῶ ὄτε πῶδα κατέτανον Ἀμφιδάμαν-
 τος, &c. notat ἀνδροφόνος γὰρ ὁ ἀπὸ πῶδος ἀνθρο-
 πον ἀκουρῶν εἶτε πῶδος εἶη ὁ περὶον, εἶτε ἀκμῆτος,
 εἶτε ἕθ' ἡμεῖς, id est, ἀνδροφόνος, seu, si dicere liceat
 viricida, is est simpliciter, qui hominem occi-
 dit, siue puer sit is, qui cecidit, siue vir atate cor-
 roborata, siue mulier.
 POSTquam RELICTIS MœNI-
 BEX] Priamus ἱλ. ω. à Mercurio per media Gre-
 corū castra noctū deductus, vt suprà diximus
 ad Od. 10. lib. 1. neque à quoquam visus, ad A-
 chilleum peruenit: & cūm eius genua manibus
 tetigisset, mansūque exofculatus esset: sese ad
 pedes abiicit orans, vt corpus Hectoris, pretio
 accepto, sibi redderet, sepeliendūque potestatem
 faceret. Homerī verba sunt haec. ἄγαλλ' ἔρα-
 σῶς Χερσῖν Ἀχλλήῃος λάβε γυναίκα, ἕβασε χεί-
 ρεις Δεινὰς, ἀνδροφόνους, εἰ πὸν πολέας κτόνων ἦεις.
 sequitur aliquot post versibus, Κλάω ἀνωδ' ἀρο-
 παροῖθε ποδῶν Ἀχλλήῃος ἔλυθεῖς, id est, Plorabat
 miserabiliter, seu indefinēter ante pedes Achil-
 lis volutatus.
 PERVICACIS] in sententia sua obfirma-

ti, pertinacis, & vt alibi, cedere nec sijn, quamquā
 interest inter peruicaciam & pertinaciam.
 SETOSA DVRFIS EXVÉRE] id est, por-
 corum, & ceterarum bestiarum, in quas à Circē
 fuerant versi, figuras exuerunt, & humanas recu-
 perarunt, Circe volente, ac libète. hac de re Ho-
 merus ὁδ. κ. Κίρκη δ' ἔειπε μέγαρον βέβηκει
 Πάβδον ἐχέει ἢ χεῖρ, θέρας δ' ἀνέπειρε σίφεις,
 &c. id est, Circe autem per domum, & ē domo
 egressa est, virgam manu tenens: forcis autem
 hanc aperuit, sequitur, Τῶν δ' ἔειπε μελέων
 πείρες ἔρεον, εἰς παρὶν ἔφυσσε φάρμακον ἔλόμε-
 νοι, σποφιν πῶρε πάτριά Κίρκη· ἄνδρες δ' ὄψιν
 ἐγένοντο νεώτεροι, ἢ πάρος ἦσαν. id est, ex eorum
 autem membrīs pili defuebāt, quos prius nasci
 fecerat pharmacum perniciosum, quod eis dē-
 derat veneranda Circe. Viri autē citò facti sunt
 iuniores, quàm antea erant.
 REMIGES VLYSSEI] socij Vlyssis. epist.
 2. lib. 1. *remigum vitiosum Ithacensis Vlyssis.*
 RELATVS] sic habent duo cod. Vatic. &
 Ionn. Rainut. Vrf. Tornef. & ita legendum, non
 relapsus, relatus autem, id est, redditus & resti-
 tutus.
 ATQUE NOTVS IN VLTIS HO-
 NORA] id est, & facies praestina honesta, omnibus
 nota, nempe humana.
 AMATA NAVTIS MVLTVM] ὁ τυ,
 quam nautae, & insitiores multum amant. Cūm
 videri velit eā honorificè appellare, eisq̄ blā-
 diri, reuera tamen contumeliōse infestatur. qui
 sint insitiores, dixi sup. ad Od. 6. lib. 3.
 IUVENIAS] id est, iuuenta. nam quamvis
 Deae nomen sit, eodem tamen etiam atas haec
 significatur.
 VEREVNDVS COLOR] purpureus,
 & rubicundus: qualis inest in pueris, & adole-
 scentibus, qui verecūdū sunt natura: vel per ve-
 recundum colore, ideo rubicundus significa-
 tur: quia, quos puder, ijerubescunt. significat, si-
 bi cātiones & veneficia Canidiae pallorem, ma-
 ciem, canitiemq̄ attulisse.
 RELIQUIT OSSA, &c.] nihil mihi reli-
 quit prater ossa pelle lurida amicta: vel prater
 ossa & pellem luridam. proverbum de summa
 macie. Plaut. Capt. Mucelco, con senecco, & rabelco
 miser: *Ossa atque pellis sum misera maceritudine.* Theo-
 critus ἔιδ. δ. Τηνας μὲν δ' ἔπει πῶς πόρτιος αὐτῶν
 λέλειπται Τ' ὄσσα, id est, Illius quidem iuuentae
 sola ossa relicta sunt. Apollon. Ἀρον. 6. πινώ τε
 οἱ ἀψάλαος ηρῶς Ηοκλήκει: ρίνοι δ' ἐσὺ ὄσσα
 μοιῶν ἔρεον, id est, fordidus ei corpus erat aridū
 & squallidum: pellis autem & ossa sola
 continebant. Virg. Palam. *vix ossibus haerent.*
 PELLE AMICTA LVRIDA] pallida,
 subviridis, vel crocei coloris: qualis vmbra rari,
 arquatorum, lurae, Orci. vt sup. Od. 4. lib. 3. *luridū*
Mifos ad Orcum. amicta autē, id est, vestita, epist.
 15. lib. 1. *Pomisne & pratis, an amicta vitibus vltio.*
 TVIS CAPILLVS ALBVS EST] tui

odores, tuâque vnguenta, id est, veneficia, mihi caniticum attulerunt. Oda 14. lib. 3. *Lenis albescens animos capillus.*

NVLIVM à LABORE ME] nullam mihi à labore, siue animi & corporis datur intermissio, nulla conquiescendi potestas.

VRGET DIEM NOX, ET D.] id est, si ne vlla temporis intermissione laboro, cōtinuis animi laboribus exerceor. diurno labori succedit nocturnus, & nocturno diurnus.

NEQVE EST LEVARE] id est, vel non licet, non datur respirare. distenta mihi sunt spiritu præcordia, neque ea respirando leuare possum, iccirco enim data est respiratio, vt & attrahatur aer frigidus, qui calorem intestinum, ac naturalem refrigeret: & vicissim peccus spiritu, & aere cōcalesceto distentum, atque inflatum subleuetur.

ERGO NEGATVM VINCOR, VT CREDAM] horum verborum hæc sententia est. ergo ego nunc tandem infelix meis malis vincor, vt credam, & fatear id, quod initio negaueram: quidnam? Sabella carmina, id est, Canidia Sabellæ cantiones vim habere ad permouendos, & perturbandos hominum animos.

CAPUTQVE MARSAM.] & vt credam, caput Marsis cantionibus, seu carminibus, quodammodo dirumpi, amentiaque affici. supra Od. 5. eodem lib. *nec vocata mens tua Marsis redibit vocibus.* [Licet & ita interpretari, *disillire*, id est, dirumpi, & verò vtrumque coniūxit Arnobius lib. 2. aduersus gentes, *ut infidelium disiliat, & dirumpatur auditus.*]

DISILLIRE.] in diuersas partes ferri, dissipari, differri. epist. 18. lib. 1. *Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque Zeibi disilluit.*

QUANTVM NEQVE ATRO DELIBVT.] Hercules Eunomo Architelis filio, à se non sponte interfecto, voluntario se exsilio multauit, atq; in oppidū Thrachinē proficisci cōstituit. Cū ad Euenum fluuium, cuius portitor erat Nessus centaurus, peruenisset, ipse fluuium pedibus superauit: Deianiram autē mercede pacta Nessō traiciendā reliquit. Hic, dum eam traiecit, vim ei inferre conatur. Hercules Deianiræ vim propulsantis clamore exaudito, egredienti Nessō mortiferum vñlus infixit. Nessus moribundus, Deianiræ ad se euocata dixit, se philtum ei dare velle, quo Hercules erga se amorem perpetuum, ac sempiternum retineret, (constabat autem id philtum ex ipsius Nessi cruore, & eo veneno, quo suorum telorū cuspides Hercules inficere solebat.) Quo cupide accepto, & studiosè seruato, cū Deianira parum gratum de Iola Euryti filia nuntium accepisset, verereturque ne Iolam sibi antepone-ret Hercules, tunicam ad eum misit cruore illo imbutam, cū existimaret philtum esse: quam cū ille induisset, venenumque illud corporis contactu concalescētum, vsque ad viscera per-

manasset, voces illas miserabileis edidit, que leguntur apud Sophoclem in Trachin. vide Od. 3. huius lib.

NEC SICANA FERVIDA VIRENS] Sic ego hunc locum veterum codicum auctoritatem secutus emendauit. sic enim scriptum reperit in cod. Don. Iann. & duobus Vatic. vno Petri Danielis, & totidem Nicotianis, & vno Nicot. Cleric. & duobus Ruffardinis, *Virens in Et-na.* quod sine dubio rectum est, vt per virentem flammam significari intelligamus eam, quæ valida & perpetua sit, & numquam liquecat, aut moriatur: quemadmodum apud Homerum *ἰλ. 1. φλόξ ἔμμεγρομένη*, id est, flamma exaruit: seu mar-cida facta est, pro exstincta est. & *ἰλ. 4. τῆμος πυρρῆσιν ἔμμεγρομένη*, id est, nunc incendium marcebat. [Sic apud Lucretium lib. 1. *Donec fulserunt flammæ florē coorta.*] *Virens* autem, quod in ceteris omnibus manuscriptis reperitur, longè est ineptissimum. Ego igitur priore sententia desisto: quæ fuit huiusmodi, *Virens* esse mendosum, & legendum *Vibrans*. Sic autem hanc sententiam confirmabam in priore editione. Ex hoc *virens*, quod mihi deprauatum videbatur, coniectura ductus, tamquam manū quadam, ad veram ac germanam (vt tum putabam) lectionem, *vibrans flamma*, reponēbam: atque ita disputabam. *Vibrans flamma* (opinor) ab Horatio appellatur, que stricti ferri, aut luminis in morem splendet, ac micat: vel quæ se attollit, atque eiacularur in auras: qualem describit Lucretius lib. 6. *Ætnæ flammam*, & Virg. lib. 3. *Æn. sic Lucr. Nunc tamen illa modis quibus irritata repente Flamma foras vastis, Ætna formacibus efflet. Expediam primū totius subcaua montis Est natura, ferè silicū suffulsa cavernis, &c.* sequitur *mox, Ventus enim sit, ubi est agitando percussit aer. Hic ubi percussit calefecit que omnia circum Saxa furēs quæ contingit terramque: & ab illis Excussit calidum flammis velocibus ignem: Tollit se, ac rellis ita faucibus eiicit alie, Funditque ardorem longè, longè-que fauillam Differt, & crassa voluit caligine fumum, Extruditque simul mirando pondere saxa.* Et Virgil. *sed horribilis iuxta tonat Ætna ruinis: Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem Turbine fumantem piceo, & candente fauilla. Et tollitque globos flammarū, & sidera lambit: Interdum scopulos, auulsaque viscera montis Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras cum gemitu glomerat, fundoque exastuat imo.* quos Virgilij verius ex Pindari Oda 1. expressos, aut certè imitatos ostendit Macrob. lib. 5. Saturnal. cap. 17. *κίον δ' οὐρανία συνέχοντι φέρος Αἴτνα πανέτες χόνος ὄρεσις τίθειά, τὰς ἐρείπονται μὲν ἀπλάτου πυρὸς ἀγνοτάται. Οὐ μὲν γὰρ παρὰ ποταμοὶ δ' ἀμείρασι μὲν παρεργόντι ῥόον κειπνοὶ ἀβαν: ἀλλ' ἐν ὄρφοισι πέτρας φοίνισσα κυλινδρῶδα φλόξ ἐς βαθείαν φέρε πάντα πλάκα καὶ σὺ πάταγο: κείνο δ' ἀφαίσιον κρομμῶδες ἐρπετον δεινοτάτης ἀναπέμπει,* id est, Columna autem caelestis continet, niuosa Ætna, per totū annum niuis acutæ nutrix: cuius ex recessibus eru-

eruantur

eruantur ignis, ad quem nemo accedere audeat, purissimi fontes. Fluij autem ignei interdū profundum fluentum autem candens, seu nigrum: noctis autem tenebris pœnicea flamma voluitur, & saxa portat in maris æquor profundum cum ingenti sonitu. Illud autem Vulcani reptile scaturigines horribilissimas sursum mittit. iam verbum vibrare, sapius esse ab-solutum; quàm *εμμεγρομένη*, id est, ex Lucret. M. Tull. intelligere licet. Lucretius libro tertio, *Quin etiam tibi si lingua vibrante minacem Serpentem, & cauda protereo corpore utrinque sit libitum in mul-tas partes discernere ferro, &c.* Virgilius *Æncid. 2. Sibila lambebant linguas vibrantibus ora.* idem libro nono, *Vibranti gladio connixus ab agere dexter Occupat.* & lib. 10. *Vibranti cuspis medium trāsuerberat vltu.* M. Tullius orat. perfect. de De monstr. *Cuius non tam vibrant fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur.* Idem in Lucullo. *No-bis inestis modo caruleum mare videbatur, nunc ra-num: nunc, quia à sole collucet, albescit, & vibrat.* Idem in Bruto extremo. *erat oratio cum incitata, & vibrans, tum etiam accurata & polita.* Quint. lib. 10. de Archilocho. *cum valide, tum breues, vibranti èque sententia.* hanc igitur scripturam veram esse puto, *Vibrans in Ætna flamma.* Nam quòd quidam emendauerunt, *Furens in Ætna flamma*, non equidem inuideo: & scio Virg. libr. 4. *Æn. in extr. dixisse: flammæque furentes Culmina pèrque hominum voluantur, pèrque Deorum.* Verùm hæc lectio, quam sequor, & propius abest à veteri scriptura *Virens*, & significantius (meo quidem iudicio) exprimit flammæ & fornacibus illis erumpentis, & in altum sese eicientis, & conglōbantis naturam *Virens* autem factum esse puto ex *Virens*: & *Virens* ex *Vibrans* errore, & negligentia librarioium. Hæc igitur olim scripseram. Nunc autem sententia mutata, *Virens flamma* retineo, & virentem flammam interpretor, validam, acrem, perpetuam, non languefcetem. Cur sententiam matrem autem vna hæc causa est, quod tutius esse arbitror veteres codices sequi, præsertim vbi defendi possunt, vbi que probabilem scripturam continent, quàm aliam excogitare. Si quis tamen *vibrans flamma*, quæ lectio coniectura sola nititur, huic anteponet, nõ improbo.

TV DONEC CINIS, &c.] tu veluti quædam venenorū officina, nõ cessabis me tuis venenis exurere, donec exauerim, & cineris in modū consumtus: atque à ventis dispersus fuerim: seu donec in cinerem versus fuerim, vt loquitur Oda 3. lib. 3.

COLCHICIS] Medex venenorum simillimis supra Od. 5. *Flammis aduri Colchicis.* & Od. 13. lib. 2. *ille venena Colchica, Et quicquid usquam concipitur nefas, trahant, &c.*

QVA FINIS] finis generis famini. vt supra Od. 18. lib. 2. *sine destinata.* & Lucret. lib. 1. *Denique iam quoniam generatim reddita finis Crescendi rebus*

constat. & Virg. lib. 5. *Qua finis standi?*

QVOD ME MANET STIPEND.] quod tibi à me vis stipendium perfolui? id est, quam mihi pœnam irrogabis aut impones? quam me pœnam vis sufferre, ac sustinere?

EFFARE] quidam legi volunt *Ecfare*, quomodo scriptum reperi etiam ego in vno, & altero codice antiquo.

IVSSAS] participium à verbo *subear*: de quò alibi iussas autem, id est, à te in me constitutas: vel quas ego subire & luere abs te iussus fuero.

CVM FIDE] tralatio à pecunia: quæ cum fide solui dicitur, si tota, & ad diem soluat.

EXPIARE] pœna subeunda luere, ac delere. vt Od. 1. lib. 2. *arma Nandum expiatis vncta cruari-bus.* & huius lib. Od. 5. *dira detestatio Nulla expiatur victima.* Cicero de harusp. resp. *nomen populi Rom. tanto scelere contaminavit, vt id nulla re possit, nisi ipsius supplicio, expiari.*

MEND. LYRA VOLES SONARI.] id est, falsò, seu falsis carminibus, & mendacibus hymnis laudari, significat, eam veris laudibus ornari non posse.

TV PVDICA, TV PROBA.] significat, eam esse impudicam, & improbam. sic Catull. in quendam *Pudica & proba, redde codicillos.*

PERAMBVLABIS ASTRASIDVS] tanquam Erigone refereris in siderū numerum: vel tu sidus aureū inter altra versaberis. hoc dicitur interesse inter astrum & sidus, quòd sidus, vna stella sit: astrum, multæ: vt Virgilij, Orion, Vrsa maior, & Vrsa minor, & c. sidus aureum autem dixit *ἑπὶ ἠερυίδος*. vt non semel Virg. *Æn. 2. ferit aurea sidera clamor.* & lib. 11. *Tum vero immensus surgens ferit aurea clamor sidera.*

INFAMIS HEL. CAST. OFFENS.]

Quæ sunt peruulgata, omnibusq; notissima de Stesichoro poëta, iccirco eum oculis esse multatum, quia Helenam versibus maledicis, & contumeliosis lacerarat, prætermitto. Pausanias autē in Laconicis, noua quædam hæc de re, atq; inaudita profert, Leonymum quendam Crotoniatam in insulam *Δερυίδ* profectum, Achillem in ea duos Aiaces, aliosque Heroas, & vnà cū illis Helenam vidisse: eum ea etiam esse locutum, si-bique ab illa esse mandatum, vt, cū primū Himerā (qua in vrbe natus est Stesichorus) nauigasset, Stesichoro nuntiaret, se iratam ob carmen in se scriptū, oculos ei ademisse: Quo nuntio accepto Stesichorum stilum vertisse, Helenamq; quam antea vituperarat, laudauisse. Eius autem palinodiæ principū ponit Plato in Phedro his verbis, *ἔτι δὲ τοῖς ἀμαρτάνοισι κατὰ μυθολογίαν κθαράτος ἀρχαῖος, ἐν Ὀμηροῖς μὲν οὐκ ἦν ἄθετος, Στῆσιχορος δὲ τῆν γὰρ ὀμμάτων τερηθεῖς ἀφ' οὗ τῆς Ἑλένης κταμνηρέων. ὅτε ἠγνώσκειν ἄσπερ ὀμηρος, ἀλλ' ἄτε μισθικός ὦν, ἐγνώ τιδὲ ἀπῆαν, καὶ ποίησεν ἔτι, ὅντι ἐστὶν ἔπιμοσ ὁ λόγος οὐ πῶς, οὐδ' ἔβας Ἐν νῆσ' εὐσελμοῖς, οὐδ' ἦ καὶ περὶ ἀμαρτάνοις. ποιήσας δὲ πᾶσαν τιδὲ κα-*

F

λαδβίλο παλινωδία τὸ ἀεὶ ἔρχεται ἀνελειφει, id est, iis, qui in fabulatio peccarunt, vetus est expiatio, quae Homerū quidem fugit, sed non Stesichorū. Nam cum oculis orbatus esset propter eam, quod Helenā maledixerat, non ignoravit, quemadmodum Homerus, sed, ut pote qui musicus esset, causam eius rei intellexit, & cōtinuū hoc carmen fecit. *Non verus ille est sermo: numquam purpibus Pella es velinolis opulenta ad Pergama Troia.* Absoluta igitur tota illa, quae appellatur, palinodia, oculorū sensum cōtinuū recuperavit. vsurpat M. Tullius huius carminis principium lib. 9. epist. ad Attic. *Ὁδὲ ἐστὶ ἐπιμυος λόγος* (ut opinor) *ille de ratibus*, id est, non est verus ille rumor de Pompeij navibus. Extat & alius Stesichori versus apud Lycophronis interpr. ad eandē rem pertinens, *Τρῶες τοὶ ποτ' ἴσαν Ἐλένης εἰδωλοῦ ἔσονται*, id est, Iroiani quondam abierūt secum Helenae imaginem habentes.

INFAMIS HELENÆ] quam infamarat Stesichoro. nō dissimulabo me reperisse in vno Vatic. libro, Infamis. de qua scriptura equidē nihil pronūtio. tantūm admonitum lectorem velim, ut consideret, idē mē sit sentiendum de nomine infamis, quod de infactus censuit Hermolaus Barbarus: nepe scribendum esse, infictus.

VATIS] Stesichoro. de quo supra ad Od. 9. lib. 4. vide de cod. multa apud Quinēt. lib. 10.

ET TV] tu quoque eorum exemplo. **ONEG PATERNIS**] hęc palinodia irrisionis cōtumeliosā plenissima est: imō verō mera contumelia est, cū vrbānitate tamen Horatiana coniuncta. Vult enim Horatius intelligi, quae laudatā Canidiā causa dicit, esse planē fallā.

NEC IN SEPULCRIS, &c.] id est, nec docta, seu quae necis pauperū mortuorum cineres nono post eorum mortem die dispergere, ac dissipare: innuit hoc eam factitare solere.

NOVENDIALEIS] nouendiales pulveres, nouēdiale sacrum, nouendiales ludi, nouēdiales feriae à numero dierum sunt dictae. Nam cadaver domi dies septē servabatur: octavo die comburebatur: nono sepeliebatur, seu humabatur: deinde iustis persolutis, & imposita inscriptione humatus dicebatur mortuus. ante hoc tempus, & antequā hęc facta essent, dicebatur esse supra terram. Ad hūc locum pertinet illud Virgil. 5. Aeneid. *Præterea si nona diem mortalibus alnum Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem, &c.* ad quem locum lege Seruiū, qui ibi profert hūc Horatianum versum.

PVRB MANVS] *καὶ βερύει χεῖρες*: non maculate sanguine: quod est falsum, ut cetera omnia.

TVSQUE VENTER PARTUMEIVS] venter partumeius est, qui partū edere & solet, & potest: venter fecundus: qualis profectō nō est Canidiā: id est, Gratiidā. est autē nomē confatum à partu, & verbo meo, in codice Io. Mo-

rellij viri nobilis, & in primis eruditi, annotatū erat ad hanc vocem *partumeius, partū aptus.*

TVO CRVORE RVBROS] tuo cruore & tabo commaculatos in puerperio tuo.

VTCVMQVE, &c.] quoties, vel quādo: cūque tu partu edito de lecto surgis fortis puerpera. quod numquam tibi contigit. numquam enim nec paris, nec peperisti. videtur enim significare, Canidiā obstetricis opera, & ministerio vti, quae pannos eius cruore ex partu inquinatos, abluat, cū longē aliud & sentiat, & velit intelligi. Nam nec vmqū puerpera fuit, neque obstetricis vta est, neque pannos habet cruentos, utpote quae suppositos partus ostendet, non veros, ut sup. Od. 5. si *vocata partibus Lucina verū affuit*. Exsiliū autem secundae personae est, à verbo exsilio.

CANIDIA.

OBSERVATIS] obturatis, clausis, surdis. obserare à sera factū. vtitur & Catull. ad Ipsithil. seu, ut alij volunt, hospitem, *Ne quis liminis obseret tabellam.*

NON SAXA NVDIS SVRD.] huius versus, & proximi sententia est. Nō sunt nautis surdiora saxa, quae fluctibus hibernis verberantur, subintell. quā ego tibi sum, vel hoc modo. nō magis audiūt nautas miseros, nudos, & ciectos saxa, quae à fluctibus hibernis verberantur, quā ego te, nudū autem, id est, spoliatis, naufragis. sic supra Od. 7. lib. 3. *nam scopulis surdior Icarī Voces audiit adhuc integer.*

TVNDIT] verberat. Virgil. Aeneid. 5. *Est procul in pelago saxum, summantia contra Littora: quod tumidis summersum tunditur olim fluctibus hiberni condunt ubi sidera Cori.* Idem in Daphn. *Nec percussa iuuant fluctu ram littora, &c.*

NEPTVNVS HIBERNVS] id est, mare tempestatibus hibernis commotum, atque ventis concitatum.

SALO] fluctu: maris agitatione. & iactatione. Graecum nomen est, ex quo *σαλεύειν* agitare, concutere.

INVLTVS VTI TVRISERIS, &c.] egone committā, ut tu impune riseris Cotyttia, quae sacra tu tuis verbis vulgasti? de hoc loquēdi genere vide quae sunt annotata ad illum locum, *Vt sine togam spurco Dame laue?* Satyr. 5. lib. 2.

COTYTTIA] sic scribendum docuit Politianus, nō *Cocytia*. Cotyttia autem dicta sunt sacra quaedā nocturna, flagitiosa, obscena, & nefaria, à Cotyttone impudentiae, & Veneris obscenae dea, cuius sacerdotes erāt Baptae: de qua Iuuenalis Sat. 2. *Talia secreta coluerūt Orgia tādā Cecropiam soliti Baptae lassare Cotyttō.*

LIBERI CVPID.] liberi, id est, nulla lege, nullōque pudore à libidine reuocati: liberē & solutē per omne libidinis, quantumvis obscenae, & flagitiosae genus vagantis.

Et Es-

ET ESQVIL. PONTIF. VENEFCI] conficius, & particeps à me factus eorum sacrorum & veneficiorū, quae in Esquilis tracto: vel dic pontificem cum appellari veneficij, Esquilini, quia veluti pontifex quidam hęc sacra reprehendat, & de his existimare, & iudicare audeat. erat enim pontificum religiones, & caeremonias rueri. Festus, *Pontifex maximus, iudex, atque arbiter habetur rerum diuinarum, humanarūque.* Plautus Rudente, *Liber iurare. rōne pontifex perurio es?*

IMPVNE VTI VRBEM, &c.] egone te patiar inultum esse, qui me populi fabulam feceris?

QVID PRODERIT DITASSE, &c.] id est, quid proderit tibi te Pelignas anus impēso pretio conduxisse, ut te dolore, & cruciatu corporis liberarent: praesentibusque venenis vsum esse, ut statim exanimatus misericordiam tuarum portum occupares, si tardiū, quā optas, moriturus es?

DVCENDA] producenda, extrahenda. sic dicimus *ducere bellum.*

IN HOC] ad hoc, propter hoc, *ὅτι τὸ τῶ.*

SVPBETAS] vt sufficias, ac suppedites materiam, & locum nouis doloribus: vel vt sis semper recēs & integer nouis doloribus. *ἴνα ἐπαρξῆς καὶ αἰὲς ἀλγῶν.*

DOLORIBVS] sic habent aliquot libri scripti, & excusi: quidam scripti *laboribus*: quidam *cruciatibus.*

INFIDVS] qui Deorum consilia recondita vulgavit, vt dicemus ad Sat. 1. lib. 1. sed mihi tacendum non videtur, me in octo lib. manuscriptoris legisse, *Pelopis infidi pater.* [quam lectionem confirmat Catull. *Troicaeque obsidens longinquo mania bello Periturū Pelopis vastabit. tertius heres.*]

BENIGNA] copiosae, affluētis, abundantis, largae videntur quidem hęc pugnare, copiosum esse, & egere: sed ea est Tantalī, & Tantalī similitum poena, vt in media rerum copia egeant. de hac autē Tantalī poena vide annot. ad Satyr. 1. libri primi.

OPTAT. PROMETHEVS] de Prometheo supra diximus nonnulla ad Od. 3. lib. 1. ad quae hęc addamus: Prometheum iccisō Caucafo esse affixum fingi, quod is in monte illo affixū hęcus, inde astra studiose cōtemplaretur, & rerum caelestium cognitioni operā daret. quod testatur & Cicero lib. 5. Tuscul. quāst. non longē à principio. Est autē hic mons circa Assyrios, altissimus, & pane dicam, sideribus vicinus. ex quo fit, vt astra maiora, quā aliunde viderentur, demonstrat, & planissimē eorum ortus obitusq; declarat. Dicitur idem totam fulminū rationē accuratē perquisuisse, eamq; perspectā & cognitā hominibus indicasse. Ex quo ignem caelestē furatus esse traditus est. Quod autē Aquilae cor eius exort, significat ea fabula curam, & sollicitudinē acrem animi, qua siderum motus peruestigauit.

OBLIGATVS] id est, *aligatus*: vel dic *obligatus*, quasi circumligatus, id est, firmissimē & tenacissimē ligatus. sic enim dicunt Latini, *nexu se obligare, & verborum obligationes, & obligare vultum, & obligatus beneficiū.* Sed cur non dixit, *obligatus Caucafo*, potiūs quā *aliti*? An hoc significat, Prometheo aquilam esse assidue affixam per hypallagen? An Prometheum Caucafo esse obligatum & affixum, vt aliti, id est, aquilae pabulum assidue praebet, quasi *aliti* positum sit pro, alitis causa?

OPTAT SVPREMO, &c.] de Sisypho & eius saxo, cū fabula sit notissima, tūm collegimus quādam ad Od. 14. lib. 2. ibi, *damnatūque longi Sisyphus Aolides laboris.*

VOLES MODÒ ALTIS DESIL. TVRR.] modò voles te ex altis turribus praecipitem agere.

ENSE PECTVS NORICO RECLVDERE] tibi pectus ferro trāsfigere. sic Virg. loquitur lib. 10. Aenei. *Tum latebras anima pectus mucrone recludit.* Noricus ensis autē à gente Norica dictus, Rhœtis, & Lepontis finitima. Nā inter Noricos, & Rhœtos Rhœnus fluuius interfuit. supra Od. 16. lib. 1. *quas neque Noricus Deterret ensis.*

INNECTES] sic reperi scriptum in duob. codic. Vatic. Vrsin. Rainutij, Faern. Nicot. Rufar. Cleric. in trib. Vatic. Faern. Tom. *nectes.*

VECTABOR HVMBRIS] tuis humeris infidebo mihi inuisis.

AN, QVA MOVERE CEREA] an ego, quae cereas imagines motu praeditas efficere, & animare possum, & c. adhibebatur autē cereae, & lancae imagines in rebus magicis: vt sat. 8. lib. 1. *Lancae & effigies erat, altera cerea.*

VT IPSE NOSTI CVRIOSVS, ET POLO] in libro Iannoct. scriptum est, *vt ipse curiosus nosti, & polo.* quam scripturam non reticere, nisi magis mihi placeat vulgata.

ET POLO DERIPERE LVNAM] supra Od. 5. *Lunamque calo deripit.* Deripere autē non deripere, scriptum est in omnibus libris: calamo exaratis.

EXCITARE] excitare mortuos ab inferis. **DESIDERIQVE TEMPERARE POCVLVM]** & conficere, ac miscere poculum amatoriū. sup. Od. 5. *Amoris esset poculum.* temperare, *καὶ ποῦ*.

PLORANTIN TENVLL HABENTIS EXITVS.] Cū dissentirent hoc loco inter se libri veteres, alique haberent, *Plorem artis in se nil habentis exitum*: alij, *Plorem artis in se nil habentis exitum*: alij, *nil agentis exitum*: ego olim eam scripturam, quae mihi probabiliss. visa erat, quaeq; reperitur in duobus cod. Vatic. Iannoct. Tom. (quamquam in vno ex his, nō sine litura.) *Plorem artis in se nil agentis exitum*, secutus eram. quam sic explicabam: ego, quae Lunam à calo possum deducere, & mortuos excitare ab inferis, & ama-

F ij

toria pocula præsentissima conficere, vsq; adeo ne infelix ero, vt ars mea in te sit inanis, nullamque vim aut potestatem habeat? hæc mihi quidē videbatur esse verborum sententia: sed hærebat scrupulus, quod genus hoc loquendi, *ars nil agit in aliquo*, seu *in aliquem*, pro eo, quod est, inanis est, & nullam vim habet, & nil valet, videbatur mihi, & vt nunc videtur, parum Latinum, & Horatio, eleganti scriptori, indecorum. nam *nil agere* quidem, inanem operam fumere est: quo sæpe vtuntur Latini. vtitur & Hor. sat. 9. lib. 1. *sed nil agit: usque tenebo*. & satyr. 3. lib. 2. qui locus videtur præcipue huius lectionis sententiam adiuuare. *Nil agit exemplum, licet quod lite resoluat*. significat enim inutile, atq; inane esse exemplum, quod rem dubiam & cōtrouersam, alia re dubia soluit. hoc igitur tunc afferēbam, quo hinc scripturam defendere. nam illam alteram, *ars in te nil habentis exitum*, planē reiciebam. quæ tamen reperitur ferè in omnibus lib. excusis, Venetis, Lugdunensibus, Patiensibus. Germanicis, & maiore parte manuscriptorum. ego autē eam annos ab hinc duodecim ita in meo libro immutaram. *Plorem artis in te nil valentis exitum*. quod idē nuper venit in mentem Paulo Manutio, viro doctissimo, seu potius Mureto: qui ita curauit excudendū, cum Aldini antiquiores habeat, *nil habentis* neq; verò hæc mihi scriptura displiceret, si eius exstaret in libris veteribus vel tenuissimum vestigiū. Nunc cum id non sit: hanc, quam explanauit, & quæ reperitur in libris scriptis, *Plorem artis in te nil agentis exitum*? tenebam, quia non habebam meliorem. Nam, ne metiar, ne eam quidem magnopere probabam. Videbatur enim mihi inelegans & insolens, ac, pæne dicam, barbarum loquendi genus: vt & nunc videtur. *ars nil agit in te*, vt supra dixi. Nunc igitur (vt, quod sentio, liberè dicā) hanc ipsam scripturam, quam religione quadam deterritus immutare, aut reicere tum nō sum ausus, corruptam esse, neque vllum mendum inesse in verbo *habentis*, sed in *vocem*, aut in voce *exitum*: & ne longum faciā, totum hunc locum sic esse legendum puto. *Plorem artis in te nullum habentis exitum*? seu, si quis malit, quod in quibusdam libr. reperitur, *Plorem artis in te nil habentis exitum*? Natum autem fortasse mēdum est ex hac scriptura, *nullus habentis*, & ex ignoratione cōsuetudinis loquēdi Horatianæ. Nam cum indocti quidam siue librarij, siue lectores, quid sibi vellet illud *nullus*, nō intelligerent, neque quod referri possent hi patrij casus *ars habentis*, viderent, ex ea voce *nullus*, fecerunt *nil*. Ita nobis locus corruptus per manus traditus est, quæ postea nonnulli ita corrigere conati sunt, vt *agentis* reponerent in locum verbi, *habentis*. in libro quidē Don. perspicue vox *agentis* a lia & recentiore manu scripta est. in solo autē codice Tornes. & duob. Vatic. integram reperi: quibus eū postea consentire animaduēti Luteriæ Clericanū, Nicotianum, ynum Ruffard. ce-

teros. hanc igitur germanam, & integram scripturam esse arbitror. verborum autem hic ordo est, *Plorem artis nullum exitum in te habentis*: vel, si quis fortē altera lectione huic anteponat, *Plorem artis*, id est, plorem gratia artis, *nil exitum*, id est, nullum exitum, *in te habentis*? Iam hoc *Plorem artis*, Græcorum more dictum est, pro eo, quod est, *plorē artis ergō*, seu causa artis, vel ob artem. solēt enim illi in huiusmodi loquēdi generibus subintelligere *χρῆμα*, vel *ἐνεχῆ*. Plato in Euthyd. *μαχαιρῶν ἢ οὐκ ἔστιν ἐργον τῆς κτήματος, πολλὸν μάλλον, ἢ μέγαν βασιλέα τῆς ἀρχῆς*. i. beatos equidē vos duco possessionis istius magis nomine, quàm magnam regem, seu Persarum regem, imperij. Aristot. *ῥήτορ . α . πολλοὶ γὰρ ὑγιανόντων, ὡσαύτῃ ἡρόδωτος λέγειται, ἔστι οὐδὲν ἐν οὐδαμῶσι οὐδὲν ἔργον*, id est, ad verbum, quos nemo beatos duxerit valetudinis. quod valet, ob valetudinē, vel causa valetudinis. Dionys. Halicari. *ἀρχαῖοι . βιβλ . ζ . ταύτης μὲν τοιγὰρ τῆς γνώμης ἐπινοοῦντες ἡμᾶς, id est, huius sententiæ vos laudātes. quod valet, ob hanc mentem, vel ob hanc sententiam. Eurip. in Androm. *καὶ μὲν οὐδὲν ἔστω δαίαι τελέμας, ἢ ἐρεῖα, ὡς ἔστωτος ἔργον, καὶ τῆς ἀρχῆς ἀνδράσι*, id est, gemo igitur facinoris hostilis, quod perpetrati. Idem Iphigenia in Aulide, *Ἑλλᾶδος μάχιστ' ἔργον τῆς ταλαπάρου ἔστω*, id est, maximē equidem Græciæ calamitosā gemo ac ploro. Idem Phœniss. *φῶν, φῶν . κελῶν σὺν Οἰδῖπῳ σὺς ὄν ἔστω*. malorum tuorum Oedipe ploro. quæ tria postrema exempla proximē accedunt ad hanc locutionē Horatianam. Integrum est illud genus apud Æschyl. in Prometh. *Αἰ εἰ τῶ ἐπιπέδῳ, σὺν ὑπερῆστω πῶν*, imitatus est etiam Virgil. 11. Æneid. *Vir Troiana, quibus celo te laudibus æquem? sustulit ne prius mirer, belline laborum?* id est, tene mirer ob iustitiam prius, an ob belli labores? sic enim hunc versum explico, quamvis paullo aliter Seruius. Iam hæc loquendi genera, *habere exitum*, *nullum habere exitum*, Latinis scriptoribus valde sunt vsitata: quorū hoc proximum significat, qui ppiam non consequi finē, cuius gratia cœptum est, atque ita inane & inutile, seu nulli? efficacit esse: illud alterū, contrarium, nempe ad exitum optabilem peruenire & efficax esse, seu (vt ita dicā) effectum aliquem gignere. M. Tull. lib. 7. epist. ad Attic. *Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusque eorum, quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum*. Idem Philipp. 2. *Eugam quærebamus omnes, quæ ipsa exitum nō habebat*. Idem de diuinat. lib. 2. *Quid ego Et aruspicum responsa commemorā? (possum equidem innumerabilia) quæ aut nullos habuerunt exitum, aut contrarios*. Idem Acad. 2. *Ipsa autem philosophia, quæ rationibus progredi debet, quem habebit exitum?* Idem ferè valet *reperire exitum*. Idem Cicero lib. 1. de finib. *Quod si ne ipsarum quidem virtutum laus reperire potest exitum, nisi dirigantur ad voluptatem, &c.* Licet etiam ita legere seruata eadem loquendi cōsuetudinē & elegantia, *Plorem**

Plorem artis in te nil habentis exitum? vt sit ordo verborum, *Plorem gratia artis, nil exitum, id est, nullum exitum in te habentis*: vt iam diximus. Videtur mihi tamen hæc lectio durior aliquanto altera: contra illa superior, suauior, & cōcinnior. Verum tamē, vt sunt hominum dissimilia palata, amplectatur quisque quam voler: aliam respuat, ac reiciat. manum non verterim. Quod si cui mea coniectura non probabitur, omnium scripturarum tolerabilissima mihi videtur ea, quam dixi reperiri in codice Iann. & Tornes. & duobus Vaticanis.

Q. HORATII FLACCI
Carmen Sæculare, pro imperij
Romani incolumitate.

PHOEBE, siluarumque potens
Diana,
Lucidum cæli decus, o colendi
Semper, & culti, date, quæ precamur
*Tempore sacro:
Quo Sibyllini monuere versus,
Virgines lectas, puerosque castos
*Dius, quibus septem placuere colles,
Dicere carmen.
Alme Sol, curru nitido diem qui
Promis, & celas: aliusque, & idem
Nascere: possis nihil urbe Roma
Visere maius.
Rite maturos aperire partus
*Lenis Ilihyia, tuere matres:
Siue tu Lucina probas vocari,
Seu genialis.
Diu, producas subolem, patrumque
Prosperes decreta super iugandis
Feminis, prolisque nouæ feraci
Lege marita:
Certus undenos decies per annos
Orbis* vt cantus, referat que ludos,
*Ter die claro, totisque grata
Nocte frequenteis.
Vosque veraces cecinisse Parca,

Quod semel dictum est, stabilisque rerum
Terminus seruet, bona iam peractis
Iungite fata.
Fertilis frugum, pecorisque tellus
Spicea donet* Cere rem corona:
Nutriant fetus & aqua salubres,
Et Iouis aura.
Cōdito mitis, placidusque telo
Supplices audi pueros Apollo:
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.
Roma si vestrum est opus: *Iliæq;
Littus Etruscum tenere turma,
*Iussa pars mutare Lareis, & urbem.
Sospite cursu:
Cui per ardentem* sine fraude Troiam
Castus Æneas* patria superstes
Liberum munuit iter, daturus
Plura relictis:
Dij probos mores docili iuuentæ,
Dij senectuti placida quietem:
Romula genti date remque, prolem-
Que, & decus omne.
Quique vos bubus veneratur albis
*Clarus Anchisæ, Venerisque sanguis,
Imperet bellante* prior, iacentem
Lenis in hostem.
Iam mari, terraque manus potentis
Medus, Albanasque timet secureis:
Iam Scythæ* responsa petunt, superbi
Nuper, & Indi:
Iam fides, & pax, & honos, pudor que
Priscus, & neglecta redire virtus
Audet: apparet que beata pleno
Copia cornu.
Augur, & fulgente decorus arcu
Phæbus, acceptisque nouem cameris,
Qui salutare leuat arte fessos
Corporis artus:
Si Palatinas videt* æquus* arceis,
Remque Romanam, Latiumque felix:
Alterum in lustrum, meliusque semper

Proroget euum.
 Quaeq; Auentinum tenet, Algidumque,
 *Quindecim Diana preces uirorum
 Curet: & uois puerorum amicas
 Applicet aureis.
 Hac Iouem sentire, deosque cunctos,
 Spem bonam, certamque domum reporto
 *Doctus, & Phœbi chorus, & Diana
 Dicere laudes.

Carmen saculare dictū, quod ludis sacularibus caneretur. Ludos autem saculares primos à Valerio Poplicola institutos esse anno cccxlv. post urbem conditam quidam tradiderunt: alij multis annis post reges exactos, & Poplicola iam mortuo. quam sententiā confirmant xv. uirum, qui ludis sacularibus procurandis & faciendis præerant cōmentarij. De tempore magna etiā dissensio est inter scriptores alij enim ceterisimo quoque anno fieri solitos esse, ut seculum centū annorum spatium continere intelligamus: alij centesimo decimo quoque anno, ut seculum sit ambitus annorum centum & decem. atq; huic sententiæ cōsentanei sunt uersus illi Horatiani, Certus undenos decies, &c. Superiorem autem confirmat Pompeius Festus his uerbis: *saculares ludi apud Rom. post centum annos fiebant, quia seculum in centum annos extendi existimatur. sed de seculo & ludis sacularibus si quis plura scire uolet, legat libellum Onufrij Panuini, qui accuratissimè de his scripsit. Carmen autem saculare ad Apollinem maximè & Dianam canitur, quia dii sunt à λείψυχοι, & ἀποτροπαῖοι, id est, malorum depulsores; & iccirco placandi. adde quod irati, & offensi, horribiles sunt: itaq; eo magis precibus leniendi. Postremò, Troianis amici, & ita, Romanis. Quocirca tanto diligentius uenerandi & placandi, ne neglecti, fiant inimici, & alieni.*

SILVARUM QVE POTENS] siluarum domina sic locutus est sup. Od. 3. lib. 1. Sic te diua potes Cypri. & Od. 25. lib. 1. ad Bacchum, ὁ Νάϊαυ ποτὲς, &c. Dianæ autem gratæ sunt siluæ. supra Oda 21. lib. 1. Positam fluminis, & nemorum coma, &c. Callimach. ἡ γοργὸς ἀμφιλαφὴς ἡ ἐν οὐρεσὶν ἐλάσσου.

COLENDI SEMP. ET CVLTI.] sic epist. 1. lib. 1. Prima dicte mihi, summa dicende camæna, &c.

TEMPORE SACRO] die festo, seu diebus festis. Oda 12. lib. 2. Ludentem nitidâ uirginibus sacro Diana celebrâ die.

SIBYLL. MON. VERS.] tanta erat apud veteres illos Romanos librorum Sibyllinorū auctoritas, ut in rebus aduersis, ac difficilibus recip. temporibus non minore spe ad eos, quam

ad Etruscorum disciplinam confugerent: quod testatur M. Tull. lib. 4. accus. Verr. his uerbis. *Itaque apud maiores nostros atroci, ac difficili reip. tempore, cum Tib. Graccho occiso magnorum periculorum metus ex offensis portederetur. Matio, L. Calpurnio Coss. adiutum est ad libros Sibyllinos, in quibus inuentum est, Cererem antiquissimam placari oportere.*

DIIS, QUIBUS SEPTEM] Diis urbis Romæ præsidibus, & custodibus, πάλαι ἔχοντες. SEPTEM COLLES] septem colles urbis Romæ primò mœnibus inclusi, hi sunt, Quirinalis, Viminalis, Esquilin', Cælius, Palatinus, Tarpeius, seu Capitolinus, Auētinus, quibus additi sunt postea, Cæliolus, Ianiculus, Vaticanus; aut certè eius pars, Collis hortulorū. Ex his montibus aliquot cōmemorat Horatius: Quirinalem epist. ad Iul. Flor. lib. 2. cubat hic in colle Quirini. Esquilinum non femel. sat. 8. lib. 1. Nunc licet Esquilis habitare salubribus. sat. 6. lib. 2. at simul atras Ventum est Esquilis, &c. Palatinū infra hac Oda, si Palatinus uidet aquas arceis. & epist. 3. lib. 1. Scripta, Palatinus quæcumque recepit Apollo. Capitolinum, Od. 3. lib. 3. dum Capitolium scander cum tacita uirgine portifex. & item alibi. Auētinum epist. 2. lib. 2. Hic extremo in Auentino. Vaticanum Oda 20. lib. 1. Redderet laudes tibi Vaticanis imago.

ALME SOL] qui omnia alis & foues. CVRRV NITIDO DIEM QVI, &c.] id est, qui diem curru nitido aperis, & idè claudis de curru solis supra Od. 6. lib. 3. PROMIS ET CELA] promissis oriens, cælas & condidit occidens, & sup. Od. 5. lib. 4. dixit condere diem collibus in suis.

ALIUSQVE, ET IDEM NASCERIS] alius, quia alio quotidie loco oritur: uel quia alius est dies hodiernus ab hesterno: uel quia alio colore est propter cæli, temporisq; dissimilitudines. idè autè, quia semper unus est. sup. Od. 16. lib. 1. quid terras alio calentes sole mutamus?

POSTIS] optantis, seu precantis oratio est. APERIRE LENIS] quæ lenem te præbes in apertendis partibus. de Ilithya diximus supra ad Od. 22. lib. 3.

SIVE TV LVCINA] profert Seruius ad illum locum Virgil. Pollione, *Casta faue Lucina.* SEV GENITALIS] γυνεθλια θεά. dea nascētis fetus adiuuaris: seu partus maturās, seu ad gignendum ualens, seu fetus utero inclusos in lucem proferēs. Taleis autem deos, γυνεθλις Græci uocant. qua uoce usum esse Platonē lib. 5. de rep. non ita pridem mihi indicauit Iosephus Scaliger. cum Luteriā, ut cōiectanea sua in Varionem de lingua Latina excudēda curaret, uenisset. Platonis autè uerba sunt hæc. *Ἐργασίαν δὲ καὶ ὑμωγίαν θεῶν κοινανίαν ἀπασαν ταυτὴ φύσιν ἀμματος ἐργασίαν πιδίψης, καὶ σεβόμενος, εὐνοίης ἀν. γυνεθλιος θεοὺς ἐς πείδων αὐτῆς ἀποσάν ἰσχυρὴ λόγον.* ubi uulgò legitur εὐνοίης ἀν καὶ γυνεθλια θεοὺς, id est, cognationem autem & societatem gentiliorum deorum omnè vnus

vnus

vnus sanguinis natura præditam honorās quis, & colens, deos genitales, propitios erga liberos suorum factionem meritò & probabiliter habuerit. Iam quod vnus deæ plura nomina ponuntur, referendum est hoc ad morem & ritum precantium: qui ne fortè in nomine errarēt, cōplura eorum, quos orabant, deorū nomina congerere solebant, ut Luna, Deūm quæ sola uides per uia uulgi. Sen Cretæa magis, seu tu Distynnâ uocaris, Huc descende. Horatius Sat. 6. lib. 2. Matutine pater, seu lane libentius audis.

PATRUMQVE PROSP. DECR.] facito, ut senatus consulta, & leges de contrahendis matrimonijs, & de maritâdis ordinibus, sanctè seruentur, secundòsq; habeant exitus.

LEGE MARI] id est, & super lege Pappæ, Poppæ de maritâdis ordinibus, à M. Pappo Mutilo, Qu. Poppæo Secundo coss. Augusto imperium obtinētè, lata: per quam sanciebatur, ne quinquaginta annis minor sexagenario nuberet: aut ne uir sexaginta annis minor quinquagenariam uxorem duceret: & ut omnibus ingenius, præterquam senatoribus, eorumq; liberis libertinas uxores habere liceret. De hac lege Cornel. Tacitus lib. 3. Annalium, his uerbis, *Relatum deinde de moderanda Pappæ, Poppæ, quam senior Augustus post Iulius rogationes incitandis calibus pœnis, & augendo arario sanxerat.* & Suetonius in Augusto.

CERTVS VNDENOS DECIES] dissentiunt etiam hic codices manu scripti in alijs enim scriptum est, *Certus vn denos decies per ann. Orbis & cantus, &c.* in alijs & quidem multo pluribus, trib. Vatic. Iann. Faër. Torn. Nicot. Kuff. *Certus undenos dec. per ann. Orb. ut cant. &c.* quam scripturam secuti sumus, ut ueram & rectam, & ab omnibus uiris doctis comprobatam: & ita intelligemus, ludos saculares centesimo decimo quoque anno fieri solitos esse.

ORBIS] seculum: quod uel centum & decem, uel centum dumtaxat annorum spatium continet.

ET CANTVS, REFERATQVE LVPOS] cantus referat, & ludos saculares. sed hi ludi non semper centesimo, uel centesimo decimo quoq; anno fiebant. Nam & Suetonius scribit, ab Augusto anticipatos esse, & Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. tradit; quarto & sexagesimo anno post quàm Augustus ediderat, imperatore Claudio spectatos esse. Iterū Suetonius in Domitiano narrat, eum fecisse ludos saculares habita ratione temporis, & anni, non quo Claudius proximè, sed quo olim Augustus ediderat.

TER DIE CLARO, TOTIÉS QVE] tribus diebus, totidèmq; noctibus.

VÓS QVE VERAC. CECIN. PARCÆ] ordo uerborū, & sententia hæc mihi uidetur esse. Vósq; ô Parcæ ueraces cecinisse: id est, quæ ueracem, uel quæ ueraces estis in iis, quæ cecinistis, iūgite bona fata iam peractis, id est

præteritis, ac trāfactis: quod quidem semel iam à uobis dictū est, & stabilis, id est, ratum, & fixum, atque immutabilis rerū terminus id seruat, neque id ullo pacto potest immutari quidnam semel dictū est: uos iūcturas bona præteritis fata. Quod si legamus seruet, ut habent aliquot libri veter. erit oratio bene precâtis, & optantis, hoc modo, & Dij faciant, ut stabilis, fixus, & altè herens terminus id seruet. quale illud apud Virgil. *Æneid. 12. Vt potius reor, & potius Dy numine firmem.* atque ita legisse uidetur Porph. atque ad eò ita legit Seruius ad illum Virgilij uersum, *Pollione: Concordes stabili fatorum numine Parcæ:* qui hunc locum profert. ego tamen non improbo, seruat, ut intelligamus esse εὐφημισιν, id est, orationem boni ominis. Neq; uerò est, quod ququam mihi dicat, prouocabulū quod, referri solere ad ea, quæ antecedunt potius, quàm ad ea, quæ subsequuntur. Nam quamuis negare nō possum ita esse: constat tamen interdum etiam ad ea referri, quæ sequuntur. M. Tull. ad Att. lib. 2. *Pompeius, nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se afflixit,* quorum uerborum hic ordo est. Pōpeius nostri amores, ipse se afflixit, quod mihi summo dolori est. Pōpeius ad Domit. lib. 8. epist. ad Attic. *In quibus (litteris) scribis, Casarem apud Corsiniam castra posuisse. quod putauit, & præmonui, sit, ut nec in presentia committere tecum prælium uelit, & omnibus copiis conductis te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit, &c.* uerba illa, quod putauit, referenda sunt ad ea, quæ sequuntur, non ad superiora. T. Liuius libr. 22. *quod numquam antea factum erat, proditorum populus creauit.* Idem lib. 27. *Id quod nullo ante bello acciderat, diu consules sine memorando prælio interfecit uelut orbam reipubl. reliquerant.* Iterum M. Tullius Acad. lib. 1. *Dabit enim profectò, ut in rebus iniustis, quod Græci ipsi faciunt, à quibus hæc iam diu tractantur, utamur uerbis interdum inuidiis: quamquam in hoc postremo exemplo hæc uerba, quod Græci ipsi faciunt, uidentur media esse interiecta, hoc modo, dabit enim, ut in rebus iniustis utamur uerbis interdum inuidiis, quod Græci ipsi faciunt, &c.* Porphyrio autem longè aliter huc Horatij locum explicat: quam explanationem ego hic proponam, ut de ea iudicet lector intelligens, & eru ditus. eius uerba sunt hæc aliquanto obscuriora: *Syllepsis est. ex uerba enim singularis numeri, seruet, pluralis nascitur, seruent.* hæc Porphyrio: nihil præterea, ex quibus apparet, eū sic intelligere hunc locum. Vósque, ô Quirites, Parcæ, ueraces cecinisse id, quod semel dictū est, seruent, & stabilis rerū terminus uos seruet, &c. & ita Parcæ ueraces erunt recti casus, non uocandi, quam explanationem nullo modo probo, putoque uel Porphyriorem, ut hominem hic planè lapsum esse: uel non esse germani Porphyriōnis uerba, sed alicuius inepri scholiastæ.

STABILIS QVE RERVVM TERM.] Lucret. lib. 1. *atque altè terminus herens.* Notum illud, Terminū deum, Romæ in loco Ioui confes-

crando repertum, remāssit ac restitisse, neque Ioui ipsi cedere voluisse. Ouid. Fast. 2. *Quid nouis cum fierent Capitolia, nempe Deorum Cuncta Ioui cessit turba, locumque dedit. Terminus, ut veteres memorant, inuentus in ade Restitit, & magno cum tone templa tenet.* huc pertinet lepidissimū illud ænigma, quod extat apud A. Gell. lib. 12. cap. 6. *semel, minusne, an his minus sit, non sat scio: An utrumque eorum: ut quondam audiri dicitur, Ioui ipsi regi noluit concedere.* Festus. *Numa Pompilius statuit, eum, qui terminum excasset, ipsum & bones sacros esse.* de Termino plura sup. ad Odam 2. epod.

FERTILIS FRVGVM] frugibus abundans, & pecore. Lucret. lib. 2. quamobrem terra, magna Deūm mater habita & dicta sit, multis verbis, usq; elegantissimis declarat, quos satis erit mihi indicasse. *Quare magna Deūm mater, materque ferarum, Et nostri genitrix hæc dicta est corporis una, &c.*

SPICEA DONET CER. COR.] Hesiodus Cererem *ἑρπυριον* appellat, id est, pulchrè coronatā, corona donabatur scilicet ab agricolis propter frugum vbertatem. sic Tibull. eleg. 1. lib. 1. *Flana Ceres, tibi sit nostro de rure corona spica, quæ templi pendeat ante fores.* Sic autem legendum, non, vt vulgò, *tibi sit.*

ET IOVIS AVRÆ] auræ salubres: cælum salubre.

CŌNDITO MITIS, PLACIDUSQVE] numquam enim nisi iratus, iaculatur Apollo, vt alibi notauimus. Itaque Pæan dictus est. *ἄσπετος ἄσπετος*, quod valet ferire. Tum eius sagittæ pestem ac perniciem mortalibus afferunt. Homer. *ἰλ. α.* suprà Od. 10. lib. 2. *neque semper arcum Tendit Apollo.* Virg. lib. 8. extr. *At hinc cernens arcum intendebat Apollo Desuper.* Notat Seruius apud Virgil. Daphnidæ ad illum locum, *duoq; altaria Phæbo, triplicem esse Apollinis potestatem, & eundem esse solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos.* Vnde etiam (inquit) tria insignia circa simulacrum eius videmus: *lyram, quæ nobis celestis harmonia imaginem demonstrat: Grinaum, quod terrenum numer ostendit: sagittas, quibus deus infernus, & noxius declaratur.* Vnde & Apollo dictus est, *ἄσπετος ἄσπετος*: id est, propterea quod perdat, seu interimat. Hinc est quod Homerus tam pestilentie, quam salutis auctorem esse dicit. Et Horatius ait *Cōditio lenis, &c.*

Idem ad illum locum Æneid. 3. *Corrupto celi tractu,* notat, Apolline offenso pestilentiam gigni: quod & Homerus indicat (inquit ille) cum cum inducit sagittis & arcu armatum. quo tempore pestilentia Græcis importare parat, lib. α. *ἰλ. δ. δ.* Contrā si citharam teneat, lenis, mitis, & placidus est: vnde Horat. *Conditio mitis, placidusq; telo, Supplex audi, &c.*

SIDERV M REGINA BICORNIS] lib. 1. Od. 12. *micat inter omnes Iulium sidus velut inter igneis Luna minores.* bicornis autem, id est, *μνοειδής.*

ROMA SI VESTRVM EST OPVS.] subintell. vt est. sed quamobrem Roma opus Apollinis esse dicitur: fortasse quia Æneas cū suis Apollinis respōsa secutus solum mutauit, aliāque terras petiuit, nempe Italiam, ibique nouas sedes collocauit. Virgil. lib. 4. Æneid. *sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo, Italiam Lycia iussere capeffere sortes.*

I L I A Q V E] Troianæ. **I V S S A P A R S**] quæ Æneam secuta est, ab Apolline iussa, vt paullo antè diximus. *iussa* autē particip. à verbo iubeor.

S O S P I T E C V R S V] id est, secundo cursu: vel saluo cursu potiùs. nam salui quidem in Italiam peruenerunt Troiani cum Ænea: sed non semper secundis ventis, nec secundo cursu vsi sunt. per cursum autem navigationem intelligi, ad librum primum notauimus.

C V I P E R A R D. S. F.] id est, cui per medium incendium Troianū, seu medias flammās, quibus Troia conflagrauit. liberè, impune, & sine vitæ noxa, seu perniciè effugiēdi facultatem dedit, &c. Sic Virg. lib. 2. Æn. *Descendo, ac ducente deo, flammam inter & igneis Expeior.* Sed Seruius aliter, vt mox dicemus.

S I N E F R A V D E] sine damno, aut perniciè Æneæ: vt suprà Od. 19. lib. 2. *Nodo cœces viperino Bissonidum sine fraude crimeis.* Seruius ad illum Virgilij locum Æneid. 1. *Antenor potuit mediis, &c.* profert hūc Horatij, & sine fraude interpretatur, sine prodicione. quod non probo.

P A T R I A S V P E R S T E S] quia patria incensa, ac deleta, saluus, & incolumis euasit.

D I I P R O B O S M O R E S] Nam, vt ait Oda 2. lib. 3. *Quid leges sine moribus Vanæ proficiunt?*

I V V E N T A] iuuentæ nomen pro iuuenibus vsurpauit. quod est vstitius in voce iuuentutis, vt Od. 6. lib. 3. *Non his iuuentus orta parentibus Insecit aquor sanguine Punico.* & ita ferè semper à M. Tull. vsurpatur.

D I I S E N E C T V T I] in aliquot libris manu scriptis, hic versus superiorem antecedit. Quod autem ad sententiam attinet, huc pertinet illud ex Satyr. 1. lib. 2. *scu me tranquilla senectus Exspectat.*

R O M V L A] id est, Romanæ. sic Od. 5. lib. 4. *optime Romula Custos gentis.*

B O V S] duo Vatic. & Torn. habent *lucus.*

A L B I S] Albæ victima Apollini & Dianæ immolantur, quia lucidi sunt: omnis autem lux alba: vt nox & tenebræ nigra. Itaque apud Homerum *ἰλ. α.* pecudes promittuntur speculatori seu exploratori nocturno Diomedij, nigra. Præterea immolabantur Ioui à consule, aut imperatore tauri, seu iuueni albi. Virg. Æneid. lib. 9. *Et statuam ante aras aurata fronte iuuenium Candentem, &c.* & Georg. 2. *Hinc albi Clitumne erages, & maxima taurus Victimæ, &c.*

V E N E R A T V R] precatur, vt dicemus ad Sat. 6. lib. 2.

CLARVS

CLARVS ANCH. VEN. QVE SANCVIS] Augustus à Iulio Cæsare: Iulius Cæsar autem ab Iulo. sic suprà Od. 15. lib. 4. *& alma progeniem Veneris Canemus.* Venus oraculo edito & vulgato, Troianorum imperium, genere Priami funditus deleto, ad Anchisæ posteros peruenturum, Anchisæ concubitum vltro expetiuit, cum esset ille ætate iam affecta & ingrauescente. Ex quo concubitu Ænea nato causas ac semina belli quærens, quo bello opes Priami conciderent, imperiumque frangeretur, Alexandrum ad amorem Helenæ impulit. Quo factō, Helenæque rapta, Venus opinione quidem hominum, & dicis causa, Troianis opitulabatur ac fauebat, sed reuera cladem eis imminentem subleuabat, ne salute prorsus desperata Helenam redderent, & ita positis armis & pæce cōfirmata, discordiisq; compositis ac sedatis, Priami imperium in multos annos incolume maneret: quod si factum esset, neque Æneas à quo Romani profecti sunt, Troia profugisset, neque imperio Rom. initium dedisset.

I M P E R E T B E L L. P R. I A C.] sic Virgil. Æneid. 6. *Parcere subiectis, & debellare superbos.*

P R I O R] id est, superior, maior, præstantior. Satyr. 5. lib. 2. *fama ciuem, causaque priorem Sperne. domi si nam erit, facundæ ve coniux.* Virgil. Æneid. 11. *Hic pietate prior, propriè posuit epist. 2. lib. 1. in extr. Extremi primorum, extremis, vsque priores.*

M A N V S P O T E N T I S] potentiam. Rom. vim imperij Rom. *ἡγεῖας ἀσπίδος.*

A L B A N A S Q V E] vel Romanas: populus enim Albanus Romam trāsatus est: Vel dic, Albanos propriè, id est, Latinas à mōte Albano, in quo carnem accipere erant soliti aliquot Italiae populi: & vbi fiebat sacrificium Ioui Latiali à pontifice Romano. sed illud prius magis placet: & confirmatur illo Virgiliano lib. 1. Æneid. *Albanisq; patres, atque alta moenia Roma.*

E T N E G L. R E D. V I R T. A V D.] & virtus antea ab hominibus neglecta, nūc audet redire: id est, nunc homines virtutem & superiora

illa fidem, iustitiam, pacem, &c. quæ antea neglexerunt, & è terris expulerunt, colere & amplecti incipiunt. tale est illud Virgil. Pollione. *Iam redit & Virgo: redeunt Saturnia regna.*

P L E N O C O P I A C O R N V] vt suprà Od. 17. lib. 1. *hinc tibi copia Manabit ad plenum benigno Reris honorum opulenta cornu.*

A V G V R] sic suprà Od. 2. lib. 1. *Augur Apollo.* **A Q V V S**] placatus, placidus, propitius. vt suprà Od. 18. lib. 3. *abeisq; parnis Equus alumnis.*

A R C E I S] quidam libri veteres habet *aras.* **A L T E R V M I N L V S T R V M**] non dixit, alterum in sæculum, quod erat nimis longum: sed alterum in lustrum: quod breuius est.

M E L I V S Q V E S E M P E R, & c.] & semper proferat, ac producat in ætate meliorem, imperium Romanum, & Italiam. repetenda enim est præpositio *in.*

Q U I N D E C. Q V E P R E C E S V I R O R.] ad Quindecimvirum, qui sacerdotes erāt Sibyllini, collegium, ludorum sæculariū procuratio pertinebat, vt docet Cornel. Tacit. lib. 2. *Annaliū, his verbis, Nam Domitianus quoque edidit ludos sæculares, iisque intentius assui sacerdotio. Quindecimvirali prædium, ac tum Prætor. quod non castantia refero, sed quia collegio Quindecimvirum antiquum ea cura mandabatur, & magistratus potissimum exsequerentur officia ceremoniarum.* Quindecimviri autem Sibyllini, à Sylla dictatore fuerunt instituti, cum ante Syllæ dictaturam decem duntaxat fuissent.

D O C T V S E T P H O E B.] ordo est, ego chorus, doctus Phæbi & Dianæ laudes dicere, spem bonam & certam domum reposito, hæc Iouem & omnes Deos sentire: hæc approbare: his assentiri. chorus enim vnus personā gerit, vnusque parteis agit, vt epist. de arte poet. *Æthoris partem chorus, officiumque virile Defendat.* sic enim verbum illum potiùs explicandum & legèdum esse puto, vt dicam suo loco.

F I N I S.

ANNOTATIVNCVLÆ,
LECTIONESQVE VARIÆ IN OMNES Q.
HORATII FLACCI ODAS, AD CONTEXTVM
Horatianum explicandum ac intelligendum oppidò quàm viles & necessaria: pa-
gina & versu, proprio signo indicatis: dictionibus singulisque, siue locis, à quibus
pendent, asterisco, seu stellula notatis.

In Oden primam lib. 1.

Vode 19. lib. 3. Tyrrena regum
 progenies, pag. 1. vers. 1. huius od.
 Hellinimos, εἰσι 2. ibidem
 vers. 3.
 Tanta arte appropinquasse me-
 te, vt ad eam non offenderint. ibid. vers. 4.
 Vt alibi, - plausus & amici dona Quiritis.
 ibid. vers. 7.
 Lib. 2. ode 18. Attali hæres, nullis cond. prop-
 pos. ab agric. ad mercaturam auoces. ead. pag.
 col. 1. A. vers. 3.
 Diem frangere mero. lib. 2. ode 7. ibid. A.
 vers. 11.
 Ad fontis caput. ibid. B. vers. 2.
 Alibi - lep. ven. vt alta in niue sectatur. i-
 bid. B. vers. 6.
 Alibi - seu condis amab. car. Prima fer-
 edera victicis Pr. ibid. C. vers. 1.
 Nafos, & sidera vert. tangam. Prop. Nunc
 mihi summa licet cont. sid. plantis. ibid. C. vers.
 vltim.
In Ode 2. lib. 1.
 Vt Græc. βαλῶν, pag. 8. col. 2. D. vers. 3.
 εφόβησε μὴ. Timorem incussit, ne. ibid. D.
 vers. 5.
 Proteus, custos Phocarum nept. ibid. vers. 7.
 H. Egit visere. pro. ad visendum: vel, vt vise-
 ret. ibid. eodem vers. in verbo, egit.
 Maris Etrusc. seu Tyrh. in quod influit. pag.
 9. col. 1. A. vers. 5.
 Suae vxori. ibid. vers. 8.
 Quarenti de nece Cæsaris. ibid. eod. vers.
 Melius. i. iustius. ibid. B. vers. 2.
 Virgines. i. Vestales. ibid. vers. 7.
 Partes. i. munus & officium. ibid. vers. 9.
 Vt Græc. Venus φλομείδης, ibid. C. vers. 2.
 Mars, Romanorum progenitor, pater Ro-
 muli. ibid. vers. 5.
 Laues. i. politæ. ibid. vers. 7.
 Quasi Mercurij figuram induerit Augustus.
 ibid. vers. 10.
 Gr. pro pat. te voc. ibid. D. vers. 1.
 Ode 19. versis animosum equis Parthum.

ibid. D. vers. vlt.

In Oden 3. lib. 1.

Aëolus, qui apud Homer. in gratiam Vlyss.
 omnes ventos, præter Zephyrum, vtri inclusit.
 pag. 12. col. 1. c. vers. 1.
 Illi erat ἀέλιον ἤθος, ille erat ἀελλοειδής-
 διος, ibid. vers. 7.
 Vel arb. Adr. vel, freta Adr. ibid. D. vers. 2.
 Vt immania cete. Virg. ibid. vers. 5.
 Al. Alta ceraunia, Plac. Lut. ibid. vers. 7.
 Prometheus, qui Æschylo ἐπιμηθέης. i. ardua
 consilia versans. ead. pag. 12. col. 1. A. vers. 5.
 Nafos, affectasse ferunt regna caelestia gigan-
 tes. ibid. B. vers. 5.

In Oden quartam lib. 1.

In vicem redeunte vere: vel, vicissitudine ve-
 ris. pag. 16. col. 2. vers. 1. huius od.
 Trah. in mare ad nauigandum. vers. 2. eius-
 dem od.
 Imminente. i. propinqua. ibid. C. vers. 3.
 Dum Vulcanus Ven. maritus fabricatus a-
 pud Ætnam. ibid. C. vers. 6.
 Corolla ex myrto. ibid. vers. 7.
 Soluta vere, quæ hyemis frigore constructæ
 fuerant. ibid. D. vers. 1.
 Spatium breue. ibid. vers. vltim. in dictione
 summa.
 Fabulosi inferi. pag. 17. col. 1. A. vers. 1. in di-
 ctione, *fabuleæ*.
 Ob umbras exiles, & tenues. ibid. vers. 2. in
 dictione, *exilis*.

In Oden quintam lib. 1.

Munditie simplici contenta, pag. 21. col. 1. A.
 vers. 5. huius od.
 Animum tuum in se exasperatum. ibid. B.
 vers. 2.
 Ad dandam sibi operam. ibid. B. vers. 5.
 Non perspecta, nec explorata. ibid. vers. 8.
 Eius amorem tempestati comp. è qua nauifra-
 gus euaserit. ibid. vers. 9.

In Oden

In Oden sextam lib. 1.

Auspicii Homerici carm. Al. ex coniect. a-
 fiti. i. cui est cantus Hom. pag. 22. col. 1. c. vers. 2.
 Iram implacabilem. ibid. vers. 6.
 Vt Græc. διπλάσις ἀνὴρ, i. subdolos, versutus.
 ibid. vers. 7.
 Deterere. i. imminuere. ibid. D. vers. 2.
 Aliàs, quid. ibid. D. vers. 9.

In Oden septimam lib. 1.

Intactæ. i. virginis. pag. 24. col. 2. B. vers. 5.
 In al. edit. Vndique deceptæ frondi pr. oli-
 uam. i. oliuam alij cui libet fr. anteponere. ibid.
 B. vers. 7.
 Ob disciplinam seueram. ibid. C. vers. 3.
 Patre mihi infenso. ibid. D. vers. vlt.
 Alteram, de qua ambigi posset, an priori ce-
 deret. pag. 25. A. vers. 4.

In Oden octauam lib. 1.

Dum amaris ab eo, dum tuo amore captus
 est. pag. 29. col. 1. vers. 2. huius odes.
 Gallicanos equos nō flectat in campo Mar-
 tio. ead. pag. 29. col. 2. A. vers. 1.
 Cur iam neq; natat, neque palæstra gaudet.
 ibid. vers. 3.
 Nobilitatis iaculo expeditè misso. ibid. A.
 vers. 7.

In Oden nonam lib. 1.

Mons in Sab. vel in Faliscis. pag. 31. col. 1.
 vers. 2. huius od.
 Benignius. i. largiùs. ibid. vers. 6. eiusd. odes.
 Prome de d. amphora duas ansas, quasi au-
 res, habente. ibid. vers. 7. eiusd. od.
 Campus. i. Martius. ibid. C. vers. 10.
 Armillæ, aut annulus. ibid. D. vers. 4.
 Non satis pertinaci. ibid. vers. huius odæ
 in dictione, *malè*.

In Oden decimam lib. 1.

Maia Atlantis filia, Mercurij mater ex Ioue.
 pag. 33. col. 1. D. vers. 1.
 Dum terreret te minis, nisi boues redderes
 furto sublatas, cum risu expertus est tuam in
 fuganda etiam pharetra versutiam. ibid. D. ver-
 su 5.
 Virg. Æneid. 4. Tum virgam capit: hac ani-
 mas ille euocat Orco, & c. ead. pag. 33. A. vers. 9.

In Oden undecimam lib. 1.

Mathematicos, Astrologicos. pag. 36. col. 2.

vers. 2. huius odes.

Vt patiaris, ὅτε φέρεται, ibid. B. vers. 1.
 Quia vina percolata, deliciaiora. ibidem. B.
 vers. 4.

In Oden duodecimam lib. 1.

Suscipies celebrandum. pag. 38. col. 1. vers. 2.
 huius odæ.
 Imago vocis, Echo. ibid. C. vers. 1.
 Blandum ducere, gnarum ducendi blandi-
 tiis cantus. ibid. C. vers. 8.
 Partibus quatuor anni. ibid. D. vers. 3.
 Vt Virg. Proximus huic, longo sed prox. in-
 teruallo. ibid. D. vers. 6.
 Inimica virgo. i. Diana. ibid. D. vers. 9.
 Dioscuros, Castorem & Pollucem. ead. pag.
 38. col. 2. A. vers. 2.
 Fluit de faxis. ibid. vers. 6.
 Superbos, imperium Tarquinij. ibid. vers. 11.
 Fundus cum domo, quæ conueniret fructi-
 bus ipsius, non magnificentior, quàm pro illis
 esset. ibid. B. vers. 9.
 Vt mox, te minor, & c. ibid. C. vers. 6.
 Insidiantes, & mala illi machinantes. ibid.
 C. vers. 8. in dictione, *imminentis*.
 Equo animo, se inferiore m te gerens, reget
 terras, vt tu cælum. ibid. D. vers. 1.

In Oden decimamtertiam lib. 1.

Tabescam. pag. 43. col. 2. A. vers. 1.
 Inter pocula orta. ibid. vers. 3.
 Fore perpetuum. ibid. vers. 7.

In Oden 14. lib. 1.

Destitutus sis militibus. pag. 45. col. 2. B.
 vers. 2.
 Durare. i. perferre. ibid. vers. 5.
 Quamuis generis nobilitate gloriaris, nihil
 eam curant milites. ibid. B. vers. 9.
 Nisi vis esse ludibrio ventis, in naufragio. i.
 bid. C. vers. 3.

In Oden 15. lib. 1.

Ventorum flatum compressit. pag. 47. col. 2.
 D. vers. 2.
 Distribues, singula in singularum gratiam
 canens. pag. 48. col. 1. A. vers. 6.
 Cretensis. nam Cnosus est vrbs Cretæ. ibid.
 vers. 8.
 Serò tandem traheris mortuus. ibid. A. vers.
 10.
 Vrgent. i. insequuntur. ibid. B. vers. 4.
 Furit præ ardenti desiderio te reperiendi.
 ibid. B. vers. 8.

Melior. i. fortior, & præstantior. ibid. vers. 9.
Helenæ: cum illi contrâ, tuam fortunam iactares. ibid. C. vers. 2.

In Oden 16. lib. 1.

Siue igni, siue aqua eos abolere libeat. pag. 51. col. 2. A. vers. 3.
Tumultu. i. fulmine. ibid. B. vers. 2.
Ex quo primi homines fuerunt ficti. ibid. vers. 3.
Sic Terent. reddidisti animum. ibid. C. vers. vltim.

In Oden 17. lib. 1.

Faunus ex Lycæo in Lucretilem (qui mos in Sabinis) sæpe commigrat. pag. 54. col. 2. A. vers. 1.
Propulsat à capellis. ibid. vers. 3.
Vxores. i. capellæ. ibid. A. vers. 7.
Pes Ionicus pro choriambo. ibid. A. vers. 9.
Utumque. i. quodcumque. ibid. vers. 10.
Vsticæ. montis. ibid. vers. 11.
Cubantis. i. leuiter declinis. ibid. eod. vers.
Labore multo amplexus vnius Vlyffis patientes. ibid. B. vers. 8.
Non accedentis pectus ad quicquam reprehensione dignum. ibid. B. vers. 10.

In Oden 18. lib. 1.

Vino non madentibus. pag. 57. col. 2. C. vers. 1.
Habet in ore militiam, aut pauperiem. ibid. vers. 3.
Thracibus grauis, & infestus Bacchus. ibid. D. vers. 2.
Cupidi explendi libidinem. ibid. D. vers. 4.
Tua sacra non diuulgabo. ibid. vers. 5.
Contine tua tympana: patere me præ nimio vino insanire, vt tuæ Bacchæ, tympano audito, pag. 58. A. vers. 1.
Cui commissum arcanum patefit, & velut perlucet. ibid. A. vers. 4.

In Oden 19. lib. 1.

Qui nimium lubricè, & periculose aspiciuntur. pag. 60. col. 1. C. vers. 6.
Non spectant ad res meas, id est, ad amorem. ibid. vers. 10.
Aræ loco, vt Venerem placem. ibid. D. vers. 1.

In Oden 20. lib. 1.

Cui contr. Releui dolia, apud Terentium, pag. 61. col. 2. C. vers. 1.

Ad eò vt Etrusci fluminis ripæ. i. Tiberis. ibid. C. vers. 3.
Imago montis. i. Echo, vt Ode 12. ibid. vers. 6.
Pocula mea non temperantur vino Falerno, neque Formiano. ibid. C. vers. 8.

In Oden 21. lib. 1.

Monte in agro Tusculano, pag. 62. col. 2. vers. 6. huius odes.
Montis, & vrbis Lyciæ. ibid. vers. 8. eiusdem odes.

In Oden 22. lib. 1.

Mauri. i. iaculatores optimi. pag. 63. col. 2. vers. 2. huius od.
Littora Syrtibus marinis propinqua. ibid. C. vers. 3.
Hyaspes, Indiæ fluminis. ibid. C. vers. 6.
Expeditus, aliàs, expeditis. ibid. vers. 9.
Daunia. i. Appulia. ibid. D. vers. 1.
Iubæ tellus. i. Numidia. ibid. vers. 2.
Pone me campis pigris vbi nulla. ibid. vers. 4.
Graue, & infalubre cælum. ibid. vers. 6.

In Oden 23. lib. 1.

Inhærruere folia statu Fauonij, qui veris aduenientis est comes. pag. 66. col. 1. A. vers. 5.
Persequor, vt frangam, & dilacerem: sicut hæ feræ frang. hinnuleos. ibid. vers. 10.

In Oden 24. lib. 1.

Quis statui finis possit desiderio tam cari capitis: vt Græc. *ὅλην κεφαλήν*. Alij, præcip. lugub. cant. quis debeat esse modus? vel, queis, vt sit, pro, quibus. pag. 66. col. 2. C. vers. 1.
Non ita credi. quasi numquam repetendū. ibid. C. vers. 11.
Aliàs, quid si Thraic. & Num. v. san. imaginis. ibid. D. vers. 2.
Durum est, illum amisisse. ibid. vers. 8.
Corrigi non potest. ibid. vers. vltim.

In Oden 25. lib. 1.

Ianua non recedit à limine: quia clausa manet. pag. 68. col. 1. D. vers. 4. huius od.
Amatoris exclusi verba. ead. pag. col. 2. A. vers. 1.
Solo. i. deserto: & leuis, pro, vili. ibid. vers. 4.
Virg. Scil. ante omnes furor est insign. equarum. ibid. A. vers. 8.
Querendo etiam, quod iuuentus puellas vetulis præferat. ibid. vers. 10.

In oden

In Oden 26. lib. 1.

Vt procaëbus auferis, Virg. pag. 70. col. 1. C. vers. 2. huius Odes.
Aliàs, Mithredatem. ibidem. D. vers. 1.
Pimplea. i. musa à Pimpleo monte. ibidem. D. vers. 5.
Consecrare immortalitati fidibus Latinis, & carmine Sapphico, vel Alcaico. ibidem. vers. 8.

In Oden 27. lib. 1.

Natis. i. natura comparatis. pagina. 71. col. 1. vers. 1. huius Ode.
A computationibus & conuiujs plurimum distet. ferrum. Luc. autem tanquam de nocturnis conuiujs. ead. pagina. 71. col. 2. A. vers. 3.
Quia cœnabant accumbentes, & cubito innitentes. ibidem. vers. 6.

In Oden 28. lib. 1.

Menforem. i. geometram. pagina. 75. col. 1. C. vers. 2.
In Appulia. ibidem. vers. 2.
Non profuit ad vitandam mortem. ibid. vers. 4.
Tantalus. Hæc aurem respondet Architas. ibidem. vers. 7.
Panthoidem. i. Pythagoram. ibid. D. vers. 2.
Refixio. i. detractio. ibid. D. vers. 3.
Sordidus. i. contemptus. ibid. vers. 6.
Nox. i. tenebrae mortis. ibid. vers. 8.
Ad occasum vergentis. vel siti in declini parte cæli. ead. pagina. 75. col. 2. A. vers. 4.
Precantis est. ibid. vers. 8.
Forfan non dubitas admittete culpam, quæ, &c. Tibi ipsi igitur idem vicissim contingat. Aliàs, committere: fors & deb. &c. ibidem. B. vers. 4.
In Oden 29. lib. 1.
Beatis. i. opulentis. pag. 80. col. 1. vers. 1. huius odes.
Te paras ad ducendum Medos captiuos. ead. pag. 80. col. 2. A. vers. 2.
Vndis. i. vnguentatis. ibid. vers. 5.

In Oden 30. lib. 1.

Sacellum tibi consecratum ab illa. pagina. 81. col. 2. A. vers. 4.
Puer. i. Cupido. ibid. vers. 5.
Iuuentæ dea. ibid. vers. 7.

In Oden 31. lib. 1.

Cui templum dedicauit Augustus in palatio. pag. 82. col. 1. vers. 1. huius odae.
Libans dijs vini primitias. ibid. D. vers. 1.
Mordet. i. radit, alluit. ibid. D. vers. 6.
Amputent vvas cultello, falcis instar incuruo. ibid. vers. 7.
Exsiccet, pro, exhauriat poculis vina, per hypallagen. ibid. D. vers. 10.
Reparata, id est, empta nummis acceptis ex S. m. ibidem. D. vers. vltimo in dictione, reparata.
Impune. i. sine naufragio. ead. pag. 82. col. 2. A. vers. 3. in dictione, Impune.
Paratis. i. partis. ibid. A. vers. 5.
Lato. i. Apollo. ibid. vers. 6.
Des mentem sanam in corpore sano. ibid. cod. vers.

In oden 32. lib. 1.

Vacui. i. otiosi. pagina. 83. col. 2. D. vers. 1. huius odae.
Modulis sonis adhibite ab Alcaeo. pag. 84. col. 1. A. vers. 3.
Siue erat in castris, siue ad portum aliquem appulerat. ibid. vers. 4.
Quotiescunque te euoco, salue. L. ex por. Exp. & aliter. ibid. B. vers. 2.

In oden 33. lib. 1.

Ne forte doleas, &c. audi quod dicam, insignem, &c. vel, hoc te scire volo, insignem, &c. Q. d. ne hoc tibi foli vsu venire putes. pagin. 85. vers. 1. huius odes.
Venus, id est, amica. ibid. C. vers. 7.

In oden 34. lib. 1.

Sapientiæ infanientis. i. Epicuræ. pag. 86. col. 2. D. vers. 2.
Consilium mutare. ibid. vers. 3.
Cælo sereno. quod Lucretius negat fieri posse. ibid. vers. 5.
Bruta tellus. i. immobilis. pag. 87. col. 1. A. vers. 1.
Vnde dicitur, esse iter ad inferos. ibid. vers. 2.
Apicem. i. summos honores. ibid. A. vers. 6.

In Oden 35. lib. 1.

Cui est in promptu, &c. ad manum tollere, &c. pag. 88. col. 2. vers. 2. huius odae.
Commutare funeribus triumphos. ibidem. D. vers. 2.
Columen imperij, don. in Ter. pag. 89. col. 1. A. vers. 3.
Clauo trabali figere, cic. pro, confirmare.

mare, & constabilire. ibidem. versu. 7.
 Quandocumque deseris, quos antea beasti.
 ibid. B. vers. 1.
 Dolose agentes inferedo pariter iugo. ibid.
 vers. 6.
 Ut Virg. Et pen. toto diffusos in orbe Bri-
 tannos. ibidem versu 8. in dictione Britan-
 nos.
 Exercitum è iuuenibus. ibid. vers. 9.
 In bello ciuili acceptarum, fratrumque ci-
 uium. Vel, quia interdum duo fratres contra-
 riarum erant partium. ibid. B. vers. 11. in dictio-
 ne, cicatricem.
 Armo aduersus ciues hebetata diffingens,
 alia ex iisdem refingas in Massagetis. ibidem C.
 vers. 6.

In Oden 36. lib. 1.

Magistro & doctore: vel, quopiam amico
 potentiore. pag. 93. col. 1. C. vers. 1. in dictione
 rege.
 Cressa, id est, alba. ibid. vers. 4. in dictione,
 Cressa.
 Neui cessemus saltare Saliorum more. ibid.
 vers. 5. in dictione, Salium.
 Poculo capacissimo. neu certe cum Basso
 magnitudine poculi, sed cum Numida. ibidem
 vers. 8. in dictione, amythide.

In Oden 37. lib. 1.

Opiparis, à Salis. pag. 95. column. 1. vers. 2. hif-
 ius odes.
 Cum cunctichis, & cinazdis. ibid. B. vers. 6. in
 dictione, contaminato.
 Vno, quod ad Marcotidem paludem Ægy-
 pti nascitur. ibid. C. vers. 1.
 Nec se contulit in abditas Ægypti late-
 bras: Quasi dicat, nec reparauit salutem ad
 illas latebras confugiendo. ibid. C. vers. 10.
 in dictione, latenteis.

In Oden 38. & vlt. lib. 1.

Vnguenta, odores, coronas sumptuosas,
 & alias conuiuorum Persicas delicias. pag.
 98. col. 1. vers. 1. huius odes. in dictione, appa-
 ratus.
 Serò nascens, cum iam alibi defecerit.
 ibidem, versu 4. eiusdem odes. in dictione,
 Sera.
 Nec labores, vt quicquam addas myrto.
 ibidem versu 5. eiusdem odes. in dictione, al-
 labores.

In Oden 1. lib. 2.

Bellum ciuile. pag. 99. vers. 1. huius odes.
 Cruenta, sang. ciuil. nondum expiato. ibid. e,
 vers. 5. in dictione, expiatis.
 Careant theatra tuis trag. donec quæ in rep.
 sunt turbata, in suum ordinem restitueris.
 ibidem vers. 9. huius odes. in dictione, seueræ.
 Vtpote quem collegerint moriendo pro pa-
 tria. eadem pagina 99. column. 1. B. vers. 4. in
 dictione, indecoro.
 Atrocem. i. imperterritum. ibid. B. vers. 6. in
 dictione, atrocem.
 Tellure. i. Africa. ibid. B. vers. 9. in ipsa di-
 ctione, Tellure.
 Victor Rom. posteros, versu eodem. in di-
 ctione, victorum.
 Hesperia. i. Halica. ibidem. vers. vlt.
 Daunia. i. Appulorum & Italarum. eadem
 pag. 99. col. 2. A. vers. 2.
 Cæ neneæ, Simonidei carminis. retr. iteru
 tractes. ibid. A. vers. 6.

In Oden 2. lib. 2.

Q. d. nulla est argenti ratio: vel, perit ar-
 gento sua gratia, nisi, &c. pagina 101. colum.
 2. vers. 1. huius odes.
 Qui odisti laminam in terras defossam. ibid.
 vers. 2. eiusdem odes.
 Quæ cauet, ne soluatur. pag. 102. column. 1.
 A. vers. 4.
 Cupiditates refrenandæ. ibid. A. vers. 6.
 Morbum suum auget, dum desiderio suo
 obsequitur. ibid. vers. 10.
 Virtus, à plebe dissentiens, negat habendum
 esse inter beatos. ibid. B. vers. 3.
 Perpetuo mansuram lauream. ibid. B. vers. 8.

In oden 3. lib. 2.

Æquo animo ferre res aduersas memen-
 to, & in prosperis latitia insolenti non ef-
 ferri: ð Deli, qui moriturus es, seu mœ-
 stus, &c. pagina 105. columna 2. versu 1. hu-
 ius odes.
 Falerno interius recondito, & notam ap-
 positam habente, qua commendetur. ibidem
 C. vers. 4.
 Lauit, pro latat, id est, alluit. ibidem D.
 vers. 3.
 Exageratis in altam molem, ibidem ver-
 su 4.
 Libr. 3. Od. 1. Omne capax mouet vr-
 na nomen. pag. 106. column. 1. A. vers. 2. in di-
 ctione, vrna.
 Ser. siue ser. siue oc. vel, Aliis ser. aliis
 oc. cym. Charontis. ibid. eod. vers. in dictione,
 ferus.

In oden

In Oden 4. lib. 2.

Ne, vt principio Odes 33. libr. 1.
 Pt. olim. pagina 108. col. 1. versu. 1. huius
 odes.
 Cassandra, Priami filia. ibidem. D. ver-
 su 5.
 Achille, vel Neopt. eius filio. ibid. D. vers. 7.
 in dictione, Thessalo.
 Fecit vt facilius possent euerti. ibidem, ver-
 su 8.
 Fortasse Phyllis nobilioribus & potentiori-
 bus parentibus orta est, & quibus decoreris: de-
 flet saltem ipsa regu genus. ead. pag. 108. col. 2.
 A. versu. 1.
 Quæ lucrum auerfetur. ibidem. versu. 7.
 Intactus illius amore. ibidem. versu. 10.
 Caue, ne id suspiceris de me, cum sim natus
 annos 40. ibidem. eod. versu.
 Trepidauit atas, id est, festinauit. ibidem.
 vers. 11.

In Oden 5. lib. 2.

Allegoria à iuuenta nondum iugum passa.
 110. col. 1. A. vers. 1.
 Solantis. i. leuantis. ibid. vers. 7.
 Iamiam, mox breue tempus illam virginem,
 nunc immaturam, reddet maturam. ibidem.
 vers. 10.
 Florentis ætatis quantum illa florescet æta-
 te, tu tantum ingrauesces. ibid. B. vers. 3.
 Ab hospite internosci non ob latentem dif-
 ferentiam. ibid. B. vers. 10.
 Qui incertos de sexu redderet. ibid. c. vers. 2.
 & vltim. in dictione, ambiguaque.

In Oden 6. lib. 2.

Iugo nostro non assuetum. pag. 111. col. 2.
 vers. 2. huius Odes.
 Conditum à Tiburno Argeo. ibid. c. vers. 1.
 Finis nauigationum, & itinerum. ibidem.
 versu 3.
 Al. Galesum, est autem in Calabria. ibid.
 vers. 6. in dictione Galefi.
 Rura, scilicet, Tarentina. ibid. c. vers. 8.
 Ridet. i. accidet, placet. ibid. vers. 10.
 Cedunt Hymettis, inferiora sunt. ibidem. c.
 vers. 11.
 Cuius oliuæ certant cum Venafranis. ibid.
 D. vers. 1.
 Fortasse collis Tarento vicinus. ibid. D.
 vers. 3.
 Habet, vvas, quæ faciunt, vt non inuideat
 Falernis. ibid. vers. 5.

Ibi meos cineres lachrymis consperges. ibi-
 dem vers. 8.

In Oden 7. lib. 2.

Diei, qui longior solito videbatur, partern
 poculis impendi. pagina 113. column. 1. C. ver-
 su 6.
 Malobathro vnguento. ibid. vers. 8.
 Non bene turpiter. ibid. D. vers. 2.
 Turpe quidam per parenthesis intelligunt
 aduerbium. ibid. vers. 4.
 Tetigere. id est, occubuerunt. ibidem. eodem
 versu.
 Sic Virg. Venus obscuro aëre sepfit. ibid. D.
 vers. 6.
 Obligatam. i. votam, promissam. ibid. ver-
 su 9.
 Destinatis. i. tibi addictis. ead. pag. 113. col. 2.
 A. vers. 2.
 Obliuiofo. i. obliuionem curarum afferente
 ibidem. versu tertio. in eadem dictione, obli-
 uiofo.
 Ciboria vasa. ibid. vers. 4.
 Venus. i. talorum iactus venerus. ibidem A.
 vers. 7.
 Arbitrum. i. moderatorem computationis.
 ibid. eod. vers.
 Edonis, Thraciæ populis. ibid. vers. 9.
 Recepto, id est, recuperato. ibidem. eodem
 versu.
 Furere. i. vsque ad furorem potare. ibid. vers.
 vltim. huius od.

In Oden 8. lib. 2.

Tibi iuranti. pag. 116. column. 1. versu 5. hu-
 ius odes.
 Per caput tuum perfidè iurasti. ibid. vers. 6.
 eiusdem odes.
 Talis, vt ab omnibus iuuenibus publicè a-
 meris. ibid. D. vers. 1.
 Per matris manes falsum iurare, & per fide-
 ra, &c. ibidem. D. versu. 2.
 Amatorum numerus augetur. ead. pag. 116.
 col. 2. A. versu. 2.
 Iuuenis. i. filius adolefcētulis. ibidem. A. ver-
 su. 5.
 Ne mariti tua venustate velut afflati, aliquid
 de suo in ipsas amore remittant. ibidem. ver-
 su. 7.

In Oden nonam lib. 2.

Ab effectu. pagina 117. column. 2. D. vers. 5.
 Nec vesperi, nec manè cessas deslere tuos a-
 mores. pag. 118. col. 1. A. vers. 1.

Nestor, qui tres ætates vixit. ibidem. versu 4.
 Vt Græc. ἄνευ ἰδρυμένων. ibidem. versu 8.
 Niphatem, Arm. & Medum Mediæ fluvios, quasi sentientes se cum Medis & Arm. victos, suos cursus contrahere. ibidem A. versu 11.
 Gclonos, Schytia Europææ populos. ibid. B. versu 3.

In Oden 10. lib. 2.

In alto mari nauigando. pag. 119. col. 2. D. versu 1.
 Inuidiæ obnoxia, inuidiosa. ibidem versu 7.
 Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant. 120. col. 1. A. versu 1.
 Infestis. i. in rebus aduersis. ibidem. versu 4.
 Ad omnem euentum præmunitus animus. ibid. versu 5.
 Deformantes omnia. ibid. versu 6.
 Quondam. i. interdum. ibid. versu 9.
 Neque semper arcum tendit Apollo. i. neque semper est iratus. vt, condito lenis, placidusque telo. ibid. versu 10.

In Oden 11. lib. 2.

Seiunctus à nobis. pag. 121. col. 1. versu 3. huius odes.
 Anxius sis de iis, quæ vitæ sunt necessaria. ibid. versu 4. eiusdem odes.
 Æternis minorem. vide annotationem. ibid. C. versu 4.
 Qualemcunque sedem, vel locum ex tempore præbebit humus. ibid. C. versu 7.
 Euius. i. Bacchus. ibid. C. versu 10.
 Restinguet. i. temperabit. ibid. D. versu 2.
 Aqua riuu aut fluminis prætereuntis. ibid. versu 3.
 Denium. i. minimè obuium: cuius cedes à via publica sunt remotæ. ibid. versu 4.
 Maturescunt venire religatâ comam in nodum cõptum Lacanæ. i. negligenter. Aliàs, in comptû, de quo in annotat. ibid. D. versu 6.

In Oden 12. lib. 2.

Nolis. i. ne iubeas. pag. 123. col. 1. versu 1. huius odes.
 Quod nihil magis quam Lapithas. ibidem. B. versu 2.
 Hylæum, centaurum. ibid. versu 3.
 Terræ filios gigantes. ibid. versu 4.
 Soluta oratione scriptis. ibid. versu 6.
 Ducta in triumphum. ibid. versu 8.
 Vel, Licinnia. Aliàs, Lycynnia. ibidem versu 10.
 Sic paulò post. Lucidè fulg. ibid. versu 11.

Quam non dedecuit salutare, &c. quòd eius atati, & formæ hæc conueniât. Vel, quæ decen-ter hæc fecit. ibid. C. versu 3.
 Fragrantia. aliàs, flagrantia. ibidem D. versu 1.
 Quæ poscente, id est, magis gaudeat sibi eripi, quem gaudet ille ipse, qui ea poscit. Interdum prior illa rapiat. ibid. versu 3.

In Oden 13. lib. 2.

Nepotum. i. posterorum. pag. 124. col. 2. versu 3. huius odes.
 Fregisse ceruicem. sic & Cicero loquitur. ibid. C. versu 3.
 In penetralibus domus hospitem occidisse. ibid. eod. versu.
 Quod tandem casurum eras. ibid. C. versu 8.
 Cautè prospectum. Et in horas possit iungi cum verbo, vitet. ibid. D. versu 1.
 Hic. met. ali. tribrachus pro dactylo. ibid. D. versu 3.
 A qua sibi cauendum esse nesciunt. ibid. versu 6.
 Popularibus, id est, Lesbiiis. 125. col. 1. A. versu 2.
 Grauiore carmine, & plus neruorum habente. ibid. versu 3.
 Fugæ, id est, exilij, vt Græc. φυγῆς. ibidem versu 5.
 Exactos. i. expulsos. ibid. versu 8.
 Bibit. i. audistimè audit. ibid. versu 9.
 Quod de vmbri dixi. ibid. versu 10.
 Bellua centiceps, id est, Cerberus. ibid. versu 11.
 Non est hic hellen. qui creditur. vide annot. ibid. B. versu 4.

In Oden 14. lib. 2.

Ter amplum, id est, tricripitem, cum Hesiodo: vel, tricorporem. pagina 127. column. 2. D. versu 2.
 Vnda enauigat. ibid. D. versu 4.
 Prælia vitabimus, & mare. ibidem D. versu 8.
 Metuemus. i. vitabimus. pagin. 128. col. 1. A. versu 1.
 Filia infames cæde suorum maritorum. ibid. versu 3.
 Breuem dominum futurum. Vel, qui fueris breuis dominus. ibid. versu 9.
 Senuata, à te. ibid. versu 11.
 Tantum aberit, vt eius potui parcat. vide annot. ibid. B. versu 1.

In Oden 15. lib. 2.

Vt Cicero, substructionum infanæ moles. pag.

pag. 131. col. 1. C. versu 2.
 Quæ non solet maritari viti, vt vlmus. ibid. C. versu 4.
 Frequentior erit vlmis: & ex oliuetis sicut violaria, myrteta, &c. ibid. versu 5.
 Ardorem radiorum solis vmbra sua arcebit. ibid. versu 9.
 Commune. Vt Græc. κοινόν. publica res magna. ibid. D. versu 5.
 Nemo priuatam domum ædificans, decem pedum porticum septentrionibus obiectū matatur. ibid. eod. versu.

In Oden 16. lib. 2.

Quietem, vel, vitam quietam, & tranquillâ. pag. 132. col. 2. versu 1. huius odes.
 Prensus Ægeo. i. à tempestate interceptus. ibid. versu 2. eiusdem odes.
 Laquearibus ornatas domos diuitum. ibid. C. versu 3.
 Beatè viuunt ab eo, cui paterum &c. ibidem. versu 5.
 Iaculamur. i. affectamus. quidam: appetimus. ibid. C. versu 9.
 Quis, relinquendo patriam, suos etiam illos tumultus mentis, & curas reliquit: ibidem. D. versu 1.
 Sic Od. 1. lib. 3. -- sed timor, & minæ Scandunt, &c. ibidem. D. versu 3. in verbo Scandit.
 Od. 8. lib. 3. Dona præsentis cape lætus horæ ibid. versu 7.
 Quod vltra est. i. quod futurum est. ibidem. eod. versu.
 Pisce, ex cuius sanguine confici solitus color purpureus. pag. 133. col. 1. A. versu 8.
 Venam à Graia camœna deriuatam. ibidem. versu 10.

In Oden 17. lib. 2.

Vt Od. 1. lib. 1. O & præsidium, & dulce decus meum. pag. 136. Col. 2. B. versu 2.
 Quid ergo, qui sum altera pars, non statim sequor, cum nec carus æquè, nec integer sim superstiturus? ibid. versu 4.
 Vt cumque. i. quodcumque. ibid. versu 9.
 Extremum vitæ diem tecum obire. ibid. eod. versu.
 Aliàs, Gyges & gygas. ibid. C. versu 2.
 Abstrahet à te. ibid. versu 2.
 In quocunque signo sit meus horoscopus, conuenit tuo. L. Venus: Sc. Mars. capr. Saturnus. ibid. versu 5.
 Saturni stella pericula affert, sed euincitur superfulgente Iouis stella. Por. ibidem. C. ver-

su 11
 Nam poetæ dicuntur esse sub tutilla Mercurij. ibid. D. versu 6.

In Oden 18. lib. 2.

Ex Hymetto monte. pag. 139. col. 1. versu 3. huius odes.
 Nullius diuitis hæreditatem malis artibus expugnauit. ibid. D. versu 2.
 Meorum clientum vxores nõ carpiunt mihi lanas ad conficiendas prætextas. ibid. versu 4.
 Benigna. i. larga. ibid. D. versu 7.
 Non fatigo deos precibus, vt vltra sint in me benefici. ibid. versu 8.
 Sub tempus funeris conducis, qui marmora fecent ad ædificandum, ead. pag. 139. col. 2. A. versu 5.
 Quia iactis vltra litus in mare molibus ædificas, non contentus terra continente. ibid. versu 8.
 Reutilis terminis, occupas agellos vicinorum tuorum, & clientium. ibid. versu 11.
 Deos, scilicet, Penates. ibid. B. versu 3.
 Nulla certior aula destinata manet herum, quam rapacis orci finis destin. i. domus, te accipiens vita finita. ibid. B. versu 5.
 Audit, vt veniat leuatum. ibid. C. versu 3.

In Oden 19. lib. 2.

Turbidum lætatur, aduerbialiter. pag. 142. col. 1. D. versu 4.
 Iterum atque iterum cantare. ead. pag. col. 1. A. versu 1.
 Coniugis, scilicet, Ariadnæ. ibid. A. versu 2.
 Honorem, videlicet, coronam. ibid. versu 3.
 Vuidus. i. vino madidus. ibid. versu 7.
 Serpentibus implicas crines Thar. sine damno. ibid. versu 8.
 In medio constitutus, quasi æquè ad vtrun-que paratus. ibid. B. versu 6. in dictione, mediūf-que.
 Ita vt nihil mihi noceret. ibid. versu 7.

In Oden 20. lib. 2.

Biformis vates. i. Lyricus & Satyricus. Alij, nouam alitis formam sumens. pag. 145. col. 1. D. versu 1.
 Obscuro loco natus, libertino patre. ibid. D. versu 4.
 Residunt. i. insidunt. ibid. versu 8.
 Alitem, scilicet, cygnum. ibid. D. versu 9. vlc.
 Supernè, aliàs, superna eadem pagina G iij

col. 2. A. vers. 1.
Murmure gemitum imitantis . ibidem
vers. 4.

In Oden primam libr. 3.

Malè ominatis verbis parcite. vt Ode 14. pag.
147. vers. 2. huius Odes.

Ad Homeri dictū. respexisse putatur ibid. vers.
8. huius odæ.

Fieri quidem potest, vt alius plus agrorum,
alius plus honorum obtineat. &c. sed æqua lege
mors, &c. ibid. vers. 9. eiusdem odæ.

Necessitas mortis, vt Græc. ἀνάγκη. & ἡμοῖς
ἀνάγκη. ibidem, eadem pag. 147. column. 1. A.
vers. 5.

Virg. Æneid. 6. Quæsitur Minos vrnâ mouet.
ibid. vers. 7.

Cui semper aliquis terror impendit vt hoc
exemplo Dionis. tyrann. signif. ibid. vers. 8. in
dictione destrictus.

Non plus quàm satis est. ibid. B. vers. 7.

Iactis in mare molibus ad ædificandū. vide
Oden 15. libr. 2. ibidem C. vers. 7. in dictione
iactis.

Qui terram fastidians, in mari ædificat. ead.
pag. 147. col. 2. A. vers. 2.

Vt, Scædit æratas vitiosa naues cura, &c. ibid.
A. vers. 3.

Valle fundi mei Sabini. ibid. B. vers. 4.

In Oden 2. libr. 3.

Matrona, id est, vxor. pagina 150. col. 1. &
vers. 7.

Suspirans hæc dicat ibid. d. vers. vlt.

Rudis agminum. i. imperitus rei militaris.
ibid. eod. vers.

Leonem. i. Romanum hunc militem. ead.
pag. 150. col. 2. A. vers. 2.

Ex Simonide. ibid. vers. 5.

Quia virtus nõ finit nos petere eos honores,
in quorum petitione repullam pati possumus.
ibid. B. vers. 1. in dictione, virtus.

Vide Oden vltimam libri primi. ibidem B.
vers. 4.

In Oden 3. libr. 3.

De sententia dimouet in qua semel se obfir-
marit pag. 154. col. 1. D. vers. 4.

Hæc arte iustitiæ & constantiæ. ibidem
vers. 9.

Militantem. Vel, merentem præcurum. ead.
pag. 154. col. 2. A. vers. 3.

Bellica fortitudine immortalitatem conse-
cutus est Romulus. ibid. A. vers. 6.

Confiliantibus, consilium habentibus. ibid.

vers. 7.

Destituit. i. fraudauit. ibid. A. vers. 11.

Productum, protractum bellum sedatum
est. ibid. B. vers. 8.

Nepotem scilicet, Romulum. ibid. vers. 10.
Illa. ibid. vers. 11.

Condonabo. alibi, pro, reddere. ibidem C.
vers. 1.

Dummodo longū maris spatium inter Tro-
iam & Romam sit interiectum, Troiani regāto,
&c. ibid. vers. 5.

Dummodo ita deserta sit Troia, vt iustra fe-
ris suppediret. ibid. vers. 9.

Interiectum fretum Gaditanum, ibid. D.
vers. 4.

Roma fortitudinē ostendens potius in sper-
nando auro, & relinquendo ineffossum, quàm
in eo congerendo humanus in vsus. ibidem. D.
vers. 6.

Plagā torridam, & plagam glaciale pag. 155.
col. 1. A. vers. 3.

Fata de imperij dilatatione. ibidem ver-
su 5.

Intelligitur quod præcedit ex eo, quod con-
sequitur ibidem B. versu 3. in dictione, Ter
vxor.

Sic supra Ode 1. lib. 2. Sed ne rel. Mu. procar
iocosis, &c. ibidem versu, 5.

In Oden 4. libr. 3.

Vulture, scilicet, monte. pag. 160. col. 1. C.
versu 5.

Appuliæ altricis fabulosa. Alij fabulosa pa-
lumbes me puerū fronde noua texere. i. recenti,
seu viridi ibidem C. versu 6.

Acher. vrbis Lucaniæ. nitidum aurem, quod
sita esset in monte. ibid. versu 10.

Humilis in valle positi. ibid. D. versu 10.

Diuino numine redditus animosus. ibid. D.
versu 5.

Vester, vestro præsidio tutus. ibidem.
vers. 6.

De qua in Ode 7. libr. 2. pag. ead. 160. col. 2.
A. versu 2.

De qua in Ode 17. lib. 2. ibidem versu 3.

Palinurus, promontorium Lucaniæ. ibidem
versu 4.

Consilio & prudentia fregit immensas gi-
gantum vires. vide vers. 65. Vis consilij expers,
&c. ibidem C. versu 6.

Regna tristia, scilicet, inferorum. ibidem B.
versu 10.

Virgil. Ter sunt conimponere Pelio Ossa. ibid.
C. versu 6.

Clypeum Iduis, quo & Pallas vitum. ibid.
versu 11.

Latit,

Lauit, pro lauat, vt alibi. ibid. D. vers. 4.

Quæ consilio regitur. ibid. D. vers. vlt.

Alias, Gigas. quidam reponunt, Gyas. pag.
161. col. 1. A. vers. 3.

Ignis non properat absumere Ætnam, vt il-
lius imposito onere semper grauentur. ibidem
vers. 10.

In Oden 5. libr. 3.

Credidimus antea Iouem regnare, nūc præ-
sens Augustus diuus habetur. pag. 166. column. 1.
vers. 1. huius Odes.

Itane miles crassi sustinuit mar. esse coniu-
gis bar. Sustinuit turpitudinem & infamiam
talis coniugij. ibidem B. vers. 1. in dictione,
Milésine.

Medo, pro Persa & Partho. ibid. vers. 5.

Ne ab hoste vita redimeretur tam turpibus
conditionibus. ibid. vers. 9.

Vt sublato omni metu. ibid. C. vers. 9.

Repensus. i. redemptus. ibid. vers. 11.

Vt lana amissos colores non refert, ita nec
virtus, &c. ibid. D. vers. 2.

Iis, qui facti fuerint deteriores. ibid. vers. 5.

Permisit se hostium potestati. ibid. vers. 8.

Fertur, scilicet, Regulus. ead. pag. 166. col. 2.
A. vers. 7.

Capitis minor. i. capite minutus. ibid. ver-
su 8.

In humum deiecit. ibid. vers. 10.

Labantes, vacillantes & mutantes. ibid. ver-
su 11.

Non alio vultu, non magis tristi vultu va-
ledixit propinquis. ibid. B. vers. 5.

In Oden 6. libr. 3.

Ex deorum cultu imperium adeptus es, fac,
vt eodem conferretur. pag. 17. column. 2. C.
vers. 3.

Lætatur se nostris spoliis esse ditatum. ibid.
C. vers. 9.

Quæ noua subinde vitia patiunt. ibid. D.
vers. 4.

Ex nuptiis per adulteria inquinatis. ibid. D.
vers. 6.

Artibus. alias, artibus. pag. 171. col. 1. A. vers.
11. in eadem dictione artibus.

Iam inde à teneris vnguiculis. *ὁ δὲ τῶν ἀπα-
λῶν ὀνύχων.* ibid. vers. 3.

Marito suo. ibid. vers. 4.

Qui magno pretio hoc adulterij dedecus
emit. ibid. vers. 11.

Gratum & optatum quietis tempus addu-
cens. ibid. B. vers. 10. in dictione, amicum.

In Oden 7. libr. 3.

Post occalum capræ, & Hædorum. Infana;

quod eorum ortus magnas tempestates excitet.
pag. 174. col. 1. A. vers. 6.

Tuis ignibus. i. amore illius, qui tuus est.
ibid. vers. 10. in dictione, tuis.

Narrat, vt Prætorum vxor impulserit ad occi-
dendum Bellerofontem criminibus falsis. ibid.
B. vers. 2.

Vt ille tibi fidem seruat, tu ei vicissim serua-
to, & omnem eius frangendæ occasionem vita.
ibid. C. vers. 2.

In Oden 8. libr. 3.

Sermones, alias sermonis, quod creditur an-
tiquè scriptum, pro, sermones. pag. 176. col. 2.
vers. 5. huius odæ.

De hoc icu, ode 13. lib. 2. 177. column. 1. A.
vers. 1.

Dies festus anniuersarius. ibid. vers. 3.

Ab amphora dimouebit, seu demouebit.
Relinetur amphora picato cortice obstructa.

De fumo vide annot. ibid. vers. 5.

Præ se inter se laborant seditionibus. ibid.
B. vers. 2.

Deposita pugnandi voluntate. ibid. vers. 6.

Tu negligens, non populus negl. ibidem
vers. 8.

In Oden 9. libr. 3.

Lydia postponebatur Chloæ. pag. 179. co-
lumn. 1. C. vers. 7. huius Odes.

Si morte mea vitam eius possim redimere.
ibid. D. vers. 6.

Vt Ode 33. lib. 1. fretis acrior Adriæ. eadem
pag. col. 2. A. vers. 9.

In Oden 10. libr. 3.

Etiam si barbara barbaro nupisisses. pag. 180.
col. 2. A. vers. 1.

Misericordia moueris, quominus obice-
res me aquilonibus. ibid. vers. 4.

Sereno cælo, quod hyeme magis frigidum
est, quàm nebulosum. ibid. vers. 8.

Violaceum colorem imitans. ibid. B. vers. 3.

Flebit animum tuum. ibid. vers. 5.

Pernotationis in limine. Vel, laboris iacē-
di in limine. ibid. C. vers. 8.

In Oden 11. libr. 3.

Callida neruis. i. perita sonandi. pagin. 182.
col. 2. vers. 4. huius Odæ.

Cruda virgo. i. immatura. ibid. C. vers. 8.

Cum Orpheus Eury dicen suam renocatum
iret. ibid. vers. 11.

Quæ fata sunt destinata peccatis. pagin. 183.
col. 1. A. vers. 5.

Quid magis impium potuere. ibid. vers. 12.

Ita mendax, vt inde magnum nominis sui
G iiij

splendorem acquirerit. Vel, cum magna laude & gloria mentita est. *ibid.* A. vers. 11.
Falle. i. effuge. *ibid.* B. vers. 5.

In Oden 12. lib. 3.

Amori dare ludum. i. amori indulgere. pag. 185. col. 2. vers. 1. huius Odes.
Vt alibi, vini, cadum amara curarum eluere efficacem dicit. *ibid.* C. vers. 2. eiusdem odæ.

In oden. 13. lib. 3.

Vide annotationem. pagin. 187. col. 2. vers. 2. huius Odæ.
Spem facit Veneris & prælori. *ibid.* vers. 6. eiusd. odes.
Nam tibi immolabitur. *ibid.* vers. 6. eiusdem odæ.

In Oden 14. lib. 3.

Cæsar, qui modò dictus fuerat ad bellum profectus, vt mortis periculo emeret honorem viætoriæ. Hispana repetit penates viætor ab ora. pag. 189. col. 2. C. vers. 1.
Iustus diuis, qui viætoriam, & reditum Cæsari merenti dederint. *ibid.* vers. 4.
Soror. i. Augusti Octauia. *ibid.* vers. 5.
Nominatis, aliàs, ominatis. vide annot. 189. C. vers. 9.

In Oden 15. lib. 3.

Figè, aliàs, pone. pag. 192. col. 1. vers. 2. huius Odes.
Libinidi & meretriciis laboribus. *ibid.* vers. 3. eiusd. odæ.
Maturæ, id est, maturæ morti. *ibidem* B. vers. 1.
Tua canitie obscurare illarum virginum nitorem similem stellis. *ibid.* B. vers. 3.
Magis decet filiam domos iuuenum expugnare. *ibid.* B. vers. 5.

In Oden 16. lib. 3.

Fore enim dicebant, vel, sciebant. pagin. 193. col. 1. B. vers. 7.
Aurum. *ibid.* vers. 8.
Solet, vt alibi. *ibid.* C. vers. 1.
Amphiarai. *ibid.* C. vers. 2.
Philippus, Alexandri pater. *ibid.* vers. 5.
Irretiunt. *ibid.* vers. 7.
Perhorruit videtur legisse vetus scholiastes. *ibid.* vers. 9.
Quanto paucioribus contentus esse voluerit. *ibid.* D. vers. 1.
Dom. cont. rei. quia qui bona contempnit, nihilo magis se carere iis sentit, quàm si possideret. vel aliter. vide annot. *ibid.* D. vers. 5.

Seges fidelis, non mendax. *ibid.* col. 2. A. vers. 3.

Fallit, pro, laret. hoc autem, exemplo Græc. λαθάνει αὐτὸν ὁ σὸς εὐδαιμονεστέρη. *ibid.* vers. 5.
Vt alibi languidiora vina, de vetustioribus. *ibid.* vers. 8.
Repressâ cupiditate. *ibid.* B. vers. 2.
Vt alibi, - quàm si Lib. remotis, Gad. iurgas. *ibid.* B. vers. 4.

In Oden 17. lib. 3.

Princeps. i. primus. pag. 198. col. 2. A. vers. 7.
Mar. nymphæ. *ibid.* in dictione, Maricæ.
Fluuium, qui in Minturnas influit. *ibid.* 8.
Vt Ode 27. Imbrium diuina atus imminentum. *ibid.* B. vers. 2.

In Oden 18. lib. 3.

Paruo facti pec. vt agnis, & hædis. alij de vernulis intellig. pag. 199. column. 2. versu. 4. eiusd. odes,
Veneris sodal. quia sine Cerere & Baccho friget Venus. *ibid.* vers. 2. eiusd. Od.
Qui tunc ad lupos audent accedere. *ibid.* C. vers. 6.

In Oden 19. lib. 3.

Chij vini eadum. pag. 200. col. 2. A. vers. 5.
Quis balneum calfaciat. *ibid.* vers. 6.
Quota hora fr. propulsemus, ad luculentum focum cœnantes. *ibid.* vers. 7.
Da poculum, vel cyathum, propter mediam noctem & nou. lun. & Mqr. auguratum, ternos ter cyat. petit Aufon. *ibid.* vers. 10.
Quum iuuet insanire, cur Ber. *ibid.* B. vers. 7.
Parcè ministrantes. *ibid.* vers. 10.

In Oden 20. lib. 3.

Inaudax, id est, timidus, ignauus. pagin. 203. col. 1. vers. 3. eius odæ.
Hæc læna, cui puella comparatur. vide argumentum.
Near pugnæ ac arboris futurus, palmâ sup. pos. ped. fertur. *ibid.* D. vers. 3.
Ganimedes. *ibid.* D. vers. 8.

In Oden 21. lib. 3.

Siue querelis & rixis concitandis, siue iocis mouendis aptum est vinum, quod contines. 204. D. vers. 2.
Cuiuscunq; conf. nomen inscriptum Mafico, quod seruas. *ibid.* D. vers. 5.

Vetustate

Vetustate facta leniora. *ibid.* D. vers. penult.
In epist. Commisumque teges, & vino torus, & ira. ead. pag. 204. A. vers. 4.
Audacem, & pugnacem reddis. *ibidem* A. vers. 9.
Sic ode. 4. - & vigiles lucernas perfer in lucem. *ibid.* B. vers. 3.

In Oden 22. lib. 3.

Pinus, quæ villæ imminet, esto tua: cui quot annis offeram verris immolati sanguinè. pag. 206. col. 2. vers. 5. huius odæ.

In Oden 23. lib. 3.

Pomifera parte anni. i. autumnino. 208. col. 2. B. vers. 5.
Monte. *ibid.* vers. 6.
Ex voto debita. *ibid.* vers. 7.
Quæ paruos habes deos, quos coronas rosmarino. *ibid.* C. vers. 1.
A scelere. vide annot. *ibid.* C. vers. 3.

In Oden 24. lib. 3.

Sic apud Propert. intactæ Arabiæ: quia nõdum Rom. arma senserat. pag. 211. col. 1. vers. 1. huius odes.
Lapidibus cæsis ad ædificandū. *ibid.* vers. 3. eiusdem odæ.
Vt alibi cla. trabales. *ibid.* vers. 5. eiusd. od.
Expedit. i. extricabis. *ibid.* C. vers. 1.
Quorū agri cum nullis terminis sint inter se separati, liberum est cuique percipere, quas producunt fruges. *ibid.* C. vers. 5.
Singulis annis alij, suscepta per vices cultura, dant quietendi spacium iis, quibus succedunt. *ibid.* C. vers. 8.
Innocens. i. innocenter. *ibid.* D. vers. 1.
Imperat viro. vt Plaut. Arg. accepi, dote imperium vendidi. *ibid.* D. vers. 2.
Punitur morte peccatum, videlicet, adultèrium. *ibid.* vers. 7.
Clarus futurus posteris. *ibid.* ead. pagin. 218. col. 2. A. vers. 4.
Repete particulam, si. *ibid.* B. vers. 4.
Quæ existimatur opprobrium. *ibid.* vers. 5.
Ingenui pueri discunt potiùs Græco trocho ludere, aut alea, quàm quod potiùs discere deberent: nimirum equitare, aut venari. *ibidem* C. vers. 6.
Aliquid semper deesse videtur: quo fit, vt curta esse iudicetur. *ibid.* D. vers. vltim.

In Oden 25. lib. 3.

Laudibus in cælum tollere. pag. 215. col. 2.

C. vers. 3.
Non akter Thyades exporrectæ admiratiõne subita percelluntur. *ibid.* vers. 5.
Ex somnis, vna voce, vt Græc. ἐξ ὕπνου. i. vulgaris lectio, Ex somnis. *ibid.* C. vers. 5.
Quàm libet mirari rupes, &c. *ibid.* vers. 9.
Vertere. i. euertere. *ibid.* vers. 3.
Non sine periculo rem tantam aggredior, decus Cæsar. canere: sed dulce periculum. *ibid.* vers. 5.

In Oden 26. lib. 3.

Qui læuo Veneris lateri est contiguus, vel, proximus. pag. 217. col. 1. B. vers. 5.
In sublime elato, vt ictus sit grauior. *ibidem* C. vers. 1.

In Oden 27. lib. 3.

Impij malo omine duce iter ingrediantur: quale paræ cantus, & fœta canis, vel lupa, &c. pag. 218. col. 1. vers. 1. huius odes.
Quum terruerit equos. Sag. autem quidam intellig. de ea, quæ in vitæ dicitur. *ibidem* B. vers. 1.
Aliàs, quid timebo. *ibid.* vers. 2.
Cornix, aquæ augur, scilicet, diuina, ac præscia. *ibid.* B. vers. 5.
Præbentem augurium cantu. *ibid.* vers. 6.
Per omnia quidem tibi licet esse felici, id est, feliciter conficere iter: seu, felix habere iter. *ibid.* vers. 8.
Peccare soleat. *ibid.* C. vers. 4.
Tales sunt illi motus, vt hostibus eos imprecari oporteat. *ibid.* C. vers. 5.
Fidem illi habens commisit. *ibid.* vers. 10.
Med. quas animi fraudes auerit, quum iam in medio mari esset. *ibid.* vers. 11.
Aud. antea. vid. an & iungi possit cum seq. nuper. in verb. audax.
Vel, victa furore dixit, vel, Piet. victa f. *ibid.* D. vers. penult.
Hocne mihi verè contigit? an species falsæ in somnis, mihi occurrit. *ibid.* ead. pag. 218. col. 2. A. vers. 2.
Impudenter liqui patr. penat. & impudentiæ est etiam, mortem differre. *ibid.* B. vers. 2.
Mihi quæ esse volo præda tigribus. *ibidem* vers. 8.
Al. elidere. vt prima syllaba pertineat ad præcedentem versum. *ibid.* C. vers. 2.
Ar. Theseo, apud Nas. nève traham serua grandia pensa manu. *ibid.* vers. 6.
Perfidum ridens: vel, querenti illum perfidum, id est, de illius perfidia. *ibid.* vers. 9. in dictione, Perfidum.
Quum iam Europa fatis ludos fecisset, vel, ludificata esset. *ibid.* C. vers. 1.

Ambig. vel. Græco more, pro, nescis te esse uxorem Iouis? vel, nescis te gerere, ut decem uxorem Iouis? Q. d. nescis hanc personam sustinere? ibid. D. vers. 5.
Nomen à te accipiet tertia pars orbis. ibid. vers. vlt.

In Oden 28. lib. 3.

Inverso ordine dixit, pro eo, quod erat dicendum, Prone Græc. quid enim potius facerem? pag. 224. col. 2. vers. 2. huius od.
Vim affert sapientiæ, quæ aduersus voluptates munita, abhorret etiam à largiore potu. ibidem vers. 4. eiusd. od.
Ac, veluti, pro, Et tamen, veluti. ibidem B. vers. 2.
Summa parte carminis f. i. extrema) cant. eam, quæ en. & c. i. Venerem. ibid. vers. 9.

In Oden 29. lib. 3.

Quia vinum è cado prompturi, cadum verteabant. pag. 225. col. 2. D. vers. 2.
Ex qua oleû expressum est ad capillos tuos vngendos. ibid. vers. 4.
Tusculum. ibid. vers. vlt.
Cepheus. Procyon stella, quæ ante caniculâ oritur, indicat autem feruentissimum æstum instare. pag. 226. A. col. 1. A. vers. 9.
Administrare a quo animo. pag. 226. col. 1. C. vers. 3.
Q. d. paci sicè. i. leniter. ibid. vers. 5.
Non obnoxius potestati fortunæ. ibidem D. vers. 1.
In diem vixi, vel, in diem dixi. ibid. D. vers. 2.
Retro est. i. præterit. ibid. D. vers. 5.
Gaudio eam manere, sed si vult auolare, reddo, quæ dedit: & me finibus meæ virtutis includ. ead. pag. 226. A. vers. 3.
Sine dote, tanquam de vxore, quæ satis dotata est, si bene morata fuerit. ibid. vers. 6.
Non est meum, id est, nihil ad me attinet: cura hæc ad me non pertinet. ibid. vers. 7.
Tunc me biremis. vide annot. ibidem B. versu 1.

In Oden 30. & vltim. lib. 3.

Impotenti ira sauiens. pagin. 229. col. 2. D. vers. 3.
Lapsus. cursus. ibid. vers. 5.
Immortalis erit. nam Libitina, dea erat funerum. ibid. D. vers. 7.
Aliàs, regnavit, ex grammaticis. Erit autem constructio Græc. verborû βασιλευς, ἀπόστυ, ἀργεῖν, & similia. pag. 30. A. vers. 2.

In Oden 1. lib. 4. Odarum.

Alij cum interrogatione. 231. vers. 2. huius Odes.
Dum cynara mihi esset domina. ibid. vers. 4. eiusd. Ode.
Velociter currens, & propemodum volans curru oloribus iuncto. ibid. vers. 1. eiusd. od.
Cui est ingenium ad quasuis laudabiles artes promptum. ibid. vers. 15. eiusd. od.
Quoties effeceris, velle apud amicam superior sit amulo suo, quantumuis munifico, tibi marmoreum signum statuet. ibidem vers. 17. eiusd. odæ.
Vt Ode 36. lib. 1. nec morem in Salium, sic requies pedum suo. ead. pag. 231. col. 2. vers. vltim.
Subintell. iuuat. pag. 232. col. 1. A. vers. 1.
Tenere videor. Sic seq. sequi videor. ibid. A. vers. 10.

In Oden 2. lib. 4.

Cera iunctis. pag. 235. col. 1. vers. 2. huius od.
Conatus eius similis est conatu Icarum. ibid. vers. 3. eiusd. Od.
Ita auxerunt, ut extra suas ripas erumpat. ibid. vers. 6. eiusd. od.
Laurum Delphicam vocat f. lib. 3. Ode vlt. ibid. C. vers. 3.
Minus astrictis, quam alij. ibid. vers. 4.
Vt ode 1. metaque fer. Euitata rotis, p. nob. Terrarum dominos euehit ad deos. ibidem D. vers. 1.
Tollit laudibus in cælum. Sic Cic. laudes nostras in astra sustulit. Pindarum altè volanti cycno, propter grandiloquentiam & suauitatē, se api comparat: tanquam innuens sua carmina humilia quidem esse, sed dulcia. ibidem D. vers. 8.
Capitolinum. nam qui triumphabant per viam Sacram, & forum Romanum in Capitolium vehabantur. eadem pagin. 235. column. 2. A. vers. 9.
Redeant aurei sæculi tempora. ibidem B. versu 2.
Lætitiâ publicam ob impetratum à diis reditum Augusti: quam testabitur populus ferriis, & ludis. ibid. vers. 4.
Dignum auditu. ibid. vers. 8.
Et carum, ò dies pulcher. ibid. B. vers. 9.
Soluat voto. ibid. C. vers. 6.
Ad persuadenda vota mea. ibid. C. vers. 8.
Qua fronte notam accepit, ita vt candor ibi spectetur. vel, in qua notatus est candore spectabili, cum reliquo corpore sit fuluus. Existimatur autem imitatus Græc. genus loquendi, λευκός ἰδὸς, ibid. D. vers. 1.

In Oden

In Oden 3. lib. 4.

Clarum reddet, nobilitabit. pag. 239. col. 1. vers. 4. huius ode.
Del. fol. Apollinari laurea, vt ode præced. ibid. D. vers. 1.
Fingent. i. efficient. ibid. D. vers. penult.

In Oden 4. lib. 4.

Qualem ministr. ful. alit. olim iuuentas propulit, & c. qualēve leonem, & c. id est, Qualis est ales minister fulminis, quem iuuentas propulit nido inscium laborum: aut qualis est catulus leonis: quem, & c. (talem) Drusum videre Rhæti, & c. pag. 241. col. 2. vers. 1. huius odes.
Qui cur Amazonicis securibus vtuntur in prælis, non iam quærendum censui. ibidem D. vers. vlt.
Quandoocunque, vel, vbicunque. pag. 242. B. vers. 6.
Bene nat. quæ quandam naturæ bonitatem erant nata. ibid. vers. 7.
Victoria, & gloria. Vel, Victoria gloriosa. qui primus dies parta victoria lætitiâ attulit Romanis. ex quo Annibal Italiam percurrauit, vt flamma tedas, vel Euris vndas. ibid. pag. 242. col. 1. C. vers. 1.
Deorum statuas erectas, quæ fuerant deicctæ. ibid. C. vers. 8.
Fallere. i. latere. ibid. D. vers. 2.
Vt ilex amputatis ramis, eo magis crescit sic Rom. ipsæ etiam cades vires & animum addūt. ibid. D. vers. 7.
Vide annotationem. ead. pag. 242. column. 2. A. vers. 3.
Si merces ibid. vers. 5.
Cui sint integræ vires. ibid. vers. 6.

In Oden 5. lib. 4.

Sancto conuentui senatorum. pag. 248. col. 1. A. vers. 4.
Nitere videntur. ibid. vers. 8.
Filiû, qui iuuenis est. ibid. vers. 9. in dictione iuuenem.
Ad quod se appulsurum sperat. ibidem B. versu 3.
Boni mores; & lex Julia de adulteriis, com- presserunt fœditatem nefariam. ibidem B. versu 11.
Sithil. prol. quum antea in adulteriis liberi parentes ore non referrent. ibid. C. vers. 1.
Totum diem vsque ad vesperam moratur in vinetis suis. ibid. C. vers. 7.
Vt folido die, Ode 1. lib. 1. ibid. D. vers. 6.

In Oden 6. lib. 4.

Qui Niobes magniloquam, & superbam

linguam in eius prole vltus es: & Tityum Latonam rapere conatum: necnon Achill. pagin. 250. col. 2. A. vers. 1.

Aliàs, collum in puluere. ibid. A. vers. 11.
Si Paris Achillem non occidisset, te sagittâ & manum dirigere, non equum esset commētus Achilles ad Troiam capiendam: sed in eam aperto Marte captam crudelis omnibus modis fuisset. ibid. B. vers. 2.

Nisi Iupiter Æneæ rebus ita famisset, vt cōcederet illi viros auspicio meliore condere. ibid. B. vers. 10.

Latina, vt odæ 1. lib. 2. Dauniæ cades. ibid. C. vers. 5.

Modulationem lyrici carminis. quod dicit quasi lyram ipsam percutiat Phæbus. ibid. C. vers. 7. in dictione, Spiritum.

Delia, Sic cat. Dianæ summus perfidæ puellæ, & pueri integri. ibid. C. vers. 11.
Apollinem filium Latonæ. ibid. D. vers. 3.
Face. i. lumine. ibid. vers. 5.

Noctilucam, id est, noctu lucentem. ibidem eod. vers.

Prosperantem fruges, & celerem in voluendis mensibus. ibid. D. vers. 6. in dictione, Pro- speram.

In Oden 7. lib. 4.

Nunc decresc. quum hyeme creuissent. 254. col. 1. B. vers. 4.

Præter ripas suas eunt. i. ripas suas non excedunt: sed intra aluicum labuntur. P. Vel. iunge accusatio cum decresc. vide annot. ibid. vers. 5.

Decid. eò quò deciderunt Æneas & Tullus. ibid. C. vers. 7.

Ad summum dierum, quos ad hoc vsque tēpus viximus. ibid. D. vers. 2.

Quæ in obsequendo animo tuo, seu animi tui desideris, consumpseris. ibid. D. vers. penult.

In Oden 8. lib. 4.

In eare commodum me sodalem exhibere, quod donarem præmia. pag. 258. column. 1. A. vers. 1.

Æra, pro signis, & vasis æreis. ibid. vers. 2.

Acciperes, siquidem abundarem signis, ac tabulis pictis, in quibus Parrhasius & Scopas artis suæ specimen ediderunt. ibid. vers. 5.

Solers nunc in fingendo hominē. ibidem vers. 8.

Vis pro fac. seu copia. ibid. vers. 9.

Ostendere, quàm pretiosum munus sit carmen. P. ibid. B. vers. 2.

Publij Cornelij Scipionis, qui dictus est Africanus. ibid. B. vers. 7.

Sileant, scilicet, tua benefacta, & merita. ibid. B. vers. 10.

Quo esset in honore vel potius, quæ eius memoria extaret: ibid. C. vers. 1.
Immortale reddens eius nomen. ibidem C. vers. 7.
Cælo beat. i. Beatum efficit, quum receptū esse in cælum omnibus carmine suo persuadet: cuius rei addit exempla. ibid. C. vers. 8.
Repete adverbium, sic item in seq. ibidem C. vers. 10.

In Oden. 9. lib. 4.

Sic lib. 3. od. vlt. Princeps Æolium carum. ad Italos deduxisse modos. pagin. 261. column. 1. vers. 3. huius od.
Æoliæ puellæ i. Sapphus. ibid. C. vers. 9.
Quamvis de sola Helena memoriæ id proditum sit, tamen & aliæ idem antea fecerāt: nec primus Teucer fuerat insignis iaculator: nec semel Illos, &c. sed idea ignoratur, quod ipsi non contigerit vates, vt illis. Sic mox. & carent vate sacro. ibid. C. vers. 10. qui incipit, Non sola, &c.
Non multum distat ab inertia virtus, si vt de illa, ita in hac quoque sileatur. P. ead. pagin. 261. col. 2. A. vers. 6.
Punitor auaritiæ. P. ibid. B. vers. 3.
Cui cuncta parent. ibid. B. vers. 4.
Quoties incorruptum te iudicem præbes, & fortiter pro repub. te geris, toties consularibus fascibus ornat te tua virtus. ibidem B. vers. 6.

In Oden 10. lib. 4.

Pluma. i. prima barba. P. 265. col. 1. vers. 2. huius odes.

In Oden 11. lib. 4.

Albani vini. pag. 266. col. 1. vers. 2. huius od.
Vis. i. copia. ibid. vers. 4. huius od.
Ridet. i. renidet, splendet. ibid. D. vers. 1.
Sursum feruntur cum tremulo quodam motu. ibid. D. vers. 6.
Quod sit natalis Mæcænat. ead. pag. 266. col. 2. A. vers. 4.
Quem expetis, in quem propensa es. ibid. A. vers. 7.
Non tuæ fortis. i. disparem tibi, vt sequent. ibid. vers. 8.

In Oden 12. lib. 4.

Animæ Thraciæ. i. venti Thracij, videlicet, Fauonij: Alij Etesias intelligunt. pag. 269. col. 1. D. vers. 2.
Hifundo veris nuntia. ibid. vers. 6.

Deum, scilicet, Pana. ead. pag. 269. col. 2. A. vers. 3.
Sed si vinum Calenum haurire cupis, nardus tua erit mei vini pretium. Suprà dixit vnam prelo caleno domitam. ibid. A. vers. 8.
Vt f. dēripere horreo cess. amphoram. Od. 28. lib. 3. ibid. vers. 10.
Merce. vt dixit, merere. ibid. B. vers. 3.
Nigrorum ignium. i. lugubrium, regalium. ibid. B. vers. 7.
Misce ludicra. & iocosa seriis. ibid. vers. 9.
Solutiore rifu despicientes imitari: modò id alieno tempore non fiat. ibid. B. vers. 10. & vlt. huius odes.

In Oden 13. lib. 4.

Qualis est senilis. pag. 273. col. 2. C. vers. 5.
Nines. i. canities. ibid. D. vers. 2.
Periphraſis temporum præteritorum. ibid. D. vers. 4.
Venus. pro venustate. ibid. D. vers. 7.
Spirabat amores. vt Græc. πνεύματα ἔρωτος, & κόπιον. ibid. vers. penult.
Instruenda iis omnibus, quæ aliqua alliciendi amoris arte valent. pag. 274. col. 1. A. vers. 1.

In oden. 14. lib. 4.

Quasi nullis honoribus plenè meritis eius satisfacere possint senatus, populūque Róm. pag. 275. col. 2. A. vers. 2.
Æternas reddat, & immortalitati consecret. ibid. vers. 5. in verbo, Æternæ.
Max. omnium orbis habitabilis principum. ibid. vers. 6.
Quem didicere quid posses. Hellenismus vet. Lat. vſitatus. ibid. vers. 7.
Plus quàm semel, vt quidam exp. por. intell. in illis deiciendis inculisse cladem, duplam, & ita non simplici vice reddidisse eam, quàm illi intulerant. ibid. B. vers. 3.
Impiger host. vex. tur. & mittere, &c. qualis est Auster, quum exercet, & agit at vndas. pl. ch. sc. n. ibid. C. vers. 1.
Sic tauriformis. iunge cum sequent. vt cl. vasto impetu diruit. ibid. C. vers. 4.
Sine vlla suorum iactura. ibid. D. vers. 1.
Te. i. tibi fauentes: indicat autem bellum illud auspiciis eius gestum fuisse. ibid. D. vers. 2.
Quia ita euenit, vt post annos quindecim Drusus eo die Rhætos vinceret, quo die Augustus Alexandriam viceret. P. Alij, post tredecim annos. ibid. b. vers. 5. cuius est initium, Fortuna.
Decus de consecr. intell. P. Quidam de cognomine patris patriæ. ibid. b. vers. penult.
In sua sede reconditis, quidam, pacatis bellis. pag.

lis. pag. 276. col. 1. A. vers. vlt. huius odes.

In Oden 15. lib. 4.

Sic Virgil. in Sileno. Cùm canerem reges & prælia, Cinthius aurem vellit, & admonuit, pastorem Tityre pingues Pascere oportet oues &c. Idem in Copa. Mors aurem vellens, viuite, ait venio. Alleg. ne magna modis paruis renuarem, vt od. 3. lib. 3. pag. 279. column. 2. B. vers. 1. huius odes.
Horatius epistol. ad Lollium 2. libr. 1. & Cantabrica bella tulisti Sub duce, qui templis Parthorum, signa refixit. Idem ad Augustum. Et formidatam Parthis te principe Romam. & satyra 5. lib. 2. Tempore, quo iuuenis Parthis horrendus ab alto Demissum genus Ænea, &c. sic & Virgil. lib. 7. Æneid. Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa. ibidem C. vers. 3. in dictione Parthorum.
Quidam Ianum Quiritinum legi voluit: quidam, Panum Quiritini. ibid. C. vers. 5.
Aliàs, euaganti. ibid. C. vers. 6.
Al. emouit. ibid. vers. 7.
Aliàs, eximer, id est, expellet. ibidem D. vers. 3.
Inimicas inter se reddit, & ad inimicitias compellit. ibid. D. vers. 5.

ANNOTATIVNCVLÆ
in librum Epodôn.

*In Oden primam
Epodon.*

Liburnicis nauibus, dictis à Liburnia, parte maioris Illyriæ. 283. vers. 1. huius odes.
Orti bimurne, vt antea, quum otium sine te iniucundum futurum sit. ibidem vers. 7. eiusd. odes.
Sic epistol. 2. lib. 2. calabris saltibus adiecti Lûcani. ibid. B. vers. 6.
Superni, id est, in colle siti. ibid. vers. 8.
Pertingat vsque ad Circ. m. videlicet, Tuscum. vt villæ adificia pertingant vsque ad ipsam urbem. ibid. B. vers. 9.

In oden. 2. Epodôn.

Anni tempus hybernum. pag. 286. col. 1. D. vers. 3.
Furcula. ex qua rete suspenditur ad capiendas aues. ibid. D. vers. penult.
Aducpam. i. transmarinam. ead. pagin. 286. col. 2. A. vers. 1.
Quod si, aliàs, quid si. ibid. vers. 3.
Sacrum vetustis, aliàs, sacrum & vetustis. ibid. A. vers. 9.

Mulgeat, & mulgêdo exhauriat. ibid. B. vers. 3.
Si quos sc. cum tonitru excitata tempestas in fluctibus maris Orientis vertat ad hoc mare Tyrhenum. ibid. B. vers. 8.
Quidam explicant, ægroto. rectius de graui ob duram aluum. ibid. C. vers. 4. in dict. graui.
Vt iuuat. i. quàm iuuat. ibid. C. vers. 8.
Relegit omnem pecuniam, vt iam iam futur. sed ad ingenium rediens, & ad innatam sibi auaritiã, quærit rursum pecuniam collocare in fœnus, seu dare: quum eam paulò antè recollectisset, exactam ab ijs, quibus eam fœnori dederat. Quidam distingunt pol. loq. vt sit, pro, locutus sum. ibid. D. vers. penult.

In Oden 3. Epodon.

Edit, ex veteribus codicibus, & scholiis, pro, edat, vt satyra vltima. Sic Plaurus, comedit, pro, comedat. pag. 291. col. 2. vers. 3. huius odes.
Quid veneni hoc est, quod fœuit, pro, Quod est venenum? quale genus veneni? ibid. C. vers. 1.
Fefellit. i. latuit, & me infcio fuit incoctus. ibid. C. vers. 3.
Mirata amare cœpit. ibid. C. vers. 6.
Vapor, pro, calore, vt apud Lucret. ibid. D. vers. 1.
Palla, quam D. misit Herculi, cruore nesci centauri imbutam. ibid. D. vers. 3.

In Oden 4. Epodôn.

Sortito. i. sorte naturali. q. d. quanta innata est illis discordia. pag. 293. col. 2. vers. 1. huius odes.
Nimiam laxitatem reprehendit. Cic. in cat. 2. Manicatis, & talaribus tunicis, velis amictos, non togis. ibid. C. vers. 3.
Indigentium verba. ibid. C. vers. 6.
Qui erant equi virorum principum. ibid. vers. 9.
Sedibus. i. ordinibus. ibid. vers. 10.
Quid attinet armari ciues ab Augusto cõtra seruos, quos armavit Sext. Pomp. si m. seruus, ac latro tribunus est militū cl. præfectus. ibid. D. vers. 4.

In Oden 5. Epodôn.

Quid vult iste tumultus? quid ita tumultuamini? pag. 295. col. 2. A. vers. 3.
Hic loqui incipit Horatius. ibid. vers. 11.
Prætecta, quam purpuream dixit: & bulla. ibid. B. vers. 1.
Iubet canid. flam. aduri Colch. imp. corp. Sed alij, puer, impube corp. per appositionem. ibid. B. vers. 6.
Magico ritu præparatis: ob Medeam Colchicam. ibid. C. vers. 2.
Cursu incitatus, & iratus: tunc enim setæ in dorso eriguntur. ibid. C. vers. 6.
Quidam, longo spectaculo. Sed. longo die. H

id est, æstiuo, vult An. ibid. D. vers. 1
 Aliàs, Exucta, vel, Executa. ibid. D. vers. 5
 A cuius esu arcebat. ibid. vers. 7
 Pupulæ. i. acies oculorum. ibid. D. vers. 8
 Sic ver. vulg. Suburrana, vel, Suburbana.
 vide annot. pag. 291. col. 6. B. vers. 5
 Fefellit. i. laruit. ibid. C. vers. 4
 Duplex esse potest verborum ordo. vide an-
 not. ibid. vers. 5
 Aliàs, cantionibus. ibid. C. vers. 9
 Pœnas magnas daturum. ibid. vers. 10
 Vocibus. i. carminibus. ibid. vers. 1. 8. D
 Fastidienti, me, videlicet. ibid. D. vers. 3
 Porrecta. i. superiecta. ibid. D. vers. 5
 Lenire. i. lenibat. ibid. D. vers. vltim.
 Rumperet silentium. i. loqui inciperet. ead.
 pag. 296. col. 2. A. vers. 1
 Thyesteis similes imprecationes. ibidem
 vers. 2
 Magnum fas. vide annot. ibid. A. vers. 3
 Different. i. in diuersas partes auferent. ibid.
 B. vers. 4

In Oden 6. Epodôn.

Canem vocat Cassium poëtam, quod obla-
 traret sua obrectatione, & maledicus esset.
 pag. 303. col. 1. vers. 1. huius odes
 Agam. i. persequar. ibid. D. vers. 1
 Archilochus, qui Lycamben, quod filiam
 sibi desponsam denegasset, ad suspendium ma-
 ledicis versibus suis adegit. ibid. D. vers. 5
 Acer hostis. i. Hipponax poëta. ibid. vers. 7

In Oden. 7. Epodôn.

Campis. i. terrestribus. & naualibus præliis.
 pag. 304. col. 2. A. vers. 2
 Nondum bello laceffitus. ibid. vers. 6
 Non nisi dispar genus feris, aliàs, in dispar
 genus. vide annot. ibid. vers. 11
 Perculset, videlicet, conscientia sceleris. ibid.
 B. vers. 4

In Oden 8. Epodon.

Non pudet te, rogare vel, Oportetne, decet-
 ne. pag. 305. col. 1. vers. 1. huius odes.
 Indomita, vel, vetulæ. quidam, Quæ crudi-
 tate laborans cibum non concoquit, sed eicit.
 ibid. D. vers. 2
 Sed incitat. ironice. q. d. Scilicet, incitat. ibi-
 dem D. vers. 3

In Oden 9. Epodôn.

Repositum, repositum, ad hoc referuatum.
 pag. 307. col. 1. vers. 1. huius odes
 Hac lyra f. Dorillis tibi barbarum. vide an-
 not. ibid. vers. 7. huius odes

Neptunius. i. Sextus Pompeius, magni Põ-
 peij filius, qui se Neptuni filium esse prædica-
 bat. ibid. D. vers. 1
 Ser. quos ad nauale prælium duxerat. ibid.
 D. vers. 4
 Quidam, scemina vallum, & arma. vide an-
 not. ibid. vers. 6
 Conopeum velum ad culines arcædos, quos
 Græci *κονοπας* appellant. eadem pag. 307. col.
 2. A. vers. 2
 Ad hunc, aliàs, At huc. ibid. vers. 3
 Quidam ad infortunium referunt: legunt,
 & sita, pro, cita. ibid. vers. 6
 Moraris. i. in mora es curribus triumphali-
 bus iam paratis. ibid. A. vers. 7
 Illum ducem, cui sup. ibid. B. vers. 1
 Non suis. non secundis, aduersis. ibidem B.
 vers. 6

In Oden 10. Epodôn.

Auspicio malo. vt supra. Mala ducis aui do-
 mum. pag. 311. col. 1. vers. 1. huius odes
 Latus nauis, qua vehitur. ibidem, vers. 3. eius-
 dem odes
 Agitato, & velut perturbato. ibidem, B. ver-
 su 1.
 Tristis. i. nimbosus. Virgil. excitat autem
 Orion grauissimas tempestates in occasu suo.
 ibid. B. vers. 6
 Quod si naufragi fuerit præda mergis, im-
 molabitur caper. &c. ibid. C. vers. 6

In Oden 11. Epodôn.

Annus tertius, ex quo desisti furioso Inachia
 amore teneri. pag. 312. col. 2. B. vers. 3
 Bacchus, quod ebrii sint inuerecundi. ibid.
 C. vers. 4
 Querimonias. vide annot. de hoc & sequet.
 ibid. vers. 10

In Oden 12. Epodôn.

Tabellas. i. epistolas, litteras. pag. 216. col. 1.
 C. vers. 2

In Oden 13. Epodôn.

Tanta vis est imbrum, & niuium, vt Iouem
 ipsum folio deducere, & secum trahere videan-
 tur. pag. 318. col. 2. vers. 1. huius odes
 Vt alibi permittit diuis cetera. ibid. B. vers. 7
 Achæmenia. i. Persica, vel, Assyria. ibid. ver-
 su 8.
 Cylleæ. i. Mercuriali, cuius instrumenti
 musici inuentor est Mercurius. ibid. C. vers. 1
 Centaurus Chiron, quem Achilles docuit
 & educauit. ibid. C. vers. 4

Vinum,

Vinum, & cantum vocat, alloquia ægrimo-
 niæ. i. folatia. ibid. D. vers. 7. & vlt.

In Oden 14. Epodôn.

Ad umbilicum adducere. i. absoluere pagin.
 322. col. 1. B. vers. 2
 Si Helena, Troiani incēdij causa, pulchrior
 non fuit tua puella. ibid. vers. 7

In oden. 15. Epodôn.

Lentis. i. flexilibus, sequacibus. pag. 323. col.
 2. B. vers. 3
 Semper fore mutuam amorem. ibid. vers. 4.
 Si quid virile habet Flaccus. Si quid virilis
 animi ei incst. ibid. B. vers. 8
 Parem in amore, & æqualem, vt Cic. qua in
 amore paria faciat. ibid. C. vers. 1

In Oden 16. Epodon.

Perdemus, quam neque finitimi, &c. pagin.
 325. col. 2. C. vers. 1
 Deuoto sanguine. Quorū sanguis cædi mu-
 tuæ deuotus esse videtur, ad expianda maiorum
 scelera. ibid. eod. vers.
 Rursus. vt occupatum erat antequam ha-
 beret ædificia. ibid. C. vers. 2
 Videre, aliàs, videri. ibid. D. vers. 2
 Expediat facere, quid factio sit opus, vt ca-
 reatis. ibid. D. vers. 3
 Ne prius reuertamur, quam saxa è fundo
 maris in summam aquam emerferint: & quàm
 Padus fluius ad montis Martini cacumen per-
 uenerit. pag. 326. col. 1. A. vers. 8
 Sic Lucretius. Et pecudes, & equæ maribus
 subsidere possent. ibid. B. vers. 5
 Qui vulgo imperito præstamus. ibidem
 C. vers. 2
 Quo terra omnis est circumfusa. ibidem C.
 vers. 6
 Quæ fortunatæ à Latinis dicuntur, Græco-
 rum exemplo. ibid. C. vers. 7
 Fallenteis spem. vt in epistol. Spem menti-
 ta seges. ibid. D. vers. 3
 Nigra, vel, nigricans, quod maturitatem in-
 dicat. Suam autem. i. naturalem, non instam.
 ibid. D. vers. 4
 Tenta. i. distenta, vt supra ead. pag. column.
 2. A. vers. 1
 Argois remibus. ibid. vers. 8
 Cadmo duce. ibid. vers. 10
 Cornel. Tacit. annal. lib. 2. cum his autem
 & præc. sub. Põr. hac, Si enim huc venissent, nõ-
 lissent recedere. ibid. A. vers. 11
 Seuitia impotens, vel, ferocia impotens. vt
 ferox, & impotens à Cicer. coniunguntur. ibid.

B. vers. 3
 Ex quo inquinavit, vel, postquam. ibid. B.
 vers. 4

In Oden 17. Epodôn.

Vocibus sacris. i. carminibus magicis. vel,
 diris, & imprecationibus abstine. pag. 331. col.
 2. D. vers. 6
 Turbinem, videlicet, magicum rhombum:
 qui & Thestalicus. ibid. vers. 7
 Mouit nepotem. Achilles inimicis suis in-
 exorabilem se non præbuit. ibidem D. ver-
 su vlt.
 Canitiem mihi attulerunt tua vnguenta
 veneficiis mixta. pagina 332. columna 1. B.
 vers. 6
 Respirando leuare non possum præcordia.
 quæ spiritu sunt distenta. ibid. vers. 9
 Adigor ad credendum, quod negaueram,
 Canidiæ Sæbellæ cantiones vim habere ad
 perturbandos animos, &c. ibidem B. ver-
 su 10.
 Virens, aliàs, furens. ibid. C. vers. 5
 Cuius pœna irrogationem vis me expecta-
 re. ibid. vers. 8
 Castor & Pollux quum indignati Stesicho-
 ro, quod Helenam versibus suis infamasset,
 visum ei ademissent, postea reddiderunt, vbi
 palinodiam cecinit. ibid. D. vers. 4
 O nec paternis. Palinodia ironica, qua af-
 firmat, quæ se negare dicit. ibidem D. vers. pe-
 nult.
 Partui aptus, qui partum edere potest, &
 solet: vt quidam exponunt. Sed veteres scho-
 liastra nomen proprium putant, vt dicatur par-
 tus eius filius esse, non supposititiis. legitur
 & potumeius: item, pactumcius. Ead. pag.
 332. col. 2. A. vers. 3
 Marc hybernus tempestatibus concitatum.
 ibid. B. vers. 1
 Itane permittam, vt tu multus riseris Co-
 rytia, quæ sacra erant nocturna, flagitiosa, à
 Cotytione dea. ibid. B. vers. 2
 Pontif. constitutus à me arbiter, & cen-
 sor veneficiorum, quæ in Esquilis tracto. ibid.
 B. vers. 4
 Voles modò. Sicut tu voles, &c. ibidem C.
 vers. 5
 Quasi dicat, an quæ res ad cõ difficiles
 arte mea magica efficere possum, nullam tan-
 dem viam, qua te vlciscar, inueniam? vide-
 tur enim, plorem, verbum ita dictum, vt
 inultus, vt flebo puer? legitur autem variè
 vltimus versus: de quo in annot. ibidem D.
 versu 2.

H ij

Annotationum in Oden Car-
minis secularis.

Potens. i. domina. pag. 341. col. 1. vers. 1. hu-
ius Odes.

Die festo, vel diebus festis. vt oda 12. libr. 2.
sacro Diana celebris die. ibid. vers. 4. eiusdem
Ode.

Diis Romæ praesidibus, & custodibus, seu
tutelaribus. ibid. C. vers. 2.

Lenis in aperiendis partibus. Quæ leni ma-
nu fœtus in lucem profers. Alij intelligunt, fa-
cilem & propitiam. ibid. vers. 9.

Cantus, aliàs, certus vndenos decies per an-
nos. orbis vt cantus, &c. vt intell. ludos secula-
res centesimo decimo quoque anno fieri soli-
tos fuisse. ibid. D. vers. 6.

Ter die. i. tribus diebus, totidemque nocti-
bus. ibid. D. vers. 7.

Tibullus, flaua Ceres tibi sit nostro de
rure corona spicæ. eadem pagina, column. 2.
A. vers. 5.

Ilia. i. Troianæ. ibid. B. vers. 1.

Iussu Apollinis Æneam secuta. ibidem B.
vers. 3.

Sine damno vlllo effugium dedit. ibidem B.
vers. 5.

Patriæ superstes. i. qui patria euerfa, euasit.
ibid. vers. 6.

Augustus. Is enim à Iulio Cæsare. Iulius au-
tem ab Iulo. ibid. C. vers. 3.

Prior, id est, superior, præstantior. ibidem
vers. 4.

Expectans, quid sibi imperetur. ibidem
vers. 8.

Æquus, id est, propitius, placatus. ibidem
D. vers. 7.

Arces, aliàs, aras. ibid. eod. vers.

Quia Quindecim virum collegio ludorum
secularium cura mandabatur, vt scribit Tacitus.
lib. 2. pag. 342. col. 1. A. vers. 3.

Ego chorus peritus canendi laudes Phœbi,
& Dianæ, reporto domum spem bonam, cer-
tam, louem, & deos his assentiri, & vota no-
stra habere rata.

FINIS.

DE VNDE VIGINTI
GENERIBVS METRO-
rum Horatij.

Tractatus Aldi Manutij.

PRIMUM genus: vt Ode 1. lib. 1. quæ est mo-
nocolos. Sunt enim omnes versus Choriâ-

bici Asclepiadei tetrametri acatalecti: qui con-
stant è spondeo, & duobus choriambis, & pyr-
richio, vel iambo: hoc modo,
Mæce -- nas atanis -- vv- edite re -- vv- gibus vv
O et -- praesidium et -- vv- dulce decus -- vv-
menum vv

-- vv- -- vv- vv
-- vv- -- vv- vv
Primi generis Ode 3.

Lib. 1. Ode 1. Mæcenas atanis edite regibus.
lib. 3. Ode 31. Exegi monumentum ære peren-
nium.

4 8 Donarem pateras, gratâq; cõmodis.
SECVNDVM genus: vt Ode 2. quæ est dico-
los tetrastraphos. Primi quique tres versus sunt
hendecasyllabi Sapphici pëtametri acatalecti:
qui constant è trochæo, spondeo, dactylo, &
duobus trochæis: vel spondeo vltimo: sic,
lam sa -- u -- tis ter -- ris niuis -- vv atque -- v -- diræ --
Grâdi -- v -- nis mi -- sit pater -- vv & ru -- v -- bente -- v
Dexte -- v -- ra sa -- cras iacu -- vv latus -- v -- arces --
Quartus autè quisq; est Adonius dimeter cata-
lecticus, ex dactylo & spondeo vel trochæo: sic,
Terruit -- vv urbem -- v

-- v -- vv -- v --
-- v -- vv -- v --
-- v -- vv -- v --
-- vv -- v

Secundi generis Ode 26.

1 2 Iam satis terrens niuis atque diræ.
1 10 Mercuri facunde nepos Atlantis.
1 12 Quem virum, aut heroa Iyra, v el acri.
1 20 Vile potabis modicis Sabinum.
1 22 Integer vitæ, scelerisq; purus.
1 25 Parcius iunctas quatiant fenestras.
1 30 O Venus regina Cnidi Paphiq;.
1 32 Poscimus siquid vacui sub vmbra.
1 38 Persicos odi puer apparatus.
2 2 Nullus argento color est.
2 4 Ne sit ancillæ tibi amor pudori.
2 6 Septimi Gades aditure mecum.
2 8 Vlla si iuris tibi peierati.
2 10 Rectius viues Licini, neque altum.
2 16 Otium diuos rogat in patenti.
3 8 Martiis cœlebs quid agam calendis.
3 11 Mercuri, nam te docilis magistro.
3 14 Herculis ritu modò dictus, ô plebs.
3 18 Fanne nympharum fugientum amator.
3 20 Non vides quanto moucas periclo.
3 22 Montium gustos nemorumque virgo.
3 27 Impios paræ recinentis omen.
4 2 Pindarum quisquis studet æmulari.
4 6 Diue, quem proles Niobeæ magnæ.
4 11 Est mihi nonum superantis annum.
5 18 Phœbe, syluarumque potens Diana.

Tertiū genus: vt Ode 3. quæ est dicolos distro-
phos. Primus quisque versus est Choriambicus
Glyconius trimeter acatalectus: cõstans è spõ-
deo, choriambo, & pyrrichio, vel iambo: sic,
Sic te -- diua potens -- vv- Cypri v- Secundus

Secundus verò quisque, Choriambicus, Af-
clepiadeus tetrameter acatalectus: è spondeo,
duobus choriambis, & pyrrichio, vel iambo: sic,
Sic fra -- tres Helenæ -- vv- lucida si -- vv- dera vv

-- vv- -- vv- vv
-- vv- -- vv- vv
Tertij generis Ode 12.

1 3 Sic te diua potens Cypri.
1 13 Quum tu Lydia Telcphi.
1 19 Mater sœua Cupidinum.
1 36 Et thure & fidibus iuuat
3 9 Donec gratus eram tibi.
3 15 Vxor pauperis Ibyci.
3 19 Quantum distet ab Inacho
3 24 Intactis opulentior
3 25 Quo me Bacchæ rapis tui
3 28 Festo quid potius die
4 1 Intermissa Venus diu.
4 3 Quem tu Melpomene

Quartum genus: vt Ode 4. quæ est dicolos di-
strophos. Primus quisque versus est Dactylicus
Archilochius heptameter acatalectus: cõstans
è quatuor primis pedibus spondeis, vel dacty-
lis, indifferenter, vt in versu Heroico: deinde è
tribus trochæis, vel spondeo vltimo: sic,
Solutur -- vv acris hy -- vv ems gra -- ta vice -- vv
veris -- v -- fa -- v uoni --

Secundus verò quisque est Archilochius, cõ-
stans ex penthemimeri iambica, id est, ex iambo
vel spondeo, iambo, & syllaba. Deinde è tribus
trochæis, vel spondeo vltimo: sic,
Trahiunt -- v -- que sic -- v -- cas -- machi -- v -- niæ ca -- v -- ri-
nas --

-- vv -- vv -- vv -- v -- v --
v -- v -- v -- v --
Quarti generis Ode vna.

1 4 Solutur acris hyems grata vice veris &
Fautoni.

Quintum genus: vt Ode 5. quæ est tricolos te-
trastraphos. Primi quique duo versus sunt Af-
clepiades, qualis ille, Mæcenas atanis edite re-
gibus. Scanduntur enim sic,
Quis mul -- ta gracilis -- vv- te puer in -- vv- ro-
sa -- v --
Perfu -- sus liquidis -- vv- vrget odo -- vv- ri-
bus vv

Tertiū autem quisque est Pherecratius He-
roicus trimeter acatalectus: cõstans è spõdeo,
dactylo & spondeo, sic,
Grato -- Pyrrha sub -- vv antro --

Quartus verò quisque est Glyconius: qua-
lis ille, Sic te diua potens Cypri. Scãditur enim
hoc modo,
Cui fla -- uam religas -- vv- comam vv

-- vv- -- v -- v --
-- vv- -- vv- vv
-- vv --

-- vv- vv
Quinti generis Ode septem.

1 5 Quis multa gracilis te puer in rosa.

1 14 O nauis referent in mare te noui.
1 21 Dianam teneræ dicite virgines.
1 23 Vitas hinnuleo me similis Chloë.
3 7 Quid spes Asterie quem tibi candidi.
3 13 O fons Blandisiz splendor vitro.
4 13 Audire Lyce dij mea vota.

Sextum genus: vt Ode 6. quæ est dicolos te-
trastraphos. Primi quique tres versus sunt Af-
clepiadei, qualis ille, Mæcenas atanis edite re-
gibus. Scanditur enim hoc modo,
Scribe -- ris Vario -- vv- fortis & ho -- vv- stiū vv
Victor -- Mæonii -- vv- carminis a -- vv- lite vv
Quam rem -- cūque ferox -- v -- nauibus aut -- vv-
equis v-

Quartus autem, Glyconius, qualis, Sic te di-
ua potens Cypri. Scanditur sic,
Miles -- te duce gel -- vv- vv

-- vv- -- vv- vv
-- vv- -- vv- vv
-- vv- -- vv- v --
-- vv- -- vv

Sexti generis Ode 9.

1 6 Scriberis Vario fortis, & hostium
1 15 Pastor quum traheret per freta nauibus.
1 24 Quis desiderio sit pudor, aut modus
1 33 Albi, ne doleas plus nimio memor
2 12 Nolis longa seræ bella Numantiæ
3 10 Extremum Tanaim si biberes Lyce.
3 16 Inclusam Danaen turris athenæ
4 5 Diuis orte bonis optime Komulæ
4 12 Iam veris comites quæ mare temperat.

Septimū genus: vt Ode 7. quæ est dicolos di-
strophos. Primus quisq; versus est Heroicus
hexameter catalecticus in duas syllabas: cõstans
è sex pedibus, dactylo & spondeo indifferenter
in omnibus locis. quanquã in quinto aliquãdo
spondeus ponitur, & in sexto dactylus: vbi etiã
sepe pro spondeo trochæus admittitur. Sed de
versu Heroico multa diximus in institutioni-
bus nostris grammaticis. Scanditur autem sic,
Lauda -- bunt ali -- vv i clã -- ram Rhodon -- vv
aut Mity -- vv lenen --

Secundus autem quisque est dactylicus Alc-
manius tetrameter catalecticus: habes quatuor
vltimos pedes heroici versus sic,
Aut Ephe -- vv si bima -- vv risve Co -- vv tinthi --

-- vv -- vv -- vv -- v --
-- v -- vv -- vv --
Septimi generis Ode 3.

1 7 Laudabunt ali j claram Rhodò, aut Mi-
tylenen.

1 28 Te maris & terræ, numeroque carentis
arenæ.

5 12 Quid tibi vis mulier nigris dignissima
barris.

Octauū genus: vt Ode 8 lib. 1. quæ est dico-
los distrophos. Primus quisq; versus est Aristo-
phanus dimeter acatalectus: cõstans è choriã-
bo, & bacchiò, siue amphimacro: hoc modo,
H iij

Lydia die -uu- per omnes u - -
 Secundus autem quisque est Choriambicus
 Alcaicus tetrameter acatalectus: constans ex e-
 pitrito secundo, duobus choriambis, & bacchio,
 siue amphibracho: hoc modo,
 Te deos o -u- -ro Sybarim -uu- cur properes
 -uu- amando u - -
 -uu- u - -
 -u- - -uu- -uu- -u- -
 Othavi generis Ode vna.

1 8 Lydia die per omnes.
 NONUM genus: vt Ode 9. quæ est tricolos te-
 trastrophos. Primi quisq; duo versus sunt Da-
 ctylici Alcaici acatalecti: qui constant ex pen-
 themimeri iambica id est, ex iambo vel spodeo,
 iambo & syllaba, quæ dicitur cæsura: deinde è
 duobus dactylis, vel vltimo amphimacro: hoc
 modo,
 Vides u- vt al u- ta- ster niue -uu- candidum -uu-
 Sora u- cte, nec u- iam - sustine -uu- ant onus -uu-
 Tertius autem quisque est Iambicus Archilo-
 chius dimeter hypercatalectus: constans qua-
 tuor pedibus: primo & tertio, iambo, vel spon-
 deo: secundo & quarto, iambo duntaxat, deinde
 superest syllaba, hoc modo,
 Sylua - labo u- rantes - - gelu u- que u-
 Quartus autem quisque est Dactylicus Alcai-
 cus acatalectus: constans ex dimetro Heroico, &
 dimetro Trochaico. i. è duobus dactylis, & duo-
 bus trochæis: vel vltimo spondeo, hoc modo,
 Flumina -uu- confite -uu- rint a -u- cuto - -
 u- u- - -uu- -uu-
 u- u- - -uu- -uu-
 - - u- - - u- u-
 -uu- -uu- u- - -
 Noni generis Ode 37.

1 9 Vides vt alta stet niue candidum
 1 16 O matre pulchra filia pulchrior
 1 17 Velox amœnum saepe Lucretilem
 1 16 Musis amicus tristitiam & metus.
 1 27 Natis in vsu lætitiæ scyphis.
 1 29 Icci beatis non Arabum inuides
 1 31 Quid dedicatum poscit Apollinem
 1 34 Parcus deorum cultor & infrequens
 1 35 O diua gratum quæ regis Antium
 1 37 Nunc est bibendum, nunc pede libero
 2 1 Motum ex metello consule ciuicium
 2 3 Æquam memento rebus in arduis
 2 5 Nondum subacta ferre iugum valet
 2 7 O sape mecum tempus in vltimum
 2 9 Non semper imbres nubibus hispidos
 2 11 Quid bellicosus Cantaber, & Scythes
 2 13 Ille & nefasto te posuit die
 2 14 Eheu fugaces Posthume, Posthume
 2 15 Iam pauca aratro iugera regis
 2 17 Cor me querelis exanimas tuis
 2 19 Bacchum in remotis carmina rupibus
 2 20 Non vsitata nec tenui ferar
 3 1 Odi profanum vulgus, & arceo
 3 2 Angustam amice pauperiem pati

3 3 Iustum & tenacem propositi vitum
 3 4 Descende cælo, & dic age tibia
 3 5 Cælo tonantem credidimus Iouem
 3 6 Delicta maiorum immeritus lucis
 3 17 Æli, vetusto nobilis ab Lamo
 3 21 O nata mecum consule Manlio
 3 23 Cælo supinas si tuleris manus
 3 26 Vixi puellis nuper idoneus
 3 29 Tyrrena regum progenies, tibi
 4 4 Qualem ministrum fulminis alitem
 4 9 Ne forte credas interitura, quæ
 4 14 Quæ cura patrum, quæve Quiritium
 4 15 Phœbus volentem prælia me loqui.
 DECEMVM genus: vt Ode 11. quæ est mo-
 nocolos. Sunt enim omnes versus Choriambi-
 ci Alcaici pentametri acatalecti: qui constant
 è spondeo, tribus choriambis, & pyrrhichio, vel
 iambo: hoc modo,
 Tu ne - - que sciris -uu- scire nefas -uu- quæ mi-
 hi quem -uu- tibi uu
 Finem - - dii dederint -uu- Leuconoc -uu- nec
 Babylo -uu- nios u-
 - -uu- -uu- -uu- uu
 - -uu- -uu- -uu- u-
 Decimi generis Ode 3.

1 11 Tu ne quæ sciris scire (nefas) quem mihi,
 quem tibi.
 1 18 Nullam Vare sacra vite prius feneris ar-
 borem
 4 10 O crudelis adhuc, & Veneris niueneri-
 bus potens.
 VNDECIMVM genus: vt Od. 18. lib. 2. quæ
 est dicolos distrophos. Primus quisque versus
 est Iambicus Archilochius dimeter acatalectus:
 constans amphimacro & duobus iambis, vel
 vltimo pyrrhichio: hoc modo,
 Non ebur -u- nequ' au u- reum u-
 Secundus quisque versus est Iambicus Ar-
 chilochius trimeter catalecticus: constans è quin-
 que iambis & syllaba: recepto tamen in locis
 imparibus etiam spondeo: hoc modo,
 Mœa u- reni u- det in u- domo u- lacu u- nar u-
 -u- u- u-
 u- u- u- u- u- u-
 Vndecimi generis Ode vna.

2 18 Non ebur, neque aureum.
 Duodecimum genus: vt Ode 12. lib. 3. quæ est
 dicolos tristrophos. Primi quinque duo versus
 sunt Ionici à minore, Sapphici, trimetri acata-
 lecti: qui constant è tribus ionicis à minore, vel
 vltimo pæone tertio: hoc modo,
 Miserat' est uu- -nequ' amori uu- -dare ludum
 uu- -
 Neque dulci uu- - mala vino uu- - lauer' aut
 ex uu- -
 Tertius item versus est Ionicus à minore, Sap-
 phicus, acatalectus, sed tetrameter: constans è
 quatuor Ionicis à minore: hoc modo,
 animari uu- - metuentes uu- - patriæ ver uu- -
 bera linguæ uu- -

uu- -uu- -uu- -
 uu- -uu- -uu- -
 uu- -uu- -uu- -uu- -
 Duodecimi generis Ode vna.

3 12 Miserarum est neq; amori dare ludum.
 DECEMVMTERTIVM genus: vt Ode 7.
 libri quarti, quæ est dicolos distrophos. Primus
 quisque versus est Heroicus hexameter catale-
 cticus: qualis, Laudabunt alij claram Rhodon,
 aut Mitylenen. hoc modo,
 Diffu - - gere ni -uu- ues rede -uu- unt iam - -
 gramina -uu- campis - -
 Secundus quisque est Dactylicus Archilo-
 chius dimeter hypercatalectus: constans duo-
 bus dactylis & syllaba: hoc modo,
 arbori -uu- bûsq; co -uu- ma -
 - -uu- -uu- - -uu- -
 -uu- -uu- -
 Decimimertij generis Ode vna.

4 7. Diffugere niues, redeunt iam gramina
 campis.
 DECEMVMQVARTVM genus: vt lib. 5.
 Ode 1. quæ est dicolos distrophos. Primus quis-
 que versus est iambicus Hipponacteus trime-
 ter acatalectus: constans è sex iambis: recepto
 tamen in locis imparibus etiam spondeo: hoc
 modo,
 Ibis - - Libur u- nis in - - ter al u- ta na u- niu uu
 Secundus quisq; est Iambicus Archilochius
 dimeter acatalectus: constans è quatuor iambis
 recepto tamen in locis imparibus etiam spodeo:
 hoc modo,
 Ami u- ce pro u- pugna - - cula uu
 - - u- - - u- u- u-
 u- u- - - uu
 Decimi quarti generis Ode 16.

5 1. Ibis liburnis inter alta nauium
 5 2. Beatus ille, qui procul negotiis.
 5 3. Parentis olim si quis impia manu
 5 4. Lupis & agnis quanta sortito obtigit
 5 5. At ô deorum quisquis in cælo regis
 5 6. Quid immeretes hospites vexas canis
 5 7. Quò quò scelesti ruitis, aut cur dextris
 5 8. Rogare longo putidara te saculo
 5 9. Quando repositum Cæcubum ad festas
 dapes
 5 10. Mala soluta nauis exitalite.
 DECEMVMQVINTVM genus: vt Ode 11.
 quæ est dicolos distrophos. Primus quisq; ver-
 sus est Iambicus Hipponacteus trimeter acata-
 lectus: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta na-
 uium: hoc modo,
 Peçti - - nihil u- me si - - cut an u- te a u- iuuat uu
 Secundus verò quisque est Sapphicus: con-
 stans penthemimeri heroica, & dimetro iambi-
 co, id est, è duobus dactylis, & syllaba. deinde è
 quatuor iambis: recepto tamen in locis impari-
 bus etiam spondeo, hoc modo,
 Scribere -uu- versus -uu- los - amo u- re per u-
 culsum - - grani u-

- - u- - - u- u- uu
 -uu- -uu- u- u- - - u-
 Decimiquinti generis Ode vna.

5 11. Peçti nihil me sicut antea iuuat.
 DECEMVMSEXTVM genus: vt Ode 13.
 quæ est dicolos distrophos. Primus quisq; ver-
 sus est Heroicus hexameter catalecticus: qualis
 ille, Laudabunt alij claram Rodon, aut Mityle-
 nen: hoc modo,
 Horrida -uu- tempe - - stas cæ - - lum coh - - tra-
 xit & -uu- imbres - -
 Secundus verò quisque est Archilochius:
 constans dimetro iambico & penthemimeri
 heroica, id est, è quatuor iambis: recepto tamen
 in locis imparibus etiam spondeo. Deinde è duo-
 bus dactylis, & syllaba: hoc modo,
 Niuef u- que de u- ducunt - - Iouem u- nunc
 mare -uu- nunc sylu -uu- a -
 -uu- - - - -uu- -
 u- u- - - u- -uu- uu
 Decimifexti generis Ode vna.

5 13. Horrida tempestas cælum contraxit,
 & imbres.
 DECEMVMSSEPTIMVM genus: vt Ode
 14. quæ est dicolos distrophos. Primus quisque
 versus est, qualis, Laudabunt alij claram Rho-
 don, aut Mitylenen: hoc modo,
 Mollis in -uu- eritiâ -uu- cur tan - - tam dif - - fu-
 derit -uu- imis - -
 Secundus autem quisque est Iambicus Ar-
 chilochius dimeter acatalectus: qualis ille, A-
 mice propugnacula: hoc modo,
 Obli - - uio u- nem fen - - sibus uu
 -uu- -uu- - - -uu- -
 - - u- - - uu
 Decimiseptimi generis Ode 2.

5 14. Mollis inertia cur tantam diffuderit
 imis.
 6 15. Nox erat, & cælo fulgebat Luna sereno.
 DECEMVMOCTAVVM genus: vt Ode
 16. quæ dicolos distrophos. Primus quisq; ver-
 sus est Heroicus hexameter: hoc modo,
 Altera -uu- iam teri -uu- tur bel - - lis ci - - uili-
 bus -uu- ætas - -
 Secundus verò quisque est Iambicus Hip-
 ponacteus trimeter: qualis ille, Ibis Liburnis
 inter alta nauium. Quamquam in hac ode secu-
 dus quisque versus constat è solis iambis: quod
 semel tantum legitur fecisse Horatius. Quam-
 obrem versus ille, Eamus omnes execrata ciui-
 tas, sic est legendus, Eamus omnis execrata ci-
 uitas. Quod & Porphyrioni placet, vt sit figura-
 ta loquutio, Eamus omnis ciuitas execrata hæc
 & quæ potestunt reditus abscondere dulces. Sūt
 enim omnes iambi: hoc modo,
 Suis u- & ip u- sa Ro u- ma vi u- ribus u- ruit uu
 -uu- -uu- - - -uu- -
 u- u- u- u- u- uu
 Decimoctauim generis Ode vna.

5 16. Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas.

VNDE VIGESIMVM genus: vt Ode 17, quæ est monocelos. Sunt enim omnes versus Lambici Hipponactei trimetri acatalecti: qualis ille, Ibis Liburnis inter alta nauium, hoc modo,
Iá i'ef--fica u--ci do--manus u--scien u--tia u--

Supplex -- & ou-ro re--gna per u--Profer--
pinæ u--
-- u-- u-- u--
-- u-- u-- u--
Vnde vigesimi generis Ode una.
5. 17. Iam iam efficaci do manus scientia.

Index rerum & verborum obseruatione & cognitione digniorum, quæ commentariis Dionysii Lambini in omnes Q. Horatii Flacci Odas continentur: in quo prior numerus paginam, posterior columnam, & littera locum indicat.

A Digere curas 29.1.B
adfectu irarum, & simil. 2.3.2.B
accumbere & recubare qui differant 73.1.A
accusatores cum anseribus, & capibus comparati 303.2.A
achæmenium unguentum 150.1.B
Achelous omnium Græciæ fluminum maximus 277.2.B.C
Achelous pro quibuslibet fluminis, qui in tribus augetur, & pro aqua uisurari solet 277.2.B.C
Aegæi, populus arbor sic vocata 28.1.B
Acheruns fluminis infernus 16.1.D
Acheruntia oppidum in Lucania 162.1.A
Acherusia palus 16.1.D
Achilles Thestalus 109.1.D
Achilles Thetidis filius, 320.2.A
Achilles à matre eductus puer à Thetide 135.2.A
Achillis stomachus implacabilis 23.1.A
Achilli fatale fuit, ad Troiam mori 321.1.C
Achilles inuulnerabilis, petisus à Patroclide 62.2.D
Achillis & Agamemnonis animi apud inferos una colloquentes 252.1.A
Acivis, i. sisorus 35.1.A
acroceramia 14.2.B
acuire linguam, acuire animos in 10.2.D
actio belli 247.1.D
ad plenum 55.2.D
Adamantina tunica 323.2.D
adorea, quid sit 245.1.B
adversus, & adversus quid inter se differant 336.2.C

stent 309.1.A.B
aduersas res se domat, & docent, quid opus est factis 224.1.C
adulatio proprie canum est 145.2.B
Aegæus, cur Apollo sic appellatus. 194.1.B.C
adyrum quid 52.1.A.B
Aeacida qui, & quot fuerint 201.1.A
Aeacus apud inferos ius dicit 126.A
adulter quid 4.2.A
Aegeum mare cur sic appellatum 133.1.B
Aegæus, tonis clypeus 164.1.C
Aegrimonia 321.2.B
Aëneæ gens multa familia 198.2.B
amulari cum quarto casu iunctum, imitari significat 235.2.D
Aenea iuga, Aenea turris, & simil. 180.1.A.B
Aeneas castus 249.1.D
Aeneas, Romanorum pater 62.2.D
Aequora ventis aspera 21.1.D
Aequus animus 106.1.A
Aër densus, i. nubes 114.1.D
Ara, i. signa area 258.2.B
Asterifer 132.1.B
astuosum fretum 114.1.D
astus marinus 114.1.D
Asula, oppidum Tiburi propinquum 226.2.D
Aetas annorum triginta statium continet 92.1.D
Atlas carpitur 38.1.A
Atlas currit 49.2.A
Aetatem defendere 54.2.D
Aeternare 276.1.C
Aetna ignis vomit globos 18.2.B
Atma niveosa, per totum annum nivis acutè nutrita 336.2.D
Aetna ardens bella, & perelegans descriptio 336.2.C

Agamemnon à Conoo in brachio vulneratus. 262.1.B
Ager animam. 270.1.C
agens tempus amicum. 173.1.A
Agæus, cur Apollo sic appellatus. 253.1.C
Ahenus murus. 137.2.B
Africa frumenti fertilissima. 5.1.C.D
Africus, ventus protervus. 329.1.A.B
Africus, ventus creber procellis. 311.2.C
Aquila, cur à Græciis sic vocata. 242.2.C
Albanus populus Romam translatus. 345.1.C
albicare. 17.2.B
albinea Nympha, est Sibylla Italica. 27.1.C
Alcaeus, & poeta, & vir militaris & bellicosus fuit. 84.C
Alcæon cum matrem occidisset, in furorem incidit. 194.2.C
Alca periculosa pleni opus tractas, prouerbialiter dictum. 100.1.D
Alexander magnus unguento præstantissimo, vinoque fragrantissimo solum aspergere solebat 130.2.B
Alexandria, & Alexandria: ut Antiochia, & Antiochia 278.2.B
Alga herba. 199.1.A
algidum, mons, & urbs eiusdem nominis 209.2.A
alite secunda, bonis auibus 329.1.B
alaborare 98.2.D
allium, cibus est rusticus, & messoribus non inuicundus 292.1.B.C
alobrox nouis rebus infidelis 281.1.A

I N D E X

alvus, i. egegrus 163.1.C
alumnus semper eum significat, qui alitur 320.2.A
amabile carmen 72.D
Amaltheæ capra cornu, prouerbum D 36.1.C
amara curarum, & simil. 100.2.D. 186.1.B
amarities 73.2.D
amare eam, qua a spernatur amantem, durissimum est seruitutis genus. 86.1.B
amare, me potiri, res omnium durissima 73.2.C
amat, i. solet 194.2.A
amant, i. solet 306.2.A
amans eo, quod potiat, beatus dici potest: quod seruiat autem, & quod semper sollicitus sit, perit, & miser est 73.2.C.D
amantium pallor violacei coloris particeps 182.2.B
amatorum basia, qualia 45.A
Amatones, fabulosa mulieres 243.1.D
amens animi 64.1.A
amentia nihil grauius, & molestius 83.2.C
ames quid 288.1.C
amicitia munus ut explatam sit, mul ti salis modij sunt edendi 133.2.D
amicus omnis amicum fugit pauper. 214.2.A
amici filii descriptio 91.2.B.C
amoenus, quasi ad se amandum alliciens 161.2.A
amor grauis morbus 44.2.D
amor cæcus 59.2.C
amor & felle & melle est miscundissimus 73.2.D
amor torret eum, i. urit 179.2.D
amor muliebri quous uento mollior, incertior, ac fallacior 21.2.C
amor flagrans 68.2.A
amor improbus, puer iniustissimus 85.2.B.C
amor senilis, turpe 299.2.B
amoris sedes, secur 233.2.B
amoris fomenta, & pabula, qua 314.2.C
amoris indicia 44.1.A.B. & seq.
amoris inæqualitas unde nascitur 86.1.A.B
amoris quinque gradus 45.1.C
in Amore nihil valere genus, sapien tiam, nec mores: solamque pecuniam spectari 314.1.C
in Amore hæc omnia insunt vitia, iniurie, suffusiones, &c. 73.2.C
in Amore naufragi, & calamitosi apices regum 206.1.C

qui sint 86.1.B
amor dapis, i. famis 243.1.B
Amphiaræus augur hiatus terre asumptus 194.C
Amphiaræi domus funditus extinta, atque euersa 195.1.C
amphora, quod genus vasis 312.D
amphora Læstrygonia 197.2.B
amphora Romana quantum continebat 191.1.A
amysus, quod genus poculi 94.1.C
Anacreon antiquior Pindaro 322.2.A
Anacreontis poësis tota est amatoria 56.2.A. 262.2.A
Anacreontis statua habitus hominis ebriij 56.2.A
ancilium quid, & unde dictum 167.1.A
Andropedus 11.2.B
Andromeda, Cephei & Cassiopeæ filia 227.1.C
Anaportus 69.1.B
Angusta pauperies 150.1.D
angusta viarum, & simil. 100.2.D
Antheia nihil grauius, & molestius 272.2.A
Antheitis sublimis 51.1.B
Antheitis fluminis descriptio 27.1.B
anima, i. uita 41.2.C
anima ventorum 17.2.B
anima Thraciæ, i. uenti Thracij 269.2.A
animosus infans 162.1.C
animosus Parthi 61.1.C
animus ab anima dictus 270.1.C
animi mares 151.1.C
animi sub vulpe latentes 300.2.A
animorum pestes 214.1.C
animus recedere 54.1.D
Annibal parentibus detestatus 7.1.B
annus pronus 253.2.D
annus formosissimus 288.1.C
annus hibernus 288.1.C
anni venientes multa ferunt commoda secum, multa recedentes adimunt 111.1.C
anni affluentes 268.1.A
antenna velata 331.2.A
Anthemus sculptor 304.1.B
Antimachus poeta, mortua sibirexore Lyda, scripsit elegiam ad sui consolationem 76.1.A
Antiochus, rex Syria 172.2.B
Antipater 64.2.D
Apella Iudæi 142.1.C
aper Marsus 7.2.C
apex quid, & unde dicitur 206.1.C.D
apices regum 206.1.C

apium viuax 255.1.D
apium ad cibos admittere, nefus 267.1.B
apium, herba lugubris, & fimebris 267.1.A
Apollo ac Diana in Delo ex Latona nati 63.1.C
Apollo Latona, i. Latona filius 253.2.B
Apollo cur æguoclop dictus 63.1.C.D
Apollo cur ægoclop appellatus 28.2.D
Apollo, Phæbus, & Sol, idem est 62.2.C
Apollo cur appellatur Pythius 52.1.C
Apollo Gryneus 344.2.A
Apollo à Ægeis 63.1.D
Apollo, augur æquus 345.2.A
Apollo iratus, pestem & calamitatem inmittit 63.2.A
Apollo non semper tendit arcum 120.2.C
Apollo semper Troianis sauit 62.2.D
Apollinis etymon 344.1.C
Aprilibus mensis unde sic vocatus 267.2.C
Apuicum mare 212.1.A
aqua sacra 6.2.A.B
augarum diuina natura 8.1.A
Aquila, rex auium, & cur à Græciis ægoclop vocatur 242.2.D
Aquilam in animum cur sibi adoptauit Iupiter 242.2.B.C
Aquila feroces columbam non progenerat imbellem 49.2.A
Aquila quis uentus 13.2.D
Aquila impotens 174.2.C
Aquilones, incolæ Thraciæ 180.2.D
aquosus hydrops 103.1.C
Arabia eisdem 80.2.B
Ararim Parthus bibet, &c. 329.1.C
Araxes fluminis unde scaturiginē caput 119.2.A
arbiter, i. dominus 14.1.B.C
arbiter bibendi 20.1.D
arcadia frumenti ferax 271.2.B
archilochum proprio rabies armauit iambo 304.1.A
Archytas Tarentinus ita fuit philosophus, & geometra, ut à reip. administratione tamen non abstinerit 75.2.C
arctos dua ad polum Arcticum 70.2.D
Arcti metuentes aequore tingi 102.2.B

INDEX

Arcturus, signum celeste omnium
acerimum 149.1.C
ardor civium 155.1.C
ardor i. amor 316.1.A
arduum nihil est mortalibus 161.
D
arena vasa 78.1.D
arena bibula 162.2.C
arena arentes 162.2.C
argentum nihil habet vitioris, nisi v-
su moderato 102.1.C
argenteorum hastarum confectus om-
nia vincit 195.A
argentum urbes everit, & viros e-
suis sedibus exturbat, &c. 194.
2.A
Ariadne historia, seu fabula 143.2.
B. & seq.
arista, pro annis 37.1.D
Aristoteles an animorum immorta-
litate crediderit, adhuc sub iudice
lis est 230.2.A
arma militis sunt eius membra 308.
2.C
arma abiecere in acie, flagitium in-
signe 168.1.D
arma beata 310.1.B
aspicit ut scorpium 239.2.B
assiduum i. longus, diuturnum 112.2.
D
assum vitulinum 6.2.A
astrologi Babylonij reprehendi, & con-
futati 37.1.A.B
Astrorum vires 138.1.C. & seq.
ἀστυροὶ Φιλῆ το συμτόσιον σίλε-
σιον κομισιου carum est 72.2.B
asymbolum 272.2.C
asaurus quis, & unde dicatur 2.1.
A.B
ἀτασθαλίαν, i. puella intacta, & in-
corrupta 318.1.B
Odyss. ἀτασθαλίαν 162.1.C
Athens, Palladis urbs 25.2.D
Atlas coluum sustinet 33.2.B
Attagen qua, & qualis avis 290.
1.C
Attalica conditiones 5.1.D
Attalus quis fuit 5.2.A
Attica adiudica Minerva 26.1.B
aurea templa 133.2.B
avarus accessione pecunie non satia-
tur 103.1.A.B
avari barpagonibus, hurpys, ac Tan-
talij similibus 197.1.B
avari quibus afficiuntur apud infe-
ros penes 142.1.A
avarus argento nullus color 102.1.C
avarus nautis mare est exitio 5.2.D
auctor i. progenitor 11.2.A
Auctumnus pomifer, fruges effun-

dit 209.1.D. 20.1.C. 255.1.A.B
Auctumnus grauis 129.2.A
audax perpeti 259.1.D
audax praelis 40.1.D
Aurum fontis simulati latites 298.
1.B
aversa insula, & simil. 247.2.C
ausfidus, Apulia fluvius 250.2.D
ausfidus tauriformis 228.1.C
Aurures ut auguria captabant 202.
1.B.
augurium qui captabant orientem so-
lem spectabant 220.2.A
augustus Mercurius 11.2.B
augustus universo dominabatur orbi
143.1.A
augustus cum Hercule comparatus
190.1.A.B
aurea itinerum 272.2.A
auidus pugna 164.1.D
aurea asra 290.1.C
aui mala 48.2.B
aves diuina, & officines que sint
220.1.B.C
aves Esquilina 302.2.C
avicus fundus 42.2.A
aulea quid sit 252.2.D
aura fallax 21.2.C
aura rimatoris 153.1.A
aura popularis 152.2.D
aura iouis 344.1.B
aurea copia pleno cornu 56.1.A
aurea mulier 21.2.C
auriga, celeste sidus 174.2.D
auribus bibere 226.2.A
aures acuta 142.1.A.B
aures tuta 74.1.B.C
aurea purgata personare 55.2.D
aurita quercus 259.1.C
aurora roseis digitis 61.1.B
aurum, omnium malorum materia
214.2.C
aurum quando in uso esse cepit 158.1.
D
auro nihil pulchrius, au amabilius 21.
2.C
auro asellus onustus quislibet urbes
expugnare potest 195.1.C
auspex promilus 28.2.B.C
auspicatio quidquam agere 28.2.B
auspicioiu magistratus apud Roma-
nos 28.2.C
auster humidus 312.1.C
auster, arbiter Adria 155.1.D
austri fallaces 169.2.A

B Acca, gemma, & lapillus 306.
2.A
Bacchantes ventus 69.1.D
Bacchus, Semetes filius 22.2.B
Bacchus, deus iuvecundus 314.1.D
Bacchus, dator latitiae 143.1.C
Bacchus capillatus, ac deorum maximus
193.2.D
Bacchus Tyoneus, à Tyone matre di-
ctus 216.2.C
Bacchus Lenaeus cur dicitur 216.2.B
Bacchus cur Euius vocatus 59.1.
B
Bacchus, cerberus insons appellatus
142.2.B. 144.2.D. & cur co-
gnomento taurus dicitur 45.1.A
Bacchus mulierum Bacchantium, &
inuentum nudorum exercitu Indos
deiecit 144.2.B
Bacchus est metuendus, quia offensus
conciat mentes 143.1.C
Bacchus confundit cum Marte proelia
57.1.A
Bacchus flebit flumina retro 144.1.
C
Bacchi currum cur tigres trahere sin-
guntur 156.2.A
Baccho cur cornu tribuunt poetae
144.2.C.D
Baccho aeterna iuventa 255.2.A
Baccho madidi curarum onera leuant
29.1.B
Bacchi cognomina ibi legito 216.2.B
Bactra 227.1.D. 227.2.A
Baia liquida 162.1.D
Balanus quid sit 226.2.D
balba senectus 79.1.B
Bantini saltus 160.1.C.D. & 162.
1.B
barathrum abruptum 114.2.A
barbata hominis partes mirum &
foricium urina illita imberbes effici
possunt 265.2.B
Barrus 216.2.B
basiare 45.1.A
Bassare, seu Bassarides, & Baccha, Bac-
chi sacerdotes 142.2.B
Bassareus, Bacchi cognomen, & cur
59.2.A. 216.2.C
Bathyllus, delicia fuit Anacreontis
322.1.D
basium qui non odit, amet tua carmi-
na, &c. 311.1.D
Beatus uoluerit 173.2.B.C
beatus esse is nequit, qui timet 148.
2.C
beatus i. opulentus 80.2.B
beatus ex omni parte nullus 135.1.D
beata pleno copia cornu 56.1.A
Bebrice, Danaidum una, vtrum suu
stravit 184.2.B
Bellerophon unde id accepit nomina
175.1.B

INDEX

175.1.B
Bellerophon chimarā interfecit, eduo
Pegasi uellus 74.2.C.D. 187.1.B
Bellerophonis & Pegasi fabula 268.
2.A.B
belluosus Oceanus 279.1.B
bellum, ludus Martis, & fortuna
100.1.B. 86.2.A
bellum importunum 246.2.A
bellum lacrymosum 63.1.D
bellum seruire 191.1.A
belli gemina porta 280.2.A
bella, adartis delicia, & oblectamen-
ta 11.2.A
bella furii constari 77.2.D
bella civilia ex peccandi licentia ma-
nare 213.2.A.B
bella civilia à dijs immissa ob fratri-
cidium Romuli 305.1.B
bella detestata matribus 7.1.B
bellorum quanta calamitates 159.2.
C.D
benigne ac liberaliter 56.1.B
benigne facere 56.1.B
benignitas, beneficentia 56.1.A
benignus, liberalis, largius 31.2.C
benignus i. copiosus, affluens, & abun-
dans 339.1.C
benigna ingenij uena 56.1.B
benigno cornu i. pleno 55.2.D
benigna dapis 56.1.C
Berecynthium cornu 59.2.B.C
bibere noues in conuiuio debet poeta,
si insanire uolet 202.1.B.C
bibere uetant eum Gratia, qui à rixis
& conuiuio abhorret, plus quam
treis uini cyathos 202.1.B.C
bibis aure vulgus 234.1.C
bibendi reges 20.1.D
Bibulus consul 225.1.B
bidentes qua, & cur ita dicantur
209.2.B
biformis uates Horatius 145.2.C
bimaris 25.2.A
bimestris 199.1.C
Biremis 229.2.B
bitumen nigrum 301.1.C
blanditia, urbs in Sabina 187.2.D
Bocchus, rex Mauritania 239.1.A
bonus uir audeat aduersam fortunam
177.1.C
calceda olim erant ipso noua luna die
excipere & subire, neque tamen a-
gre fert casum suum aduersum 135.
1.D
calenum uinum 83.1.A
boni uiri munus & officium 121.1.
183.1.D
boni ex bonis nascuntur 244.1.A
bonorum humanorum genera quatuor
83.2.B
bona uerba dicere, & loqui 148.1.
A
bona dea 52.1.A
bos arator, & de potius 249.1.A
boves intacta qua sint 309.2.B
bosporus, non bosporus 125.2.C
bosporus insaniens 160.2.A
162.2.C
brenci populi 276.2.A.C
briareus centimanus 137.2.B
britanni ab orbe diuisi 92.1.B
bromius Bacchus cur ita cognomina-
tus 216.D
brutus, a. sum. quid sit 87.2.C.D
bruta tellus 163.2.B
bupalus sculptor 304.1.B

B
Bacchus ferrox uiribus 49.2.C
Bacchus, rex Thebarum, & Se-
mela pater 60.2.A
caduceus, seu potius caruceus 36.1.C
Cacus 125.2.B
caducum fulmen 139.1.A
Cacus quantum continebat 191.1.A
Cadam uertere 226.2.C
caecus quis uentus 132.D
caedes ex peccandi licentia fieri 213.
2.A.B
caelebs quis 177.2.A
calum, seu calus, primus totius mun-
di imperij obtinuit qui & terra
duxit uxorem 138.1.A
calum ex lapidibus constare & ali-
quando collapsurum quidam existi-
marunt 155.2.A
calum ipsum stultitia petimus 16.1.
D
cementum 212.1.A
caemeta qua, & unde sic dicta 149.
2.C
casare caso qua in celo apparuerunt
portenta 42.2.D. 43.1.A
caestes uinus 61.2.A
calamistratum habere comam turpe
42.1.C
calamitates agricolis promittenda 149.
2.A
calenda Martia cur feminea uocata
177.1.C
calceda olim erant ipso noua luna die
excipere & subire, neque tamen a-
gre fert casum suum aduersum 135.
1.D
calenum uinum 83.1.A
callida resonare, i. qua resonare nouit
183.1.D
callida resonare testudo, & simil.
259.1.D
callidium condere 35.1.A.B
callisto in urca mutata, & inter astra
relata 71.1.A
calpar, quid sit 250.1.A
camillus exul, consul creatus, & qua-
ta eius uirtus & integritas 42.1.C
canonae minaces 262.1.D
canicula atrox hora 188.1.C
canicula uitandus aestus 56.1.D
canidia uenefica 292.1.D
canidia crimes uiperis implicati 297.
2.B
canis pastorum amans, uis amica pa-
storibus 303.C
canis fidelitas, sagacitas, & alacritas
7.2.B
canum fida custodia amansque domi-
norum adulatio 145.1.B.C
canis Laconicus, seu Lacedaemonius,
vel Amiclaeus 303.B.C
canis anguinea 32.D
canes Malesi 303.2.B
canemulcia, i. multis canibus 288.1.
C
canis ieiuna salina ad amatoris con-
ficiendum poculum utilis 298.1.A
Cania, i. maledicus 303.2.A
canis indoctum 65.2.C
canities arida 121.2.B
canities morosa 32.2.B
cantaber bellicosus 71.1.A
cantilena quo recentiores, eo placent
magis 312.C.D
caper Baccho immolari solebat 312.
1.D
capilli nitidi 114.1.A
capilli uncti 80.2.D
capitolium, iouis erat sedes 167.2.A
Capricornus, signum Zodiaci, cur ty-
rannus appellatus 138.1.D. 139.2.
A
captare incundius est, quam capere
288.2.C
captare frigus, & umbras 189.1.A
caput nitidum 113.2.C.D
caput carum, caput lepidum caput ri-
diculum 67.1.A
caput ueteris esse sacrum existimabatur
16.2.D
capitis acceptiones uariae 6.2.C
carmen 62.2.B.C
carmen saculare cur ita dictum 34.2.
1.A.B
carmina celo possunt deducere lunam
298.2.D
carmina Sabella, 336.1.B.C
carpere diem, carpere pensum, carpere
obliuiones, & simil. 37.2.D
carpere iter 137.2.A
carpere oporem 323.2.D
carpere, i. obscurare, & imminuere

I N D E X

264.1.A
 Carthago à Scipione funditus cuncta
 309.2.D
 Castor natus immortalis, suam tamē
 immortalitatem fratri Polluci com-
 munitavit 40.2.B
 Castor & Pollux cur nauigantium
 seruatorum, & liberatorum habitus 156.
 1.A
 cetera villicres 159.1.B
 Ceteris animus atrox 41.2.B
 Ceteris nobile lethum 101.1.A
 ceteris solers, & consideratus 34.1.D
 ceteris iaculati, & simil. 259.1.D
 caucaseae volucres 15.2.A
 cauda pennata 145.1.B
 caespitarius bellum 193.2.C
 cecropius i. Atheniensis 100.2.B
 celer voluere mensis. i. celer in vol-
 uendis mensibus 253.2.C
 celer excipere, & simil. 259.1.D
 celerare gradum 15.2.B
 ceteris suis totam noctem producebant
 antiqui 206.2.A
 censura 4.1.A
 census quid 132.1.B
 Cerauri plus nimio poti, Lapitharum
 uxoris vim inferre conantes, casti-
 sunt 58.2.C.D
 centiceps bellua 126.2.B
 centimani cotrus, Briareus, & Gyges
 137.2.B
 ceratium, quae mensura 191.1.A
 κέρως ἀμυλδέα, proverbium 56.
 1.C
 ceramnia 14.2.B
 Cerberus ex Typhone & Chimara
 genitus 74.2.C
 Cerberus nefandus, & crudelis Orci
 canis, voce ferrea, quinquaginta ca-
 pitibus praeditus, impudens, & va-
 lidus 126.2.C
 Cerberus triiceps 19.2.D
 Cerberus trilingue 145.1.B
 Cerberus tria inhians tenet ora 126.
 Cerberus centiceps 126.2.B
 Cerberus ingens latratus trifauci 55.
 2.D
 Cerberus inferorum canis ad superos
 per Herculem protractus 16.1.B
 Cerberi descriptio 3.2.D
 cerea brachia 43.2.B.C
 Ceres edocetivos 34.4.1.B
 certare vero, certare ioco 234.2.A
 certare cum dandi casu 5.2.D
 6.1.A
 ceruis timidi, ac fugaces 51.1.A.B
 ceruis luporum praeda 246.1.B.C
 Cetera fulius 235.2.D. cetera nul-
 lius pretij homo. Cetera larus, Cete-
 ra Grauis, cetera sanctissimus, &
 simil. 239.1.A
 Charon, Orci satellites, & ministri 141.
 2.C
 Charontis trifidis ampla cymba 108.
 1.B
 Charybdis voraginis descriptio 74.
 1.C
 cheyls & lyra, idem 35.1.C
 chimara triformis 74.2.C
 chimara ignem spirans 137.2.A
 chimara flammis ore vomabat 75.1.
 A
 Chiron doctor ac magister praestanti-
 simus 320.1.B. alius & erudit
 Achillem 320.2.A
 chlamydes in usum tempore belli 310.
 1.B
 ciborium, quod genus vasis 115.1.A
 cibi fastidia labor extundit 133.2.C
 ciborum condimentum, sal 133.2.C
 cicada, animal aridissimum, sicillimum,
 canorum, & garulium 135.2.C
 cicadae quarula arbuta rumpit can-
 tu 238.1.A
 cichorea 83.2.A
 cicuta frigore necat 292.1.B
 cinis dolosus, prouerbialiter dictum
 100.2.A
 circe viua 225.1.C
 circe carminibus magicis socios muta-
 nit Phylis in belluas 299.1.A
 circumgemit versus ouile 331.1.B
 circumlitus 334.
 circummagus Oceanus 79.1.B
 cithara imbellis 49.2.D
 citrea mensa 234.1.B.C
 citrus, arbor odorata, ex qua citri ma-
 la 234.1.B
 clam uxorem 249.2.B
 clarus post genitio 213.2.B.C
 claro, as, at 239.2.C.D
 clausi adamantini 212.1.A
 clauus trabales figere, proverbium:
 & quo sit clauus trabalis 90.2.
 A.B
 Cleopatra quo genere mortis perire
 97.1.C.D
 clienta, clients 140.2.A
 clitor fluminis, cuius pisces sunt voca-
 les 240.2.B.C
 clius sacer 237.2.D
 clypeum abicere, turpe 114.1.A
 Cnossus, urbs magna, in qua regnavit
 Minos 76.2.C
 Coa vestes 274.2.A
 Cocytus fluminis infernus, ater, prifus,
 & horribilis 129.2.A
 codrus pro patria & suis, non emi-
 dum mori 265.1.A. 201.1.A
 copia
 κοῖνος Ἐπιπύς, i. communis Mercu-
 rum, promebium 36.1.D
 collata, coegista, & compartata 162.
 1.C
 collinere puluere crines 50.1.
 color, quis proprie 129.1.C.D
 color verecundus 335.2.C
 colubri, vel colubra 355.1.B
 columba molles iambelli: s 97.1.A
 columba Venerei sacra 101.2.C. 225.
 columba lignea, quae vocabat 76.1.
 A
 columen. i. praesidium, robor 137.1.B
 C
 columen verum 136.2.B
 column imperij 90.1.B
 colus Mineruam decet 192.2.B
 comam antiquitus alebani pueri mol-
 les 111.1.A
 coma, i. frondes 240.1.A
 comburere diem 249.2.B
 cometa in morte Caesaris 42.2.D
 43.1.A
 comissor, seu comassor, aris: & comissa-
 tio, vel comassatio: non comessor, aris
 nec comessatio, ut putat vulgus 233.
 1.B
 commodus donarem, & simil. 258.
 2.A.B
 composita hora 32.2.D
 concani, Calabriae populi 162.2.C
 concha, genus vasis 115.1.B
 conchylium nomen generale, omnia
 testacea complectens 289.2.D
 concilium quid 248.2.A
 condere diem 249.2.B
 constata iniuria 54.2.D
 conuata rumpere 48.2.C
 conopium, velum ad culices excluden-
 dos comparatum 308.2.D
 conopium cur turpe esse censetur 309.
 1.A
 consiliare 156.2.B.C
 consilium, mens, & ingenium, maxi-
 ma & praestantissima hominis pars
 230.1.D
 consilia libera 315.2.D
 confiterunt flumina acuto gelu 31.2.
 consolatio quibus ex rebus. comparan-
 da 76.1.A.B
 consul perpetuus quis dicatur 264.
 1.D
 consulum nomina scribebantur in an-
 phoris. i. in vini vasis 205.1.A
 consulum sapientia 87.1.B
 contristare 20.1.C
 conuiuium silentium carum est 72.2.B
 in Conuiuii rosa & unguenta 94.
 2.A
 copia pleno cornu 345.2.A
 copia

I N D E X

cupa fastidiosa 227.1.A
 cor vitium 317.1.B
 cor turgere tristibus iris 44.1.A
 cordatus homo 34.1.D
 cordae, mollis & lasciuia salutatio-
 nis genus 144.2.B
 Cornelius Tacitus, optimus Latini-
 tatis auctor 224.1.B
 cornix vaga 218.1.B.C
 cornicum aras quanta 275.1.B
 cornu Berecinthium 234.1.C
 corona in conuiuiis quid significabat
 296.2.C
 corona populea, latitia & victoria
 signum 28.1.C
 corona ceteracea 26.1.C.D
 coronare vna apud Virgilium, reli-
 quosque poetas, quid sit 266.2.C.
 D
 corripere gradum 15.2.B
 cortex astricibus pice 178.1.A
 coruscus 87.2.A
 corusca fulmina 9.2.A
 corusca dexter, boni: lauis, mali omi-
 nis signum 220.2.A
 Corybantae qui fuerint 52.1.D
 corybantia sacra, in quibus frater (su-
 cidabatur à fratribus 267.1.B
 corybantium more furere, & infami-
 re 52.2.B
 cos eruenta 117.2.A
 cotison, rex Getarum 178.2.B
 κοτρίσσις, quae erant munera 130.
 2.D
 Cottus centimanus 137.2.B
 cotytia sacra, quae & qualia 338.2.
 D
 Cragus, mons, & oppidum in Lycia
 63.1.B
 Crassus, vir cetera sanctissimus, im-
 muniis voluptatibus 239.1.A
 cratera, vas, 200.1.A.B
 credulus 21.2.B.C
 eremides nymphe 7.2.C
 crepare per translationem 58.1.D
 cressus, a, um 93.2.C
 creta centu nobilibus urbibus 222.1.A
 crete centum potens oppidis 218.1.
 D
 criminiosus 51.2.C
 crines calido ferro vibrati, turpes 42.
 1.C
 crocina tunica 233.1.C
 crocodili finis ad quid utilis 317.2.
 B
 cruda marito 183.2.B
 cubans mons. id est. leniter decliuus 55.
 2.C
 cubile hesperium. i. solis occasus 281.
 1.A
 culilli, qui 83.1.B.C
 culpa inexpiabiles 79.1.C
 cuncta terrarum, & simil. 100.2.D
 41.2.B. 27.1.D
 Cumus, teretima belli causa 262.
 2.C
 cupiditatis sitis numquam expletur
 224.1.B
 Cupido, amoris & cupiditatis auctor
 134.1.C
 Cupido, deus potentissimus 322.1.C
 Cupido, puer ales 186.2.A
 Cupido, puer feruidus 81.2.B
 Cupido quo parente factus 84.2.B
 Cupido fordidus quis 134.1.B
 Cupido seuus 86.2.A
 Cupidinis faces nemini sunt inauditi
 179.2.D
 Cupido diuus arcus intendere solet, &
 quos 117.1.D
 Cupidinum sacra mater 86.1.C. 80.
 1.D
 Cupidinis ex adiunctis, & effectis de-
 scriptio 73.2.D. 74.1.A
 Cupido, pro cupiditate, semper apud
 Horatium generis est masculini
 198.1.A
 cupressi cur funebres appellata 130.
 1.D. 334.1.A. 297.2.B
 cura sagax 247.1.D
 cura atra 29.1.A.B
 cura edaces 29.1.A
 cura mordaces 58.1.C
 cura in locupletum, & potentium cre-
 briores, & molestiores esse solent 133.
 2.B
 curarum somenta 314.2.C
 curetes 52.2.A
 curiosus 339.2.C
 Curius maluit aurum habentibus im-
 perare, quam aurum habere 42.1.
 B.C
 currere. i. curreat 301.1.C
 currere. i. nauigare, & cursus. i. nauig-
 gatio 80.1.B
 currus aurei, qui fuerint 309.2.A
 curta quid semper abest rei 196.1.
 C
 cyathi tres amoris 201.2.B.C
 Cybele, deorum mater 202.2.D
 cyclades, in insula in Aegeo mari, quas
 Virgilius Ithacas appellat, & cur
 vocentur cyclades 47.2.A
 cyclopum officina 18.2.B.C
 cyenus, canorus ales 146.2.A
 cyeni ciom in omni vita, tum maxime
 mortis tempore musci, & canori
 240.2.D
 cyeni in tutela sunt Apollinis 146.
 1.B.C
 cyenus, pro vate, & poeta 237.2.C
 cyeni purpuri 233.1.A
 cymbala in sacris cybeles 59.2.B
 cynosura 70.2.D. 71. A
 cynehus, mons deli, unde Apollo
 cynehus, & Diana cynebia vo-
 cantur 225.1.C
 D
 Dadaea lecta 237.2.C
 Dadaea lingua, dadaea tellus,
 & simil. 15.2.C.D
 dadalus, faber praestantissimus, adi-
 ficandarum nauium rationem pri-
 mus inuenit 15.2.C
 dama timidi 10.1.D
 damocli assessoris historia 148.2.B
 Danae, Acrisii filia, à Ioue in aurum
 conuersa, compressa, Perseum peperit
 193.2.C
 Danae fabula significat, nullam esse
 feminum usque adeo pudicam, quae
 auro expugnari non possit 194.1.
 A.B
 Danae genus infame 201.1.B
 Danaidam fabula, seu historia 184.
 1.B. 184.2.B
 dapes Siciliae 148.2.D
 dare ludum alicui 185.2.D
 dare manus, quid sit 332.1.A
 dare nomen 259.2.A
 dare vela 80.1.C
 debere ludibrium, debere risum 47.
 1.B
 December tertius. i. annus tertius, seu
 hiems tertia 313.2.B
 decipitur laborem, & decipitur la-
 borum 127.1.B
 decor 121.2.B
 decus dulces, decus grande 137.1.B.C
 dedecorare 244.2.B
 defunctus bello, &c. 217.2.A.B
 Deiphobus à sterione in brachio vul-
 neratus 263.1.B
 deiphobus acer grauius excipit ictus
 pro pudicis coniugibus, atque pueris
 49.2.A.B
 deliberata morte ferocior 97.2.A
 delphi sortilegi 25.2.C
 demittere aures 126.2.B
 Democritus Abderites Physicus, cur
 & quo pacto aciem sibi oculorum
 effodit 105.2.A
 Demosthenes ita erat imbecilla oculo-
 rum acie, ut auri splendore praestim-
 getur 104.1.C
 dens ater, niger & putridus 305.2.
 D
 dentes luridi 274.1.D
 I

INDEX

depraliare 32.1.A
deproperare 115.2.B
dereptus 168.2.A
deripere 33.1.A.B
d' sine mollium querelaram, & simil. 223.2.B
desinare quid 114.2.B
dextera rubente 9.2.A
deus, a, um, 122.1.D. 122.2.A
deus scortum 55.1.A
deuocare 332.1.C
denotus. i. execrabilis 162.2.A
deuotus. i. promissus, seu obligatus ex voto 209.2.A
Deus vocatus, & non vocatus aderit, Apollinis oraculum 142.1.B
Deo hoc negatiu est facta, insecta redere posse 228.2.D
sine Deo nullus est hominum 83.2.A
Deorum a veteribus confictorum vari genera 89.2.D. 89.2.A
Dij octo duodecim diis priores habiti 271.2.B
Deorum cultu parcius 87.1.A
Dius neu est amicis, i. diis non placet 137.1.A
Non sine Diis 162.1.C
Dij ex hominibus fiebant 155.2.B
Dij nauarum tutelares, qui 46.2.D
Διῶντες & Διότοπος 342.B
Diogonides Thebanus sacra nocturna lege perpetua iustulit 299.2.A
Diana sic dicta, quia noctu quasi die efficiat 206.1.A
Diana, montium & nemorum custos 206.2.C
Diana fluarum potens 342.1.C
Diana annuaga 207.1.A
Diana, Hecatem, & proserpina, idem est 208.1.C. & luna. 29.1.B. 62.2.C
Diana Lochia, & Ilithyia cur dicta 207.2.C. 207.1.A. b
Diana genitalis, 340.2.C. D
Diana cur dicitur, certa 40.1. D. 40.2.A
Diana maturandorum, & procurandorum partium provinciam nata 207.2.B
Diana ora iria 208.C
Diana sub tutela sunt puella pucrique integri 253.2.A
Dibaphum 136.1.C
Dicam in signe. i. non dicam res vulgares 216.1.B
Dicenda, tacenda locutus 299.1.B
Dicitur nihil hodie, quin prius dicitur sit 255.1.D
Dictatura, qua dignitas 4.1.A
dittynna luna 343.1.A
dido minatur se mortuam Aeneam persecuturam 302.1.A. B
dies, solis filius 125.2.C
dies ad umbilicum est, dimidiatus mortuus 224.2.D
dies solidus 6.1.C. 250.1.B
dies in pomeridianum tempus inclinat 225.1.A
dies clarus 343.1.D
dies truditur die 140.2.C
Diespiter. i. dies pater: diei & lucis pater 87.1.D. 87.2.A. 43.1.D
differre. i. dissipare 311.2.A
distingere, & fingere, contraria sunt 229.1.A
diffundere comas ventis 121.2.C
Dijouis 154.1.A
diluantes 228.1.C. D. 279.1.C
dilutium uniuersum ad hominum impietatem omnino delendam 10.1.A
Dindymene Cybele, Rhea 52.1.A
Diogenes apophthegma perlegans de mensis frugalibus, & sumptuosus 134.1.A. B
Diomedes Venerem, & Martem venerauit, Pandarum interfecit, & Aeneas cepit equos, &c. 24.1.1.B
Diomedes a Pallade deus immortalis factus 24.1.1.B
Dionaeum antrum 101.2.B
Diona, mater Veneris 101.2.B
Dionysus. i. Bacchus, cur tauo similis 144.2.C. D
Dionysus, quasi dans vinum 216.2.D
diota, quod genus vasis 31.2.C. D
dirce, fons Thebanus 237.2.A
dirus, quis proprie dicitur 172.2.C
discinctus. i. dissolutus, luxuriosus, & intemperans 285.2.B
discus quid, & unde dicitur 30.2.A
disilire 336.1.B. C
dissociabilis 14.2.C
dissoluere frigus 199.1.B
dissentia vbera lacte 289.2.A
dithyrambus cur, & unde sic dicitur Bacchus 216.2.D
diuersa montium 272.1.D
diues artium 259.1.A
diuites avari in magnis opibus pauperes, & in Oceani medio gurgite sic tibundi 197.1.B. C
diuitia olim in boum armentis, & pecudum gregibus erant posita 135.2.D
diuitia improba 211.2.D. 215.2.A
diuitia operosiores 150.1.C
sub Diuum rapere 59.2.B
docilis modorum 251.1.A. 253.2.D
docta modos 123.2.D
doctus sermones 177.2.D
dodium dulce 289.2.A
dolia stibilia 62.1.A
dolum Pandora malorum plenum 91.1.B
doloferre iugum, & simil. 91.2.D. 92.1.A
dormire longum, immensum, aeternumque soporem 255.1.D
δωροδότης 264.2.A. B
dubia tempora, dubij casus. res dubia 264.1.B. C
ducere curam 240.1.C
ducere Liberum. i. bibere 56.2.D
dumeta horrida siluarum 227.1.D
duonem, 87.2.A
durare. i. perferre 46.2.C. D
duritas 176.2.B
durus componere versus, & simil. 89.2.C. 259.2.A
durus. i. inexorabilis 234.2.D
dūte 105. i. in amore calamitosus 86.1.B
δυσόνημος 190.2.A

E

Ebricitatis effecta 205.2.D. 206.1.B. C
ebrii multa sibi videre videntur, quae vera non vident 142.1.C.
ebur indicium 82.2.D
eccillam 140.2.B
echinorum duo genera, & eorum historia naturalis 298.1.B
edentulus 317.1.C
edera tenax, & errans 94.2.D
edera lasciuia, & ambitiosa 324.1.C
edera mira virtus in mammis nimis pendulis contrahendis, & pudendo muliebri nimis pateti constringendo 306.1.B
edera, doctorum capitum premia 7.2.C
Edoni, Thoraciae populi 116.1.A
educere in astra 237.1.C. D
efflare animam 270.1.C
egit visere. i. ut viseret 10.1.C
egegius animi 64.1.A
Ei Graeci diphtongus, ferè semper a Latinis vertitur in, i, aut in, e, longae 308.2.D. 309.1.A
eiulario, & eiulatus 312.1.B
elaboratus sapor 148.2.D
eloquentia vis, & utilitas 33.2.D.
elysorum

INDEX

elysorum camporum descriptio 126.1.A. B
emancipati duobus modis intelliguntur 308.2.C
emancipatus. i. potestati permissus, & in manum alterius datus 308.2.A
enceladus 164.1.C
eneruare 505.2.D
ennius calaber fuit 160.1.A
ensus Noricus 339.2.B
ένωσφόρος, ένερεος, seu Φάσφόρος, stella Veneris 118.2.
Eπιποταμίδες nymphe 7.2.D
Epos quid 282. per totum.
eque quo potissimum tempore libidine furiant 69.2.B
equo Troiano qui & quot Graecorum principes inclusi 252.1.C
Eryone cur Athenis, anniuersariis honoribus affecta 188.2.C
Erimanthus, fluuus, & oppidum 63.1.B
Eripere osculum 124.2.A
errant greges, errant boues 287.2.A
Erycina Venus 111.1.D
Erychthon quo sanguine natus 270.2.C. D
est. i. edit 74.2.B
esculentum 65.1.D
Eterocles omnium primus sacrificauit Gratiis 18.1.C
Etesiae venti astate spirant 269.2.C
Euades 216.1.C
Euius curas dissipat edaces 29.1.A
Eumenidum angues 297.2.B
Eumenidum furiarum descriptio 126.2.D
Euae, vox mulierum bacchanium, unde dicta 143.1.B
Eurus ventus niger 21.2.A. 311.2.A
Eurus petulans, & proteruus 70.2.D
Eurus nimbos agit 146.1.C. D
Eurymedon ad inferos cur detrusus 15.1.B
exaequat nos victoria celo 204.1.A
exanimare, & exanimari 186.1.A. 137.1.A
examen, de apibus proprie dicitur 92.1.B
examen iuuenum 80.2.B
excitare mortuos ab inferis 339.2.C
excubare 274.1.C
excubiia diuina aeterna 167.1.C. D
exercere. i. colere 287.1.A
exiget otium 281.1.A
exilis domus 20.1.A. B
eximere curas 190.2.B
expedire animum metu 65.1.B
expedire se ex laqueo: expedire salutem, & simil. 65.1.B
expedito. i. expeditè 302.2.B
expes 329.2.B. C
explicitare frontem 227.1.B
exporrigere frontem 227.1.B
exsomnis 216.1.C
exsulta medulla 298.1.D
exsiliium, non exsilium, dicitur est, & unde dicatur exsul, & exsiliium 134.2.A. 108.1.B
extrema finium, & simil. 100.2.D
extricatus 169.1.C
exultum 182.2.C
εὐχόμενα 244.2.B
εὐφύα 244.2.A
εὐφροσύνη 92.2.A
εὐχάρος, strenuus, & expeditus ad aliquid faciendum 285.2.C
Fabricius quam fidelis, & integer dux belli fuerit 41.2.D
facere facra 148.1.A. B
facere & operari, pro sacrificadi verbo usurpant Latini 190.1.B
facinorosi miscent, & peruertunt fas & nefas 302.1.A
femina viri videndo. i. dum videtur 29.2.B
fallere curam 127.1.C
fallere fidem 168.1.A
fallor sermonis 127.1.C
fallere, id est, latere 35.2.D. 36.1.A. 91.2.A
fames integra 6.1.D
fame nihil miserius 63.2.A
famofus, hoc nomen in vitio loci habet 157.2.B
famofus hospes 192.1.D
famosi labores. i. Venerei 192.1.D
fanaticus error 332.1.C
farpium 210.2.B. C
fascès superbi 41.2.A
fasti memores 276.1.C
fastus euoluere mundi 274.2.C
fastidiosus 227.1.A
fata fera 48.2.B. C
faucis linguis 148.1.A
fauna nymphe 198.2.D
faunalia anniuersaria 200.1.B
Faunus, Aboiginum rex, ex Merite prognatus, & a Romanis sacrificiis, & carminibus cultus 19.1.B
Faunus, deus terrenus, seu infernus 199.2.D
Faunus deus iracundus 199.2.D
Favni, Latinorum dii 19.1.C
Fauno sacrificabant Romani vere inuente, & nonis Decembribus 199.2.D
Faunorum voces exauditas fuisse 19.1.C
Faunus quis uentus 269.2.C
Fauonij candidi 174.1.D
Fauonij fauenter spirantes 330.1.C
Fauonij, uerè comites 270.1.A
fax mutua. i. amor mutuos 179.2.D
faces nuptiales 184.2.D. & sequent.
fel biliosum 44.1.A
felix cerebri 64.1.A
ferentum, oppidum 162.1.B
ferociter plane respondit 49.2.B
ferox in laude plerumque ponitur 244.1.C.
ferox uiribus 49.2.C
ferox bello 49.2.A
fertilibus frugum 344.1.A
feruente rotas 31.C
feruidus florente inuenta 191.2.C
feruo, uis, uis, feruere 186.1.A
festus in pratu uacat 200.1.B
fibrenus fluuus, qui in Lire praecepitans, eum gelidiores facit 199.1.A
ficta rerum 272.1.D
fides, iustitia soror 66.1.C
fides pellucidior vitro 59.2.D
fides incorrupta 67.2.B. C
fides cana: albo rara fides 91.1.D. 91.2.A
fides prodiga 59.2.D
fidem qui fallit, iustus nullo modo dicendus 67.2.B
figere modum incontinentiae 192.1.C
fila atra tricum fororum 32.1.C. D
fingere. i. reddere, efficere 240.1.A
fingere carmina. i. facere 237.2.C
fingi artibus. i. instrui, imbu 171.2.B. C. 34.1.D
finis destinata, finis redditae, & 337.1.D. 337.2.A
firmus pacere 259.2.A
fistulam inuenit Pan 234.1.D
flagitium quid 168.2.D
flamma uirens 332.1.C. 337.1.C
flamma furentes 337.1.B
flaua coma 21.1.C
flebilis carmina 118.1.D
flellere equum 176.1.D
floriferi saltus 237.2.A
fluctifragum litrus 37.2.A
flumina retro flellit Bacchus 144.1.C

I N D E X

flumij auriferi quinque ex Plinio 325
1.C
flumij ignei 337.1.A
focis Vestae sacer 289.1.C
fontes, vini, lactis, & mellis 143.1.A
D
fontes sursum eunt, proverbium 81.
1.A
forma, seu pulchritudo cum floribus
comparata 265.2.C.D
formare quomquam, praeceptis, & bo-
nis moribus 34.1.C.D
formidolosus 138.1.C.D. 299.2.A
fors dierum 51.2.C.D
forsan, pro, fors 78.2.C
fursus, & fursus 78.2.C
fursus contemere honores 259.2.A
B
fortes creantur fortibus 243.2.D
fortior spernere aurum, & similia 259.
1.D
fortuna rapax 206.1.C
fortuna, Iouis libertatis filia, urbius
seruatrix, & qualia eius opera 89.
1.D. 89.2.A
fortunam secundam moderatè ferre,
non est cuiuslibet 223.2.C
fortunatus laborum 64.1.A
fortunus, insanium 287.1.B
fragmen 228.1.A
frangere guttur, frangere cervicem
292.1.A. 125.1.D
fremens, vsuatum equorum epithetum
309.1.B
frigus amabile 188.2.D
frumentum terram amat nigram
271.2.B.C
fruticetum 65.1.D
fugas temporum series 229.2.D
fulgo, qui, fulgere 186.1.A
fulguritum 120.2.A
fulmina unde gignuntur 87.2.A
B
fulmina summos feriunt montes 120
1.D
fumosus 178.1.C
fundus mendax, qui agricola spem
fallit 330.2.A
funeratus 177.2.C.D
furere furorem 202.2.C
furens libidine 45.1.A
furfures quibus remediis abstergeri
possunt 317.2.B
furiarum crimes, angues erant, &c.
127.2.A
furiare 69.2.B.C
furor arma ministrat 281.1.A
furor ciuilis i. bellum ciuile 281.1.
A
furiis bella constari 77.2.D
furvus, a, um, & qua ab eo derivan-
tur 126.1.A
fusa à Minerva inuentus 192.2.B
futura scire velle, stultum est 32.1.
A
G
Galesus, Calabriae fluminis 112.
1.B
Gallus, Rhodani potior 146.2.B
Ganges, fluminis aurifer 325.1.C
Ganymedes à Ioue aquila specie ra-
pitus 241.2.D
Garganus, mons Apuliae 118.1.C
gaudere, gaudium, & similia. 229.1.
A
Galeus, nomen Persicum, ararium si-
gnificans 80.2.C
Galeus Arabum, beatae 211.2.D
Galeus, id est, immensa diuisia 133.1.
D
Geloni, populi in Scythia Europea
146.2.B
Geloni pharerrati 163.1.B
Genauni populi 276.2.A
Genius, deus est, qui vim obtinet rerum
gerendarum, hoc est, gignendarum
199.1.C
Geno porcus immolabatur 199.1.
C
Genium vino piare 199.1.B
Geryo ter amplius, triceps, tricolor, ac
tergeminus, ab Hercule interfectus,
& eiusdem descriptio 128.2.C.D
119.1.A
gestire quid proprie 271.2.D. 111.1.
A
Geta, avētois, & Ciois, & iππιόδοξ-
201
212.1.D
in & πριος, fundus infidelis qui non
respondet votis agricola 149.1.D
Gigantes, terrae filii, quos 223.2.B
Gigantes à Baccho decuti, leonina in-
dute pelle 144.2.B
Gigantes opprimuntur Aetna 165.
1.B
Gigantum cohors 205.1.4.4.2.
A.B
glaciat lapiter nimis 181.1.A
glacies iners 118.1.C
glans pressa quid 226.2.C
glans unguentaria 226.2.D
gliscit furor 216.1.A
glubere 69.1.B
Gorgo sui ipsius aspectu homines in
lapides vertebat 193.2.D
ex Gorgonis capite amputato equus e-
xiliit Pegasus 74.2.D
Gracia barbarica lento collisa duello
308.1.D
Gracorum tria genera 308.1.A &
B
Gracorum incontinentia monumen-
tum 323.1.A
grande certamen 203.2.B
grande decus 137.1.B
gratiam ab antiquis appellatam esse,
mulieris concessionem 17.2.D
gratia Veneris sacra esse 17.2.D
gratia, Veneris comites 81.2.C
gratia, Veneris & Liberi filia 17.2.
D. Hesiodus tamen vult eas Iouis
& Eurynome 18.1.B
gratiarum numerus, & nomina 18.
1.A
Gratia sine furore debent 81.2.D
gratia ut effingi ac pingi soleant 82.
1.A
gratia connexa & colligata pingeban-
tur 206.1.D
gratia cur nuda frangebantur 202.
2.B
gratiarum Zona soluta 81.2.B.C
gratiarum primum templum à quo
constructum 18.1.D
granatus equitem, & similia. 268.2.
C.D
grauscit arumna 316.1.A
grauida & pragnans quid discrepât
219.2.B
gravis annis 64.1.A
grex iurpium 96.1.A
grues aduena 288.2.B
Gryx centimanus 137.2.B
Gryges, pueri formosi nomen
111.1.D
Gryrae vada 312.1.A
H
Habeo exitum 340.2.C
habilis, i. conueniens 202.2.D
haedilia 55.1.B
haedis orientibus sauit mare 149.1.
C
Hemus, mons Thracia 39.1.C
Haliaticus, pater Cræsi 198.1.C
harmonia tria genera 308.1.A
Hebe, pubertatis dea 81.1.B.C
Hebe, Iouis & Iunonis filia, Hercu-
lisque duris perfuncti laboris uxor
260.2.B.C
Hebe candidis talis, seu calcaneis 61.
1.B
Hebrus, Thraciae fluminis 70.1.B.
216.1.C
Hebrus hiemiu sodalis 200.1.
A
Hecata, triuia triformis, ac tergemina
208.1.C
Hector

I N D E X

Hector ferax 498.1.A
Hector ab Aiacis gratanter vulnera-
tus 263.1.B
Helena Davidis hospita 157.2.B
Helena vit à Davide rapta 48.1.D
Helena lucida sidera 260.1.D
Helice 70.2.D
Hercules Alcmena filius 19.4.1.
A
Hercules impiger uagus, & efficax
260.2.D. 156.1.A
Hercules, Eumomo à se non sponte in-
terfecto, voluntario se exsulio mul-
tauit 336.1.C
Hercules cur ad inferos descendisse di-
citur 156.1.A
Hercules uenenata tunica periit 293.
1.C
Hercules, arumnis grauisissimis exan-
clatis, in calum uocatus est 190.1.
A
Hermes, elocutionis deus 33.2.B
Hermestianae, elegorum scriptor 18.
1.C
hesperia duplex 93.2.A
Hesperia, i. Italia 171.2.A
hiems acris 254.2.B
hiems ignaua colono 255.1.B
hiems, pro annis 51.1.C. D. 37.1.
C
hiemi nigra immolabatur pecus 312.
1.D
hiemes informes 212.2.A
hiera in sula 18.2.B
Hippolyta, Hippolyti filia, ac de eius-
dem impudicitia 175.2.A.B
Hippolytus cur dicitur pudicus 257.
1.
Hippolytus ab equis distractus 257.
2.A
Hippanax poeta, & iamborum scri-
ptor &c. 304.1.A
Hippocampus sepulcrum horrendum
304.1.B.C
Hippopus, i. Bellerophon 175.1.B
Hircus, nasorum pestis 131.2.D
Hirci uxores, id est, capella 55.1.A
Hirundo, Pandionis filia 270.2.B
Hirundo, ueris nuntia, Iyn filium, à
se in odium Tereti uiri sui interfe-
ctum, gemit 270.2.B
hirundo una non facit uer 279.1.
A
hispidus 118.1.B
Homerus quandoq; dormitat 234.A
Homerus uini laudibus arguitur suis
se uinosus 44.2.D
homines primi eloquentia ad huma-
num cultum coacti 33.2.D. 34.1.
A
hominum varia sunt ingenia 148.
2.C.D.
I
Iadibus exigebantur nomina 291.1.D
Iaeccur, libidinis, non in sedes. 43.2.
C
Iagnis auidus 164.1.D
Iagnis perpetuus fouebatur in Pesta-
focis 133.2.C
Iagnis inextinguibilis 167.1.C.D
Iagnis medij, id est, media praely flamm-
ma 277.2.A.B
Ilia, Numitoris filia, & Romuli ma-
ter 179.2.C
Iliches tremetes 221.2.A.B. 311.2.C
Ilioxcautes, sole adustus 289.1.
Ilias, est urbs ipsa: Ilium, arx eiusdem
urbis 263.1.A
Iliithyia statua 207.1.D. 207.2.
A
Ilium, a, um, Troianus, a, um 344.2.
A
Illachrymabilis & αλας 263.1.D
Illachrymabilis Pluto 128.2.A
illiteratus 305.2.A
imago uocis recinit 39.1.A
imago iocosa, id est, Echo 62.1.B
imago uana quid sit. 222.1.B. 68.1.
A.B
imbellis, & ἀβελλος, ἀνάλαις 284.
2.B
imbellis musa 23.2.C
imber edax 229.2.D
imberbis 121.2.A
immerens, qui nihil commouit 125.
2.B
immeretes, i. immeriti, nihil comme-
riti 303.2.A
immeritus, i. immerens, non meritus
171.1.C
immerita uestis 57.2.A
immeriti mori, id est, qui non merue-
runt mori, & similia. 153.1.B
immerito 171.1.C
immetata iugera, i. nullis distincta
metis 212.2.B
imminere, quid proprie 17.2.B.C
immissibilis 168.1.D
immunus manus, i. inanis, & uacua
209.2.C
impacatus 146.2.B
imperiosus aquor 46.2.D
imperij Romani perpetuam care-
moniam, & religionem, & sacrorum
ritum maxime continebatur, quibus
neglectis, maximis calamitatibus
affectum fuit 171.1.D
impermissa gaudia 172.171.1.A
impiger uexare 275.2.C. 277.2.A
259.1.D
impiorum apud inferos supplicia 19.
2.D
I iij

I N D E X.

implacitum 276.2.B
importunus, a, um, quid proprie sit 197.2.D.274.1.C
impotens sperare 259.1.D
impotens i. iratus 196.1.C.D
impotens Aquilo i. vehementer sa- uens 230.1.B
impube corpus 297.2.A
imputata vinea 330.2.A
Inachus, Argiuorum rex 107.2.A
Inachus, Argius fluvius 201.1.A
inaequales procella 118.1.B
inaraata tellus 330.1.D
inaudax 203.2.B
inaudita verba 343.2.C
incerta fortuna, incerta casuum, & simil. 247.2.B.C.272.1.D
indelectus 334.1.B
indocilis mercator 6.1.A
indocilis pauperem pati 112.1.A
indoctus pile, trochi, disique 215.1.C
indoles unde dicta 243.2.D
indormit vnicui cubilibus 296.1.C
iners i. ignavus 170.1.A
iners i. immobilis 163.2.B
inertia mollis 322.1.C
insector, tinctor 136.1.C
in serie 101.1.C
insidus 339.1.B.C
insletus 334.1.D
ingenium 140.2.B
ingens bellum 49.2.B.C
ingruens Tartarea 197.1.C
inhospitalis 284.2.B
inivocare manus quid sit proprie 57.1.C
inimicos, as, at, 281.1.B
iniquare 281.1.B
iniquum litus 120.1.C
iniquus i. iratus 11.2.D
inivissus, spontaneus 330.2.C
inmans i. influens 198.2.D
innumerabilis 229.2.D
inopi magnas inter opes 197.1.B
inquinare 331.2.B
invisus laborum 243.1.A
insepultus 334.1.B
inferere pyros 287.2.B
inferere aliquem stellis i. immortalitati commendare 216.1.B
insidiosa pyra 216.2.A
insolabiliter dolet 137.1.C
insolens belli, insolens malarum ar- tium 211.2.B
institor quis dicatur 172.2.B
insula diuites, seu fortunata 260.2.A
insula Vulcania 18.2.B
integer vita, integer animi, integer mentis, integer ani 64.1.A
intercondere 115.2.B
intercurare 115.2.B
intererrare 331.1.B
interlunium 180.2.D
interlunium 69.2.A.117.1.C
intermenstruum 69.2.A
interstrepere 115.2.B
inmercundus 314.1.D
invidendi postes, aula invideda 120.1.D
invidiam exstinguunt rerum secunda- rum praestantia, & fulgores 146.1.A
inviolatus i. incolumis, & saluus 163.1.B.C
Io triumpho, vox militum imperato- rum triumphantem prosequentiu 309.2.A
Iolcos, urbs Thessaliae 297.2.D
iota, & iota, & iota, & iota, & iota 69.2.B
ira est principium insaniae 53.1.A
ira hominibus magnorum malorum causas afferre solet 53.1.A
ira potentior consilio 53.1.A
iram in felle habere sedem 44.1.A
iracundus naturae, si paulo largius bibat, iracundiam suam statim ha- bet in promptu 204.2.D
iracunda mens facile effervescent in ira 53.1.C
iratus neque ensis, neque ullum pe- riculum, nec ullum cruciatum ex- timefcit 52.2.D
iratum mare 180.1.C
irrepertus 158.1.D
irrefectus 299.1.B
irritare, quid proprie significet 228.2.A
ister fluvius unde manat 279.1.B
Italia, Hesperia, Ausonia, & Satur- nia vocata 101.1.C
Istor supremum carpere, quid 137.2.A
iter est mihi Cumaes, & simil. 170.2.A
iterare cursum, iterare voces 29.1.C
iterare mella 143.1.D
Iudaei appella 14.2.1.C
index corruptus verum examinat male 186.1.B
ingula aenea 180.1.A
ingulata respublica 46.1.B
Iulium sidus 42.2.D
Iuno Lucina cur dista 207.2.C
Iuno & Pallas implacabili odio Tro- janos prosequuntur 156.2.C
Iuno cur matrona dista 164.1.D
Iupiter a duobus visis educatus 71.1.A
Iupiter capite gravidus, Minerva pe- perit 25.2.D
Iupiter, nubium congregator 67.1.B
Iupiter in aurum conuersus, cum Da- nave rem habuit 193.C
Ioui nihil secundum 40.1.C
Iouis manubiae tres 9.2.B
Ioui vim afferimus, ut a stiduo fulme habeat in manibus 16.2.1.A
Ioue non probante 10.2.B
Iupiter humidus Austriis 7.1.D
Iupiter frigidus fulminans, altitonas 288.1.B
Iupiter metuendus visus maturus 7.1.D
Iouem deducunt imbres & nives 319.1.B
sub Ioue frigido 7.1.C
Iupiter planeta, prosper, & salutaris 138.2.A
Iupiter malus veget 7.1.D
Iupiter incalens i. capitolium inco- lume 167.2.A
iurare in verba, sermo militare 324.1.A
iuratus, actionem significat 325.1.A
iusturandum amatorum ad deorum non peruenit aures 116.2.B.C
iustitia, & omnia retro vertuntur, proverbium 81.1.A
iustitiam Mercurius Iouis mandato hominibus impertit, & quando 53.1.B
iuvare interdum prodesse significat 289.2.D
iuuenti i. adolescentes 117.2.B
iuuenta, pro iuuenibus 344.2.C
iuuentas, iuventa dea, Iouis & Iuno- nis filia 82.1.B
L
Labella mordere 45.1.A
Labentes i. dubitantes 170.1.D
labor extundit cibi fastidia 133.2.C
labor effusus 104.2.B
laborat trepidare, & simil. 66.2.A
laboriosus 331.2.A
labra mouet metuens audiri, & si- mil. 101.2.C
Lacedaemonij libenter pugnant, mor- tem oppetiant 26.2.D
Lacedaemnes

I N D E X.

Lacedaemones saepe ad necem suos ver- beribus cedebant pueros 26.2.C
lacrymosa funera 30.2.C
lacteus humor i. lac 289.2.A
Lacunar 140.1.A
Latus in praesens animus 227.2.B
Lauis iuuentas i. imberbis 121.2.A
Lauia saxa 55.2.C
lamentabilis 68.2.D
Laimus, Nepruni filius 198.2.C
Laomedon deos fraudauit pasta mer- cede 156.2.D
Lapathum herba, quam rumicem La- rini vocant 290.1.D
Lapis Phrygius quis 150.1.A
Lapithae saui mero domiti perire 123.2.B
laquear 140.1.A
laqueata tella 133.2.B
Lar deus familiaris est, & familiam significat 199.1.C
Lari immolabatur porcus 199.1.C
Lararium in puppi naui 46.2.D
largus donare 259.2.A.271.1.C.D
Larissa ciuitas a quo condita, & no- minata 27.1.A
lataga 131.1.A
latet abditus 163.1.D
latices Lyaeos bibere 29.1.A
Latona, deorum quarta 63.1.A
Latona lata fluvius & nemorum co- ma 63.1.A
Laeones infesti 194.col.1.B
Lauo, si, semper ferè inflexionis ter- tia apud Horatium 107.1.C
Laurus non numeratur in arboribus umbriferis 131.2.D
Laurus arbor felix 61.2.A
Lauo coronabantur victores, ac triu- phaturi 190.1.B
Laurus Apollini sacra 70.1.A
Laurus delphica 25.2.C.230.1.C
Laxo arcu 223.2.B
lecti discubitorij 73.2.A
Lena, Bacchi festa 216.2.B.C
lenire i. lenibar, & simil. 301.1.C
lenis aperire, & simil. 259.1.D
lentus i. ductilis 324.1.C
Leo asser tactu i. miles sauius 151.1.A.B
leones iracundi maxime 151.1.B
lepus pauidus 5.2.D
lepores auris 39.2.C
Lerna, quis locus 246.2.B
Lethi necessitas 15.2.A
leuisomnis 288.1.B
Lex 20.2.A
leges bibendi 20.2.A
leges sine moribus nihil respublica profunt 214.1.B
Lexis, populus arbor 28.1.B
Liber, inuercundus deus, arcana pro- mit loco 60.1.A
Liber verax condita aperit praecordia 204.2.D
libido rerum omnium discrimen ac delectum tollit 59.1.C
libido noua i. inaudita 329.1.D
libido mascula 298.2.C
libitinam vitabit i. mortem effugiet, & immortalis erit: Libitina enim dea est funerum 230.1.D
Liburna naues 283.2.A
Liburni qui populi 97.2.A
Libya frumenti fertilissima 5.1.C.D
Lictor consularis quis 133.1.D
limina dura 315.2.C
lingua amatorum silentio inter ver- ba cadit 44.1.A.B
lingua daedala 15.2.C
linguam cauis acuit 10.2.D
linrea i. vela 269.2.C
liquare vna 37.2.A.B
Liris, campania fluvius 82.2.D
Liris fluvius, qui in Minturnas in- fluit 198.2.D
litora spumantia 338.2.C
lituus, quod buccinae genus 100.2.D
lituus, anguratus in signe 7.1.B
litui strepente 7.1.A
Lithaeus, epithetum Mercurij 34.1.C
Lithaeus, epithetum Mercurij 34.1.C
Loquax refudo 183.1.D
loquens dulce 64.1.A
loqui verba 262.1.A
lubricus affici i. lubricus ad afficien- dum 60.2.C
Luceria, oppidum Apuliae 192.2.B
Lucerna vigiles 72.1.B.178.1.C
Lucerna vna 206.2.B
Lucrinus lacus 131.2.B
Lucians Icaris 5.2.D
lucidum fulgentis oculi 65.2.C
ludere ludum, & simil 229.1.A
ludere ludum insolentem 259.1.D
ludibrium debes ventis 47.1.B
ludus fortunae, & ludus Martis, id est bellum 100.1.B
Lumbifragus 228.2.B
Luna, siderum regina bicornis, MN- yoeidis 344.1.D
Luna menstruum spaciun conficit 62.2.C
Luna 28 diebus cursum suum confi- cit 225.1.C.D
Luna noua quae fit 201.2.C
Luna varij vultus 121.2.C.D
Luna imminente 17.2.B
Luna vim maxime sentimus 255.1.B
Luna noua interire pergit 140.2.D
Luna celeres damna reparat caelestis 140.2.D
Luna silentium, & luna silente 117.1.C
Luna cur a mulieribus implorabatur 299.1.B.C
Luna parienti facilitatem & felici- tatem mulieribus affert 207.2.B
Lunam de ripere calo 298.2.C.D. 339.2.C
Lunam Thessalico deducere rhombo 333.2.A
Lupatus 29.2.D
Luridus, a, um, unde dictum 274.1.D
Luridas, i. pallidus 165.1.A
Luscina Iulum filium suum luget 270.2.B. Proce in Lusciniam mu- tata 271.1.A
Lutea vela 233.1.B
lux i. vita 77.2.C
Lyaeos dulci soluere curas 29.1.A
Lycæus, mons in Sabinis 54.2.C
Lycamben sacerum Archilochus ad suspendium suis versibus adigit 303.D.304.1.A
Lycæon fera factus propter impietate 155.2.B
Lycæ meretrix 274.1.A
Lycoris mons 9.2.D
Lycurgus cur a Ioue oculis, & vita priuatus 144.1.C
Lympha fugax 107.1.A
Lympha loquaces 189.2.A
Lymphati 96.2.A
Lynam inuenit Apollo, vel Mercurius 234.1.D.183.1.C
Lygaeus, quasi Lygaeus, quod ea se rede- merit Mercurius 35.1.C
Lyricis versibus res non conuenire gra- ues 123.1.D
Lysidas, puer mollis, & impudicus 20.2.B
Lysidicus i. qui omnia iura soluit 310.2.D
M
Mabina, quid 17.2.B
Maderè vno 205.1.C
Mader Socratici sermonibus 179.1.A
Macenatis ortus, seu horoscopus 138.2.A
Macenas ab Etruscis regibus oriundus 226.1.B
Maenades, Bacchi sacerdotes 192.2.B
Maenades ferarum nutrices 144.2.A
I iij

INDEX.

Maurus, poeta ineptus, & odiosus 311.1.D
 magistratus Roma erant annis 264.1.D
 Maia, Atlantii filia, & Mercurij mater 33.2.B
 maior Neroum, maior iuuenum 276.2.D
 male, pro, valde 33.1.C
 maledicti cum canibus comparati 303.2.A
 maligne laudare 136.2.A
 malignus, id est illiberalis 136.2.A
 malorum colluuiis erupit ex Pandore dolio 91.1.B
 malos panna comprehendit 154.1.B
 malua corpori salubres 290.1.D
 290.2.A
 mamma mulierum nimis pendula, ut coarctari possint, & virginalibus mammillis similes reddi 306.1.B
 mandit humum cruentam, i. occubuit 114.1.B
 manus, i. equus minor 220.1.A
 manus pura 338.1.D
 manibus in caelum sublatis, deos orabant veteres 208.2.D
 manus dare, quid 332.1.A
 manus auide 256.2.D
 manus heredum auide 107.2.A
 Marcellus quinque consul, ab Annibalibus equitatu casus 42.2.B
 Marcus Atil, vide in verbo, Regulus 41.2.B
 mare cumultuosum 229.2.A
 mare arduum est exitio nauis 77.2.D
 Mareoticus, palus in Aegypto 96.2.C
 Marica nymphea 198.2.D
 Marimus, seu Rosmarinus 209.2.C
 Marmor Luculleum 239.1.A
 Mars gradivus 94.1.B
 Mars lacrymosus 63.1.D
 Mars μεμφονος, βροτο λοιπος, & οδυσατο εις 129.2.A
 Mars stella malefica, & inclemens 138.1.D
 Marsus aper 7.2.C
 Massilia a Phocais condita 328.2.A
 mater Cerula 321.1.D
 Matunus, mons in Calabria 237.2.B
 Matrona bellantis tyranni 151.1.A
 maturare necem, maturare fugam 175.2.A
 maturare, id est, properare 122.2.A
 maturitas atatis 55.2.C.D
 maturior, i. celerior 137.1.C
 maturus aui 244.1.D
 maturus animi, maturus aui 64.1.A
 matura viro 66.2.A
 Mauri vultu & aspectu acres 11.2.B
 Mauri, iaculatores optimi 64.1.D
 Medea ferox 49.2.A.B
 Medea per aera vecta in rhexa an- quibus 293.1.B
 Medicorum crebra ibi sunt officina, ubi morborum est multitudo 238.1.C
 medicritas auera 119.2.D.120.1.C
 medicritate nihil melius, & optabilius 211.2.C
 Medus, proprium fluuij nomen 119.1.D
 melior, i. fortior, valentior 50.2.D
 Mena pirata 294.1.C
 mendax fundus 149.1.D
 mens, maxima & praestantissima h- minis pars 230.1.D
 mens provida 167.2.A
 mente nihil melius 83.2.C
 mentis perturbationes etiam sapientia recta via deducunt 53.1.A
 mentis miseri tumultus 133.2.B
 mens noua 216.1.A
 mensa tripes 134.1.A
 mensa Syracusa 148.2.D
 mensis etymon 207.1.A
 menses proni 253.2.D
 Mercator impiger 214.2.B
 mercator indocilis pauperiem pati 6.1.A
 mercuriales, i. ingeniosi, ut sunt poetae 139.1.A
 Mercurius & Apollo fratres δευμο- περοιοι 35.1.C
 Mercurius, deorum interpres 34.1.B
 Mercurius, orationis deus 33.1.2.B
 Mercurius cur πομπησος, ψυχο- πομπης, & λευσορραπις ap- pellatur 36.1.B
 Mercurius cur λευσορραπις dicitur 63.D
 Mercurius incredibili furandi studio deditus 35.1.B
 meretrices per capras significari 317.1.A.B
 merfus profundo 247.1.A
 μετεωροσμοι, i. internumdia 379.2.D
 metatus, terminatus 119.2.B
 Metaurus, flumen in Umbria 244.2.C
 metiri, se quemque suo modulo 153.1.B
 metiri, πολεσει, largiri, praeberet 119.1.B
 metretes, quae, & qualis mensura 191.1.A
 metuens rixarum, metuens viri, &c. 202.2.B
 metuit culpam, & similia 102.2.B.C
 metuere, pro, vitare 298.2.B
 metus deorum, pro cultu, pietate, & religione 92.2.A
 metus stultus 341.1.B.C
 mica saliens 210.2.D
 militabitur bellum 285.1.C
 militaris disciplina nostri temporis quid a pristina differt 308.2.C
 milites, qui hosti sese tradiderunt, & dimeret, est turpitudinem damno cumulare 169.1.A
 militum iusticorum mascula proles 177.1.B. & 172.2.C
 milite multo, i. multis militibus 288.1.C
 minari cum accusandi casto 78.2.B
 minax vnda 41.1.C
 Minerva intalla 26.1.A
 Minerva opera, & inuenta 186.2.C
 minor capitis 170.1.B.C
 Minos cum Ioue sermones habere so- lebat 76.2.C
 Minos, iudex apud inferos 257.1.A
 Minos quaestor vnam mouet 107.2.B.C
 Minos fabula 108.1.A
 mite solum 58.1.B
 mitia poma, i. matura 287.2.B
 Mitylene, vel Mitylena 25.2.D
 mobilis animus, & similia 3.2.A.B.C
 modi, versus 101.2.C
 modulatus, i. sonus temperatus 84.1.C
 moechilia 55.1.B
 moechus magnus mulierum 85.1.D
 Moenium carmen 22.2.B
 moles regia, i. aedificia sumptuosa 131.2.A
 mollis, i. imbellis 97.1.A
 Monas, Parthorum et Persarum rex 171.2.A
 monstra natantia 14.2.A
 monumentum quid 230.1.A
 222.2.B
 mordet, i. alluit 83.1.A
 mordaces curae 58.1.C
 momordus hyumum ore, i. procubuit 114.1.A.C
 mores aerei, i. antiqui, & probe 237.1.C
 mori, maximum malorum medica- mentum.

INDEX.

mentum 142.1.B
 morimus similiter omnes 77.2.A
 morosa canities 32.2.B
 mors deorum sola muneribus non de- lectatur 128.1.D
 mortis definitio 142.1.A.B
 mors, somnus longus 183.1.B.C
 mors immortalis 179.2.D
 180.1.A
 mors pallida, omnibus aqua 19.2.A.B
 mors manet omnes 77.1.D
 mors sua quemque manet logius, aut propius 10.1.A.B
 morsumala 4.2.B
 mortuus nihil reliquum est, quod spe- rent 98.D
 mortuorum corpora veteres cremabant, cineresque in urnis conseruabant 117.1.B
 mors ciuicis, i. bellum civile 99.2.B
 μεσσηλητοι 96.2.B
 mulctra, vel mulctrum 330.2.C
 mullebrer 97.1.B
 mulier aurea 212.C
 mulieris amor quous uero mobilior, incertior, & fallacior 21.2.C
 mulier recte olet, ubi nihil olet 317.1.C
 mulier quando nubilis 66.2.A.B
 mulieres quo medicamento virgines apparere possint 306.1.B
 mulieres Thessalia venesica 297.2.D
 multum facilis 68.2.C
 mundi pars dextra, &c. 220.2.A
 mundi parte: quaedam habitabiles, quaedam non 214.1.D
 munerari, i. donare 287.2.C
 munus imbutum 296.1.C
 munera terra, munera maris, mune- ra nauium, & munera peregrina 196.1.A
 Murena augur 202.1.B
 murex quid 136.1.C
 murus abeneus 137.2.B
 Musa quot 128.2.B
 de Musarum numero opiniones va- riae 161.1.C
 musa caelo beat 106.1.D
 musa procaecis iocis 160.1.A
 musa suam in caelo habent sedem, ut filia Iouis: unde olympiades appella- ta 161.1.B
 Mycena πολυευσσι 26.1.B
 Mygdones populi ubi habitant 198.1.B
 Mygdonia, pars Macedoniae 124.1.C
 Myrtheus color 191.2.B
 Myrtea corona 19.1.A
 Myrretum 131.2.D
 Myrtoon mare unde dictum 5.2.B
 Myrtus in conuiuio 70.1.A
 Myrtus cur felix 61.2.A
 Myrti gratissimus odor, & ad discen- tidum vini vaporem utilissimus 98.2.C.D
 μυρτα, & αμυρτα 94.1.C.D
 N
 Nania Cae munera 101.1.D
 Nania, carmen funebre 225.2.B.146.2.C
 Naïades Nymphea 216.2.B
 Naïades, Iouis filia 8.1.B
 Nardum Achemensium 150.1.B
 nare sine coruice 180.1.C
 naves acutae, & naves obesa quid o- stendunt, ac praesagium 316.2.D
 nasorum pestis 311.1.D
 Nasterum, solus Persarum cibus 98.1.D
 Nauis non est homo 264.1.C
 nauis maxima melior est, quam par- tum remigium 229.2.B
 nauis a daedalo primium adificata 15.2.C
 nauis turrita 283.2.A.B.C
 nauium munera, i. merces peregrina 196.1.A
 nauis erate 134.2.B
 nauium dii praesides 46.2.D
 nauis pauidus 5.2.D
 nauis auaris mare est exitio 5.2.D
 nebula, i. vetula 192.1.D
 necessitas, Parcarum mater 90.2.A
 necessitas aliud, aliud Parca, aliud fatum 148.2.A
 necessitas sana 86.1.C
 necessitas aduersus improbos nulla gratia inflecti potest, neque mutari 15.2.B
 necessitas tarda 15.2.A
 nefastus dies 125.1.B
 νεμυσσις 294.1.D
 nepos, i. profusus, & perditus homo 285.2.C
 Neptunus, terra concussor, & glauca Caesaria 61.1.B
 Neptunus maris obtinet imperium 22.1.B.C
 Neptunus hibernus, i. mare tempesta- tibus concitatum 338.2.C
 Nereus, Ponti filius, Thetidis pater, ac deus marinus: a mendacio alie- nus, & verax 48.2.A
 251.2.C
 nescia repulsa virtus 152.2.A
 nescius fari, i. nescius fandi 253.1.A
 nescit tangere, i. nequit 188.2.D
 nidas, pro domo 162.1.A.B
 nigra auium, & similia 36.1.D
 nilus arator, & agriculor 158.1.C
 nilus unde scaturit 279.1.A
 nilus quotannis exudat, & quandiu 158.1.C
 Nilo nullus similis fluiuis 158.1.B.C
 nimio docilior, nimio plus 85.1.D
 85.2.A
 Niobe in saxum uersa propter impie- tatem 155.2.B
 Niobes filij quod, & qui 251.2.A
 Nireus, omnium Graecorum, Achille excepto, pulcherrimus 204.1.B
 nitidum, unguentis delibatum 18.1.B
 nitidus, i. pinguis 202.2.D
 nives capitis, i. canities, cani 274.1.D
 niueus uideri, λευκος ιδεσθαι 238.2.D
 nobilis superare, & similia 89.2.C
 noctilua, νεκτολαμυτις 253.2.B
 noctinguis 55.2.B
 Norice populi ubi degunt 339.2.B
 Notus uentus albus, λευκοτοτος 27.1.D
 notus rapidus 78.1.B
 notus uetus 312.1.C
 Nouendiales pulueres, nouendiale sa- crum, nouendiales ludii, &c. 338.1.C
 nouerca priuignis inimica 297.1.C
 nox somnum largitur laboriosis 209.1.B
 nox diem, ac dies noctem urget 120.1.B
 nox una manet omnes 77.1.D
 nox perpetua una dormienda 255.1.C
 noctis silentia, & nocte silenti 117.1.B.C
 nocte prima, i. prima noctis parte 176.2.A
 noctis statua quo pacto a veteribus depingi solebat 67.2.A
 nox, i. mors 19.2.C
 nudus remigio, nudus agris, nudus numinis, & similia 46.2.C
 Numa treis & quadraginta regna- uit annos 41.1.D
 numentia fera 23.2.D
 Numantiam africanus Scipio dele- uit 123.1.D
 Numida Latinus, Nomades Graecis 185.1.D

INDEX.

nuntius & nuntia 34.2.B
nux ornabat mensas cum duplice fictu 249.2.C.D
nymphæ fontium præsidēs 8.1.B
nympharum genera diuersa 7.2.D
nympharum, ex Theocrito definitio 8.1.A
Nyssa, mons Thraciæ, & mulieris nomen, Bacchi nutricis 216.2.D
O
O Bire mortem, obire diem suum 146.1.B
obliqua tumuli, & simil. 247.2.B
obliuio senes 114.2.C
obliuiones liuidas carpere 37.2.D
obscurum discrimen 265.2.A
obsecrandi mos antiquus 332.1.A
obseruantes malos 59.2.B
obstinatus, obfirmatus 183.2.A
occidit spes omnis 247.1.C
Oceanus beluosus 279.1.B
Oceanus circumuagus 330.1.A
odoratus, participium sine origine uerbi 204.1.A.B
odorati capillos 122.1.A
odores liquidi, qui sint 21.1.C
οἶνος ὡς ποταμὸς διόπτρεται 314.2.A
olina omnibus frondibus antepōnenda 26.2.A
olina cur felix 61.2.A
olina Palladis propria 26.1.A
olina Palladi sacra 70.1.A
oluetum 131.2.D
olores purpurei 233.1.A
olympicum puluis 2.1.D
olympicum certamen à quo primum institutum 2.2.A
omen quid proprie sit 219.1.C
ominatio 148.1.A
onyches, teste conchyliorum 115.1.B
onyx quot usurpatur acceptationibus 272.1.A.B
opaca domorum 272.2.A
operari proprie, est opus facere 190.1.B.C
operari & facere, pro sacrificandi uerbo, usurpant Latini 190.1.B
operosus, i. elaboratus, & laboriosus 237.2.B.C
operosiores diuitia 150.1.C
opes Mygdania 198.1.B
opimus, i. amplius, & magnificus 246.1.C
Opus, urbs Locridis 73.2.B
ora nauium, i. rostrata naues 294.1.C
orbis, i. sacculum 343.1.C
orcus rapax 141.2.B
orcus non exorabilis auro 128.1.D
orcus non auro capitur 142.1.A
orcus luridus 165.1.A.B
orcum morari quid sit 222.2.B
orco inuider, i. à morte vindicat 237.1.D
ordinare agmina, ordinare arbuta 333.2.C
ordinare annos 268.1.A.B
oricus, portus, & oppidum in Epiro 174.2.C
Orion ex urinis decorum procreatus, unde hoc nomen sortitus 78.1.B.C
Orion, astrum infelix, & formidolosum 220.2.B
Orion, Diana tentator 165.1.A
Orionis occasus denuntiat ingentis, & horribilis fluctus 219.1.A.B
ornatus tempora pampino 217.1.A
Orpheus, cuiusq; bonis amicus 48.2.B
Orpheus quercus canoris sidibus ducebat 68.1.A
Orpheum fuisse magum, idè seras, & arbores, quoquò uellet, auxisset, quibusdam uocibus & carminibus 39.2.A
osines aues quæ, & quales 220.1.B.C
oscula amatorum, qualia 45.1.A.B
oscula fragrantia 86.1.D
otium quot modis usurpatur 133.1.B
P
Pæcorus, Parthorum regis filius 171.2.A
pacta merces 156.2.D
Pactolus, Lydia fluius, ad Sardiannos auri ramenta ex morte Tmolodeserens, &c. 325.1.C
Padus fluius aurifer 325.1.C
Pæan, i. Apollo, & cur 120.2.C
παῖς, significat filium, & puerum 40.2.A
παλιγγενεσία 76.2.C
Palinurus, Lucania promontorium 162.2.B
Pallas omnium proxima Ioui 40.1.C
Pallas pulchrorum operum scienciam, bonam mentem, prudentiam, & bonitatem docuit 186.1.C.D
Palladi & Marti rei militaris partes attributa 49.1.B
Palladis statua qualis 49.1.B
pallidior inaurata statua 312.1.B
pallor albus inficit ora 304.2.B
305.1.A
pallor læuens 312.1.B
paludes stantes 218.1.B.220.1.B
palumbes sabulosa 161.2.C
Pan, deus pastorum, & inuentor fistula 55.2.A.B
Pan, deus iracundus 199.2.D
Pan cur deus Arcadiæ dictus 271.2.B.C
Pana in octo diis numerari 271.2.B
Pan uirgini solitus 271.2.B
Pan uide genitus, cur sic uocatus, ac de magno Panis morte historia mirabilis 271.1.B
Panæus philosophus Stoicus 81.1.B
Pandora, cuiusque dolium malorum innumerabilium plenum 91.1.B
Panca non cernitur 77.2.A
Panca nemo effugere potest 77.2.A
Panca, necessitatis filia 90.2.A
Panca tres, nostris filia, & earum officia & munera 107.1.C
Panca stabili fatorum numine connectes 343.2.A
Panca ueraces 343.2.D
Panca poetica tribuunt facultatem 136.1.D
Panca decorum cultor 87.1.A
Pans cur pastor appellatus 48.1.C
Pans cum Menelao anello decertans, à Venere subductus, & iam penè uictus, liberatus 49.1.C.D
Paradisus fors prior è galea extitit 107.2.C
Parnassus mons omnium altissimus 9.2.D
Parras, auis mali omnis, & eius historia naturalis 219.1.B
partes, i. munus: tratatio à partibus histronum 11.1.A
Parthus animosus 61.1.C
Parthis mendacior 61.1.C
partumeius uenter 338.1.D
parturiti imbreis notus 27.1.C
passeres cur Venereis currum trahere dicuntur 161.2.C
Pataras, urbs Lyciæ 164.2.B
Patera quid, & unde dicta 258.1.D
in Patencia summa ponebatur apud Lacedæmonios uirtus 27.1.A
pattens, uocari Cæsaris uxor, & similit 11.2.B.213.2.C
patria omnes est complexa caritates 151.1.D
pro Patria pugnare, optimum est asspicium

INDEX.

spicium: & pro ea mori pulchrum 151.1.D
Patria mori, dulce & decorum est 265.1.A
patrua lingua 186.1.B
patrum qui contineantur appellatio- ne 276.1.B
pauis nauta, passida cerua, pauis- dus lepus, &c. 5.2.D
pauimentum superbum 41.2.A
Paulus Emil. anima, & uita sua prodigiosa 41.2.C
pauperes proba 229.1.D
paupertas, morbus sanus 22.2.A
paupertas sana 266.1.C
paupertas, uita corruptrix 234.2.A.B
paupertatem olim, quàm diuitias ma- iori laudi fuisse 158.2.A
paupertatem duram qui callet pati, beatus 158.2.B
paupertatis magnum opprobrium 214.2.A
paupertas maledicti loco obicienda nemini 264.2.D
peccata metu pena coercenda 214.1.B.C
pecunia cur Græci περὶ ἀρετῆς, dicuntur 215.1.A.B
pecunia quid potest 194.1.D
pecunia olim reges erant tenues & infirmi, non solum populus 136.1.A
pecuniam rebus humanis pestem as- ferre, atque interitum 314.1.C
pecunia comites, augedi cupiditas, & amittendi metus 196.1.A.B
pecuniam contemnunt pauci 196.1.B
pecunia improba crescit 196.1.C
pecuniam crescentem duo molestissi- ma sequuntur mala 196.1.A
pecunia mortuorum uini consumitur 130.2.A.B
pedestres historia, quæ 123.2.C
Pegasus ales 189.1.A
Pegasus, equus alatus, Medise filius 74.2.D
Pegasi & Nellophontis fabula 268.2.A.B
pelignum frigus 201.2.A
Peligni populi 201.2.A
pellax quæ proprie sit 182.1.C.D
pellite oues 112.1.B
Pelopis seuæ domus 160.1.A
Penates, dii familiares, qui domi co- lebantur 324.1.A
pendulus 223.1.C
penetræ frigus 115.2.B
penetrata 125.1.D
penna solui metuens 102.2.A.B
Penibens, Thebarum rex, à mulieri- bus Bacchi sacrificantibus discer- ptus fuit 25.2.B
perambulabis astra sidus 337.2.B
percussus amore 313.1.B
perculsa mentes stupent 313.1.B
perennius are 230.1.A.B
perfluctuare 115.2.A.B
periculum dulce 261.1.A
peritura ridet amantum Iupiter, & uentos irrita ferre iubet 117.1.D
peringere 110.2.B
permolere uxores alienas 110.2.A.B
pernix relinquere 259.2.A
perprimere 329.2.C
Perseus graues 10.2.D
Perseus delicia 98.1.B.C
Perseus, Danae & Iouis, in aurum conuersi filius 193.2.C.D
personæ aureæ, æquora, &c. 55.2.D
peruicax 335.1.D.335.2.A
Phædra primum Venere templum consecrauit Athenis, & cur 257.1.D
Phædrontis fabula 268.1.B.C
Phalaribus cur Hercules uocatus 112.1.D
phætratus 146.2.B
Phœnyx, exfulare 134.2.A
Pholide puella 209.1.C
Philippus auro Græciam subegit, & pluris urbeis auro, quàm ui & ferro cepit 195.1.C
Φιλομεδής, Venus 11.1.D
Philomela qua stirpe sata 270.2.D
in Lusitaniam mutata 271.A
Philyra quid 98.2.C
Phlegæon, fluius infernus 129.2.B
Phœcia, quæ, & qualia animalia 10.1.B
Phœbo æterna iuuentia 255.2.B
Phoroneus, Argiuorum rex, homines fusos ac dispersos, in unum locum cœgit, & in communitatem, & societatem ciuilem redegit 200.2.D
Phraates, Parthorum rex 103.1.D
Phryne meretrix, ac de eadem histo- ria pulchella, ac lepida 322.2.D
Phryne natione Thespiaca 323.2.C
Phthia, Achilles patria 251.2.B
Φῦναι, & Φύνη 225.1.A
Φωβώτοπος, anctunus 209.1.D
Φυρῆς, i. exsul 134.2.A
Φυρῆ, i. exsulium 126.1.C
picturatus 122.1.B
Picus Martius auis 219.1.B
Picus Martius, Græc. Ἰπυκοδά- κης 221.1.A
pietatis quot genera 79.2.B
piger ferre laborem scribendi 259.2.A
Pimplea musa 71.1.B
Pindarus uerbis est grandis, & cla- tus; sententiis uerbis & copiosus 236.1.B
Pindarus longè se ab humo tollit 237.2.A
Pindarus immensus ore ruit profundo 228.1.C
Pindarus cum Cycno, & apo calabra comparatus 237.2.A
in Pindari laudes oda 235.1.B
Pindus, mons Arcadiæ, & fluius 35.1.B
pinnatus cupido 186.2.B
pinsebat terram genibus; procubue- runt 114.1.C
Pinus Pontica 47.1.A
Pirithois cur ad inferos descendisse dicitur 156.1.A
Pirithois Proserpinam rapere tentis, à Cerbero disceptus 165.2.C
piscis omnes murti, præter scarum, & fluuiatilem porcum 240.2.B
piscium genus uniuersè est ἰσθαυόν, id est, mutum 240.2.C
piscis magnus, ἰσθαυός, prouer- bium 240.2.C
Platanus, arbor calcebs 249.2.C
Pleiades cur in stellis mutata 14.1.A
Pleiades Atlantis filia, nunc stella in Tauri cauda locata, quas Virgilius nominant Latini, & quarum por- tus est pluuius, &c. 277.1.B.C
plorat aquam 180.2.D
ploratus, mortis, & funeris comes 200.1.A
plus nimio 85.1.D
Pluto, Ἰδαίου, ἰδαίου, ἰδαίου, & ἰδαίου 128.2.A.B.C
Plutonia domus exiliis 20.1.A.B
pluuia agricolis prouidenda 149.2.A
poculum desiderij, i. amaris 298.2.A
pocula amoris tria 201.2.B.C
pocula in conuiuio quinque, unius bona ualitudinis, alterum amoris & uoluptatis, tertium somni, quar- tum petulantiæ & cōumeliæ, quin- tum clamoris 202.2.B
poculum primum Graiis, horis, & Baccho tribuebatur. secundum, Venere & Baccho; tertium, conti- meliæ, ac Dauniæ. 202.2.A

INDEX.

saga, & sagire 74.2.B
Sagana venetica 298.1.B
sagax, acutus, & perspicax 111.1.
scapula
sagaces cura 247.1.D
sagitta quot. acceptationibus à bonis auctoribus usurpatur 219.2.D. & 220.1.A
sagum purpureum tempore belli 310.1.B
sal, ciborum condimentum 133.2.C
sal est omnium primum, quæ apponitur in mensa 133.2.D
Salamis à quo condita, & nominata 27.2.D. 28.1.A
Salicetum 65.1.D
salinorum appositio mensas sacras faciunt veteres 133.2.C
salinum quid 133.2.D
salinum mos 94.1.A.B
salina ieiunia canis ad phylitrum consciendum utilis 298.1.A
Salona, Dalmatia civitas 100.2.C
Salum, i. fluctus, & agitatio maris, à verbo σαλεύω, i. agitare, concutere 338.2.C
sanguis deorum 223.1.D
sanus mentis, & sanus animi 64.1.A.B
sapientia insipiens, i. Epicurea, aut Cyrenaica 87.1.B
sapientiam sapientibus interdum inutilem esse 161.1.A
Sappho Lesbica fuit 253.2.B
sappho mascula 30.1.B
Sappho expertis gratia 17.2.D
Sappho politissimos, & eruditissimos lyricos scripsit versus 262.2.A.B
Sappho quid suis descripsit versibus 226.2.A
Sardanapali epitaphium 256.2.A
Saturnalia cur muliebria vocata 177.1.C
Saturni stella frigida 138.2.A
Saturni stella malefica, & inclemens 138.1.D
Saturnus in Capricorno grauisimas excitat pluvias 138.2.A
Satyrides insula 142.2.D
Satyrus unde dicti & nominati 142.2.C.D
Satyrus, auditores Bacchi 143.1.A
Satyrus Capripedes 142.2.C.D
Satyrus lascivus 85.2.C
Satyrorum profusa libido 142.2.D
Saucius uento, saucium rixus, & simil. 46.2.C
Scari pisces 290.1.A
scavorum nobilis & clara virtus 41.2.B
sciens equum flectere 176.1.D
sciens pugna, sciens cithare 179.2.C
scire fas est omnia 243.2.A
Scopas, statuarum scitor 259.1.A
scriberis Varo, i. à Varo, & simil. 22.2.A
scriptorum chorus omnis amat nemus fugit vrbes, & secreta petit loca 216.1.B
Scylla voraginis descriptio 74.1.C
Scyris, ex Cycladibus una 30.2.D
Schyra campestris 212.1.D
Schythe domos vagas trahit plaustris 90.1.B
Scytharum vita, & mores 212.2.A.B
secunda tempora 264.1.B
secundus res moderatè ferre, non est cuiuslibet 223.2.C
Securus, i. pratura, cõsolatus, & magistratus 152.2.D
sedulus, i. sedulo 98.2.D
segetes feraces 82.2.D
seguis solvere nodum, & simil. 259.1.D
Semele, Cadmi filia 60.2.A
senectus arida 121.2.B
senectus Galba 79.1.B
senectus tranquilla 344.2.C
senectutis propria 135.2.C
senectutis ex adiunctis descriptio 121.2.B
senectutis generales nostris animis sunt innata 255.1.D
sepultura, primum pietatis genus, eiusdemque ceremonia 79.2.B
sermonis vis, & utilitas 33.2.D
serpens, mali ominis signum 219.2.C
seruus redens, i. sero redeas 11.2.C
seruus, i. sero 50.1.A
sestus 335.2.A
seuerum vinum falernum 73.2.B
sybilla mentem ab Apolline concitata fuisse 52.1.B
sybillinorum librorum auctoritas 342.1.D, 342.2.A
sic, particula, loquendi modi 12.2.B.C
Sicambry, Germaniæ populi, qui hodie Gheldrenses appellantur 238.1.A
Sicambri cæde gaudent 238.1.A
siccare calices 83.1.B
sicus, i. sobrius 58.1.B
sidera volantia 332.1.C
signorum Zodiaci duodecim temperies, & vires 138.1.C. & seq.
silentium sacrum, quid 126.1.C
siluanus lacte piatur 199.1.B
simois, Troia fluminis 321.1.B
simplex munditijs 21.1.C
simonides carminis virtus mirificatio 101.1.D, 101.2.A
simul, i. simulatque 32.1.A
simulacra dædali ambulancia 15.2.D
sinus maris, quid sit 22.1.A.B
sirus, quod sidus 188.2.D
sisyphus quibus apud inferos plectitur supplicijs 129.2.C, 130.1.A
sithonij populi 217.1.D
siticulosus 293.1.C
Socratica domus 81.2.B
Sol Oceano subest 250.1.C
Sol maculosus, umbreis, pallidus grandinem, caruleus pluviam, ruber Euros, lucidus serenitatem denuntiat 248.2.B
Sol montium mutat umbras, & incedit demit bobus fatigatis, id est, occidit 171.1.B
Sol à viris, Luna à mulieribus imploratur 299.1.B
Solem curru vehi 173.1.A
Sol annum metitur 62.2.C
Sol almus dictus, quod alat & foueat omnia 342.2.B
Sol niger 174.2.A
soles candidi 174.1.D
soles occidere, & redire possunt 255.1.C
solida mens 155.1.C
solidus dies 6.1.C
sollennis quid proprie sit, & unde dicatur 267.D, 268.1.A
sollers quis, & unde dicatur 259.1.B
sollers lyra 108.2.B
sollers ponere, i. sollers in ponendo 259.1.B.C
sollitium 189.1.A
soluere corde metum 65.1.A
soluere curas dulci Lyæo 29.1.A
soluere è pectore curas 65.1.A
soluere nodum 204.2.B, 206.1.D
soluere metum, soluere curas 310.2.C
solutus operum 198.2.B, 199.2.A
σωματοποιία, & σωματοποιήσις 133.2.B.C
Sommoses 120.2.B
Somnus agrestium lenis 149.1.A
Somnus facilis, & somnus lenis 121.2.C
Somnus ἀδολος, è quo expergitur nemo, i. mors. 121.2.C
Somnus longus, i. mors 67.1.D
Somnus ferrens 141.1.C
sonipes

INDEX.

sonipes ferox spumantia frena māditi 49.2.C
sono, nis, nit, sonere 186.1.A
soni celorum septem 271.2.A
sopor elaboratus 148.2.D
sopor immensus & æternus 255.1.D
sopor perpetuus, i. mors 120.1.B
Soracte, mons in Sabinis, vel in Faliscis 31.2.A
sorsio 294.1.A
sospes cursus 344.2.A
sospitare 271.2.B
spadones 308.2.D
spartacum bellum cur sic dictum 191.1.B
stare, viuorum est, mortuorum autem nihil reliquum est, quod sperent 91.1.D
spes occidit omnia 247.1.C
spes auara 268.2.A
spes & fides, aduersa fortuna comites astidua 91.C.D
spes sola dea in terris cum hominibus mansit 91.C
spirat tragicum satis 275.1.A
spirabat amores 274.2.D
spirantes narius ignem 275.1.A
spumantia frena 49.2.C
spumeus amnis 228.1.C
stagnum à stando, quod in eo aqua steter 220.1.B
stagnum quid proprie 131.2.A.B
stellarum principalium vires 138.1.C. & seq.
stellatus ensis 122.1.B
stefichori poetæ statua qualis 262.1.D, 262.2.A
stomachum facere 53.2.A
Stratonica, Antiochi nouerca & amica 44.1.D
stulticia cælum ipsum petimus 16.1.D
stupiditas 87.2.D
Styx quis fluminis 88.2.B
Suada, gratiarum una 18.1.C
suauulum dulcis dulcius ambrosia 124.2.A
suauium 293.2.A
sub, i. paulo ante 289.2.A
sub dio 107.2.B
sub hac, id est, paulo post 301.1.C
sub ipsam funus, i. paulo ante funus, & simil. 141.1.A
subacta nondum puella 110.1.C
subare 317.2.C
subita belli, & simil. 247.2.B
subita rerum 272.1.D
sublimis 8.2.B
suboles, non soles, scribendum, & proferendum est 188.1.B.C
subsidere, i. succumbere 329.1.D
substerni lenes 32.2.C.D
subtremem quid sit 321.1.D
Subura, quis Romæ locus 299.2.C
sumere superbiam 251.2.A
sumes celebrare 39.1.A
summus, i. ultimus 225.1.D
superi deorum, & simil. 36.1.D
superstes quid sit, & unde dicatur 303.1.A.B
superstes patria 344.2.C
superuacuum manat de pectore pleno 146.2.D
supplicia exquisita 170.2.A
supremum iter, & supremum tepus 45.1.D, 45.2.A
suræ teretes 109.2.B
surdior scopulis 176.1.A
surpere 275.1.A
surripere suauium 124.2.A
Symbola 273.1.A
σύν θεῶ, ὅτι ἀπέει 162.1.C
Syrtes quot, & earum descriptio, & etymologia 64.1.D, 64.2.A
Syrtes astuose 82.2.D
T
Tabelle, id est, epistola, & littera 316.2.C
tabularia populi 287.1.B
tacitus, actionem significat 325.1.A
Tanarus, urbs Laconica 88.1.C
Tanagra, urbs Bœotia 78.1.B
Tanais, Scythicus amnis 163.1.B
Tanais fluminis discors, & siam ab Europa distaminans 227.2.A
tangere solum mento, turpe 252.1.A
Tantalus, Pelopis filius, deorum contumax 76.1.A
Tantalus quibus afficitur apud inferos pœnis 142.1.A, 19.2.D
ob Tantalii scelus elusionem in mundum uniuersum inuectam fuisse 10.1.A
Tarentum à Palanibo Lacedæmonio conditum 170.2.A.B
Tarentum imbelles 162.1.D
Tauriformis 228.1.C
taurus significat etiam validum, firmumque inuenem: & obscenum viri membrum 318.1.A.B
taurus dolosus, anigmaticè dictum 100.2.A
tauri nives in monte immolabantur 272.1.D
Albano, & non alij 209.2.A.B
tauri ignem spirantes 246.2.C
ταυρῶν 318.1.B
Telegonus parricida, & Pylæus filius 56.2.A
Telephus, Misorum rex, qua cuspide senserat vulnus, hac ipsa senserit opè 333.2.B
Telephus, qui rex antè fuerat, exsulauit & mendicauit 333.2.B
tellus bruta 87.2.C.D
tellus dædala 15.2.C
telluri immolabatur parca, & cur 199.1.C
tempe, quid 25.2.C
tempestates turbulente, fædæ, & informes 21.2.A
tempestiuus, i. opportunus 232.1.D
tempestiua puella, i. uiri potens 203.1.A
templa auara 133.2.B
tempus perse rebus omnibus afferitur 173.1.D
tempus præteritum numquam reuertitur 255.1.C
tenax propositi 155.1.B.C
tendere sagittas 80.2.D
spicula tendere cornu 81.1.A
tendens in agros, i. iter habens in agros 170.2.A
tentat iter 153.1.C
tepuit uirgines 20.2.C
ter, & amplius felix 45.1.D
ter, numerus perfectus, & μωρητάδος 80.1.B
tergemini honores, qui 3.2.C
tergeminum caput 3.2.D
termes quid sit 330.2.A
terminalia testa 290.2.A
terminus deus 290.2.B
terra, magna deorum mater, matæque ferarum, & nostri genitrix corporis una 344.1.A.B
terra, diei noctisque effectrix 161.2.A
terra mutat vices 254.2.B
terra nihil inferius 197.2.D
terra iners 40.1.B
terra filij qui proprie vocentur apud poetas 123.2.B
terrificus 52.2.A
testa Græca quid 61.2.D
testudo loquax 183.1.D
Teucer, Asiæ frater 27.2.D
Teucer, Græcorum iaculator optimus bonisque miles 263.1.A
thalamus areus sub terra 193.2.C
θαλαττος ἀπυλῆρος 263.2.A
θαλαττος ἀθάνατος 256.2.D
Thebe Echionia 246.2.D

K ij

INDEX.

Thebesus cur ad inferos descendisse dicatur 156.1.A
Thebesi venesci mentem adimebant, & restituebant 74.2.B.C
Thracæ vinofæ & vinolenti 94.2.A
Thracia ventorum officina, atque domicilium 69.1.C.269.2.D
Thyades, Bacchi sacerdotes 192.2.B
Thyades pernicaces 143.1.C
Thyestæ execratio 301.2.A.B
Thyna. i. Bithynia 174.2.A
Thyonæus, ep. i. theti Bacchi, & cur 57.1.B
Thyone, Bacchi mater 216.2.C
Thyrsus, virgæ, & hasta Bacchica 143.1.C
Tiberis fluvius 107.1.D
Tiberis ab Etruria fluit 62.1.B
Tibæ ubi primum reperta 281.2.B
Tibiam inuenit Marfius 234.1.D
Tibiarum usus ubi primum inuentus 202.2.B.C
Tibias cum inflasset Minerva, continuo reiecit, ut omnium organorum musicorum deterrimas 281.2.B
Tibur à quo conditum & nominatum 27.1.C
Tibur supinum 162.1.D
Tibur vatum 237.2.B
Tigris, Armenia fluvius, à celeritate nomen traxit 279.1.B
Tigris Germania bibet, &c. 329.1.C
timidus mori, timidus perire 201.1.A.265.1.A
Tindaride qui 260.2.D
Tiresias vates 260.2.C
Tiranes fulmine sublatus 148.1.C
Tithonus, Aurora coniunx 76.1.A
Tithonum longa minuit senectus 76.2.B.C
Tithonium in cicadam versus 135.2.C
Tityus humi iacens ad nauem terræ iugera porrigebatur 165.1.C
Tity. iecur à vulture depastum, perpetuo renascitur 169.2.C
Tityus, quod Latona stuprum inferre conatus sit, quibus placitur pennis 165.1.C
Tityus quis fuerit, & unde, & quo modo genitus 129.1.A
tollere ad astra 237.1.D
tollere cacchimum, himmitu, clamore, &c. 136.1.A.B
tollere honoribus 5.1.C
Tollere lucrum 312.1.B.329.2.C.D
tonitrua unde sunt 87.2.A.B
torrens vino & ira 205.2.C
trabales clavi 212.1.A
trabs Cypria. i. nauis 52.2.B
tragediarum Athenienses scriptores 100.2.B
trahere ruinam 252.1.A
trahere. i. nere 140.1.D
transmutare 229.1.B
tremulus cantus, qualis est senum, et vetularum 274.1.C
τρεῖς 101.1.A
Tribunatus, qua dignitas 4.2
C.D
triceps Cerberus 3.2.D
trifauci latratu Cerberus ingens 55.2.D
trilingue os 145.1.B
tripodes, premia fortium 258.2.B.C
triumphatus. i. per triumphum ductus 158.1.A
trochi nomen, & ludus ipse, Græci sunt 215.1.C
Troia Cimbrius auctor 159.1.A
Troia muri à Neptuno & Apolline iussu laus exstructi 156.2.D
Troiani exsules, & patria profugii 158.1.A
Troianus qui, dii propitij suere, & qui Græci 157.2.B
Troilus, Priami filius 119.1.C
tumultuosum mare 149.1.B
tumultus unde dicitur 149.1.B
turbidum lacatur 143.1.B
turdus, τὴρλας 288.1.D
turdi edaces 288.1.C
turdorum tria genera 288.1.C.D
turgidum mare 142.2.B
turpis ad animu refertur 166.2.D
turris aenea 180.1.B
turris gemit 288.1.A
tus cur felix 61.2.A
tus semper adhibetur in sacrificiis 93.1.D
turus à latronibus 194.B
tympana in sacris Cybeles 59.2.B
Typho, Tarrari ac terra filius, in caelo regnare volens, fulmine ab Ioue deturbatus 164.1.A
Typhoeus Cilix multorum capitum 164.2.C
tyrannos pro natalitio signo habere capricorum 138.1.D
Tyrrhena regum progenies 2.1.B
V
Vacuum nemptus, ἄλσος ἐρημῶν. 216.2.A
vacuus. i. infrequens 16.1.B
vacuus, id est, otiosus, feriatuus 84.1.B
vada caia 14.2.D
verba

INDEX.

verba inaudita 343.2.C
verecundus color 335.2.C
veritas nuda 66.2.C.67.2.C
veritatis oratio simplex esse debet 67.2.C
verres cum Eriphylla comparatus 194.2.D
versa acies retro 162.2.A
versibus humilibus res magnas & grauius persequi, periculosum 280.1.B
versus Anacreontica 56.2.A
vertere cadum 226.2.C
vestertini temporis formula 172.2.C
vestertinus. i. vesperti 50.1.A
vestra soci custos, & preses 10.2.A
vestales, intacta & incorrupta virgines 11.1.A
vestales virgines sacris publicis interesse solebant 730.2.B
vestes coa 274.2.A
via sacra 294.1.C
viatica multis arumnis collecta 2.2.C
vices superba 79.1.A
viltrices caterua 159.1.B
viduare, spoliare 118.1.C.D
viduus. i. spoliatus 35.2.A
vietus 317.1.B
vilia rerum 272.1.D
vindelicus populi 243.1.C
vindex quis, & unde dicitur 264.1.C.D
vinum commendat vetustas, non iuè canilenas 31.2.C
vinum in conuiuio in humis fundi solebat 130.2.B.C
vinum nullum lenius, seu mitius tormentum inueniri potest 205.2.B
vinum verax condita aperit prae cordia 204.2.D
vinum arcana promouet loco, id est, pectore 72.1.A
vinum, malorum, laborum, ac dolorum medicamentum 114.2.C.D
vinum, cum varia sint hominum ingenia, ad illam accommodatur, & commutatur varietatem 204.2.D
vinum pauperem efficit audacem & pugnacem, ac certandi cupidum 206.1.C
vinum sapientium cogitationes, & consilia recondita aperit 205.2.D
vinum modo homines ad arma conueniat, modocetiam mitigat inimicos 144.2.C
vinum qui immoderate biberunt, nihil verentur 314.2.A
vinum immodice potum omnes ex animo curas abigit 58.2.B
vinum pellit curas 310.1.C
vinum hominibus dioptra est instar 314.2.A
vinum Torquato consule pressa, &c. 204.2.B
vinum languens 197.2.C
vinum languidum 205.1.B
vinum amoris 201.2.B
vinum caecum 224.2.C
vinum calenum unde sic dicitur 62.1.C.D
vinum chium 201.1.C
vinum Lesbium innocens 56.2.C.D
vinum Massicum 205.1.A
vinum coronare apud poetas, quid sit 166.2.C.D
vinum gustare, sceminis, & matronis Romanis erat nefas 192.2.C
violens. i. violentus 230.2.C
virga horrida, qua 68.1.B
virgatus 122.1.B
virga quando nabilis 66.2.A
virgo matura 171.1.A
virginitas amissa quo remedio recuperatur 306.1.B
virgines in iuuenes sunt acres 24.1.D
Viridomarus, Gallorum insubrium dux, victus à Claud. Marcello 42.2.B
virum nullum lenius, seu mitius tormentum inueniri potest 205.2.B
virum verax condita aperit prae cordia 204.2.D
vinum arcana promouet loco, id est, pectore 72.1.A
vinum, malorum, laborum, ac dolorum medicamentum 114.2.C.D
vinum, cum varia sint hominum ingenia, ad illam accommodatur, & commutatur varietatem 204.2.D
vinum pauperem efficit audacem & pugnacem, ac certandi cupidum 206.1.C
vinum sapientium cogitationes, & consilia recondita aperit 205.2.D
vinum modo homines ad arma conueniat, modocetiam mitigat inimicos 144.2.C
vitrea fama 56.2.C
vitrea toga 56.2.C
vitrea. i. formosa 56.2.B
vitreum mare 56.2.B
Vitulinum assum 6.2.A
vituli marini 10.1.B
viuere in diem 228.2.C
viuiscere 216.1.A
vimitur paruo bene 133.2.C
ulcerosus 69.2.C
ulmus, arbor vidua 249.2.C
Vlysses ventos in virem conclusit 13.1.C
Vlyssis errores longi 23.1.B
Vlysses, quatuor essentur syllabarum, ab antiquo recto, Vlyssens 331.2.A
ultra fas trepidat 227.2.B
ultra. i. futurum 135.1.A.B
ad Umbilicum adducere, quid sit 322.1.D
uncus quid sit 90.2.D
unguentum Achaemenium 150.1.B
uno quid à liethore differt 133.2.A
vocatus lenare 66.2.A
volitans, i. nauigant 249.1.B
volubilis 39.2.B
vox blanda digitos habet 307.1.A
vox Thesala 298.2.C
voces Marfa 301.1.A
vocis recitatio, & resultat 39.1.A
voces sacra 332.1.C
urgendi verbi formula varia 141.A.B
urna capax omne mouet nomen 107.2.B
urna omnium versatur 77.2.A
ursa dua ad polum Arcticum 70.2.D.71.2.A
ursica, mons in Sabinis 55.2.C
usufructus quid à proprietate distet 196.2.B
ut. i. quam 216.2.A
vicumque, quoties, vel quandoque 338.2.A
vicumque. i. vbiicumque 244.2.A
2.1.55.1.C
utilis aspirare, utilis adesse 259.2.A
uisa pensilis 249.2.C
uisa, pro vino 62.D
uiduus 144.1.C.250.1.B.C
Vulcanus, faber Iouis 18.2.B
Vulcanum è Iunone sine gratia natus esse 17.2.D
Vulcani officinam in Aetna fuisse 18.2.B

I N D E X

<i>uis qua profanus</i>	147.2.B	X	<i>Zephyrus pennatus</i>	17.2.C
<i>vultu ambiguo</i>	111.1.A		<i>Zephyrus quis ventus, & unde spi-</i>	
<i>vultu toruo</i>	170.1.C	X	<i>ras</i>	269.2.D
<i>uxor dotata regit virum</i>	179.2	<i>1.B</i>	<i>Zephyris alba immolabatur pecus</i>	
			<i>312.1.D</i>	
<i>uxorem disparem vites</i>	268.2.	<i>Y</i>	<i>Zebum</i>	336.1.C
<i>D. 269.1.A</i>			<i>Zodiacus, ac de eiusdem signis</i>	138.
<i>uxore pudica nihil melius parari po-</i>	<i>ὑπόφοροι</i>	96.2.B	<i>1.C</i>	
<i>test</i>	289.1.B	<i>ὑπνος ῥιγέτος, ῥιδυμος</i>	67.1.D	
<i>in uxore quaerenda spectari debet ge-</i>			<i>Zona gratiarum soluta</i>	81.2.B.C
<i>nus, & parentum virtus</i>	213.	<i>Z</i>	<i>Zona quinque tenent calum, & ea-</i>	
<i>1.C</i>			<i>rum temperies, atque descriptio</i>	65.
<i>uxoris</i>	10.2.B.C	Z	<i>1.D. 65.2.A</i>	
		<i>Zephyris frigora mitescunt</i>	254.	
		<i>2.D. 255.1.A</i>	<i>Zonam solvere, quid</i>	81.2.C

FINIS TABVLÆ.

¶ Errata sic corrigito.

- Pag. 11. col. 2. A. vers. 11. leuis, lege, læuis.
- Pag. 106. col. 2. B. vers. 14. beatè, legito, beatè.
- Pag. 146. col. 1. C. vers. 10. leues, lege, læues.
- Pag. 197. col. 2. D. vers. 4. terra, lege, terrâ.
- Pag. 204. col. 2. D. vers. vlt. leuis, lege, lenis.
- Pag. 205. col. 2. A. vers. 2. auidatatem, legito, auiditatem.
- Pag. 267. col. 1. A. vers. 15. lingubris, lege lugubris
- Pag. 314. col. 2. col. 2. C. vers. 2. formenta, lege, fomenta.
- Pag. 319. col. 2. A. vers. 1. ante, lege, ante.
- Pag. 329. col. 1. A. B. vetos, lege, ventos.

Postremò, in inscriptione annotatiuncularum, vbi scriptum est, dictionibus singulisque, legito, singulisque dictionibus.

Q. HORATII FLACCI VITA E VETVSTO codice non ita pridem à viris doctis escripta, & edita: nunc item, sed emendatior, diuulgata: cuius auctor existimatur Suetonius.

Q. Horatius Flaccus Venusinus, patre, vt ipse quidem tradit, libertino & exactionum coactore, vt verò traditum est, salamentario, cum illi quidam in altercatione exprobrasset, *Quoties ego vidi patrem tuum brachio se emittentem?* Bello Philippiensi excitus à M. Bruto imperatore, tribunus militum meruit, victisque partibus venia impetrata, scriptum quaestoriū comparauit. ac primò Mæcenati, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit. Mæcenas quantopere eum dilexerit, satis demonstratur illo epigrammate,

*Ni te visceribus meis, Horati,
Plus iam diligo, tu tuum sodalem
Et inno me videas frigidisorem.*

Sed multo magis extremis iudiciis, tali ad Augustum eclogio: *Horatii Flacci, vt mei, esto memor.* Augustus epistolarum quoque ei officium obtulit, vt hoc ad Mæcenatem scripto significat: *Ante ipse suscipiebam scribendū epistolis amicorum: nunc occupatissimus, & infirmus, Horatium nostrū te cupio adducere. venies igitur ab ista parasitica mensa ad hanc regiam: & nos in epistolis scribendis adiunabis.* Ac ne recusanti quidem, aut succensuit quidquam, aut amicitiam suam suggerere destitit. Exstant epistola, è quibus argumenti gratia pauca subieci: *Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquam si consuetor mihi fueris. rectè enim & nò temerè feceris: quoniam id visus mihi tecum esse volui, si per valetudinem tuam fieri possit.* Et rursus, *Tui qualem habeam memoriam, poteris ex Septimio quoque nostro audire, nam incidit, vt coram illo fieret à me tui mentio. neq; enim si tu superbus amicitiam nostram spreuisti, ideo nos quoque & spernauerimus te.* Præterea sepe eum, inter alios iocos, putissimum penem, & homuncionem lepidilimum appellat, vnàque & altera liberalitate locupletauit: scripta quidem eius vsque adeò probauit, mansurâq; perpetuò credidit, vt non modò faculare carmen componendum iniunxerit, sed & Vindelicam victoriam Tiberij, Drusique, priuignorum suorum: eumque coegerit propter hoc tribus carminum libris ex longo interuallo quartum addere: post sermones verò lectos, nullam sui mentionem factam ita sit questus: *Tratum me tibi scito, quòd non in plerisque eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris. an vereris, ne apud posteros infamè tibi sit, quòd videaris familiaris nobis esse?* Ex præfatisque eclogam, cuius initium est.

*Cum tot sustineas & tanta negotia solus: Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem, Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.*

Habitu corporis breuis fuit, atque obesus, qualis & à semetipso in satyris describitur, & ab Augusto hac epistola: *Pertulit ad me Dionysius libellum tuum: quem ego, ne accussem breuitatem, quantulumcumque est, boni consulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores libelli tui sint, quam ipse es. sed si tibi statura deest, corpusculum non deest. Itaque licebit in festariolo scribas, cum circuitus voluminis tui sit dynce dactylos,* sicut est ventriculi tui. Ad res venereas intemperantior traditur. Nam speculato cubiculo, scorta dicitur habuisse disposita, vt, quocumque respexisset, ibi ei imago coitus referretur. Vixit plurimum in secessu ruris sui Sabini, aut Tarentini: domusque eius ostenditur circa Tiburni luculum. Venerunt in manus meas & elegi sub eius titulo & epistola, prorfa oratione, quasi commendantis se Mæcenati. sed vtraque falsa puto. Nam elegi vulgares: epistola autem obscura: quo vitio minimè tenebatur. Natus est vt, id. Decemb. L. Cotta, & L. Torquato consulib. decessit v. Kalend. Decemb. C. Mario Censorino, & C. Asinio Gallo consulib. post nonum & quinquagesimum annum, herede Augusto palàm nuncupato, cum virgente vi valetudinis, non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. *Humatus & conditus est extrémis Esquiliiis, iuxta Mæcenatis tumulum.*